PRAXIS NOUISSIMA ET AMPLISSIMUS, ABSOLUTISSIMUSQUE TRACTATUS DE ELECTIONE, ET…

Giovanni Maria Novario, Giovanni Battista Coccini





PRAXIS NOVISSIMA
ET AMPLISSIMVS, ABSOLVTISSIMVSQVE
TRACTATVS
DE
ELECTIONE, ET VARIATIONE FORI,
SIVE
DILVCIDA COMENTARIA

Ad l. vnic. C. quando Imper. inter Pupill. & Vid. & Constit. Regni Statuimus de Magistr. Iustitiar.

AVTHORE
IOANNE MARIA NOVARIO I. C. LVCANO
Nuper in Prouincijs Capitinatæ Apuleæ, & Comitatus Molisij per Catholicam Maiestatem Regio Auditore, & Cosiliario.


Opus sanè Aureum hac secunda Editione diligentius recognitum, singulis in locis auctum, luculenter locupletatum, pluribusque integris quæstionibus, nouisque dubiorum resolutionibus illustratum.

Iuris Studiosis in Scholis, & in vtroque Foro versantibus non modo vtile; sed apprimè necessarium.

Excusæ sunt ad calcem pro coronide integræ Decisiones in hac materia à totius Orbis supremis Tribunalibus emanatæ, & in opere citatæ.

Cum Summarijs, & Indicibus locupletissimis, tàm singulorum Capitum, quàm omnium verborum notabilium, & Memorabilium.





NEAPOLI, Apud Octauium Beltranum. MDCXXXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.
Sumptibus Stephani Monleuerij Bibliopolæ Neapolitani.

Imprimatur.

Fælix Tamburellus Vicarius Generalis Neap.

Vincentius Iuuenis Canonicus Dep. Vid.

Illustrissime, ac Excellentissime Domine

Præuio Vestræ Excellentiæ mandato percurri sedulo vtilissimas adnotationes à Io. Maria Nouario I. C. Lucano, satisque benemerito compositas ad eiusdem Tractatum siue Praxim de Electione, seù Variatione fori mirifico ordine congestum, elucubrationibus, ac iudicijs fundamentis vndiq; apprime dispositum, nil tamen iuri publico aduersantem, sed vtilitati publice coadiuuantem, existimo proinde ad studiosorum oblectamentum Iurisque professorum laboris sublevamine ceterorumq; in foro versantium vtilitatem pro proficuo muneris implemento, absque metu posse illas prælo dari, assensu tamen Vestræ Excellentiæ subsequente, cui in omnibus me totum submicto, ac precor incolumes annos pro Reipublice tuitione te Deum Optimum Maximum elargiturum. Vale ex edibus nostris die x. Septembis 1632.

Vestræ Excell.

obsequentissimus seruus

Io. Baptista de Thoro I.C. Neapol.

Imprimatur.

Carolus de Tapia Reg. **D. Io. Enriquez Reg.** **Scipio Rouitus Reg.**

Amplissimo, Felicissimoq; Nomini, Imò Numini
Illustrissimi, & Excellentissimi Herois
Ad æternitatem, & Gloriam Nati

D. HECTORIS
RAVASCHERII
E Lauanij Comitibus,

Principis Satriani, Ducis Cardinalis, Vtilis Domini Ciuitatum Vici Equensis, & Tabernæ Comitatus Simeri Status Vadolati Baroniæ Cropani, Roccæ Beamontis ex Consilio Collaterali Suæ Catholicæ Maiestatis, In hoc Regno Neapolis, Militum, Tribuni Serenissimæ Reipublicæ Ianuensis, Inuictissimi Equitatorum Vniuersalis Capitanei, & olim in Calabria Citrà, & Vltrà, nunc vero in Prouincijs Principatus Citrà, & Vltrà Vicarij Generalis.



SI (vt optimè quidem cecinit Poeta ille) Victurus genium debet habere liber, Maxima de ratione Excellentiss. Domine huic operi felix omen sum auspicatus, dum sub tuo clipeo, tanquam prestantissimo Asilo lucem videre gustaui; Quò enim vtilius confugere poteram vndè tutius mihi præsidium comparere valuissem? Te namque exornat clarissima, Nobilissimaq; stirps, quam in Italia à Flisco in anno Millesimo decimo ab Imperatore Federico Lauaniæ Comite Imperijq; Vicario electo iam trahis, pectoris integritas virtutisq; candor taliter cohonestant, vt primum non habeas, nulliq; sis secundus. Immortalem quoque gloriam hauris à maiorum tuorum Elogijs, quæ si enarrare vellem formalem construere Historiam, nec longam epistolam texere opus esset, Taceo nunc (breuitatis gratia) propriorum meritorum exordia, & in regendis gubernandisq; populis temperantiam, & Rectitudinem, Testem appello nouissime Calabriam totam Citram, & Vltram, in qua Vicarij Generalis presidijsq; munere in currentibus Bellicis An-

fractibus functus es, vbi singulorum Acclamatio est te in fortitudine Temistoclem, in Iustitia, & equitate Aristidem, in Sapientia Solonem, in Temperantia Xenocratem, in Rei Militaris scientia Cæsarem illum magni orbis Terrarum victorem superasse, Indè nomen tuum ad ætera ascendit nouasq; supremas dignitates, iam diù debitas proclamat polliceturq; quod Deus optimus maximus concedat, vt tota Italia, Imò Hesperia tuæ celsitudinis virtutis ac prudentiæ beneficijs, & officijs gaudeant, & potiantur. Quid? quod cum omnibus ea facilitate vti soleas, vt nullus iure posìit, siuè in aduersa fortuna, siuè in tranquillo cursu constitutus tuam in quoslibet comitatem non admirari. Iuridicè ergo sub tuis auratis alis hunc tractatum in publicum mitto, tum propter hæc infinita tuæ tuæ laudis præconia. Tum quia plurimum debere ob recepta beneficia agnoscens memor, & gratus in partem esse volui. Excipè igitur hilarè Excellentissime Magnes quia ilaris Anemis offert donat, dicat tradit adscribitq;. Vale singularũ omniũq; virtutum vndique ornatissime Princeps, quarum, quæ emineat haud facite dictù, quia omnes singuleq; eminẽt fulgentq;. Iterum atq; iterum vale. Ex meo Museo Neapolitano IX. Kal. Martij M.D.C.XXXIII.

Vestræ Excellentiæ

Additissimus Seruus

Io: Maria Nouarius

AVTHOR AD LECTOREM.



VM circa interpretationem practicabilis Materiæ Electionis, & Variationis Fori particularis peroptaretur Tractatus, Id equidem perspicientes, non quod plus alijs potuimus; sed quia plus cæteris voluimus publicæ consulendo vtilitati Annis non longe elapsis nostros Adolescentiæ fructus dispensando illam exarauimus, quos iuueniles conatus maxima cupiditate receptos fuisse experientia rerum magistra satis edocuit vndè sicuti tunc (Amice, & Candide Lector) benigne illos fouisti, itidem nunc quoque hanc nec improbes industriam, dum vberiorem, locupletiorem denuò hac secunda Neapolitana impressione vndique à quibuscunque expetitum, & acclamatum iterum renasci pluries instati curauimus.

Cæterum quatenus consideramus non defuturos Maleuolos Inuidosque perplura, ac maligna vanè alloquuturos, nulla afficimur tristitia, nec vexamur cura: Tum quia huius est seculi labes quædã, & macula virtuti inuidere; Tum præterea, nam satis noscimus illos in hanc incidere foueam, qui communi calculo, vel beneficij obstrectatores, vel virtutis hostes existimantur, Indè malumus nobis alios, quam nos cæteris inuidere iuxta illud:

Inuidus esse nolo, inuidiosus esse laboro.

Præstat namque inuidiosum esse potius, quam Miserabilem literarumq; egenum, ipsorumque libenter miserebimur, eisque ex corde remittemus, nec peccantibus, sed peccatis, irascemur, pusilli inquam hominis est mordentem repetere, ad instar Murium, & Formicarum, ad quas vbi manus admouentur ora conuertunt, imbecilla siquidem putant se lædi, si tangantur, vt *à Seneca cap. 33. de Ira*, admonemur.

Sat sit scriptis mandasse, quæ scribere sciuimus, neque enim omnia bellè venustèque libros continere posse edocuit *Martial. lib. 1. epigram. 16.* in illis versiculis.

Sunt Bona, sunt quædam Mediocria, sunt Mala plura,
Quæ legis hic aliter, non fit Auite liber.

Censores igitur edant in lucem aliquid simile, nam sic eorum enitebit Doctrina, interimique à morsu abstineant iuxta illud eiusdem *Martialis lib. 1. Epigram. 59.*

Cum tua non edis carpis mea carmina leli
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Qui-

Quibus concinunt alij duo versus sub horum verborum formu-
la videlicet.

Inuidus, aut taceat nostri detractor honoris,
Aut aliud melius (si sciat) edat opus.

Tandem te latere nolumus ad commune cōmodum iam sub prælo stare in signem, & vtilissimum tractatum de Grauaminibus Vassallorum, quem (Deo dante) quam citius expecta, & interim Vale.

BENEVOLO LECTORI.

EIVSDEM AVTHORIS

Epigramma.

PErlege lector opus quamuis doctissimus adsis
Est etenim sapiens discere concupiens,
Ingenium paruum valuit quandoque referre
Occultum Doctis luce iuuante Dei.
Reddita tu inuenies Antiquis Dogmata Doctis,
Quæ immeritò à nostris, nunc reprobata manent.
Authoris sensus non rectos corrige quæso,
Sat tibi sit dictis velle fauere suis.
Proderet, & causam præstans meliora docendi,
Nam posito aduerso lucida cuncta patent,

Admodum Illustri D. Io. Mariæ Nouario I. C. Lucano Clarissimo, & fratri amantissimo.

Ioseph Nouarius V. I. P.

QVæ noua difficiles aditus, densasque tenebras
Iuris, inaccessum lux patefecit iter.
Quæ noua demersos iam iam legalibus vndis
Per faciles reuocat nunc cynosura vias.
An quæ olim illuxere Nouaria sydera? nam quæ
Fulgere tam claro lumine lux poterat.

Ad

Ad eundem Perilluſtr. Authorem Regium Auditorem Prouinciarum Apuliæ, & Comitatus Moliſij.

VT manifeſta fides primum, vt mens vera, Nouari,
Edere uelle tuum nobile iuris opus.
Quas non lætitias? quæ non ingentia viſa eſt
Promere (ſigna animi) gaudia fama, & honor.
Quid mirum? Rurſus debent te tollere: non nè
Per te ſæpe tumet fama, ſuperbet honor?

Perilluſtri Domino Ioanni Mariæ Nouario I.C. Lucano Clariſſimo, & in Prouincijs Capitinatæ, Apuliæ, Comitatusq; Moliſij Regio Conſiliario, & Auditori.

Franciſcus de Bellis Sacerdos Troianus.

QVod ſparſum latuit per multa volumina legum,
Iam patet in libro doctæ, Nouare tuo.
Quem nemo eſt auſus placuit ſuperare laborem.
Vnde cauſidicis nil magis eſſe puto.
Qui variare forum quærit per dogmata Iuris,
Peruolitet librum nocte, dieque tuum.
O fœlix iuuenis, totum celebrandi per orbem
Aetas ingenij fertilitate minor.
Nec mirum in te tanti Doctoris alumno,
Arbore de tali talia poma fluunt.

Notarij Petri Chiruzzæ. Ad Authorem. Exaſticon.

EN noua, nec cuiuſuis iam nota Nouarius affert,
Admiranda canens ordine cuncta ſuo.
Sanctarum legum, necnon penetralia Iuris
Scire cupis manibus ne cadat iſte liber.
Stamina fatales deducant longa ſorores,
Hæ primis annis debinc potiora dabit.

Dyſtichon Eiuſdem.

Miror, quid? Iuuenem tot tantaque poſſe docere.
Deſine, cur? ſenſus menſque ſenilis adeſt.

D. Io.

D. Ioanni Mariæ Nouario V. I. D. solertissimo, & in Prouincijs Capitinatæ Apuleæ Comitatusq; Molisij per suam maiestatem Consiliario.

Ioannes Antonius Nouarius Ecclesiæ Neap. Canonicus, & eiusdem Curiæ vnus ex Consultoribus Frater. S. P. D.



ON possum non, mi frater mihi gratulari, quin te, & eruditione, & ætate reuereat superiorem; & omnem hanc laudem, quæ ex tuis litterarij laboris fructibus percipienda tibi absq; dubio est, in me. meosq; omnes deriuandam censeam; qui tuus, qui tui sunt, præsertim, qui tibi, vt in propinquitate, in amore coniunctiorem me prædico: gratulor, inquam, mihi, cui, & tu nomine deuinctiorem facilè confiteris: & vt enim amor, qui fratrum pectore, suauibus charitatis vinculis strictè obligat, omnium audit maximus; ita, & ille, qui inter nos, tam propinquitatis, quam necessitudinis compagibus strictissimus intercedit; omnium, cum sit maximus, maximo etiam maior meritissimo audiat, necessè est. Parenti etiam nostro (dicam nè Doctori?) lubens gratulor, cuius in nos exanclatis laboribus à tè, vt natu, sic doctrina maiori gratia grata, quia non tarda, tam copiosè reddatur. Exemplar ille nobis ad eruditionem, & virtutem semper fuit: mihi iam, non ille solùm, sed etiam tù; qui vberiori gloriæ messe, & illius laboribus, & optatis respondisti, meritò eris, meritò sequor; & siniquis passibus, animo tamen æquo illum te incitantem, ad honestam vadentem imitabor illud separatus, non te, non illum mihi vnquam ad altiora gradienti defuturos, & sicuti lapsos fuero, cui innitar leuaturo propriùs fidam. Benè olim Stamander apud Homerum, ab Achille obsessum Simoentem aduocat.

Frater amice, hominis pariter compescere vires ambo huius studeamus inclamans: Benè Hector iam impar congressus Achilli, vt sibi suppetiatum veniat.

Deiphobum fratrem intento clamore vacabat,

a quo destitutus sibi iam conclamatum illicò, satjsq; cedendum iniquis persuasit. Sic apud Platonem Adimantus Glaucones aduersus Socratem differentis causam excipiens, nondum, ait, Socrates satis

hac

hac de re dissertum. Cur ita? nempè quia id hondum est dictum, quod maximè dictum oportuit: cui Socrates: igitur, addit, frater adesto viro; vt habet prouerbium: quare tu, si quid hic prætermisit, adiua. Idem ego, arctiori tamen causa, frater fratri adesto, ac suppetias fert, mi frater, qui, & amicus: vicissim vellem, & si possem ego, potero pater, non exemplo, fraterno auxilio; multumq; mihi me consequutum credam; cùm è sapientis monitu sciam, fratrem, qui adiuuatur à fratre, ciuitate munita longe esse potentiorem: nam melius est duos esse simul, quam vnum, (idem ait) habent enim æmolumentum societatis suæ; si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Procul illi sint, quos, cùm natura coniunxit prouida, imprudens dissociauit simultas, nam profectò, vt cum Euripide dicam.

Res dira verbis inuicem altercarier,
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit, aut contentio.

Cui enim Caini cum Abele, Iacobi cum Esaû, Romuli cum Remo, Etheoclis cum Polinyce, Antonini cum Geta dissidia non mirabitur? quis non stupebit (quis non abhominabitur? si qui gente, cognatione, affectu coniuncti sunt (in sacris literis) fratris nomine condecorantur; qui natura sumus, nonnè melius fraternis inuicem operibus, mutuisuè beneficijs de nobis oportebit benemereri? præsertim, cum frater, & fidelis in ijsdem prò eodem vsurpentur: si enim, vt Terentius in Adelphis ex Philosophorum vaterum disciplina ait, vetus quidem hoc verbum, amicorum inter se, communia esse omnia: & amicitiam æqualitatem Pythagoras apud Agellium vocabat; qui, & æquales sumus, & natura, & amore: quare non amicorum, quare non fratrum, & laudibus, & virtute fruemur? communis ergo tua hæc laus, mi frater, & mihi est. Itaque, hanc augeas vtinam, & Deus tuorum iuuenantium annorum seriem augeat; in generis nostri gloriam, in nostrorum maleuolorum admirationem. O vtinam, &

Dij tibi dent animos, continuentq; tuos.
Precor è communi vtriq, nostrum Musa.

ELEN-

ELENCHVS SINGVLORVM CAPITVM TOTIVS OPERIS

Taliter dispositus, vt litera P. paginam demonstret litera C. columnam significet

ARGVMENTA.

Quęstionum primæ Sectionis in qua premissa generalia ad Materiam reponuntur.

Quæstio 1.

1 Quid sit electio, & Variatio Fori p. 4. c. 1,

Quæstio 2.

2 Quænam requirantur in Electione, & Variatione Fori faciendа p. 8. c. 1.

Quæstio 3.

3 Variatio Fori An, & quando concedatur sicuti conceditur Electio p. 16 c. 1.

Quæstio 4.

4 Variatio Fori quoties fieri possit, & concedat priuilegiatis personis p. 22. c. 2.

Quæstio 5.

5 Electio, seù Variatio Fori facta absque aliquo ex Requisitis necessarijs An sit ipso iure nulla, vel parte petente debeat annullari, & sic ope exceptionis p. 25. c. 2.

Quæstio 6.

6 Electio Fori Num in dubio censeatur cum omnibus sollemnitatibus, & Requisitis necessarijs facta p. 29. c. 1

Quæstio 7.

7 Electio, siuè Fori Variatio An possit fieri per procuratorem nomine priuilegiatarum personarum ita ut, & ille valeat quoque iurare de perhorrescentia p. 30. c. 1

Quæstio 8.

8 Ius eligendi, & variandi Forum Num sit fauorabile, vel odiosum p. 32. c. 2

Quæstio 9.

9 Electionis Fori priuilegium Num procedat tam in Tribunalibus secularibus, quam in Ecclesiasticis itaquod priuilegiatæ personæ per viam electionis Fori omisso loci ordinario Curiam Romanam adire possint p. 34 c. 1

Quæstio 10.

10 Electionis, seù variationis Fori exceptio opposita Num per processum ad vlteriora censeatur reiecta. p. 36. c. 1.

Quæstio 11.

11 Electionis, & variationis Fori pri-

uilegium Num sit Reale, vel personale. p.37.c.2

Quæstio 12.

12. Electionis; & Variatioris Fori priuilegio An, & quando renunciari possit, & quid si fuerit renunciatum omni legum auxilio. p.39.c.2

Quæstio 13.

13 Renunciatum in dubio Num præsumatur priuilegio Electionis, & Vatiationis Fori. pagin. 45. c. 2

Quæstio 14.

14 Renunciatio Electionis Fori facta ab eo qui non fuit certioratus de beneficio, cui renunciat, An valeat. pag.48. col. 2.

Quæstio 15.

15 Electio, & Variatio Fori quousque à personis priuilegiatis opponi possit. pag. 49. c.2.

Quæstio 16

16 Electione Fori facta An statim sint ligatæ manus Iudicis coram quo litigatur, licet ei nō fuerit inhibitum. pagin. 51. col. 2.

Quæstio 17.

17 Iudex à quo An possit præfigere Terminum habentibus priuilegium Electionis Fori, vt infra illum se pre sentent coram Tribunali, quod elegerunt. p.53.c.1

Quæstio 18.

18 Priuilegiatus Fori Electionis Beneficio citatur, Num teneatur comparere, suumq; priuilegium allegare. p.54. c. 1

Quæstio 19.

19 Priuilegiatis personis eligentibus forum, si opponatur quod tales non sint, quid agendum. p. 55. c. 2

Quæstio 20.

20 Notarij Assertio in procurationis Instrumto scilicet (Talis Vidua, Talis Pupillus, &c) An sufficiat, itavt non requiratur alia probatio ad verificandum se esse tales, quales esse negatur per aduersarium, p 58.c.1

ARGVMENTA.

Quæstionum Secundæ Sectionis, Itaque personæ priuilegiatæ habentes priuilegium Electionis Fori recensētur.

Quæstio 1.

21 Orphanus An Electionis, & Variationis Fori priuilegio gaudeat.p.64.c.1

Quæstio 2.

22 Orphanus quis dicatur ad effectū, vt valeat huiusmodi Electionis Fori beneficio vti. pag. 64. col. 2

Quæstio 3.

23 Pupillus An, & quando gaudeat Fori Electionis, & Va-

Variationis priuilegio. p. 65. col. 2.

Quæstio 4.

24 Pupillus quis dicatur, vt Electionis, & Variationis Fori beneficio vti valeat. pagin. 67. col. 2.

Quæstio 5.

25 Pupillaris Ætas si negetur per Aduersarium à quonam sit probanda, & qualiter probetur. p.69.c.2.

Quæstio 6.

26 Vidua An, & quando Electionis, & Variationis fori priuilegio potiatur. p. 71.c.2

Quæstio 7.

27 Vidua quænam dicatur ad hoc, vt huiusmodi Beneficio vti valeat. p. 75. c. 2

Quæstio 8.

28 Morbo diuturno Fatigatus An, & quando Fori Electionis & Variationis Beneficio gaudeat. p.79.c.1

Quæstio 9.

29 Morbus qualiter probetur, & quis illum probare teneatur, & quænam dilatio ad illum probandum sit concedenda, & quandiù durare præsumatur ad effectum, de quo supra. p. 81. col. 1.

Quæstio 10.

30 Infans Expositus An priuilegio Electionis, & Variationis Fori fruatur. p.82.col.1

Quæstio 11.

31 Meretrix An, & quando Beneficium Electionis, & Variationis Fori allegare possit, pag. 84. c. 1

Quæstio 12.

32 Meretrix quænam dicatur ad effectum de quo supra. pag 85. col. 2.

Quæstio 13.

33 Virgo Num, & quando Beneficio Electionis, & Variationis Fori fruatur. pagin.87 col. 1

Quæstio 14.

34 Virgo quænam dicatur, & Virginitas in Muliere an præsumatur, & qualiter probetur ad finem de quo supra. pag.88 col. 2.

Quæstio 15.

35 Scolaris num fori Electionis, & Variationis beneficio vti possit. pag. 90. col. 1.

Quæstio 16.

36 Prodigus An, & quando Electionis, & variationis Fori Beneficio vti possit. pagin. 91. col. 2.

Quæstio 17.

37 Prodigus quisnam dicatur ad effectum de quo supra. pag.92 col. 2.

Quæstio 18.

38 Auarus an, & quando Beneficium Electionis, & Variationis Fori habeat. pagin. 94. col. 1.

Quæstio 19.

39 Auarus quisnam dicatur ad effe-

effectum de quo supra. pag. 95. col. 1.

Quæstio 20.

40 Senex Beneficiũ electionis, & Variationis Fori An, & quando prætendere possit. pagin. 97. col. 1.

Quæstio 21.

41 Senex quisnam dicatur ad effectum de quo supra. pagin. 98. col. 2.

Quæstio 22.

42 Mercator An habeat beneficium eligendi, & variandi Forum. p. 100. c 2

Quæstio 23.

43 Mercator quisnam dicatur ad effectum de quo supra. p. 103. col. 1.

Quæstio 24.

44 Vniuersitas Num Beneficio electionis, & variationis fori vti possit. p. 102. c. 1

Quæstio 25.

45 Vniuersitas quænam dicatur ad finem de quo supra. p. 103. col. 1.

Quæstio 26.

46 Collegium, siuè Sedile num, electionis, & Variationis Fori priuilegio frui valeat. pag. 103. col. 2.

Quæstio 27.

47 Hæreditas Iacens Num Beneficio electionis, & variationis Fori vti possit. p. 105. 1

Quæstio 28.

48 Agricola, siuè Rusticus An electionem, & Variationem fori habeat. p. 106. c. 2

Quæstio 29.

49 Nauta An electionem, & variationem fori allegare possit. p. 107. c. 2

Quæstio 30.

50 Peregrinus, vel Aduena Fori electione, variatione Num vti possit. p. 108. c. 1

Quæstio 31

51 Peregrinus, & Aduena quisnam dicatur ad finem de quo supra. p. 108. c. 2

Quæstio 32.

52 Captus ab Hostibus An habeat Fori electionis, & variationis Beneficium. pagin. 509. col. 2.

Quæstio 33.

53 Pauper An electionis, & variationis fori Beneficium allegare possit. p. 112. c. 1.

Quæstio 34.

54 Pauper quis dicatur, & paupertas quomodo probetur ad finem de quo supra. pag. 124. col. 2.

Quæstio 35.

55 Amore captus Num electionis, & Variationis Fori priuilegio vti possit. p. 118. c. 1

Quæstio 36.

56 Damnatus ad carceres Num elegionis, & variationis priuilegio gaudeat. p. 119. c. 2

Quæstio 37.

67 Damnatus ad Triremes Num

Electionis, & variationis Fori Beneficio gaudeat. pag. 129. col. 2.

Quæstio 38.

58 Relegatus, vel Deportatus in Insulam Fori electione, & Variatione, An vti possit. p. 124. col. 1.

Quæstio 39.

59 Demoniacus, Num Electionis, & Variationis, Beneficio iuuetur. p. 124. c. 2.

Quæstio 40.

60 Decoctus, An, & quando electionis, & variationis fori priuilegio potiatur. pagin. 125. col. 1

Quæstio 41.

61 Ebriosus, siuè solitus inebriari, Num Beneficium electionis, & Variationis fori prætendere possit. pagin. 125. col. 2.

Quæstio 42.

62 Furiosus, Mente captus, Freneticus, An, & quando Electionis, & variationis Beneficio vti possit. pagin. 126. col. 2.

Quæstio 43.

63 Furiosus, An quis præsumatur, & qualiter probetur Furor ad effectum, de quo supra. p. 129. c. 1

Quæstio 44.

64 Fatuus An vti possit electionis & Variationis fori Beneficio. p. 131. c. 1

Quæstio 45.

65 Fatuus quisnam dicatur ad finem, de quo supra. pag 131. col. 2.

Quæstio 46

66 Lunaticus Num fori electionis, & Variationis priuilegium allegare possit. pagin. 132. col. 1.

Quæstio 47.

67 Lunaticus, quisnam dicatur ad effectum, de quo supra. pag. 132. c, 2

Quæstio 48.

68 Conuentus ad finem electionis, & Variationis fori Beneficio, An vtatur. pagin. 133. col. 1.

Quæstio 49.

69 Ecclesia Num Beneficio electionis, & Variationis fori fruatur. p. 134. 2.

Quæstio 50.

70 Pia causa An gaudeat Beneficio electionis, & Variationis fori. p. 135. c. 2

Quæstio 51.

71 Pia causa quænam dicatur ad finem de quo supra. pag. 136. col. 2.

Quæstio 52.

72 Clericus An, & quando Fori electione, & variatione vti possit. pag. 141. c. 4

Quæstio 53.

73 Clericatus, à quo sit probandus, & qualiter probetur ad effectum, de quo supra. pag. 149 col. 1.

Quæstio 54.

74 Hospitale Num in suis cau-

sis electionis, & variationis Fori Beneficio vti possit. p. 153. col. 1

Quæstio 55.

75 Conseruatorium puellarum secularium, An electionis, & variationis Fori priuilegio, vti validè possit. p. 156. c. 1.

Quæstio 56.

76 Confraternitas, Extaurita, siuè Confratrum, Oratorium, An electionis, & variationis fori priuilegium allegare valeant. p. 157 c. 2

Quæstio 57.

77 Mons Misericordiæ, siuè Pietatis vel Pauperũ, An electionis, & Variationis Fori Beneficio validè frui possit. pagin. 159. col. 2.

Quæstio 58.

78 Mons pietatis, siuè Misericordiæ, vel Pauperum quidnam sit, & quænam habere soleat. Capitula ad effectum de quo supra. pagin. 160. col. 1.

Quæstio 59.

79 Scola literarum, & Seminarium, An Electionis, & variationis Fori priuilegio vtantur. p. 161. c. 2.

Quæstio 60.

80 Publicè pœnitens, An electionis, & variationis Fori beneficio fruatur. p. 163. c. 1

Quæstio 61.

81 Monachus, Num habeat Beneficium electionis, & variationis Fori. 163. c. 2

Quæstio 62.

82 Monialis, An Fori Electione & variatione potiatur. p. 164 col. 2

Quæstio 63.

83 Nouitius, An priuilegio electionis, & Variationis Fori acti possit. p. 166. c. 1

Quæstio 64.

84 Oblatus alicuius Monasterij, Num elestionis, & Variationis Fori priuilegio vtatur. pag. 169 col. 1

Quæstio 65.

85 Conuersus, siuè Conuersa alicuius Religionis, An electionis & variationis fori priuilegio frui possint. p. 171. c. 2

Quæstio 66

86 Tertiarius, siuè Tertiaria, vel Bizocha, An priuilegio electionis, & veriationis fori vtatur. p. 172. c. 1

Quæstio 67.

87 Eremita, Num Electionis, & variationis fori priuilegium allegare possit. p. 176. c. 1.

Quæstio 68.

88 Eremitæ quodnam sit nomen, & quid significet ad finem de quo supra. pag. 177 col. 1.

Quæstio 69.

89 Miles Hyerosolomitanus, vulgò Caualier di Malta, Milites S. Iacobi, S. Lazari, Alcantaræ, Cala-

Calatrauæ, Aurei Velleris (vulgò del Tesone), & similes, Num electionis, & variationis Fori priuilegio vtantur. pagin. 179. col. 2.

ARGVMENTA.

Quæstionum tertiæ Sectionis, in qua enumerantur priuatæ personæ, quę priuilegiatorum causa Fori Electione, & Variatione vtuntur.

Quæstio 1.

90 Consors litis cum priuilegiato, An, & quando electionis, & Variationis Fori priuilegio frui valeat. pagin. 189. c. 1

Quæstio 2.

91 Causa connexa, quænam dicatur ad finem, de quo supra. p. 194. c. 1

Quæstio 3.

92 Vxor Miserabilis personæ, An & quando eodem electionis, & variationis fori Beneficio gaudeat, quo vir vtitur. pag. 196. c. 2.

Quæstio 4.

93 Sponsa habentis Fori Electionem, Num gaudeat eodem priuilegio eligendi Forum sicuti sponsus. p. 201. c. 1

Quæstio 5.

94 Maritus, vel sponsus personæ priuilegiatæ, Num eodem electionis, & Variationis Fori priuilegio vti possit, quo vtitur eius vxor, vel sponsa. p. 202. c. 2

Quæstio 6.

95 Sponsa de futuro, & de præsenti, quænam dicatur, & qualiter probentur sponsalia, & Matrimonium ad finem, de quo supra. p. 203. c. 1

Quæstio 7.

96 Concubina habentis priuilegium electionis Fori An gaudeat eodem beneficio. p. 204. c. 1.

Quæstio 8.

97 Parentes, & sic Pater, Mater, Num gaudere possint priuilegio Electionis, & Variationis Fori ex causa Filij priuilegiati. p. 205. c. 1

Quæstio 9.

98 Filius Miserabilis personæ, Num eodem Electionis, & Variationis Fori Beneficio gaudeat quo, & Pater. pag. 207. col. 2.

Quæstio 10.

99 Paternitas, Maternitas, & Filiatio, qualiter probentur ad finem quo supra. pagin. 216. col. 2.

Quæstio 11.

100 Frater priuilegiatæ personæ, An, & quando vti possit Beneficio electionis, & Variationis fori, quo fruitur Frates. 219. col. 1.

Quæstio 12.

101 Fraternitas qualiter probetur

tur ad finem de quo supra.
p. 220. c. 1

Quæstio 13.

102 Fideiussor priuilegiatarũ personarum habentium electionẽ fori, num eodem priuilegio vti possit. p. 220. c. 2.

Quæstio 14.

103 Cessionarius Miserabilis personæ, An eodem electionis fori priuilegio vtatur, quo, & vti possit principalis cedens. p. 225. c. 1.

Quæstio 15.

104 Negotiorum Gestor Miserabilis personæ, An electionis, & Variationis Fori Beneficio validè vti possit. p. 228. c. 2

Quæstio 16.

105 Seruiens Ecclesijs, An gaudeat priuilegium electionis, & variationis fori. p. 229. c. 1.

ARGVMENTA.

Quæstionum quartæ, & vltimæ Sectionis, in qua enumerãtur casus in quibus Electionis, & Variationis Fori priuilegium concedatur, vel denegetur.

Quæstio 1.

106 Electio Fori num intentari possit à miserabilibus personis, quando Barones, & Domini habent iurisdictionem primarum: & secundarum causarum derogantẽ omnibus, & quibuscunque priuilegijs, p. 232. c. 1.

Quæstio 2.

107 Electio fori, An concedatur si iurisdictio primarum, & secundarum causarum derogatoria priuilegij cum clausula (motu proprio) per Regem Baroni concessa foret, p. 234. c. 2.

Quæstio 3.

108 An si in derogatione priuilegiorum facta in concessione iurisdictionis Baroni adesset Clausula (Non obstantibus priuilegijs quorum specialis mentio facienda esset) Electionis Fori priuilegiũ à priuilegiatis possit intentari. p. 235. c. 1.

Quæstio 4.

109 Electio Fori, An possit fieri quando in concessione Iurisdictionis facta Baronibus cum derogatione priuilegiorum reperitur inserta clausula (quorũ tenores) p. 236. c. 1.

Quæstio 5.

110 Electio fori, An competat, vbi in concessione iurisdictionis cum derogatione priuilegiorum facta Baroni adest clausula (ex certa sententia), p. 237. c. 1.

Quæstio 6.

111 Beneficium electionis Fori, Num habeat locum, si in concessione iurisditionis cum derogatione priuilegiorum reperiatur clausula (pro expressis habentes) p. 237. c. 2.

Quæstio 7.

112 An si cõcessio iurisdictionis cũ derogatione priuilegiorum

sit facta cum priuilegijs, & verbis amplissimis habeat locum electionis fori beneficium. p.238.c.2

Quæstio 8.

113 Electio Fori num competat Vassallis, quando Baroni esset concessa iurisdictio primarum, & secundarum causarum derogatoria priuilegiorum per Relationem ad aliud priuilegiũ in quo adesset expressa derogatio priuilegij Miserabilium personarum. p.239.c.2

Quæstio 9.

114 An vbi iurisdictio concessa à Rege cum derogatione l.vnice. C. quando Imper. &c. reuertitur in demanium electio fori à priuilegiatis illius loci intentari possit. p.240.c.1.

Quæstio 10.

115 Electio Fori. An cesset, vbi concessio Iurisdictionis primarum, & secundarum causarum cum derogatione priuilegiorũ esset facta per clausulas generales. Verum constaret de mente principis. p.240.c.2

Quæstio 11.

116 Electio Fori an, & quando concedatur Miserabilibus personis, qui sunt vassalli, itaut in præiudicium curiarum Baronaliũ possint adire Regia Tribunalia. p.142.c.1

Quæstio 12.

117 Electio Fori an tam in causis ciuilibus, quam criminalibus priuilegiatis personis competat. p.243.c.2

Quæstio 13.

118 Electionis Fori Beneficium num allegari possit, vbi miserabilitatis qualitas lite pendente superuenit. p.249.c.1

Quæstio 14.

119 Electio Fori Num detur quñ priuilegiatus agit ex iure cesso. p.251.c.1

Quæstio 15.

120 Electio Fori an competat priuilegiato obligato in forma Cameræ. p.255.c.1

Quæstio 16.

121 Electio Fori Num competat quando priuilegiatus satisdedit de iudicio sisti, seu de stando iure, vel de iudicatum soluendo. p.256.c.1

Quæstio 17.

122 Electio Fori Num fieri possit quando priuilegiatus in Tribunali in quo lis agitatur dederit cautionem expensarum p.257.c.1.

Quæstio 18.

123 Electio Fori An sit admittenda vbi priuilegiatus potijsset copiam libelli in Tribunali in quo conuentus fuit. p.257.c.2

Quæstio 19.

123 Electio Fori An detur, si à priuilegiato essent datæ sportulæ Iudici. p.258.c.1

Quæstio 20

125 Electio Fori An possit fieri à priuilegiato, casu quo satis dedisset de parendo mandatis curiæ in

in qua fuit cōuentus p. 259. c. 1

Quaestio 22.

127 Electio Fori Num competat priuilegiato Contumaci p. 260. c. 1

Quaestio 23.

128 Electio Fori An concedatur in lite incepta cum defunto cui priuilegiat⁹ successit p. 260. c. 2

Quaestio 24.

129 Electio Fori An sit concedenda vbi agitur de causa concurrentiæ in quinquennali dilatione p. 263. c. 2

Quaestio 25.

130 Electio Fori Num competat priuilegiatis personis, qui fuerunt citati ad recognoscendam Apocham p. 264. c. 2

Quaestio 26.

131 Electionis Fori Beneficium Num duret, quando Miserabilitatis Ratio cessat p. 266. c. 2

Quaestio 27.

132 Electio Fori An habeat locum, vbi priuilegiatus conuenitur in loco cōtractus p. 269. c. 1

Quaestio 28.

133 Electio Fori An habeat locum vbi priuilegiatus comparet in causa vti Tertius p. 270. c. 2. (licet ibi ex errore Tipografi aliud dicat)

Quaestio 29.

134 Electio Fori An concedatur habenti priuilegium vt possit conueniri coram pluribus Iudicibus p. 271. c. 2

Quaestio 30.

135 Electionis Fori Beneficium An competat personis priuilegiatis, & miserabilibus, quæ sunt diuites. p. 272. c. 1

Quaestio 31.

136 Electio Fori Num concedatur, vbi persona priuilegiata esset laudata in Authorem. p. 275. c. 1

Quaestio 32.

137 Electionis & Variationis Beneficium Num habeat locum, quando per vnam, ex partibus vigore pragmaticæ odia litium sub Rubric. de Arbitris petitur compromissum. p. 276. c. 2

Quaestio 33.

138 Electionis Fori Beneficium, Num competat personis priuilegiatis, qui sunt excomunicati. p. 278. c. 1

Quaestio 34.

139 Electionis Fori Beneficium, An competat in redditione rationum, & Reliquorum solutione. p. 280. c. 1

Quaestio 35.

140 Electionis Fori Beneficium, Num intentari possit in causis Regiorum Officialium. p. 282. c. 2.

Quaestio 36

141 Electionis Fori Beneficium à priuilegiatis, & personis miserabilibus Num possit opponi, quoties litem habent cum Militibus. p. 284. c. 2

Quaestio 37.

142 Priuilegium eligendi, & variandi Forum Num competat miserabilibus personis, vbi litigant

gant

gant cum Baronibus. p. 285. c. 2.

Quæstio 38.

143 Electio, & Variatio Fori, An sit concedenda Miserabilibus personis conuentis pro salario Aduocatorum, & procuratorũ. p. 288.c. 1

Quæstio 39

144 Electionis Fori priuilegium Num possit opponi à priuilegiato aduersus citationem super tenore Instrumenti contra eum factam. p. 288. c. 2

Quæstio 40.

145 Electionis Fori Beneficium, Num habeat locum in causis Fiscalibus. p. 289.c. 2

Quæstio 41.

146 An in causis minimis, & parui momenti habeat locum Electionis Fori priuilegium. p. 291 c. 2.

Quæstio 42.

147 Causæ modicæ, & parui momenti, quænam appellari possint tàm in Ciuilibus, quã in Criminalibus ad effectum, vt electionis Fori priuilegium cesset. p. 293. c. 2

Quæstio 43.

148 Electio Fori Num concedatur in causis executiuis, & summarijs 295. c. 1

Quæstio 44.

149 Causæ summariæ, & executiuæ, quænam dicantur ad finem, de quo supra. p. 296. c. 1.

Quæstio 45.

150 An in causis Feudalibus cõcedendum sit Electionis Fori priuilegium. p. 301. c. 2

Quæstio 46.

151 Feudum quaternatum, quidnam sit ad finem de quo supra. p. 303. c. 1

Quæstio 47.

152 Electionis Fori Beneficium, An competat contra locatos Regiæ Dohanæ. p. 304. c. 1

Quæstio 48.

153 Electio Fori, Num habeat locum in causa Reconuentionis. p. 305. c. 2

Quæstio 49.

154 Reuariatio Fori, An sit concedenda Reo non existente in fortijs Curiæ. p. 306. c. 2

Quæstio 50.

155 Electio Fori, An competat si priuilegiatus esset obligatus, quod vbique posset conueniri. p. 307. c. 1

Quæstio 51.

156 Electionis fori Beneficium, An habeat locum vbi agitur de re beneficiali puta de causa Iuris patronatus. p. 309. c. 1

Quæstio 52.

157 Fori variatio, An debeat cõcedi, quoties aduersarius inhæsit electioni fori factæ per personam priuilegiatam. p. 309. c. 2.

Quæstio 53.

158 Beneficium electionis Fori, An sit admittendum vbicunq;

Mi-

Miserabiles personæ litigare vellent in eo foro, cuius iurisdictio eorum nomine exercetur. p. 310. c. 2

Quæstio 54.

159 Electionis fori beneficium, Num habeat locum, vbi lis uertitur cũ curialibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Regiarum Audientiarum Regni, Sacri Consilij, vel Regiæ Cameræ Summariæ. p. 311. c. 1

Quæstio 55.

160 Electio fori, An concedatur personæ priuilegiatæ depositariæ conuentæ pro restituendo deposito, vel sequestro. p. 312. col. 1.

Quæstio 56.

161 Electionis fori Beneficium, Num competat Miserabili personę possedenti Bona vigore decreti lati à Iudice domicilij si opponatur nullitas aliqua contra dictum decretũ, & ideò fuerit citata coram eodem. p. 313. col. 1.

Quæstio 57.

162 Electionis fori Beneficium, An habeat locum, quoties Iurisdictio concessa à Rege cum derogatione l. vnic. C. quando Imper. &c. propter Rebellionem esset amissa, & Rex alteri concessisset Terram, siue Ciuitatem absque expressione istius clausulæ. p. 314. c. 2

Quæstio 58.

163 Ius eligendi, & variandi forum, An cesset vbi causa, & lis vertitur inter Miserabiles personas, & Familiares, Commensalesq; Regis Actu seruientes. p. 315. c. 1.

Quæstio 59.

164 Familiares domestici, & Cõmensales quinam dicantur ad effectum, de quo supra. p. 318. c. 1.

Quæstio 60.

165 An vbi Miserabilis persona esset Iudea, vel Infidelis ei concedatur electionis fori priuilegium. 320. c. 2

Quæstio 61.

166 Electionis fori beneficium, An possit intentari contra simile, & par ius habentes, & sic aduersus alias personas priuilegiatas. p. 321. c. 2

Quæstio 62.

167 Ius eligendi, & variandi forum, An cesset vbi lis, & causa cum Neapolitanis vertitur. pag. 329. c. 1. vbi regula affirmatiua ponitur, licet ex errore Tipographi negatiua insinuetur.

Quæstio 63.

168 Ciuilitas Neapolitana, quomodo acquiratur ad effectum habendi eius priuilegia, & ad finem, de quo supra. p. 333. c. 1

Quæstio 64.

169 Electionis fori beneficium, An habeat locum in illis causis, in quibus specialis Iudex est deputatus. p. 339. c. 1

Quæ-

Quæstio 65.

170 Electionis Fori beneficium, An habeat locum quando Miserabilis persona agat ex aliqua offensione sibi casualiter facta p. 341.c.2

Quæstio 66.

171 Beneficium eligendi Forum An competat Miserabilibus personis, quæ propria culpa in talem miserabilitatem deuenerunt. p. 342.c.1

Quæstio 67.

172 Electionis, & variationis Fori priuilegium, An sit concedendum vbicunq; apparet priuilegiatas personas hoc facere causa defatigandi collitigantes. p. 343.c.2

Finis Elenchus Singularum Quæstionum.



DIVINI NOMINIS
INVOCATIO
Pro
Operis perfectione, & comendatione ab Authore facta.



OPTIME præclarè; & omninò Diuinæ *Synesius* scribit in *Epistolis*, Deum cuiusuis operis, & sermonis auspicem esse debere, nam vt ex *Pindaro Aristides in Panegirico* refert Deo monstrante initium expedita est via inueniendi, id quod propositũ est, adeò quod, vt (vetus verbum habet) præsente Deo omne impeditum fit expeditum. Quamobrem etiam antiquitus receptum fuisse ex *Pausaniæ* authoritate confirmat *Eustatius*, vt in cuiusque rei auspicio Deus semper proclamaretur, quod & in ipsum non immerito obseruasse videtur *Plato in principio de legibus*, apud quem cum Atheniensis quidam ambiguè leges à Deo, aut homine, quopiam inuentas esse disputaret, respodit *Clinias*, Deum solum esse Authorem legum, sed & Pindarus alicubi compendio sermonis à Iouis exordio dixit perindè, vt *Aratus*, quod *Virgilius poeta noster* imitatus, ita canit. *A Ioue principium*. Idem quoque posterioribus temporibus secuti Principes, & Imperatores Christiani, vt & Pontifices, ac præcipuè Imperator noster *Iustinianus*, passim libros suos auspicantur ab inuocatione diuini Nominis, vt patet *ex probemio institution & l. 2. C. de offic. præfect. prætor.* vbi *Iustinianus* hæc verba in principio ponit *In nomine Domini Nostri IESV CHRISTI, ad omnia consilia, omnesque actus semper progredimur*. Idẽ facere se testatur, idem *Imperator in auth. de quæstor. & in auth. de armis*. Extatque simile exemplum in *Canon. 1. distinct. 27.* & passim alibi, quod, & cum primis ità faciendum monet *Apostolus* in signo illo dicto, omnia quæ facitis, aut verbo, aut opere facite *in Nomine Domini Nostri IESV CHRISTI*, vt est in *cap. non liceat 26. quæst. 5. & in cap. non obseruetis 26. quæst. 7.*

Sic, & Principes hodie sua rescripta, & decreta exordiri solent: Dei gratia, omne quod faciunt facere se protestãtes, vt testatur *Brisson. lib. 1. de formul & sollemn. Popul. Roman. per tex.* in

in cap. terra, & cap. cum vniuersas, ibi (Spiritus Sancti inuocata gratia) de elect. clemen. 1. de iur. iur.

Planè enim sperandum est, quod vbi *Christus* fundamentum est ex eo boni operis sequatur superedificium *cap. cum paulus 1. quæst. 1.* cum inuocatio diuini Nominis in omni opere tria operetur, scilicet bonum principium, melius medium, & optimum finem *in princip. auth. quomod. oport. Episcopos, glos. in probem. in verbo item Iason. in rubr. ff. de noui oper. nunciat. Specul. in tit. de Aduocat. §. 6. versic. suppositis & in tit. de instrument. edit. §. 2. versic. ante omnia.*

Quare ego *Ioannes Maria Nouarius* ingenio, ac doctrina me alijs inferiorem agnoscens, qui neque Velius acumine, neque literarum scientia sum, cum doctissimis, & eloquentissimis vllo comparandus, cum huius operis prouinciam tentare ausus sum *Deo optimo Maximo, & iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, hoc opus meque ipsum totum do, dedo, trado, adscribo, atque subijcio.



Ver-

Verba l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.

SI contra pupillos, vel viduas, vel morbo diuturno fatigatos, & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ iudicium memorati à nullo nostrorum Iudicum compellantur Comitatui nostro sui copiam facere, quinimò intra Prouinciam, in qua litigator, & testes, vel instrumenta sunt experiantur iurgandi fortunam atque omnis cautela seruetur, nè terminos Prouinciarum suarum cogantur excedere.

Quod si pupilli, vel viduæ, alijque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostrę serenitatis orauerint, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescũt: cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere. Datũ 15. kalend. Iulij Constantinopol. Optato, & Paulino Coss. 334.

Verba Constitutionis Regni statuimus de Magistro Iustitiario.

STatuimus, vt Magnæ Curiæ nostrę Magister Iustitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui quatuor Iudices volumus assidere, Magister Iustitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine læsæ Maiestatis nostræ, & de fæudis quaternatis, & de quota parte ipsorum feudorum, & de appellationibus ordinariorum, seù delegatorum nostrorum ad nostram Curiam interiectis, & de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediatè nobis assistunt de speciali conscientia nostra, in Curia commorantium, qui de Curia nostra fine speciali mandato nostro nõ possunt recedere, necnon, & miserabilium personarum, quarum est priuilegiũ forum eligere (corporali præstito Sacramento,) quod aduersariorum suorum fortè potentiam perhorrescunt causas audiat, & iustitia mediãte decidat.

Consultationes inferiorum, Iudicum pro sua iurisdictione recipiat de Iure consulentibus responsurus.

In alijs autem nulli liceat aduersarium suum in nostra Curia euocare.

Sed apud ciuites, & criminales Iudices, prout eorũ quilibet de causa cognoscere ex officio suo potest aduersarios suos citandi licentia concedatur.

Hoc addito, quod de crimine læsæ Maiestatis nostræ apud Iustitiarios Regionum, (si hoc accusator elegerit) causas audiri volumus, & decidi.

Aduenientibus etiam ad Curiam nostram pro quærenda iustitia, seù literis impetrandis, primum inquiri præcipimus, si ad ciuiles Iudices in ciuilibus causis, vel de maioribus ad maiores primum recursum habuerint.

Quod si forte negauerint ad ipsos, cũ robore, & expensarum factarum dispendio sine literis remitti iubemus.

Cæterum si per eos denegatam, aut detractam fore libri iustitiam sibi prestito Sacramento firmauerint nomine supplicantis, & Iudicis cum adiectione dicti rescripti concessi in memorabilibus actis, quæ super his specialiter fieri mandauimus, annotato tandem infrascripta forma, literas obtinebunt.

Quæ talis est talis iuratus ad te remittitur ꝙ desuper inter eluso negotio à te petitam iustitiam nequierit obtinere, expediendus infra statuti temporis spatium per nouas nostræ magnificentiæ sanctiones.

Is autem ad quem huiusmodi literæ trãsmittuntur, omnes quodquod in forma præscripta officio suo durante acceperit ab administratione remotus infra mensem continuum Curiæ nostræ Iudicibus, apud quos gesta de talibus residebunt, prius quã ad alterius ratiocinij calculum admittatur per se, non per procuratorem præ-

præsentare debebit redditurus de quolibet examine iudicij rationem, vt quilibet, vel de negligentia redargutus pœnam legitimam, quam non formidauit accidia; vel de negligentia comprobetur in præsentia aduersorium, vel contumaciter fugitiuorum, qui per successorem suum ad instantem requisitionem ipsius peremptoriè citari debebunt cum ipso nostræ Curiæ se debebunt præsentare periurij pœnā probabili ratione refūdat. Sanè si postquam inferiorum Iudicum quæstionem ad se forte delatam ad iurisdictionem suam dubitat probabiliter pertinere dubitationis suæ causam literis suis, non per partes ad Curiam transmittendo, sed certum infra quem responsionem expectet partibus termino præfigendo Curiæ nostræ securè rescribat iuri, & qualitati negotio à nostra Curia responsum idoneum recepturus.

Verba textus Ritus Magn. Curie Vicariæ 228.

ITem quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum ad Curiam ipsam, nisi sit Curialis, sed cum priuilegiatus trahit, non priuilegiatum ad Curiam ipsam priuilegiatus curat, quod perhorrescit exceptio Curiali, qui non iurat, & priuilegiatus trahit ad Curiam ipsam in iure cesso, ex causa tamen necessaria, non lucratiua exceptio Curiali, qui ad Curiam ipsam de iure cesso non trahit, sed nullus priuilegiatus trahit, ex pœna sibi cessa conuentionali, siue legali.

Verba textus Ritus Magn. Curiæ Vicariæ 229.

ITem si Clerici de rebus Ecclesiasticis cum iuramento dixerunt, quod perhorrescunt trahunt ad Magnam Curiam, nec autem de rebus eorum priuilegio Clericorum item qui sunt in Magna Curia ad gagiam ipsius trahunt ad ipsam Curiam priuilegio Curialium.

Verba textus Ritus Magn. Curiæ Vicariæ 230.

ITem quod si qua mulier vidua, seu pupillus citatus de mandato dictæ Curiæ pro aliquo criminali voluerit declinare forum ipsius Curiæ ad aliū Iudicem competentem comparere debet personaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid sibi de iure competit super declinatione fori prædicti.





IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI.

FERTILIS, PRAEGNANS, VTILIS, ET PRActicabilis Tractatus Electionis, & Variationis Fori.

IVXTA MENTEM L. VNIC. C. QVANDO IMPER. INTER PVPIL. & Vid. & Constit. Regni Statuimus sub Rubr. de Magistr. Iustitiar.



SVMMARIVM.

1 *Scientia abscondita, & Thesaurus inuisus nullam affert vtilitatem.*

2 *Triste est diuiti absque hærede decedere. Opus hoc mutatũ esse dicit Author, nam in eo plura addidit, declarauit, & mutauit, quod & fecisse doctissimos alios viros ostendit, ibid.*

3 *Ordo in qualibet re est necessarius, cum dicatur parium dispariumque rerum sua cuique loco tribuens dispositio.*

4 *Actus inanis redditur absque ordine.*

5 *Ordinabiliter agi non potest ex his, quæ inordinatè acta sunt.*

6 *Ordo in singulis dispositionibus est attendendus.*

7 *Inordinatè procedens dicitur ponere habenam in cauda. Ordo habuit ortum à Paradiso, ibidem.*

8 *Res publica nulla meliori ratione regi potest, quam ordinis constitutione. Administratio rectè geritur ex officiorum ordine, ibid.*

9 *Grues ordine vtuntur vna post aliam incedendo.*

10 *Negotium ex diuisione semper fit clarius.*

11 *Diuisio quid operetur.*

12 *Qualibet res diuisa melius interpretatur, ac intelligitur.*

13 *Diuisa magis clara, et facilioris capacitatis euadunt.*

14 *Author diuidit hoc opus in quatuor sectiones.*

PRÆLVDIVM.



PLinius secundus, ad Caninium Ruphum scribens ipsum hortabatur, vt aliquid efficeret, & excuderet, qđ esset perpetuò suum, (inquiens.) Nam reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium
1 dominiũ sortientur;) *Et Ecclesiast. c.21. in fin. & cap.51.* habetur scientiam absconditam, & Thesaurum inuisum vllam afferre vtilitatẽ, neminemq; debere accendere lucernam, & ponere sub modio, sed super candelabrum, vt singulis domi existentibus luceat, notatur *Matth. cap.5.* vnde *Bald. in proem. decretal. colum.2.* non minus doctè

A quam

2 quam eleganter in illa prorupit verba, vt quemadmodũ triste est diuiti absq; hærede decedere, ita miserrimum est habenti gratiam intellectus posteris suis, & sic studiosis nihil scriptum, tanquam hæreditarium relinquere; Horum omnium memor cum semper fuerim, illaque præ oculis habuerim annis nõ longè elapsis. Dum adolescẽs eram de electione, & variatione fori quasi exponẽs *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. necnon const. Regni statuimus de magistr. Iustit.* tunc pro ętate comentarios edidi; verum quia maior factus iterũ typis dari occurrit, ideò maturiori iudicio materiam ipsam perspiciens, & magis quã prius per optimè callens commentarios ipsos in aliam formam reducere decreui aliqua mutando, alia addendo, & nonnulla declarando, vt ex eiusdem operis lectione plenè patet, quod quidem opus cum parui antiqui olim editi sapiat nouũ meritò appellari debet.

Nec (candide Lector mireris) siquidem sapientis est in melius mutare sententiam, resq; suas seriosè, & prudenter perpẽdere, & cõsiderare, Angelici Doctoris inhærẽdo vestigijs, qui id, quod in sententiarũ libris in iuuenili ætate dictauerat, deinde maiori minerua præditus, & maturiori ductus cõsilio, vt plurimum in summa alterauit, & mutauit; quod & pariter sequutus fuit Illustriss. Cardinalis Caetanus dicti Angelici Doctoris egregius comentator scribendo in summula aliter, quam in comentario, ac ipsum Doctorẽ exararat, & Martin. Azpilcueta (vulgò Doctor Nauarrus) in senectute non dedignatus est limare, & mutare sententiam diuersimodè, quam produxerat in iuuenili ætate, sic, & pariter summus Pontifex Innocentius IV. Fęlicis memoriæ in cap. ad Apostol. de re iudic. in 6. si quid minus benè factum reperisset suam corrigere sententiam se paratum esse promulgauit, sicq; de S. Augustino Doctorum Magistro passim vidimus.

3 Cumque autem ordo in qualibet re sit necessarius, tanquam illarum singularum fundamentum, absque quo nihil super ædificari potest, atque omne bonum generans iuxta Patris l[iterarum] *S. Augustini* vocem de qua memor. est, *Luc. de Pen. in l. 2. C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. & ipse dicatur parium dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio secundum eiusdem *D. Augustini* mentem 19. *de Ciuitate Dei cap.* 34. quem pariter idemmet *Luc. refert in l. is quidem col. 2. C. qui milit. poss. cod. lib.* 12. & sic cuiusque rei de qua agitur spiritus. & anima, qua corpus, sic è materia illa de qua agitur informatur, nam quemadmodum anima corpus gubernat,

4 ita ordo materiam tractandam regit; adeò quod si ea, quæ gerimus ordine caruerint omnis noster actus inanis reddetur, *ad tex. in l. quæcumque gerimus ff. de act. & obligat.* & vbi is non est dicitur inesse confusio, vt dictat *tex. cum glos. in auth. de hæred. &*

5 *falcid. §. inordinatum vero*, vndè est, quod ex inordinatè actis nequit aliquid ordinabiliter agi *cap. qualiter il primo de accus.* cum in eo cõsistat omnis operis perfectio, nam iuxta *S. Ambrosij doctrinã* scire quid facias, & nescire quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, quare sapientis esse ordinare asseuerat *Aretin. cons. 6.* & in

6 omnibus dispositionibus ordinẽ attendendum esse colligitur ex *l. generaliter §. si quid ff. de fideicommiss. libert. l. quoties ff. de vsufruct. cap. penul. de rescript. in 6. cap. mandato de præbend. eodem lib.* cum latius notatis per *Card. Tusc. conclus.* 196. *lit. O.*

7 *tom.* 5. qui enim inordinatè scribit, dicitur ponere habenam in cauda, vt ait *Lancellott. in l. nemo potest col. 5. ff. de leg.* 1. ita vt ordinem habuisse originem à Paradiso, testatur *Speculat. in suo probem. §. cæterum*,

8 in dies quæ experientia singularum rerum magistra docet nullam Rempublicam posse alia meliori ratione regi, quam ordinis constitutione ex diuersitate inquam oritur contentio, & ex officiorum ordine rectè geritur administratio, *cap. adhoc* 89.

9 *distinct.* indè & ordine etiam & vti grues videmus, cum vna post aliã ordinatim incedant, vt apud *Boer. in suo tract. de authorit. Magni Consilij vers.* 38. & vas electionis *Paulus Apostolus 1. ad Corint. cap.* 14. *in fin.* Nos monet cuncta decenter, & secundum ordinem faciendam esse, & tandem non inelegans Poeta illa cãtauit carmina

Omnis res fluet, quam instus diligit ordo
Omne sed euertit reprobus ordo bonum.

10 Et quia ex diuisione, & quæstionum partitione negotium semper clarius euadit, *§. sed ne in primis instit. de legat. l. 1. iuncta glos. ff. de dol. except. cap. super literis extra de rescript.* & diuisio illos tres vulgatos

11 parit effectus, quia animum legentis, incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat, *l. 1. in princ. ff. de dol. except. glos. in §. igitur in probem.*

12 *instit. in verb. easdem*, imò quęlibet res diuisa melius interpretatur, ac intelligitur,

§. sed

§.sed non vsque instit.de legat. cum ea, quę
13 diuisim tradantur, sint magis clara faciliorisque capacitatis meliusq; intelligantur, teste *Fabro in rub. inst. C.de act.* rectiusq; memoriæ commendari possint, quia labilis hominũ memoria est *l.peregre ff. de acquir. possess. l.2. §.si quid autem C.de veter. iur. enucleand.* Ideò omnium singularumque rerũ Artificis nomine humiliter prius implorato, à quo cuncta bona procedunt, de cuius vultu scientia, & sapientia prodeunt, eiusq; sanctissimæ Dominæ Genitricis MARIAE nomine deuotè ex corde inuocato. Ego Nouarius I. C. Lucanus hunc Tractatum diuidere oportunum, ac consentaneũ esse iudicaui.

OPERIS DIVISIO.

14 SCripta, & elaborata in hoc opere ita commodè in plures sectiones diuidenda opinatus sum, vt in prima de præmissis generalibus ad fori electionis materiam necessarijs tractabitur.

In Secunda, illi, quibus scilicet huiusmodi electionis fori priuilegium competat enumerabuntur.

In Tertia personæ priuatæ, quæ priuilegiatarum personarum gratia eodem electionis fori gaudent beneficio recẽsentur.

In Quarta tandem casus, in quibus tale cõcedatur priuilegium, vel à iure denegetur reponentur.

Quæ singulæ sectiones per varias quæstiones, ampliationibus, declarationibus, & limitationibus exornatas, & luculẽter accomodatas copiosè, eleganter, & exactissimè Deo Opt. Max. iuuante dilucidabuntur.

Iacta in Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Psal. 55. vers. 23.



A 2 SECTIO

SECTIO PRIMA.

IN QVA PRAEMISSA GENERALIA ad hanc Electionis, & Variationis Fori materiam substantialia vtiliter reponuntur.

S V M M A R I V M.

1 *INstitutio omnis debet à desinitione proficisci.*

2 *Electio fori quid sit, & num.6.*

3 *Actor sequitur forum rei, licet secus in causis miserabilium, nu.4.*

5 *Miserabiles persona quamuis sint actrices eligunt forum.*

7 *Pro primis causis nullus potest à domicilio extrahi.*

8 *In Regno Neap. appellatur ad immediatum superiorem, nec licet per saltum venire ad Tribunalia superiora, nu. 9. & vide nu.11, & 13.*

10 *Baro dicitur Iudex ordinarius suorum vasallorum.*

12 *Auditores primarum, & secundarum causarum sunt tenēdi in territorio feudi, & iurisdictionis.*

14 *Priuilegium personarum miserabilium quod nam sit.*

15 *Si Iudex ordinarius sit negligens, potest quis in ius vocari extra Prouinciam, & pro primis causis potest adiri Archiepiscopus, Episcopo negligente, nu.16. etiā pro erigendo seminario, nu.17.*

18 *Variatio fori quid sit.*

19 *Iudicium vbi cœptum est ibi finiri debet, sed limita vt nu.20.*

ARGVMENTVM.

Quid sit Electio, & Variatio Fori.

QVÆSTIO I.

1 Voniam omnis, quę à ratione suscipitur de aliqua re institutio à definitione proficisci debet, vt intelligatur quid sit illud de quo agitur, & disputatur iuxta ea, quæ colliguntur, ex *l.1.ff.de testam.& l.de interdicto in princ. ff.de aqu.quotid.& æstiu.* & aperto ore docuit pater eloquētiæ *Cicer.lib.j.offic.paulò post princ.* idcirco tractaturus de electione, & variatione fori (cuius sanè materia diffusa, & admodum vtilis ex tractatu ipso apparebit) opportunum forè existimaui primo loco quęrere, & insimul discutere quid sit ipsa electio, & variatio fori.

2 Affirmo igitur electionē fori nihil aliud esse nisi quandam facultatem priuilegiatis personis concessam de foro rei in alienum forum transeundi contra regulam *tex.de qua in l.actor C.de probat.* vbi cautum est
4 actorem debere sequi forum rei, vt probatur etiam in *l.in criminali C. de iurisdict. omn.iudic. l.fin.C.vbi in rem actio, l.quia etiam C.de alienat.iudic.mutan.caus.fact. l.iuris iniquum C. de iurisd. omn. iudic. cap. cum sit generale de for.compet. cap. si clericus extra eod. tit. cap.experientia 21. quæst.1.*de cuius sanè materia affluēter loquuntur *Viu.decis.49. Caluol.in sua prax. iudiciar.§.actor concl.1. Illustriß.D.Ricc.*

Præsul

Præsul Vici Equensis in collectan. 366. *&* 1930. *Amat. cons.* 31. *centur.* 1. *Card. Tusch. concl.* 122. *lit. A.*

4 In tantum quod regula vt actor sequatur forum rei, non procedit in causis priuilegiatarum, & miserabilium personarum, cum ab ea excipiãtur, *Præses de Frãch. decis.* 541. *num.* 4. *Amat. decis. Rota Marchia* 105. *Cochier. in tract. de iurisd. in exempt.*
5 *quæst.* 108. *par.* 4. *tom.* 1. possunt enim istæ quamuis sint actrices eligere forum, quod volunt *l. vnic. vbi cõmuniter DD. C. quãd. Imperat. Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 66. *nu.* 17. *Galganett. de iur. public. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.* 38. *D. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 270. *in fin. par.* 3.

6 Vel est beneficium, siuè priuilegium mutandi, seù declinandi iudicium ab ordinario Iudice competenti, & illud transferendi apud Regia Tribunalia forumq; Principis, ex vulgata dispositione *text. in d. l. vnic. & constit. Regni incip. statuimus*, contra regulam tex. de qua in *l. nemo C. de iurisdict. omn. iudic. §.* 1. *in nouell. vt different. iudic.* quibus iuribus probatur neminem in prima causarum cognitione omissa ordinarij Curia ad Principis Tribunal posse vocari, vt etiam de iure municip. huius Regni cautum est in *pragmat.* 2. *incip. quarula sub rub. vbi de delict. quis conuen. debet*, per quam dispositum est pro primis causis neminem posse à proprio domicilio extrahi, ita vt non potest Rex in primis causis vassallorum Baroni concessis se intromictere, *Bal. in l.* 1. *quæst.* 43. *ff. de rer. diuis. Frece. de subfeud. auth.* 9. *lib.* 2. *Gregor. de concess. feud. quæst.* 2. *art.* 7. *par.* 7. *Gacher. decis.* 29. *num.* 8. *Addit. ad Ann. singul.* 631. *Lanar. cons.* 52. *num.* 5. cum in præiudicium Baronis, qui ipsas habuit prohibeatur fieri, *Reg. de Curt. de feud. fol. mihi* 28. *nu.* 12. respectu enim Baronis iurisdictio à Rege videtur concessa priuatiuè, & non cumulatiuè, *Foller. in constit. Regni non sine grandi sub num.* 7. *Gram. decis.* 30. *num.* 9. *Vrsill. decis.* 41. *num.* 3. *Præs. de Franch. decis.* 541. *sub num.* 17. vnde remissionem causæ istorum esse faciendam Baroni non obstantibus literis familiaritatis Regis, decisum refert *Anna alleg.* 44. *& sing.* 321. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. *§.* 7. *nu.* 40. & remissionem vassalli posse peti post sententiam foriudicationis, & concedi decisum ait *D. Reg. Tap. in iur. Reg. in prag.* 1. *vbi de crim. agi oport. nu.* 49. sic etiam post sententiam condemnatoriam ad mortem, *Rouit. in prag.* 2. *num.* 6. *vbi de delict.* prout in simili omisso medio ad alium superiorem appellare non licet, *l. Imperatores ff. de appellat. cap. dilect. il terzo, vbi glos. in verb. post huiusmodi extra eod. tit. Soccin. regul.* 25. *Misinger. obseruat.* 67. *centur.* 1. *Guid. Pap. decis.* 221. *num.* 5. *Gail. obseruat.* 41. *num.* 8. *cum seq. lib.* 1. *Benintend. decis.* 96. *Rosental. in tract. de feud. cap.* 5. *conclus.* 5. *nu.* 18. & alij omnes tam antiqui, quam moderni communiter de quibus plenissimè *Scaccia in tract. de appellat. cap.* 2. *q.* 7. *& Cardin. Tusch. concl.* 352. *lit. A.*

8 Quare in Neapolitano nostro Regno obseruantia est appellari ad immediatum superiorem, quia maior pars Baronum habent primas, secundas, & nonnulli etiam tertias causas appellationum, quibus stantibus non licet appellare omisso medio, & ideò si qui appellant ad Regias Audientias prouinciales, vel ad Mag. Cur. Vic. petita remissione per ipsos Barones statim remittuntur causæ ad eorum immediatos superiores, prout sic etiam seruari in statu Imperiali referunt *Gail. obseruat.* 119. *sub nu.* 2. *lib.* 10. *Misinger. obseruat.* 67. *centur.* 1. & scribit *Venat. in sua Analysi Iuris Pontific. lib.* 2. *tit.* 28. *§. quæ forma vers. iustificãtur autem.*

Et meritò quidem ne iurisdictiones inuicem confundantur *l. nemo ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi *Glos. in vers. auxiliũ §. nulla auth. de defensor. Ciuit. cap. peruenit* 11. *quæst.* 1. *Nacta cons.* 82. *num.* 4. *& cons.* 271 *num.* 2. *lib.* 2. *Gail. obseruat.* 119. *sub num.* 2. *Roland. cons.* 48. *num.* 29. *& seq. lib.* 2. *Guid. Pap. decis.* 436. *nu.* 3. vnde in facto (in causa Ioannis Andreæ de Sãmillo Ciuitatis Vgenti) non sine ratione dicebam ipsum tanquã citatum extra suum domicilium in primis causis potuisse impunè non parère, & quod si fuisset lata sententia in prima instantia, vel in secunda ab alio Iudice, quam à Iudi-
9 ce sui domicilij posset dicere de nullitate, non licet enim vassallis omissis eorum Iudicibus ordinarijs per saltum venire ad suprema Tribunalia pro consequẽda iustitia, *Put. in tract. de syndic. in rub. de excess. Ba-*
10 *ron. erga subditos num.* 4. Baro si quidem dicitur Iudex ordinarius suorum vassallorum, & ille debet adiri pro primis, secũdis, & tertijs causis, si illas habeãt, *Frec. de subfeud. Baron. auth.* 13. *Reg de Pont. de potest. Proreg. in tit. de prouis. fieri solitis §.* 1. quos cũ *Andr.* refert, & sequitur nouissimè *D. Regens Constantius in cõmentar. ad tres posteriores libros Codic. in l. nullus num.* 67.
11 *C. de nundinib.* & ideò benè potest prohi-

bere suos vassallos ne appellent per saltum omisso medio ad alia Tribunalia, *Carauit. in rit. Mag. Cur. Vic. 265. nu. 37.* quia à primis causis debent appellare ad secundas, & à secundis ad tertias, si forte habeat, *Foller. in sua pract. crim. in ver. audiantur excusatores nu. 16. Ann. sing. 82. Carrab. in*

12 *tract. sindicat. official. singul. 32.* vbi quod puniri possunt vassalli appellantes omisso medio relinquendo Iudicem secundarum, vel tertiarum causarum, qui quidem tenetri debent in territorio feudi, & iurisdictionis, *Carauit. d. rit. 265. num. 34. & 35. Ann. singul. 560.* nam assessores non assumendi sunt ex remotis partibus, *l. nemo possessorum vers. longius, & ibi glos. C. de annon. & tribut. lib. 12. Cochier. de iurisdict. in exempt. par. 1. §. 13. num. 12. tom. 2.* ne partes grauentur sumptibus itinerando in remotioribus regionibus perspiciendum est enim vt partes, quam minus fieri potest sumptibus grauentur, *Specul. de Iudic. deleg. §. sequitur num. 1. Rodriq. quæst. regul. tom. 1. quæst. 68. art. 8. Capiblanc. sing. 13.* vbi ideò firmat, Barones teneri constituere assessores, & Iudices secundarum causarum in loco magis conuicino.

13 In tantum quod præfata regula vt omisso medio ad superiorem appellari nequeat in his personis priuilegiatis locum sibi nō vendicat, *Rebuff. de priuileg. scolar. priuil. 194. & in constit. Franciæ in tit. de friuol. appellat. §. fin. sub 2. reg. vers. tertio fallit, Ioan. de Firmo in tract. de gabell. par. 7. quæst. 27.* quos nouiter congerit *Borrell. in sua sum. decis. in tit. de appellat. num. 48. tom. 2. Cancer. variar. resolut. par. 2. cap. 2. de iurisdict. omn. iudic. & foro competenti num. 3. Tesaur. decis. 177. nu. 8. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 150.* vbi notauit, miserabiles personas habere priuilegium, vt possint trahere aduersarios ad forum Principis omisso Ordinario.

14 Quamuis è contra, si huiusmodi personæ priuilegiatæ litigarent in eorum domicilio, & nollent extrahi ab illa Curia, non possent vocari etiam Principis rescripto extra illud, & si ad suprema Tribunalia Principis pars aduersa illos trahere vellet, sed in proprio domicilio sunt conueniendæ, vt docuit *Bald. ex d. l. vnic. C. quando Imper.* quam in hunc modum summauit, *personæ miserabiles non debent trahi in ius extra Prouinciam, ipsæ autem possunt alios trahere*, cuius quidem sententiam omnes ibidem Interpetres aperto ore affirmant verissimam, sicuti ex communi tradit *Sicard. in rub. num. 1. & in cit. l. vnic. nu. 1. & 2. Cuiacius in paratlit. ad ipsum met tit.* qui breui oratione contentus his vtitur verbis *miserabiles personæ rescripto Principis euocare extra Prouinciam nō euocari possunt, Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 1. & 2 & cap. 7. num. 1. & seq.* & alij commemorati à *Castill. lib. 3. controuers. iur. cap. 25. num. 6.* vbi id ampliat procedere etiā si Iudex Prouinciæ, vel domicilij negligens esset in administranda iustitia, nam neq; similes personæ extra Prouinciam euocari possent, allegat *Bart. Bald. Castrens. & omnes in eadem l. vnic.* & ex antiquorum cōmuni Doctorum sententia singulariter declarasse ibidem *Sicard. nu. 2. per tot.* & ita ait sensisse *Trentacinq. tom. 1. var. resolut. 2. in*

15 *princ. lib. 2.* quamuis ordinaria iuris sit regula quem posse vocari in ius extra Prouinciam, & proprium domicilium, vbi Iudex Prouinciæ negligens reperitur in administranda iustitia, vt statutum est in *§. 1. in auth. vt different. iudic.* & fatetur idem-

16 met *Castill. loc. cit. num. 5.* quemadmodum in primis causis potest adiri Archiepiscopus Episcopo existente negligente in administranda iustitia, cum propter Episcopi negligentiam ad Archiepiscopum deuoluatur iurisdictio, & potestas *cap. fin. quæst. 3. cap. pastoralis in princ. de offic. Ordinar. cap. sicut olim de accus. cap. 1. de supplend. negligent. prælat. in 6.* cum adductis per *Quarant. in sum. Bullar. in ver. Archiepiscopi authoritas num. 21.* vbi pariter *Additio* concordantes cumulat *D. Ricc. in commentar. ad rit. Cur. Archiepisc. Ciuit. Neap. rit. 11. Genuens. in praxi eiusdem Cur. Archiep. cap. 70. nu. 3.*

17 Et præterea ex negligentia Iudicis inferioris iurisdictio deuoluitur ad Superiorem, *tot. tit. de supplen. negligent. prælat. Modern. Neap. de iurisd. cent. 2. casu 146. Bouer. sing. 1. num. 3. Cochier. de iurisdict. in exemptos par. 1. §. 6. num. 4. tom. 2.* vndè quando Episcopus negligens esset in erectione seminarij existentibus facultatibus illud erigendi Archiepiscopus supplere debet eius negligentiā, *Piaseg. in praxi Episcop. par. 2. cap. 2. num. 5. in fin. D. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. 196. num. 4. par. 4.* sicque pariter quando Episcopus negligens esset in exequutione vltimæ voluntatis, *Abb. in cap. pastoralis de offic. ordin. Conrad. in templo Iudic. lib. 2. cap. 4. sub nu. 12.* vel quando esset negligens in collatione beneficij, quia tunc deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, *cap. 2. de concess. prebend.*

bend. vt etiam remiſſio ſubditorum terrarum demanialiũ denegatur officialibus per Regiam Audientiam quo ad inquiſitos, de contrauentionibus pragmat. quãdo ob eorum negligentiam non vſi fuiſſent diligentia circa obſeruantiã, & Regia Audientia procederet, *Foller.in pragm.5.num.8.de admin.Vniuerſ.* vbi ſic deciſũ refert, quod ſcio practicatum eſſe aduerſus Regium Gubernatorem Tramunti, vndè (vt ad principale inſtitutũ reuertar) tutò firmandum eſt, qood Barones nequeunt petere remiſſionem huiuſmodi priuilegiatarum perſonarum ad eorum Tribunal, nec M.C. vel S.C. debet remittere, niſi in ſpecie id id haberent in priuilegium, *Calà de modo artic.gloſ.1.§.1.num.78.*

18 Variatio autem fori eſt priuilegium recedendi à iudicio cępto coram vno Tribunali, & eundi ad aliud contra regulam *tex. in l.vbi captũ ff.de iudic. §.quoniã auth.de teſtib.l.nulli prorſus C.de iudic.* quibus iu-
19 ribus probatur iudicium debere finem accipere vbi cęptũ eſt, de quo ſanè iuris axiomatè *Afflict. deciſ. 334. Gabriel concluſ.1. de iudic.Reg.de Pont.conſ.70.vol.1.Polid. Ripa obſeru.40.Facbin.controuerſ.iur.lib. 11.cap.78. Port.in concluſ.ſiuè reg.22.* vbi plures ampliationes, & limitationes recẽſet *Cabedus deciſ.Rot.Luſitaniæ 25. par.1.* plenè *Giurb.deciſ.23.*

20 Ita quod in his priuilegiatis diſpoſitio tex. *in d.l. vbi captum*, pariter ceſſat *Soccin. conſ.94.num.3. Afflict.in conſt. Regni ſtatuimus num.25.Neuizant.in ſua Sylu. nuptial.lib.6.num.38.Nacta conſ.590.nu. 15.vol.3.Franch.deciſ.100.in fin.Garauit. in rit.233. num.9. Bellug.in Specul.princ. rub.23. num.2. Teſaur. deciſ.176. num.6. vbi filius in addit.* ſic ait deciſum, licet ibi vigore decreti contrarium ſeruari annuat in ſuo Senatu *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 257. ſub num. 2.* qui pariter iuxta hanc opinionem deciſum fatetur in M. C. Vicariæ eum refert *Thor.compilator deciſ. Regn. in ver. variatio tom.1. Gancer.var.reſol.cap.2. de iuriſd.omn.iudic.num.26.par.2.Garocc.in ſingul.98. & de exceptioni quaſt.6.except. 22.num.9.Borrell.in ſum.deciſ. in tit.de iuram.perborreſcent.nu.36.tom.1. D.Ricc.* qui ita ſeruatum refert *d.dec.Cur.Archiep. Neap. deciſ.270.par.3. & iterum in collectan.deci.collect.2156.* vbi Nos allegat poſt huius operis Neapolitanã primam impreſſionem, & ita practicaui in cauſa Natalis de Liquidonia, cum Dianora dello Piezzo Virgine in capillo, & iterum in cauſa hæredum Antonij Cucurulli cum Io. Camillo Lanza.

21 Et quod viduæ, & minores quatuordecim annorũ poſſint cauſas iam cęptas trahere ad alios Iudices, affirmauit *Cabed. d. deciſ.Rot.Luſitaniæ 25.nu.8.par.1.*

In tantum qũod regula altera vt trahẽs partem aduerſam coram pluribus Iudicibus pro cadem cauſa perdat eam, vt arg. *cap.ex tenore, ibi comodo careat de reſcrip.* tradit *Bellac. tom.1.commun. opin. lib.3. tit.1.num.28.& Modern. de iuriſd. par.2. cap.2. num.15.* ceſſat in his miſerabilibus perſonis.

Caſus autem variationis fori poteſt exẽplificari, quoties Ego perſona priuilegiata ago coram meo Iudice ordinario, & deinde eligo in forum Magnam Curiam, & rurſus à dicta Magna Curia recurro ad Regiam Audientiam, vel quando eligo in forum Regiam Audientiam, & deinde recurro ad Sacrum Regium Conſilium, & ſic è contra.

SVMMARIVM.

1 *Vt quis eligere, & variare forum poſſit, debet eſſe de numero priuilegiatarum perſonarum.*

2 *Iuramentum perborreſcentiæ requiritur in electione, & variatione fori facienda, quod præſtandum eſt eodem tempore, quo fit electio num.4.*

4 *Baro poteſt petere remiſſionem, vbi iuramentum perborreſcentiæ non eſt præſtitum.*

5 *Iuramentum perborreſcentiæ firmat iuriſdictionem tribunali electo.*

6 *Probatio in contrarium aduerſus iuramentum perborreſcentiæ, an admictatur, & num.8.& 11.*

7 *Iuramentum dicitur certior probatio eorum, quæ in animo conſiſtunt, & quæ à conſcientia dependent, ex qua concluſione Author ad multa infert.*

9 *Actori non licet, quod reo denegatur.*

10 *Probatio per iuramentum eſt leuis, & nimis extraordinaria.*

12 *Electio fori faciẽda eſt coram Iudice competenti, qui habeat poteſtatem in conuentum, alias non valet, vnde eligens in forum Regiam Audientiam Prouinciæ nõ ſuæ, non auditur, nu.20.*

13 *Poteſtas iudicãtis requiritur, vt quis poſſit in iudicio conſequi, quod ſibi debetur.*

14 *Sententia lata à non ſuo Iudice non valet, nec de conſenſu partium conualidatur eum alÿs ſimilibus, ibid.*

15 *Iu-*

15 *Iudex incompetēs quidquid agit nullitēr facit.*
36 *Confessio facta coram Iudice incompetenti, est inualida, nec sufficit ad condemnandum, num.17.*
18 *Contumax non reputatur citatus à Iudice incompetenti, qui non comparuit.*
19 *Apoca recognita coram Iudice incompetenti, non habet paratam exequutionē.*
21 *Tribunal Regiū eligi debet à priuilegiatis, & ideò Iudex secundarum causarū non dicitur competens ad hunc effectū, & ita consuluisse Authoris Genitorem ostenditur nu.22. quia Curia inferiores etiam demaniales, non possunt pro ipso effectu adiri num. 23. nec alijs Iudices supremi, nisi ordinarij, nu.24.*
25 *Electio fori à Curijs Ecclesiasticis facienda est in Curia Romana, vel saltem Illustrissimi Nuntij.*
26 *Priuilegiatus & si eligerit in forum Tribunal supremum, potest per viam variationis litigare iu Curia Baiuli.*
27 *Priuilegiatus, qui accusauit in Regia Audientia, Officialem potest deinde per viam variationis illum quarulare coram syndicatoribus.*
28 *Periculosum est sub suspecto litigare Iudice, cum pessimi euentus oriātur, n.29.*
30 *Pactum ne possit dari Iudex suspectus improbatur, nec statuto huiusmodi exceptio tollitur, nu.33.*
31 *Princeps ex certa scientia nec committit causas suspectis, nec id agere potest.*
32 *Superiorem non recognoscētes suspecti allegari non possunt.*
34 *Acta facta coram Iudice pendēte suspitione sunt nulla, cum pendente recusatione intromitti non possit nu. 36. nec discussioni interesse debeat, nu.37.*
35 *Iudex si post subscriptam sententiam, & traditam Actuario causa allegetur suspectus, debet supersedere in eius publicatione.*
38 *Recusans à recusati Iudicis iurisdictione dicitur exemptus.*
39 *Recusatus, & allegatus suspectus in vna causa, dicitur & in alia recusatus.*

ARGVMENTVM.

Quæ nam requirantur in Electione, & Variatione fori facienda.

QVÆSTIO II.

1 Regula sit plura copulatiuè concurrere debere in electione, & variatione fori facienda, scilicet vt ille, qui intendit forum eligere, aut variare sit ex personarum priuilegiatarum numero, de quibus in secunda Operis Sectione verba faciemus, vbi illas singulatim recensebimus.

2 Secundo, quod in tali electione interueniat perhorrescentiæ iuramentum, nam licet illæ personæ priuilegiatæ, quando vel in agendo, vel quando conueniūtur huiusmodi beneficio vti volunt, de iure communi non teneantur iurare se perhorrescere aduersariorum potentiam in loco, vbi debebant conueniri aduersarij, vel ipsæ personæ priuilegiatæ, vt constat ex *Trentacinq.variar.resolut.lib.2.tit.de citat.resolut.2.nu.14.tom.1.Barrell.in sum.decis.tit.de iurament.perhorrescent.num.2. tom.* 1. tamen de iure nostri Regni tenentur iuramentum hoc perhorrescentiæ præstare, vt probatur *in constit.statuimus de Magistro Iustitiario, & in Rit.M.C.V.*228.

Quare municipali lege sic vigente tutò affirmare possumus hodie in Regno in tantum competere huiusmodi electionis fori priuilegium, in quantum eo vti volētes aduersariorum potentiam perhorrescere iurant, vt testatur *Afflict.in nuper alleg.constit.statuimus num.*27. & notarunt *Niger in cap. Regni quoad decretam num.9. de offic.Iustitiar. Muscat.in praxi S.C. glos. competentes num.*78. *Mastrill. decis. Rotæ Siciliæ* 127. *num.*11. *tom.*2. *Tesaur. decis. Pedamont.*177.*sub num.*13.allegans *Carauit.in Rit.M.C.V.*239. *Capiblanc.in pragmat.*8. *num.*342. *de Baronib. in magnis*,
3 vbi quod isto perhorrescentiæ iuramento non præstito Baro causæ remissionem petere valebit, prout determinauit Sacr.Consil. *in causa Illustriss. D. Ducis Grauinæ, & Regij Fisci die 9. Augusti* 1581. *apud Figliolam*, tunc temporis *Actuarium*, vt cōstat ex *Præsid.de Franch. decis.*257. & ita quoque tutantur *Palma in diuersor. iur. communis, & Regni glos.*16.*num.*6.*par.*2. *& D.Ricc.in collect.decis.collect.*2306.

Quorum sanè sententia adeo est vera, & canonizata in Regno, vt sicuti quando forum eligere volunt iuramentum perhorrescentiæ præstare cogūtur; ita similiter quoties forum electum variare intendūt *Staibanus consil.*74. *num.*12. & prosequitur *Carauit.*

rauit. in cit. Rit. M.C.V. 228. *num.* 18. vbi iuxta hanc sententiam pluries determinari vidisse, & in practica seruari testatur, quãuis id locum habere putat, quãdo variatio fieret à Curia domicilij ad Curiam Regiã, non autem è conuerso, prout ita in facto *in causa pauperrimi Nardi Antonij* Cacciarelli Ciuitatis Capuæ *requisitus de voto consului in Anno* 1624. & ita declarat *Trentacinq. variar. resol. lib. 2. tit. de citat. d. resol. 2. nu.* 14. *circa medium.*

4 Quod quidem perhorrescentiæ iuramentum in vno eodemque tempore, quo à priuilegiatis personis suum allegatur priuilegium præstari debet, & sic in principio iurandum est perhorrescere potentiam aduersariorum, *Cassador. decis.* 1. *num.* 3. *de iur. iur.* & ita dicebam in causa *Horatij Malaspinæ cum hæredibus quondam Theophili Mancini*, ea palpabili ratione si quidem in Regno tale iuramentum est formale, & consequẽter dat esse electioni factæ, *ad tex. in l. Iulianus §. si quis rem ff. ad exhibend. l. qui hæredi, & l. Meuius ff. de condit. & demonstrat. l. in conuentio-*
5 *nibus ff. ad municip.* ita quod illud fundat iurisdictionem Tribunalis electi, quod vtiq; absque eo non haberet iurisdictionem, ad *text. in cap. statutũ §. cum verò de rescript. in 6.* & præterea meritò tanquam fundamentum iurisdictionis debet omnino præcedere, neque subsequi potest, alias electio facta non subsisteret, ex regula, quod formę legis ordo omissus corruit actus, *l. cum hi §. si prætor ff. de transact. l. traditionibus C. de pact. cap. quæ contra de reg. iur. in 6. cap. cum dilecta de rescript.* cum latius adductis per *Euerard. in topic. legal. loco* 53. *Monach. decis. Rot. Lucen.* 53. *nu.* 35. etiam si omittatur in minimo *Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. num.* 31. nam paria sunt aliquid fieri contra legem, vel non seruata forma legis, *auth. res quæ cum ibi notat C. de sacros. eccles.* vndè rationabiliter formæ nihil addi, aut detrahi potest, *l. 1. §. opus nouum ff. de nou. oper. nunciat.* cum illa sit de genere indiuisibilium, vt notatur in *l. si veritas* C. *de fideicommiss.* & tradunt *Tiraquell. de ll. connubialib. glos. 6. num. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. num.* 17. *Paris. de resignat. benefic. lib.* 8. *num* 94. *Gonzal. in regul.* 8. *Cancell. glos.* 18. *num.* 76. *cum seq. Escobar. de ratiocinijs cap.* 11. *nu.* 19. & ideò in formis non admittitur æquipollens *l. 3. §. fin. cum seq. & l. qui salutem ff. de iur. iur.* cum alijs iuribus de quibus *Viu. decis.* 334. *num.* 10. & recenter *D. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 349. *num.* 8. *par.* 4.

Quare tuta non videtur *Afflicti.* opinio *in constit. Regni statuimus num.* 29. dum affirmauit acta in M.C.V. contra illum, qui poterat declinare forum Magnæ Curiæ valere, & tenere etiã si facta forent per pupillũ, seù viduã, antequam iurassent se perhorrescere aduersarij potentiam, prout ita dicit *Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de citationibus resolut.* 2. *nu.* 14. *circa medium*, vbi pariter asseruit, quod priuilegiata persona habens fori electionem, & proponens illam perhorrescentiam in foro, & iudicio electo posset in quacunq; iudicij parte, ac etiam post sententiam in secunda instantia iurare se perhorrescere potentiã Aduersarij, & acta, quæ præcesserunt valerent, & tenerent pęnitusque subsisterent, allegat *Viuium in silua commun. opin. conclus.* 368. *nu.* 6.

Quod tamen ita indistinctè tenendum non est, sed tu procedere declarabis virtute Innocentianæ constitutionis, siue indultus editi *à Papa Innocentio IV.* per quem fuit mandatum iuramentũ hoc posse præstari in fine primæ, aut secundæ sententiæ refectis expensis, prout ita loquitur *Viuius d. conclus.* 368. *num.* 6. & Ego addo *Cassad. cit. decis.* 1. *num.* 3. *de iur. iur. Rot. diuers. Rom. decis.* 1044. *lib. 2. vol. 3. & Borrell. in summa decis. in tit. de iuramento perhorrescentiæ num.* 46. *tom.* 1. & iuxta hanc distinctionem intelligendus est *D. Ricc. nouissimè in collect. decis. collect.* 2306. *vers. item nota*, prout ita dicebam *in causa Ioannis Michaelis Felerij, cum Aurelia Sambacea vidua quondam Marcarij Pisciotti in anno* 1625.

6 Sed an aduersus istud iuramentum probatio in contrarium admictatur: Doctores (iuxta morem) in contrarias iure sententias, sunt siquidem affirmantes ad probandam hanc perhorrescentiam sufficere iuramentum, & partem contrariam probare volentem non esse admictendam, vt fuerũt *Afflict. in d. constit. statuimus num.* 7. *Rot. in antiq. decis.* 23. *de probat.* vbi quod creditur iuramento perhorrescentiæ probatione in contrarium non admissa, argum. *text. in cap. statutum §. 1. de rescript. in 6. vbi Io. Andr. & Franch. Rot. in nouis decis.* 3. *de rescript. Viuius in silua commun. opin. conclus.* 368. *num.* 5. *Foller. in memorat. constit. statuimus num.* 119. vbi nunquã se vidisse practicari talem probationem in contrarium afferri fatetur, sequũtur *Trentacinq.*

tacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de citat. resolut. 2. num. 14. Borrell. in sum. decis. tit. de iuramento perborrescentia num. 43. tom. 1. qui pariter nunquam se vidisse huiusmodi probationem in contrarium afferri, testatur *Thor. in compend. decis. Regni in verb. terminus tom. 2.* subire fert decisum per M.C. & S.C. pluries terminum aduersus iuratum perhorrescentiam non esse concedendam, *in causa viduæ Beatricis tramõtana cum Scipione Cioffo*, petẽte remissionem causæ.

7 Quorum sanè opinio fulciri potest, nam certior probatio, quam per iuramentum eius de cuius animo, & propositio dubitatur, seu quæritur haberi non potest, *§ alia instit. de actionib. l. si eut §. ijsdem ff. de accusat. Bar. in l. inter omnes §. rectè ff. de furt.* & assertioni alicuius iuratæ in his, quę ab eius animo pendent, siuè neganti creditur, *Glos. singularis in cap. significasti il primo, in verb. si est ita extra de homicid.* quam ibidem cõmuni voce Canonistæ approbant *Couar. pract. quæst. cap. 33. nu. 4. Marsil. singul. 635. Alciat. de præsdmpt. regul. 3. præsumpt. 13. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 1. Herculan. in tract. de negatiua num. 275. Menoch. de arbitr. Iudic. casu. 186. lib. 2.* plenè *Pactan. de probat. c. 39. lib. 1.* vbi plures facit illationes *Sayr. in clau. regia lib. 3. cap. 5. num. 4. Farinac.* latè *in suis fragment. crim. lit. A. num. 245. par. 1.* & quæ à conscientia dependent, benè probatur dicto asserentis cum iuramento, vt post antiquiores quorum doctrina vtitur demonstrat *D. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. Neap. 4. lib. 1.* vbi ex hoc meritò decisum refert esse credendum dicto asserentis se non emisisse votum castitatis, & hinc Ego dicebam in facto Marcum Aurelium de Gimnasio forensem, qui absque gabellæ solutione transierat per locum, in quo soluebatur gabella à transeuntibus cũ animalibus omissis (prout ipse asportabat) debuisse excusari à pœna, stante quod iura uerat ignorasse, ibidem solui debuisse gabellam, neque fraudulenter transierunt, vt in punćto sentierunt *Abb. cons. 35. Marsil. de probat. num. 124. & Petra in addit. ad Gramat. decis. 52. num. 3.* qui tamen declarat idem esse intelligendũ ad mitius agendum, ne res cadat in commissum, allegat *Rauen. post Alphabet. aur. notab. 8. incip. forensis*, vndè ignorantiam plenè probari iuramento ipsius se ignorasse dicentis, quia in cordis penetrabilibus latentia minimè testibus probari possunt, voluit *Glos. in cap. si vero in verb. propria de sent. excom. Sayr. in claui regia lib. 3. cap. 6. num. 4. Salzed. ad Diaz regul. 323. Lopez in l. 12. Hispan. in verb. que lo no sapera tit. 1. par. tit. 3. Mascar. de probat. conclus. 881. Auil. in cap. prætor 52. glos. e la terra num. 12. Sanchez de matrim. lib. 9. disput. 32. nu. 5.* vnde cum possessionis continuatio pendeat ab animo, qui non potest esse notus tertio, meritò licet de iure possessio præsumatur continuata, non tamen hæc præsumptio iuuat tertio, vt per *Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. num. 9. in princ. Gabr. consil. 143. num. 4. lib. 1.* & videtur sensisse *Rota Romana in Elnen Canonicatus 5. Maij 1603. coram Illustriss. Card. Lancellotto*, vt refert *Beltramin. in addit. ad Ludouis. decis. 307. num. 24. lit. A.*

8 Contrarium tamen, quod imò liceat aduersario probare contrarium, sicuti licet priuilegiato probare perhorrescentiam, scripserunt *Collect. in cap. Apostolicæ de cleric. excommun. administr. Felyn. in cap. accedens il secondo col. 6. conclus. 8. extra vt lit. non contest. Niger in cap. Regni quo ad decretum num. 14.* & ita decisum non semel affirmant *Cappell. Tholos. decis. 4. de rescript.* qui subdit hoc posse probari per inditia, & per facta exteriora, *arg. text. in cap. ex studijs extra de præsumpt. l. dolum C. de dol.* puta si reus probat, quod Actor in partibus, vel in Ciuitate propria sit potentior, vel diues, habeatq; consanguineos, & amicos potentes, & defensores, & Iudex est iussus, in quo non cadit inclinatio magis pro reo, quã pro actore, & sic de similibus, & ita pluribus vicibus obtinuisse in Mag. Cur. Vic. & alibi fatetur *Niger loco supra citato*.

Quam sententiam tutantur ex *text. in cap. illam non debet actori de regul. iur. in 6.* vbi Actori non licet, quod reo denegatur

9 *Thomasett. regul. 204. Scaccia de appellat. quæst. 18. limit. 7. num. 23. Cardin. Tusch. conclus. 119. lit. A. tom. 1.* vbi *nu. 2.* ampliat in casu conuerso, nã à pari procedit actor, & reus, *cap. 2. de mutuis petit. l. fin. de fruct. & lit. expens.* latè *Valasc. decis. 25. Gabr. conclus. 1. à num. 66. de clausul. Card. Tusc. conclus. 49. tom. 6.* & actor, & reus sunt correlatiua *Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 9. nu. 3.* quorum eadem est dispositio, idemq; iudicium, & de vno dispositum trahitur ad alium, *l. fin. ff. de acceptilat. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. l. si quis seruo C. de furt.* & vnum non potest esse absque alio, *Nauar. comment. 3. de regular. num. 44.* & si qui-

si quidem est prohibitum vni videtur, & alteri prohibitum, *Menoch. cons.136.nu.10. & 11. Gonzal. in regul.8.Cancell.glos.50. nu.*12.necnon vno sublato censetur, & aliud sublatum *l.alteri ff.de adimend.legat. Barbos. in rub. ff.solut.matrim.num.37.par.1. Surd. decis.52.num.5. Antonin. var.resol. lib.1.resol.56.nu.6.* & vno expresso, dicitur expressum aliud, quia correlatiuorum regula, ex regula parium, *l.Iulia §.si procurator ff.de action.empt.Bertazzol.in repetit.l.si quis maior nu.*801.C.*de transact.*

Præterea illam iuuant, quia si aliter diceretur, vtique erigeretur legitima defensio, contra omnia iura mundi defensionem non denegantia, *ad tex. in clem. pastoralis de re iudic. l.probibitum* C. *de iur. fisc. lib.* 10.

10 Et tandem quia probatio per iuramentum est leuis, & nimis extraordinaria cum sit contra totum titulum *Nequis in sua causa.*

11 Quid dicendum in hac DD. discordia? Ego vt meum interponam iudicium à firmata regula recedendum nō esse arbitror, cum validioribus rationibus sit ornata, & in praxi hodie magis recepta videatur. Eò magis, quia in criminalibus tantum, & in his, quæ sunt de genere prohibitorū, quando pro iuramento nulla adest præsumptio, & contra illud adest aliqua contraria præsumptio, non tollitur iuramento, licet secus si pro iurāte sit aliqua præsumptio delicti exclusiua, *Menoch.de præsumpt.lib.1.præsumpt.77. Mascard. de probat.conclus.90. nu.17.Mancin.de iurament. effect.44. nu. 14.par.4. Cardin.Tusch.conclus.531.num. 85. lit. I.*

Quamuis in Cathalonia non stetur iuramento allegantis perhorrescentiam, sed debeat ipsa per testes, aut aliter constare, vt habetur *in constit.1. tit. de euocat. de causas, & ibi Mier. nu.78.Cancer.variar. resolut. par.2. tit.de iurisdict. omn. iudic. num.* 20.

12 Tertio requiritur, quod huiusmodi electio fiat coram Iudice competēti, ita quod fori priuilegium concessum personis priuilegiatis aduersariorum potentiam perhorrescere iurantibus, non procedit in quacunque officialiū electione, sed eligendus est Iudex, qui iurisdictionem habet in conuentum, alias non esset admittenda electio petita, *Afflict. cit.constit.statuimus num. 13. & decis.257. num.2. & seq.* vbi *Vrsill.* pariter *in Addit.Garauit.in Rit. M.C.V.* 433. *num.7. Niger in cap. Regni quod decretam nu.*10.*Menoch.de arbitr.Iudic.lib. 2.casu 66.nu.50.Burg.in tract.de laudem. par.3. inspect.4.nu.16. Præses de Franch. decis.601.num.17.Marchesan,de commiss. in tit. de Auocat.causar.par.2.§.2.nu.*153. vbi inquit, quod regula vt miserabiles personæ forum sibi eligere possint, est intelligenda, quatenus competentē Iudicem eligant, quia si eis incompetens, vt cessabit vtique talis eligendi facultas, & ita pariter scribunt *Thor. in suo compend. decis. in verb.fori priuilegium fol.239.in fiu.tom.1. & Viscont.in suis conclus.conclus.iur.eod. verb. fori priuilegiū circa medium. Anell. Amat. cons.31.num.14. centur.1. incertus Author siuè Annotat statut.Parm.in rubr de ratione summaria reddenda miserabilibus personis vers. aut personæ miserabiles hic expresiè,* nouissimè post huius operis primam Neap. impressionem *Giurb.cons.crimin.48. num.9.* vbi Nos adhoc allegat, & sequitur.

13 De cuius conclusionis ratio assignatur, si quidem in exercitio actionis vt quis valeat consequi in iudicio, quod sibi debetur requiritur potestas Iudicantis, & sic quod Iudex sit competēs, & reus conuentus eius subditus, nam ab alio, quam à suo Iudice quis condemnari, & absolui nequit, *l.1. & fin.vbi glos.in ver.constringat, & ibi Bald. nu.2.& alij C.si à non compet.Iudic. l.fin. ff.de iurisd.omn. iudic. l.1. C.eod.tit. l.neque C. qui dar. tut. poss. l.fin. ff.de except.* Iudex enim competens potissima pars, & basis, ac lapis angularis, & præcipuum iudicij fundamentum est, vocaturq; Dux, & Imperator iudicij, *Bald.in rubr si à non compet. Iudic. Paris.de confident. benefic. quæst.79. num.22. & seq. de Pont. cons.21. nu.2. vol.2. Montalegr.in sua praxi exer-*
15 *citor. action. lib.1.cap.9.num.*1. vbi quod ideò iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicendi non habuit facultatem, *l.1. §. fin. ff.ad Tertull.l.1. §.hæc autem verba ff.quod quisque iur. l.2.in fin.ff.de pœn.* cū alijs traditis per *Vant. in tract. de nullit. in rubr. ex defectu sententiæ iurisdictionis in princ.* quare sententia lata à nō suo Iudice non valet, & nullam obtinet firmitatem, *cap.ad nostram de consuet. Bart. in l. magistratibus nu.2.ff.de iurisd.omn.iudic. Gomez tom.3.var.resol.cap.12.num.8. Perez in l.1.glos.1.tit.3.lib.1.ordin. D.Ricc. in collect.decis.collect.*1480.adeò quod nec de consensu partium conualidari possit, *Triuisan.decis.68.nu.4. & 5. lib.1.* nisi ex eisdē actis approbetur, aut suppleatur huiusmodi

iusmodi nullitas, vt post antiquiores firmarunt *Gama decis. 219. Viui. decis. 331. Cabed. decis. Lusit. 36. num. vlt. par. 1. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 16. num. 35.* & gesta à non Iudice, sunt ipso iure nulla, *l. nullum C. de cohortal. lib. 12. l. Actuarios C. de numerarijs eod. lib. l. in his vbi Platea in fin. C. de diuers. offic.* nam qualitercumque procedat Iudex incompetēs semper censetur grauare, & offendere, in *l. magisteria num. 2. C. de iurisd. omn. Iudic. Rebuff. tom. 1. ad ll. Gallicas tit. de sentent. executorial. art. 3. glos. 2. nu. 20. & ex l. militibus C. de decurion. lib. x. Afflict. in cap. 1. quo tempor. mil. in vsib. feudor. nu.* 14. & semper habet contra se, & suum processū iuris præpositio, *Bal. in l. alias autem nu. 6. ff. de iur. iur. & in d. cap. 1. quo tempor. mil. & Afflict. ibid. num.* 14. dicens, quod omnis actus, qui fit à Iudice incompetenti dicitur fieri sine iurisdictione, *l. 2. ff. de pœn. cap. vt debitus de appellat. l. fin. C. si à non compet. Iudic. idem Afflict. tit. de vasall. milit. & in decis. 29. num. 2.* & qui agit sine authoritate æquiparatur tyrāno, *Bar. in l. Barbarus num. 4. ff. de offic. prætor. Amat. dec. Marchiæ 21. nu. 63.* & quemadmodum si Iudex pendēte appellatione, aut recursu ad superiorem, & exequitur contra aliquam sententiam mortis *l. Cornel. de sicar.* & meretur pœnam capitalem, *l. lex Iulia de repetund. §. fin. ff. ad leg. Iul. repetundar.* per quem ait *Bald. in l. vnic. C. de delict. defunctor. nu.* 28 quod si Iudex fauore, vel odio, vel crudelitate, aut nimio calore furoris procedit tenetur *l. Cornel. de sicar.* idem *Bald. in l. ad dictos nu. 2. C. de Episcopal. audient.* dicens, quod ideo Iudex debet capitaliter puniri, quia paria sunt occidere innocentem, & occidere eum, qui fugit ad iustam iuris defensionem, ita debet dictus Iudex puniri.

15 In tantum quod Iudex incompetēs si aliquid ageret, esset, ac si priuatus sine iurisdictione illud ageret, argum. *l. fin. pr. offic. Præfect. Vrb. l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* ex quo dixit *Bart. in l. rei capitalis §. cum nu. 1. ff. de pœn.* quod condēnatur ad mortem ab eo, qui coudemnare non valebat, non efficitur seruus pœnæ. *Castr. in l. quid ergo §. ex compromisso num. 4. de his, quæ not. infam.* vbi post *Angel.* resoluit, quod nec confessio, aut alios actus factus coram Iudice, vel per Iudicem incompetentem valet; nec infamiam, aut præiudicium causat in iudicio competenti, *cap. at si clerici de iudic.* vbi *Felyn. nu. 2. Bal. num. 4. Abb. num. 5. Bar. in l. fin. nu. 2. cap. si an competenti Iudice, Dec. in cap. 2. nu. 170. & 186. de iudic.* bonus tex. in *l. Diuus ff. de custod. reor. Villelob. commun. opin. lit. C. nu. 142. Valasc. decis. 65. num. 4. Farinac. in pract. crim. quæst. 81. num. 193. Oterus lucubrat. Roman. disput. 19. Bellett. in disquisit. clerical. par. 1. in tit. de fauor. cler. person. §.*

16 14. *num.* 8. & confessio facta coram magistratu municipali, non facit fidem coram Præside tanquam facta coram incompetēti Iudice, *Bart. ibi nu. 4. & in dist. l. Diuus ff. de custod. reor. Alciat. resp. 243. num.* 11. & est memorabilis resolutio *Castrens. d. l. 1. nu. 8. ff. de his qui not. infam.* vbi ait, quod si incompetens Iudex aliquem verberaret, vel mitraret (qui actus solent gerere infamiam) etiam sine sententia, *l. si ictus fustium eod. tit.* vel etiam exaufta, & degradaret, qui actus similiter infert infamiam, *l. 2. §. ignorantia vers. sed si non efficeretur infamis*, ita limitatur *Glos. in d. l. ictus fustium*, quatenus censuit, quod qui confitetur delictum aliquod famosum efficitur infamis, ac si esset condemnatus, cuius meminit idem *Castr. in l. si reus paratus num.* 10. *C. de procurat.* quia intelliguntur, quando confessio fuit coram Iudice competenti, *cap. at si clerici de iudic. Cumia in rit. Regn. Sicil. cap. 14. num.* 168. nam, quæ coram Iudice incompetenti iurisdictionem non prorogat, *Soccin. cons. 308. col. fin. vol. 3. Marant. in specul. our. par. 4. dist. 12. in princ. nu.* 12. vnde *Bald. in l. magisterio C. de iurisd. omn. Iudic.* ait, quod qui confitetur delictum, adhuc defectum iurisdictionis opponere potest, sequitur *Dec. in rub. de probat. col. 12. vers. vlt. Purpur. cons. 446 nu.* 7. dicens, quod quando iurisdictio prorogari non potest, confessio nō præiudicat, *Dec. in cap. de causis vers. 2. limitatur de offic. & potest. Iudic. deleg.*

17 Quare confessionem factam coram Iudice incompetenti non sufficere ad condēnandum, affirmant *Soccin. reg. 62. Boss. in pract. crim. in tit. de confessis num. 47. Mascard. de probat. conclus. 252. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 4. num.* 26. latè *Farinac. d. quæst. 81. à num. 188. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 81. par. 4.* quinimò confessionem factam coram Iudice incompetenti, nec valere in vim extraiudicialis corā suo, post antiquiores firmarunt *Diaz in pract. crim. canon. cap. 125. num. 9. Mascard. de probat. conclus. 352. Farinac.* qui alios citat in *pract. crim. quæst. 81. nu. 210.* latè nouiter comprobat *Oterus in lucubr. Rom.*

Rom. disput. 29. vbi respondet contrarijs,
18 vnde videmus, quod quando certum est citantem non habere iurisdictionem in citato, tunc & si non compareat, nequit citans contra eum procedere tanquam contra contumacem, *Barbos. in l. si quis ex aliena num. 11. ff. de iudic.*

Et hinc meritò in facto, in causa Vastæ dello Tronto, cum Marcello Sallitto dice-
19 bam, apocam recognitam coram Iudice incompetenti non habere exequutionem paratā cum apoca recognosci debeat coram Iudice competenti, vt paratā exequutionem habere possit, vt probat *Auendan. de exequend. mandat. cap. 30. num. 5. par. 2.* & sequitur modernus *Gaitus in suo tract. de credito tit. 8. cap. 2. num. 3015. fol. 286.* & ideò vero redditur opinio illorum asserentium capturam suspecti de fuga esse concedendam per Iudicem competentem, alias non valere, vt latè notauit *Roland. cons. 65. Dec. cons. 75. col. fin. Aret. cons. 95. Socin. cons. 99. Bal. cons. 285. & Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 875.* vbi tamen declarat nisi periculum esset in mora, quia perderetur debitum, si adiretur Iudex competens, *ex Caccialup. de debit. suspect. quæst. 4. nu. 4. Neuiz. cons. 52. Paris. cons. 99. lib. 3.*

20 Vndè non sine ratione fateri possumus, quod si aliqua persona priuilegiata vellet adire Regiam Audientiam Prouinciæ non suæ per viam electionis fori, non esset audienda *Capiblanc. de Baron. pragm. 8. nu. 336.* allegat *Carauit. in rit. M. C. V. 233.* idemque esset, si pro causa ciuili quis eligeret forum M. C. V. in criminalibus, & ei contra pro causa criminali eligerent M. C. in ciuilibus, nam vtique erit deneganda.

21 Qui quidem Iudex (vt competens appellari possit) debet esse à Principe dependēs, & sic requiritur, quod eligatur Tribunal Regium, vicem Regiam raprefentans immediatè, cum priuilegium istud sit concessum adeundi Imperatorē, *tot. tit. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. Azo in sum. d. rubr.* de quo meminit *Tepat. lib. 1. var. iuris sentent. pariter eod. tit. quand. Imper. inter pupill. & vid. vers. Imperator est fol. mihi 166. à ter. col. 2. Isern. in constit. Regn. statuimus num. 14.* quem refert, & sequitur *Afflict. decis. 257. num. 4.* quibus addo *Tesaur. decis. 177. circa princip. Burg. de Laudem. par. 3. inspect. 4. num. 16. Cardin. Tusc. conclus. 273. num. 5.* vbi quod miserabilium causæ cognosci debent à supremis Tribunalibus Principē repræsentātibus, ex *Rol. à Vall.* quē allegat *cons. 76. n. 34. lib. 1.*

Et quod Tribunal Principis dicatur Iudex competens in electione fori, probatur in specie per illa verba finalia Imperatoris *in d. l. fin.* ibi (quod si pupilli, vel viduæ alijque fortunæ iniuria miserabiles iudiciū nostræ serenitatis orauerint, præsertim cū alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorū aduersarij examini nostro sui copiam facere.)

22 Vnde meritò Dominus meus Genitor V. I. D. Ioannes Dominicus Nouarius ex suis prægnantibus allegationibus obtinuit in causa Magistri Bartholomei de Rogerio Terræ Pistitij, Iudicem secundarum causarum, non posse appellari Iudicem competentem, adhoc vt miserabiles personæ illū possint adire pro electione fori, vt etiam alias consuluit in causa Notarij Aloysij Santi Angeli Terræ Bernaudi, & hanc opinionem tutatur *Capiblanc in prag. 8. num. 165. de Baronib.* vbi concludit, quod competens Iudex respectu variationis à Iudice ordinario dicuntur Regia Tribunalia vicē Regiam repræsentantia immediatè; vnde dicit, quod cum quidam priuilegiatus adiuisset Iudicem secundarum causarum iurando perhorrescentiam primi Iudicis variatio non fuit legitima, & tanquam talis non fuit admissa, *Staiban. cons. 74. num. 7.* & ita pariter scribit *Scaccia de appellat. quæst. 7. num. 137.* vbi ait, quod miserabilis persona potest eligere, & variare de Curia sui Ordinarij ad Curiam Principis, & è cōuerso, sed non potest variare extra has Curias, quare non potest relicto suo Ordinario transire ad alium Ordinarium inferiorem Principi, neque potest à Principe transire ad alium Iudicem Ordinarium non suū, & sic intelligit *Marchesan. de commission. in tit. de Auocat. causar. par. 2. §... nu. 64.* addimus *Viscont.* post huius operis primā impressionem *in suis conclus. iur. in verb. fori priuilegium vers. an Iudex,* allegat etiam adhoc *Cap. Regn. 205.* vbi permissum est coram Iustitiario Prouinciæ, seu Regionis eligi forum, quo in loco *Niger in commentar. num. 8.* & ibi dicit *Napodan.* quod in Capitaneis non vendicat locum dictum Capitulum asserens ita extare ordinationem in Cancellaria, & si conetur defendere in contrarium quandam decisionem ad eundem propositum *Thor. in compend. decis. Neap. in verb. electio, seu variatio tom. 2.* vbi Nos post huius operis impressionem commemorat.

23 Quare tutò firmare possumus electionē debere fieri in Tribunalibus Principis, &

non in Curijs Baronalibus, quia inimò nec
in Curijs Terrarũ, siue Ciuitatum, quæ sunt
in demanio, sed tantum in supremis Tribu-
nalibus Ciuitatum, in quibus residet Prin-
ceps, vel Præses Prouinciæ. Nec poterunt
hæ personæ eligere Iudicem alicuius offi-
cij, vt puta Admiratiæ, Artis Serici, vel La-
næ, vel Curiæ meretricum, *Capiblanc. d.
pragm. 8. nu. 336.* Princeps siquidem est spe-
cialis protector huiusmodi personarum, vt
post *Bal. in l. vnic.* notat *Tiraquell. de pri-
uileg. pia caus. priuileg. 150. circa fin.*
Prout neque priuilegio isto vti possunt,
24 si eligerent alios supremos Iudices, quam
Regios Ordinarios, & competentes.
25 Et ex his pariter meritò in quadam cau-
sa Baren. consultus voce respondi electionẽ
fori factã in Curia Archiepiscopali omisso
Ordinario per quendam pupillum non esse
admictendam, stante quod dicta Curia non
erat Principis, prout requiritur, sed per viã
electionis fori Curiam Romanam, vel saltẽ
Illustrissimi Nuntij Tribunal tanquam Ro-
manum Pontificem representãs adeundum
esse Curia siquidem Metropolitana repre-
sentat Iudicem appellationis secundarum
causarum, qui non dicitur in hoc compe-
tens respectu huius priuilegij, iuxta supe-
rius notata.
26 Quamuis *Calà in suo tract. de modo arti-
culand. & proband glos. 1. §. 1. nu. 112.* fue-
rit in opinione priuilegiatas personas, quæ
forum eligendo Sacrum Consilium adiue-
re, posse declinato illo Regio Tribunali per
viam variationis in Curia Baiuli litigare,
allegat *Odofredum in d. l. vnic. C. quando
Imper. Andr. de Isern. & Afflict. in cit.
constit. statuimus nu. 36. Vrsill. ad Afflict.
decis. 257. num. 7. Foller. in pract. crim. in
verb. audiantur excusatores num. 99. vers.
sed remanet dubium,* qui quidem *Foller. in
sepius alleg. Regni constit. statuimus num.*
27 128. actentauit dicere priuilegiatam per-
sonam, quam accusauerat in Regia Audiẽ-
tia officialem, potuisse deinde per viam va-
riationis fori, illum accusare, & quærelare
coram Syndicatoribus, annuens post deci-
siones factas tàm in Regia Audientia Prin-
cipatus citra, quàm in Magna Curia aduer
sus priuilegiatum, tandem interposita ap-
pellatione ad Sacrum Consilium, & per il-
lud dictum causa ad eandem Magnam Cu-
riam remissa, tandem ortum est decretum
causam remictendam esse ad Syndicatores
vna cum carceratis, prout cum effectu ser-
uatum fuit, vt patet in eius allegationi-
bus, quæ post tractatum insertæ sunt ad
comodum Lectoris.
Nec solum sufficit (vt ad requisitum re-
uertamur) quod eligatur Iudex competẽs,
sed etiam de substantia, ne ille sit suspectus
parti aduersæ, eo quia in iure satis firma,
atq; inconcussibilis est regula, quod si for-
tasse personæ priuilegiatæ eligant in forũ
Tribunal à parte aduersa habito pro suspe-
cto, vtique sunt repellendi, & electio non
est admictenda ea palpabili, & æqua ratio-
28 ne, siquidem satis periculosum est sub su-
specto Iudice litigare, *l. apertissimi C. de
iudic. cap. cum inter de except. l. prætor in
verbo cum iustam in fin. ff. de iurisd. omn.
iud.* & dictat æquitatis ratio, vt nemo co-
gatur ferre Iudicem, qui sibi aduersus su-
spectus, vel inimicus est, *cap. requiris de
appellat. cap. quod suspecti 3. quæst. 5.* nam
durum sanè videtur per suspectos negotia
geri, *Crauett. cons. 132. num. 25. Vant. de
nullit. tit. coram quo nullit. nu. 6. Magon.
decis. Florent. 63. num. 8. Pacian. de probat.
lib. 2. cap. 45. Seraphin. de priuil. iurament.
priuil. 7. Escobar. de ratiociniјs cap. 8. num.
17. & 18. Perez in l. 1. in princ. tit. 5. lib. 3.
29 ordin.* quia pessimi euentus inde sequi so-
lent *Sola ad decret. Sabaud. tit. 10. de recu-
sat. glos. in 2. Gabriel. Berart. in specul. vi-
sitat. cap. 6. nu. 3.* quo in loco plura de re-
cusatione visitatorum coacceruat.
36 Quapropter non valere pactũ inter par-
tes, nè Iudex valeat iusta de causa dari su-
spectus colligitur ex *l. stipulatio hoc modo
concepta, vbi Bar. ff. de verb. obligat.* itaut
31 Principem ex certa scientia causam no-
toriè suspecto commictere non posse, sed
intelligi esse saluum, & reseruatum parti
ius recusandi post antiquiores notat *Mar-
sil. singul. 292.* nec Sedem Apostolicam vn-
quam ex certa sciẽtia causas suspectis Iu-
dicibus commictere, probatur *in cap. cum
inter in vers. ac suspectis de except.* & scri-
buñt *Tusc. conclus. 910. num. 3. Mising. ob-
seru. 63. ad fin. cent. 3. Scacc. de appell. q. 16.
limit. 1. num. 119. Laurent. in tract. de iu-
dic. suspect. cap. 2. nu. 19. Farinac. in fragm.
crim. par. 2. in verbo Iudex num. 901.* imò
Papam alijs commictere causas suorum fa-
miliarium, ne suspicionis scrupulus in eo
notari possit, aduertat *Roman. consil. 521.
num. 7.* annuens idem obseruare in causis
facti proprij, ex *Glos. in cap. cum delicta
de confirm. vtil. vel inutil. Tusc. concl. 910.*
32 *num. 5. lit. S.* ita quod licet Papa, Impera-
tor, & alij non recognoscentes superiores
non possunt recusari *Aufrer. in tit. de recu-
sat. num. 6. Caualc. de bruch. reg. par. 3. nu.*
314.

314. ibi reddit rationes,tamen quãdo agi-
tur de aliquo vero præiudicio ex honesta-
te solent dare Iudices non suspectos, & al-
teri causam delegare, *Caual. d.par.3.nu.*
714. qui etiam loquitur in Senatoribus, &
Duce Ianuæ, qui solent recedere à Senatu,
quando referuntur in Rota, licet ipsi in di-
cta causa suspecta non votant,si vero Prin-
ceps commiserit causas cum clausula (non
obstante exceptione recusationis dubita-
tur, si talis commissio tenet,quia ita com-
mictendo videtur tollere defensionem,quæ
cum sit de iure naturali sine causa tolli nõ
potest per Principem,*Clem.pastoralis de re iud. §.sed & naturalia instit. de iure naturali, Abb. in cap. ad hac extra de re-
script. & in cap. cum inter de except. Ro-
man.consil.521.nu.6. latè Iason in l. aper-
tissimi nu.17.C.de iudic. Card.Tusc. d.cõs.*
910.*num.*2. licet nonnulli alij contrarium
tenuerint,vt *Bald.in l fin. C.de sentent.&
interluct.Ang.Imol.& alij in l.1. §.inter-
dum ff à quibus appell.non liceat*,quidquid
tamen super hoc dubitetur, certũ est,quod
quando Princeps cõmictit cum dicta clau-
sula (appellatione remota) alicui etiam
notoriè suspecto intelligitur de causa fri-
uola,& nõ graui,& iusta suspitionis,vt post
alios quos allegat, declarat *Marsil. in d.
singul.*292. vbi dicit, prædicta esse menti
tenenda,quia sunt multum quotidiana,sed
*Franc.in cap.postremo num.2.& seq. de
appellat.*disputat istum articulum, & tan-
dem concludit, quod Princeps possit com-
mittere causam recusatione remota.
33 Hinc igitur meritò euenit,quod hæc ex-
ceptio recusationis Iudicis suspecti nullo
modo per statutum tolli potest,vt patet ex
adductis per *Scrader. de feud.tom.2.par.x.
sect.3. num.9. Menoch.de præsumpt.lib.2.
præsumpt.48.nu.32.* plenè *Grass.de except.
cap.*24. & acta facta coram Iudice pen-
34 dente suspicione allegata, sunt ipso iure
nulla, *Niger in cap.Regni prolixitatem
num.65. Carauit.Rit.265.nu.30. Lopez in
l.22.Hispan. tit.4.par.3. in glos.magna
Villadieg.in foro iudic.lib.2.tit.1.l.22.nu.
11.Gabriel.conclus.5 de iudic.Geuall.com-
mun. contra commun. quæst.680. Lancell.
de actent. cap.6. par.2. Grattian.forens.di-
scept. cap.701. num.16.* & Iudex allegatus
suspectus se ingerens in causa dicitur actẽ-
tare,& facit iniuriam parti, *l.qua omnia
§.1.ff.de procurat.Bellamer.decis.18. Lan-
cellott.de actent.lib.2.cap.1.num.*104.tali-
ter quod si Iudex pendente suspitione se
ingerat in eadem causa, ex hoc solo red-
ditur suspectus, licet causa allegata sit fal-
sa, *Paris.cons.98.num.9.vol.3. Bertazzol.
cons.crim.8.nu.8.vol.1. Garcias patrocin.*
35 40.*nu.6.* vbi vtitur ad id probandum *text.
in l.qua omnia §.1. vers.nec ferendus est ff.
de procur.* quod adeò verum est, vt proce-
deret, etiam si Iudex post subscriptam sen-
tentiam, & traditam Actuario, aut Scribæ
causæ,sed ante illius publicationem fuerit
allegatus suspectus, adhuc in publicatione
ipsius est supersedendum, *Bouadill. in sua
polit.lib.3.cap.15.nu.63.*
36 In tantum, quod recusatione pendente
intromicti in causa nõ posse Iudicem alias
processum esse ipso iure nullũ,notauit *glos.
in cap.Iudex & ibi Franc.& Gemin. de
offic.deleg.in 6.* & post alios *Misinger. ob-
seru.59.cent.4. Chyrcou.conclus.91.cent.3.
Azeued. in l.1. num.8.tit.16 lib.4. recopil.
Villadieg. lib.2.for.iudic. tit.1.l.22.nu.11.
Geuall. quæst. commun. contra commun.
quæst.*680. probatæ siuè sint recusationis
causæ,siuè non,dũmodo sint tales,quę pro-
batæ haberentur, *Verall. decis.7.nu.2.par.*
37 *3.D.Reg.Valenzuel.cons.43.nu.171.*vsque
adeò, vt nec discussioni, & causæ relationi
præsens esse debeat, *Capyc.decis.138.nu.5.*
vbi pariter *Addit.Carauit. in Rit.M.C V.
265.Guazzin.de defens.reor. defens.1.cap.
19.num.36. Muta in comment.ad pragm.
Regn.Sicil.tit.4.num.22.*annuens *num.25.*
38 quod recusans à recusati Iudicis iurisdi-
ctione exẽptus dicitur, quod per prius no-
tauerat *Paris de syndic. §. suspicio nu.* 11.
*Iodoc. in praxi ciuil. tit.de recus. cap.125.
Intrigliol. sing.79.num.181.* & nouè tuta-
tur *Giurb. in cons.crim.9.* vbi propterea
firmat recusatum Iudicem, si cum alijs Iu-
dicibus criminali in causa processerit,quid
quid actum fuerit ipso iure esse nullum.
39 Imò Iudex recusatus, & suspectus alle-
gatus in vna causa est, vt censetur recusa-
tus in alia causa distincta, itaut in illa neq;
se intromictere valebit, ad *text. in cap. si-
gnificauit de appellat.* quem ad id adducit
Leiua in exam.Episcopor.lib.8.cap.32.n.8.

SVMMARIVM.

1 *Variari potest de vno Tribunali ad aliud, & quid si iurauerit de non variando. nu.5.& vide nu.7.& declara vt nu. 23. & quid in Tribunalibus vbi residet Princeps, nu.30.& 32.*
2 *Variatio est doli mali plena.*
3 *Electio vbi datur à iure, conceditur variatio.*

Variatio regulariter permittitur, nisi expressè reperiatur prohibita, ibid.
4 *Socer, qui habitationē genero in domo sua promisit, potest variare offerendo illam seorsum, & ita determinauit Author.*
6 *Patronus laicus potest variare alios præsentando, etiam si iurasset non variare, sed vide num. 12.*
8 *Iuramentum facit actum alias infirmum, & reuocabiliter firmum, & irreuocabilem.*
9 *Iurans non contrauenire venditioni, priuatur beneficio l. 2. de rescinden. vendit. sic etiam beneficio restitutionis in integrum, nu. 11.*
10 *Mulier quæ iurauit nolle vti velleano, nō potest illum allegare.*
13 *Electio facta de Clerico ad Cappellam, variare non potest, si interuenerit iuramentum.*
14 *Eligens sepulturam cum iuramento, illam mutare nequit.*
15 *Periurus priuatur omni comodo, & à nullo est audiendum, et priuatur dignitate, num. 16. incurrit infamiam de iure canonico, num. 17. non potest testificari, num. 18. & perdit beneficium deducto, ne egeat, num. 19.*
20 *Dolus non debet reportare comodum.*
21 *Absolutio à iuramento quid operetur.*
23 *Relaxatio iuramenti à Papa est concedenda.*
24 *Noua causa superueniente iuramento nō statur.*
25 *Doctorari iurans in aliquo loco, si superueniat pestis excusatur.*
26 *Iurans non exire à domo, citatus à Iudice potest exire.*
27 *Filia renuncians cum iuramento patri, viuentibus fratribus, si illi moriuntur, an succedat, non obstante iurata renunciatione.*
28 *Qualitas noua adueniens etiam reponit illud in diuersam naturam, licet non mutet substantiam, nu. 29.*
31 *Proregis imperium, & potestas remiratur*
35 *Dictio præsertim, quid importet, & num. 31. & 35.*
36 *Præsumptio probatione in contrarium diruitur.*
37 *Veritas semper præualet.*

ARGVMENTVM.

Variatio fori an, & quando concedatur, sicuti conceditur Electio.

QVÆSTIO III.

1 REgula sit, vt non tantum priuilegiatæ personæ possint vnum eligere forum, verū etiam de vno ad aliud Tribunal variare non prohibentur, vt in nostris terminis scripserunt *Afflict. & Foller. in constit. Regni statuimus de Magistro Iustitiario* ille *nu.* 26. iste autem *nu.* 128. *Carauit. in rit.* 231. & 233. quem refert *D. Ricc. in praxi resol.* 703. *par.* 1. *in antiq.* annuens, quod qui variat eligere dicitur *Muscat. in praxi S. C. glos. competentes num.* 39. firmans communem practicam admittere, quod variare possit, *Trentacinq. var. resolut. lib.* 2. *resol.* 2. *num.* 10 *de citat. tom.* 1. recenter *Galupp. in nouissima praxi S. C. par.* 2. *cap.* 6. *nu.* 46. itaut sicuti conceditur fori electio, ita pariter, & eiusmodi variatio permittitur *Petra in addit. ad Capyc. decis.* 160. *vers. aduerte etiā*, *Modernus noster Doctor Neapolitanus in suo tract. de iurisdict. par.* 2. *cap.* 21. *nu.* 9.

Et quamuis aduersus *Afflicti* opinionem insurgat *Marchesan. in tract. de commissionibus tit. de Auocat. causar par.* 2. §. 2. *num.*
2 85. ea ratione, quia variatio est legibus inimica, ac doli mali plena, *Bald. consil.* 326. *num.* 4. *vol.* 1. ob id tanquam odiosa venit restringenda *Calderin. cons.* 21. *de iure patronatus*, vnde ob id *Cardin. in clem* 1. *de renunciat.* 2. *notab.* dicit, variationem esse viam deuiandi à veritate.

Quod etiam videtur annuere *Barbos. in remis. DD ad ordin. Reg. Lusit. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 31. vbi firmat, personas priuilegiatas, quæ eligerunt aliquē ex Iudicibus sibi concessis non habere facultatem variandi ad alium, tamen quid balbucient isti, vt à firmata ne recedas regula, quæ sicuti Doctorum numero est authorizata, ita pariter
3 palpabili fulcitur ratione, siquidem verum est dicere, quod vbi electio datur à iure licita est variatio, iuxta terminos *text. in cit. l. cum qui certarū* § 1. *ff. de verb. oblig.* quem ad id post *Afflict.* adducit *Præses de Franch decis.* 364. *num* 6. qui enim eligere valet, variare non prohibeatur, *Tiraquell. in l. boues* §. *hoc sermone num* 24. & *seq. ff. de verb. signif. Achil. de Grass. decis.* 14. & 15. *de pensionib. Giurb. in comment. ad consuet. Messan. cap.* 10. *glos.* 6. *nu.* 22. *par.* 1. non inquam dicitur electio, vbi datur restrictio, iuxta *Baldi theoricam in l.* 1. *in fine C. de furtis*, quem sequitur *Foller. in*

me mo-

memorata constit. Regni statuimus nu. 1.

Et regulariter cuilibet variare permittitur, nec censetur variatio prohibita, nisi in casibus à iure expressis, *Arthaman. obseruat.* 146. quem referendo sequitur *D. Ricc. in praxi resolut.* 265. *nu.* 2. *par.* 1. maximè in eis, quæ sunt facultatis, quæ pluries fieri, & variari benè possunt, *Cardin. Tusc. conclus.* 20. *num.* 8. *lit. V.* vnde *Afflict.*
4 *decis.* 146. rationabiliter ait in S. C. decisum, socerum qui elegerat dare habitationem in sua domo genero potuisse variare, offerendo illam seorsum, ex *l. si specialis §. fin. ff. de act. empt.* sequitur *Anna sing.* 417. & ita Ego in anno 1628. die 21. Iulij determinaui in Regia Curia Aierolæ ad instantiam Petri, & Ioannis Buonocore aduersus eorum sorores.

5 Quam opinionem tenendo illam amplia esse verum, & procedere etiam si persona priuilegiata iurasset non variare, vt apud *Neuizan. in silua nuptial. lib.* 6. *num.* 38. *Muscatell. in praxi S. C. glos. competentes nu.* 30. annuens priuilegiatos semper posse opponere declinatorias fori, & variare, etiam si non variare iurassent, quod pariter dicitur *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de conclus.* 2. *nu.* 7. *de citat.*

6 Pro cuius ampliationis corroboratione adduci potest illud simile de laicis patronis, qui intra quadrimestre ante Episcopi institutionē possunt variare, & plures successiuè cumulādo præsentare *cap. quod autem, cap. pastoralis, & cap. cum autem de iur. patron.* de qua materia *Rocch. de Curt. de iur. patr. in verb. honorificum quæst.* 9. *cum seq. Lambert. in eiusdē nominis tract. par.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 7. *artic.* 22. *Garcia de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *à nu.* 211. *cum seq.* etiam si non variare iurassent, vt decisum in Curia Archiepiscopali Neapolis fatetur Illustrimus Dominus meus *Riccius* Præsul Vici Equensis *decis. eiusdem Tribunalis* 109. *par.* 3.

Verum, quidquid supradicti affirment, Ego in facti contingentia totum contra-
7 rium acceptaui, quia promittens cum iuramento non declinare forum, non potest pœnitentia ductus fori declinatoriam opponere, vt per *Guid. Pap. decis.* 77. *num.* 2. quem ad id reportat, & sequitur *Borrell. in summa decis. tit. de foro competenti nu.*
8 169. *tom.* 1. iuramentum enim facit actum alias infirmum, & reuocabilem firmum, & irreuocabilem, *cap. cum contingat extra de iur. iurand. Anchar. cons.* 226. *Corn. consil.* 72. *vol.* 3. *Paris. consil.* 96. *num.* 53. *vol.* 1. *Federic. de Senis cons.* 127. *vol.* 2. *Afflict. decis.* 83. *sub num.* 3.

9 Eiusque tanta est vis, vt operetur nequis suo priuilegio, & beneficio vti possit, vnde videmus, quod venditor iurans habere debere ratam venditionem, & illi non contrauenire, priuatur remedio, & beneficio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* vt voluerunt *glos. Angel. & Salic. in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit.* quos sequuntur *Alex. consil.* 42. *col.* 4. *vol.* 1. *Cagnol. in l. si quis maior nu.* 36. *C. de transact. Crauett. cons.* 138. *num.* 3. *Couar. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 4. *Suarez in thesaur. recept. sent. §. læsus nu.* 4. & 5. *Caphal. cons.* 137. *num.* 42. *vol.* 1. *Cacher. decis.* 41. *num.* 8. *Guid. Pap. decis.* 367. *in fin. Gamm. decis.* 257. *num.* 2. & alij apud *Cauall. commun. contra commun. quæst.* 171. *num.* 1.

10 Hinc mulier non potest opponere beneficium Velleiani, vbi in actu iurauerit illa vti nolle, *cap. ex rescripto, vbi DD. extra de iur. iur. Butrius in cap. si diligenti de for. compet. Alex. cons.* 27. *col.* 3. *vol.* 1. *Neuizan. cons.* 22. *num.* 9. *Dyn. cons.* 5. *Bero. cons.* 48. *num.* 4. *vol.* 1. *Fachin. controuers. iur. lib.* 2. *cap.* 60. *Rebel. de oblig. iustit. par.* 2. *lib.* 19. *quæst. vnic. C. de fideiuss. num.* 11. *Burgos. in cap. cum causam num.* 36. *de empt. & vendit. Pereira de empt. & vendit. cap.* 30. *num.* 10. & 19. *Greue ad pract. cam. imper. lib.* 2. *conclus.* 77. *à num.* 17. *Bertazz. de clausul. clausul.* 40. *glos.* 7. *in fin. Grass. de except. cap.* 27. *num.* 14. *Reginald. in praxi for. pœnitent. lib.* 25. *num.* 220. *vers. primum, Boer. decis.* 30. *num.* 11. *Thesaur. decis.* 222. qui *num.* 11. sic ait decisum in Senat. Pedemontano, & alij quos refert, & sequitur *Gail. practicar. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 77. *num.* 10. qui pariter huius opinionis rationem redditur *Caual. commun. contra commun. quæst.* 515. *Datner. in tract. de var. iur. renunciat. cap. num.* 52. quamuis in Regno vigore *pragmat.* 1. *de Senat. Consult. Velleian.* totum contrarium sit cautum, & in praxi seruetur.

11 Et hinc dum quis facit contractum, & in illo iurat contractui non contrauenire, restitutionis in integrum beneficio priuatur, quamuis minor fuerit, *auth. sacramenta puberum*, vbi *Ias.* post alios antiquiores *C. si aduers. vendit.* facit enim minorem censeri maiorem, *Gabriel conclus.* 5. *num.* 10. & 12. *de minorib. Capra regul.* 87. *Mandel. consil.* 11. *num.* 5. *Gramat. consil. ciuil.* 31. *nu.* 10. *Cappell. Tholos. decis.* 49. *Ripa obseruat.* 30. *nu.* 6. *Vigel. decis.* 43.

Puteus decis. 194. *&* 203. *lib.* 3. latè *Surd. cons.* 114. plenè *Mantic. de tacit. conuent. lib.* 16. *tit.* 4. *Peregrin. cons.* 77. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 1. *Barz. decis.* 75. *nu.* 2. *Milanens. decis.* 13. *num.* 11. *lib.* 1. *Guid. Pap. decis.* 35. *Ludouis.* qui alios citat, & ita dicit decisum in Rota *decis.* 106. *nu.* 1. *&* 5. *& Addit. num.* 18. *Marta in summa succes. legal. par.* 1. *quæst.* 14. *art.* 3. *nu.* 2. *Afflict. decis.* 322. *nu.* 4. *&* 5. qui tamen *nu.* 8. declarat secus esse vbi interuenit enormis læsio, quia in tali casu non obstante iuramento dabitur in integrum restitutio, quod pariter asseuerant *Grauett. cons.* 192. *num.* 9. *Soccin. Iun. cons.* 48. *num.* 35. *Natta cons.* 166. *&* 167. *vol.* 1. *Franc. Marc. decis.* 21. *vol.* 1. *Caualc. decis.* 9. *num.* 342. *Misinger. obseruat.* 91. *num.* 5. *& seq. centur.* 4. *Borrell.* alios citat *in tract. de compromiss. §.* 8. *glos.* 1. *num.* 7. *cum seq. Oddus de restit. in integr. quæst.* 54. *artic.* 8. *nu.* 53. plenè *Rot. decis.* 63. inter impressas apud *Pic. de contractib. Venet. cons.* 142. *num.* 28. *& seq. lib.* 2. *Gratian. lib.* 5. *discept. forens. cap.* 823. *num.* 39.

Ergo sic pariter in casu nostro est annuendum, vt stante iuramento de non variando, non valeant variare cum iuramenti vires non debeant eneruari, sed augeri maximè ad effectum euitandi peccatum mortale, quod incurrerent variando ratione periurij, *Diu. Thom.* 2. 2. *quæst.* 98. *art.* 3. *Caietan. & Syluestr. in sum. in ver. periurium, Sot. de iustit. & iur. lib.* 8. *quæst.* 2. *artic.* 3. nam iuramentum licet præstetur homini, tamen acceptatur à Deo, *cap. debitores, et cap. si Christus de iur. iur. Alciat. in rub. extr. de iur. iur. num.* 14. *Magister sententiarum lib.* 3. *distinct.* 49. *Afflict. decis.* 163. & ideo periurium committens, Deũ habet vltorem, *l.* 2. *C. de reb. credit. Boss. in sua pract. crimin. in tit. de periur. in princ. Clar. in §. periurium num.* 12. *Duaren. disput. vniuersar. lib.* 2. *cap.* 37. amplè *Decia. in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 13. *vol.* 2. *Foller. in pract. censual. §. Nicolaus Episcopus num.* 75. *cum seq.* latè *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 319.

Additur præterea pro corroboratione, nam huic priuilegio variationis fori posse à priuilegiatis personis expresse renunciare non ambigitur, vt plena manu scripsimus *in hac eadem sectione*, & quid aliud est iurare de non variando, nisi renunciare variationi, quæ quidem renunciatio vigore iuramenti debet valere omni meliori modo quo potest, arg. *l. cum pater §. filius matrem ff. de legat.* 2. quam ad id adducunt *Bart. in l. quis pro eo nu.* 13. *ff. de fideiussor. Ruin. cons.* 172. *num.* 21. *vol.* 1. *Dec. cons.* 404 *num.* 9. *Caballin. milleloq.* 138. *Cacheran. decis.* 275. *nu.* 7. *Viu. in silu. commun. opin. conclus.* 4. 4. *Surd. cons.* 331. *num.* 13. *vol.* 3. nam iuramentum dat magnum robur actui *Alex. in l. iuris gentium §. quod ferè nu.* 10. *ff. de pact. Ias. in §. fuerat instit. num.* 58. *de action. Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. num.* 170. *C. de reuoc. donat. Gramat. decis.* 103. *num.* 15. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 45. *num.* 12 & multa, atque multa operatur, de quibus plenissimè *Mancin. in suo special. tract. de iurament. Seraphin. & Corsett. in eorum operibus de priuilegijs iuramenti*, ad quos Lectorem relego.

12 Quam tenendo sententiã, non repugnat illud simile, quod patronus præsentans, & iurans non variare, quod possit deinde non obstante iuramento variare, vt supra pro firmatæ regulæ tutamine demõstrauimus.

Siquidem hęc opinio suos habet contradictores, & communiter est reiecta. nam *Guttier. in tract. de iurament. confirmatorio par.* 3. *cap.* 13. firmiter asseuerat patronum præsentantem, & non variare iurantem, minimè posse reuocare, nec amplius variare, ad quod allegat *Castrens. Roceb. de Curt. in tract. de iur. patron. in verb. honorificum quæst.* 12. *num.* 37. *Lopez in l.* 6. *Hispan. tit.* 16. *par.* 1. *in glos. bien lo puede hazer, Couar. de pact. in* 6. 2. *par. §.* 2. *nu.* 4. *ad fin. vers. prædicta verò conclusio fol.* 76. *Massobrius in prax. habend. concurs. ad Parrocch. prælud.* 7. *dub.* 21. *num.* 144. *& Mathiens. in l.* 3. *glos.* 13. *nu.* 7. *tit.* 10. *lib.* 5. *noua collect. Reg.* quibus nouiter addimus *Campanil. in suo diuers. iur. canon. cap.* 13. *numer.* 451. *rubr.* 11. & nouissimè *Barbos. in collect. DD. ad ius canon. lib.* 3. *tit.* 38. *cap.* 24. *sub num.* 3. *fol. mihi* 103. *col.* 1. vbi concludunt esse omninò instituendum primo præsentatum, & secundo nominatum debere reijci à Superiore.

Patet enim in iure, quod iuramentum impediat variationem, vt per *Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg.* 158. *nu.* 3. vbi
13 quod electio facta de Clerico ad Cappellã seu beneficium ecclesiasticum variare non potest interueniente iuramento, allegat *Gramat. cons. ciuil.* 31. *& Grauett. cons.* 63. *ante nu.* 4. firmans pariter, quod licet qui-
14 libet possit sibi sepulturam eligere, *cap. ebron, & cap. soror* 13. *quæst.* 2. *& cap. cum liberum de sepultur. Bellett. disquisit. cler. par.* 3. *in tit. de clerico debitore §.* 3. *nu.* 13. *Zecch. de Republic. ecclesiastic. cap.* 28. de

Paro-

Parocho num. 17. *fallent.* 2. vbi quod vxor potest sibi eligere sepulturam absque licētia mariti, ex *cap. de vxore de sepultur. Spin. in specul. testam. gloss.* 2. *princ. nu.* 41. & quilibet pariter ab electione sepulturæ factæ non prohibetur recedere, vt probatur iu *cap. de sepultur. in* 6. quod ad id pon derat *Crauett. conf.* 100. & variare nō prohibeatur *Anchar. conf.* 114. *Card. Tusch. d. conclus.* 20. *num.* 8. *lit. V.* tamen si super electione facta eligens, interposuerit iuramētum, nequiuerit amplius variare eligendo aliam, ex *Hostiens. in summa in tit. de sepult. §. an licitum, & Anton. de Petrucc. in repetit. l.* 3. *nu.* 330. *de iur. iur.*

Vltra quod dum ipsemet *D. Ricc. d. decis.* 109. *par.* 3. suo proprio fatetur ore patronum, qui sic iurauit non variare remanere periurum, quomodo valebit variatio

15 facta, dum iura periurum priuēt omni commodo, & à nullo audiendum esse mandant, *cap. paruuli* 22. *quæst.* 4. *vbi gloss. in verbo causa, Marches. de commiss. lib.* 3. *§. ante eum, Paris. conf.* 43. *num.* 24. *lib.* 1. quem refert, & sequitur *Mancin. in tract. de iuramment. par.* 5. *effect.* 1. *sub num.* 2. *Ludouisius* deinde *Gregor. XV. decis.* 64. plenè idem *D. Ricc. decis.* 312. *par.* 4.

16 Vnde periurum priuari dignitate, & ad illam amplius non admitti, notatur in *l. quoties, vbi Bar. & alij C. de dignit. lib.* 12. tradunt *Ias. in l. si duo patroni §. fin. ff. de iur. iur. Decian. conf.* 48. *num.* 30. *volum.* 3. *Franc. Marc. decis.* 667. *vol.* 1. vbi *nu.* 3. firmat priuari quoque beneficio ecclesiastico, vt pariter scribunt *Bald. in l.* 1. & 2. *C. de reb. credit. Paris. conf.* 137. *nu.* 23. *vol.* 4. *Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis.* 17. *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 319. *num.* 4. *Bisignett. decis.* 1. *de pact. Azor. instit. moral. par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12. *Suarez de relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 22. *Viuius decis.* 120. *nu.* 34. & *seq.* licet non ipso iure, sed vi sententiæ condemnatoriæ, *Gloss. in cap. fin. ne Prælati vices suas, Hostiens. Panormit.* & *Felyn. in cap.* 2. *extra de rescript. Diaz in pract. crim. canon. cap.* 86. *Rebuff. de pacific. possess. num.* 223. *Selua in tract. de benefic.* 3. *par. princip. quæst.* 3.

17 Nec mirandum, quoniam infamiam incurrit periurus de iure canonico, *cap. querelam de iur. iur. cap. infamis, & cap. quicunque* 6. *quæst.* 1. *Gloss. in cap. quanto in fin. de iur. iur. Luc. de Pen. in d. l. quoties C. de dignit. lib.* 12. *Perez in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. gloss.* 6. *pagin.* 545. *Sayr. in claui regia lib.* 5. *cap.* 9. *nu.* 6. licet non semper de iure iure ciuili, sed in aliquibus casibus, de quibus apud *Gloss. Bar. Plateam,* & *alios in d. l. quoties,* & penès *Afflict. in constit. Regni blasphemantes nu.* 4. & *Franc. Marc. decis.* 707. *vol.* 1. qui in *decis.* 708. ideo firmat à ferendo testimonio periurum arceri *cap. si quis conuictus* 22. *quæst.* 5. *Fulgos. conf.* 189. *num.* 8. *Caphal. conf.* 233. *num.* 9. *vol.* 2. *Bertazzol. conf.* 451. *nu.* 3. *vol.* 2. *Gacher. decis.* 72. *num.* 7. *Rota decis.* 3. *num.* 2. *et decis.* 5. *nu.* 1. apud *Farinac. in recent. par.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 1168. *nu.* 16. vbi *num.* 19. tenet, quod periurus de crimine emendatus nec in ciuilibus, nec in criminalibus testis idoneus est, & *nu.* 18. quod nec post peractam pœnitentiā, de quo *Rebuff. de reprobat. testium num.* 399. *Perez in l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 184. *col.* 2. *post princ. tit.* 6. *lib.* 8. *ordin. D. Ricc. decis. Curiæ Archiepisc.*

18 *Neap.* 18. *par.* 2. Et Clericus periurus non gaudet beneficio deducto, nè egea- *Afflict. in constit. Regni si quis clericus not.* 6. *de cleric. coniugat. Brun. de cess. bonor. quæst.* 3. *num.* 17. *Castagna in special. tract. deducto ne egeat quæst.* 10. *limit.* 4.

19 Si enim id asseueraremus esset concedere, quod periurus ex suo dolo comodum reportaret contra omnia iura mundi, *l. nec ex dolo ff. de dolo, l.* 3. *ff. de transact. l. is qui dolo ff. de rei vendic. cap. audiuimus de collus. detegend. l. si ex dolo ff. de re iudic.* nam promissa non seruans, dicitur in dolo, *Dec. in l. pactum quod dotale C. de pact. Roland. conf.* 57. *num.* 9. *lib.* 1. *Alex. conf.* 52. *num.* 3. *lib.* 6. *Crauett. conf.* 192. *num.* 15. *Mancin. de iuram. par.* 5. *effect.* 14. *num.* 10. *Ascia determinat.* 75. *num.* 5. vbi *nu.* 6. ait dolum ex fide non impleta argui, ex *text. cum gloss. in l. dolus, & l. si procuratorem §. de dolo ff. mandati, & l.* 1. *§. est autem ff. de deposito,* qui quidem dolus cum sit delictum, *l.* 1. *§. nūc tractemus vers. planè ff. de tutor. & rat. distrahend.* & consequenter dolosus dicitur delinquens, meritò variatio facta à delinquente, & doloso, minimè valebit, prout hanc opinionem sustinet idem *D. Ricc.* pro contraria parte allegatus *in praxi resolut. periurij cap mulieri de iur. iur.* & ita etiam tenet *Viuian. in praxi iur. patron. par.* 2. *lib.* 10. *cap.* 2. vbi adducit *Rot. in Pamphilonen. beneficij de citat.* 26. *Maij* 1603. *coram Illustriss. Card. Lancellotto, et in Pamphilonen. beneficij de Huarte* 13. *Februarij* 1595 *coram R. P. D. Iusto.*

20 Nec iuuabit adire Episcopum pro habilitatione à iuramēto in renunciatione apposita, siquidem talis habilitatio, siuè absolutio

solutio à iuramento non operatur aliud, nisi nè impetrans sit periurus, vt agere, & excipere valeat, *Bald. in l.hac scriptura in princ.ff.de condit.& demonstrat. Felyn. in cap.1.num.38.extra de iur.iur.Crauett. consf.7.num.7.Caualc.decif.9.nu.33.par.1. Ludouic.decif.Peruf.18.nu.10. Benintend. decif.*14.non autem eneruat, aut tollit vinculum obligationis, & cõtractus, quia imo firma remanet renunciatio, siue obligatio, & virtus iuramenti, & ideò quoad contractus obligationis, vel instrumenti rescissionem, non sufficit illa prima absolutio, sed exigitur alia iuramenti relaxatio, vt post antiquiores tradiderunt *Couar.variar.resol. lib.1.cap.4.nu.6. Oldrad.conf.*120. *Gabriel conf.*127.*num.*32.*& seq.vol.*1.*Afflict. decif.*226.*num.*9.*Canal.commun.contra commun.quæst.*432.*nu.*8 *& seq.Guid.Pap. decif.* 226. *in fin. Corrad. in templo iudic. lib.*2.*cap.*1.*§.*4.*sub nu.*6. *Valasc.decif.*130. *num.*15.*&* 16.*Germon.de sacror.immunit. cap.*21. *num.*168. *lib.*3. & ita seruatur in

22 Curia Romana, quæ debet adiri, ad hoc, vt dispensatio, & relaxatio super iuramento obtineatur, nam Papa solus id concedere potest, *cap. constitutus extra de rescript. cap.dilecto de appellat.cap.nos sanctorum, & cap.iuratos* 15.*quæst.*6.qui quidem nunquam illam concedit, nisi interueniente iusta, & legitima causa, vt constat ex *Seraphin.de priuileg.iurament.priuil.*122.

23 Declara tamen firmatam nostram opinionem non procedere, quoties noua causa variandi superueniret personæ priuilegiatæ, quæ iurauit non variare, nam in tali casu bene poterit id agere, & variatio erit admittenda, sicque pariter dicimus in patrono laico, qui præsentauit, & promisit cũ iuramento non variare.

24 Nam ex noua causa licet absque labe periurij iuramento contrauenire, *Boer.decif.*264. ex vulgata iuris regula, quod iuramentum semper recipit tacitam conditionem, nisi iusta causa contrauentionis superniat, *l fin.vbi bona glos.super verbo non videtur ff.qui satifdar.cog.Dec.in l.si fugitiui num.*71.*et seq.C.de seru.fugit.Roman. conf.*183.*Rota in nouis. decif.*1. *de iur.iur. Menoch. conf.*27. *num.* 48. *lib.*1. vbi quod iuramentum intelligitur, & interpretandũ est rebus sic stantibus, *cap.cũ P.de renunc. cap.quemadmodũ de iur.iur.Franc.Marc. decif.*43.*num.*7. latè *Tiraquell. in l.si vnquam in præfat.num.*130.166.*&* 167.*C.de reuoc.donat.*

25 Hinc videmus, quod si quis iurauerit se doctorari Neapoli, vel Romæ, si in istis locis superueniat pestis excusabitur à periurio, *Salic.in l.fin. C.de pact.*

26 Et si quis iurauit non exire è domo per aliquot dies, & interim citatur à Iudice ad comparendum, potest ire ad cõparendum absque labe periurij, *Archidiac. in cap.authoritatem nu.*4.15.*quæst.*7.*Millis in suo repertor. in verb. iurand.nõ existere*, quos refert, & sequitur *Mancin. de iurament.par.*4.*quæst.*6.*effect.*1.*nu.*3.

Et tandem (vt breuitati studeamus) si filia renunciauerit cum iuramento patri viuentibus fratribus, iuxta *tex.in cap.quã-*

27 *uis de pact.in* 6. fratribus deinde mortuis succedet non obstante iuramento, quia intelligitur rebus sic stantibus, *Roman. in l.si pactum dotali C.de collat. Seraphin.de priuileg.iurament. priuil.*73.*num.*7. qui in loco alia huius farinæ cumulat, quę per se videre poteris, & vide *Iaf. in l.fin. à nu.*6. *cum seq.ff.qui satifdar.cogant.* quod habui in facto, in causa Lucretiæ de Santoro Ciuitatis Catanzarij, quæ viuentibus Ioanne Philippo, & Dominico de Santoro eius fratribus renunciauerat bonis paternis, dixi inquam, quod mortuis ipsis benè poterat succedere non obstante renunciatione facta, dum eorum fauore facta fuerat, vt fatentur *DD. omnes in l.qui superstitis ff. de acquir. hæred. Vrsill. ad Afflict. decif.*161. *num.*5. *Surd decif.*252.*nu.*4. plenè *Molsef. in consuet. Neap. tit.de renunciat.quæst.*1. *num.*28.*& seq. & quæst.*2.*num.*5.*cum seq. de Ponte conf.*39.*vol.*1. vbi etiam quod in dubio semper renunciatio facta præsumitur per mulierem, censetur facta intuitu, & contemplatione fratrum, eorumque decẽdentium, & consequenter eis sine legitima sobole decedentibus mulier ipsa admittitur non obstante renunciatione, annuens ita pluries fuisse per Sacrum Consilium decisum, sequitur *Molsef. d.tit.de renunc. quæst.* 3. vbi plenè hanc confirmat sententiam, & ad materiam vide *Capyc.decif.*190 *Lanar. conf.* 49. *& Thesaur. quæst.forens. q.*90. *lib.*2. vbi in Senatu decisum testatur, quod si filia, quæ paternæ hæreditati renũciauit, præmoriatur patri relictis filijs ipsis non nocet matris renunciatio, sed ex propria persona admittuntur ad successionem aui, etiam si sint matris hæredes, cum semper in renunciatione intelligatur clausula, si renunciata hæreditas deferatur renuncianti, vt post antiquiores docet *Surd. conf.* 332. *lib.*2. copiose *Morot. consil.* 22. *Præses de Franch. decif.* 6. vbi ex communiori

niori DD.ſententia dicit ita in S.C.decisū,
& poſt illum affluentur Molfeſ.ſævius cit.
tit.de renunciat. quæſt 5. tom.1. & ibi ad-
dit in 2.tom.qualitas enim noua adueniēs,
etiam ſi reponit illud in diuerſam naturā,
& ſpeciem, §. præterea inſtit. de inutil. ſti-
pul.cap.ſtatutum de elect. in 6. cap.cum
Marthæ §. quæſiuiſti de celebrat. miſſar.
Marſil.ſingul.520. Menoc.de recuperand.
poſſeſſ.remed.6.nu.8. Surd.deciſ.2.& conſ.
29 321.num.12.cum ſeq. & qualitatem adue-
nientem enti,non mutare ſubſtantiam, ſed
naturam, firmarunt Brun. de augmento 3.
quæſt.princ.num.7.& Card.Tuſc. concluſ.
82.num.12.lit.A.mutatione ſiquidem qua-
litatis rei ſubſtantia nō mutatur, §. minus
inſtit de hæred.quæ ab inteſt.deſer. l.ſi fun-
dus §.ſi res ff.de pignor.
30 Declarant autem aliqui variationem
fori eſſe denegandam à Tribunalibus loci,
in quo reſidet ſupremus Princeps,vnde in
hac Ciuitate Neapolis à Magna Curia Vi-
cariæ ad Sacrum Conſilium non dari va-
riationem, ſcripſerunt Staibanus conſ.74.
nu.13. Rouit.conſ.88.nu.4.vol.1. & Thor.
in compend. deciſ. Regni in verb. remiſſio
alicuius vaſſalli tom.2. eo quia ceſſat per-
horreſcentia ob præſentiam Principis, per
text.in l.1.C.de his qui met.iud.non appell.
vbi cautum eſt in Curia Principis ceſſare
præſumptionem iuſti timoris, quod etiam
probarunt alij apud Roland.à Vall.conſil.
83.vol.2. & Mongollon. in ſuo tract. de
metu cap. 8. §. 3. vbi alia in materia cu-
mulat.

Quod auté in dicta Ciuitate adſit Prin-
ceps non accidit dubitari,cum in ea ſit cō-
31 ſtitutus Excellentiſſimus Prorex habens
imperium maximum, vt tradit Coraſ.in
l.legato ff. de offic. aſſeſſor. vnde poteſt ea
omnia, quæ poteſt Rex, cuius vices gerit,
l.1.& 2.ff.de offic. eius, vbi DD. l.ſi augu-
ſtæ ff.de leg.2. l.2. & l.ſi in aliquam §.cum
pleniſſimum ff. de offic.Proconſul. Roland.
conſ.86. lib.1. Præſes de Franch. deciſ.165.
num.2.eiuſque priuilegijs omnibus,& præ-
rogatiuis gaudet, quibus, & ipſe Rex frui-
tur, l.vnicuique C.de proxim.ſacror.ſcrin.
lib.12.Roman.ſingul.197.Leonard.in pra-
xi Magiſtr.Regni cap.3. num.9. Surgent.
de Neapol.illuſtrat.cap.22.num.8. Freccia
de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux num. 29.
etiam ſi eſſent ſpecialia,& perſonalia, Mi-
lanenſ. deciſ.8.nu.71. lib.2. Graſſ.in tract.
de except. cap.1. num.44.& 48. habetque
mandatū cum libera etiam in reſeruatis,
vt poſt reliquos ſcribit Bellug. in ſpecul.
princip. rubr.25. §.ſæpiſſimè num.3. & re-
putari Principem, eiuſque vitæ fungi. tra
dunt Marſil. in l. ſi quis obrepſerit num. 2.
ff de falſ Scapp. de iur. non ſcript. tit.de
princip.cap.1. Grand.de bello exulū quæſt.
1.num 9. pleniſſimè de Ponte in tract.de
poteſt Prorēg tit.1. qui plura conſarcinat
in tali materia, de qua etiam recenter Ga-
briel Berart.in ſuo ſpecul.viſitat.cap 9 tit.
de Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Prore-
ge, & Capitaneo Generali.
32 Verum Ego ſum in contraria opinione,
& ita ſemel, atque iterum rogatus de vo-
to conſului, nam ignoro quidem quorum
pacto talis opinio poſſit iuridice ſubſtine-
ri, nam ſi attendo diſpoſitionem l.vnic. C.
quando Imper. certè reperio perhorreſcē-
tiam aduerſarij nō eſſe neceſſariam, adhoc
vt perſonæ priuilegiatæ habeant beneficiū
electionis fori, nam Imperator dum con-
cedit priuilegium vtitur dictione (præſer-
tim) ibi præſertim cum alicuius potentiā
33 perhorreſcunt, quæ quidem dictio propriè
ponitur comparatiuè, & importat idem,
quod maximè, ſeù præcipuè, Capra regul.
87.num 173.Bertacchin.in ſuo repertor.in
verb præſertim, Guttier.canon.quæſt.lib.1.
cap.20.num.5. Card.Tuſc. concluſ.338.lit.
D.Vulpell.de præpoſit.& aduerb.ſignif.in
dict. præſertim pag. 80. vbi aſſerit has di-
34 ctiones præſertim præcipuè, vel maximè
operari, quod ſuſtinetur ſententia, in qua
Iudex plures cauſas expreſſit,licet expreſ-
ſa per dictionem præſertim falſa reperta
ſit, quia hæc dictio includit, vt etiam alijs
cauſis motus fuerit,& hæc dictio exprimit
caſum minus dubitabilem, implicando ca-
ſum magis dubitabilem, & in eis vult idem
eſſe, l.ſin. & ibi Gloſ.in verbo præſertim
ff.de liber.exhibend. DD.in cap.pro huma-
no de homicid.in 6. Mandoſ.in regul.can-
cellar.29.quæſt.2.num.2.vol.2. Menoch.de
arbitr.Iudic.caſu 416. num.19. Azeued.in
l.1.num.32.tit.19.noua recopilat. Sanchez
de matrim. lib.2. diſput.39. num.6. nam
35 dictio denotat idem iuris eſſe in caſu con-
trario Caſſador. deciſ.4. num. 8. de conceſſ.
prabend. vt ſcilicet procedat deciſio, & ſi
non poneretur dictio (præſertim) ſed poni-
tur per maiorem rationem, Panorm. in
cap.directè num.5.per illum text.de appel-
lat.Iaſ.in l.1.num.37.ff.de offic.eius, Gloſ.
in cap. continebatur in verbo præſertim de
deſponſat. impuber. Zabarell.in clem.gra-
uis nu.9. per illum text. de ſentent.excom.
& quod includat caſum tenet Florian. in
l.illud,per illum text.ff.ad l..Aquil.

Si verò

Si verò attendo dispositionem *constitutiones Regni statuimus*, licet iuramentum perhorrescentiæ sit necessarium, tamen id non obstat, imo multum nostræ opinioni fauorabile est, quia iurata perhorrescentia à priuilegiatis, certè probatus est timor, adeò quod non datur probatio in contrarium, vt alias dictũ est lato sermone, *quæst. 2. hac eadem sectione*, ergo excluditur præsumptio cit. *l. 1. C. de his met. Iudic. non appell.* siquidem illa præsumit non adesse per-
36 horrescentiã in concistorio Principis, præsumptio autem tollitur, diruitur, & euanescit ex probatione in contrarium, *l. fin. C. si min. se maior. dixer. l. si chirographus, & l. cum de indebito ff. de probat.* & suadet etiam *text. in cap. qui fidem de sponsal.* arguendo ab inclusione vnius ad alterius exclusionẽ, nam si præsumptio vna, tollit alteram, vt copiosè fundauit *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst.* 830. quanto fortius probatio ipsa præsumptionem tollere, atque perimere potest, vt communis DD. schola, docet *Alban. cons.* 613. *col. fin. lib.* 1. vbi respõdit præsumptionem à temporis antiquitate exortam contraria probatione perimi, sequuntur *Bellamer. & Capoll.* quos recollexit *Crauett. de antiq. tempor. in 3. par. princip. num. 28. Dec. in l. 1. lect. 3. num. 68. ff. de reb. credit. & consil.* 400. *Menoch. de*
37 *præsumpt. lib. 1. quæst.* 31. assignans rationem, quia veritas semper præualet, illique omnia cedunt, *l. pen. §. mulier ff. de probat. Bald. in l. filium lect. 1. num. 4. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Paris. consil. 29. nu. 2. lib. 2.* qui in specie præsumptionis loquitur, addo *text. in l. nuptura ff. de iur. dot. l. fin. in princ. ff. quod met. caus. Surd. cons. 37. nu. 17. cons. 70. num. 19. & cons. 423. nu. 22.* cum igitur id, quod probatione constat, ipsa veritas sit, dicendum est coniecturas, & præsumptiones perimi, ac cessare iuxta *text. in l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. & in l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat.*

Vltra quod secundum *Vrsill. in addit. ad Afflict. & Andr. de Isern.* quos allegat *in constit. Regni statuimus*, electio fori competit priuilegiatis etiam existente Rege in loco, quia nihilominus possunt eligere Iudicem inferiorem etiam in faciem ipsius Regis.

SVMMARIVM.

1 Variatio fori, quoties fieri possit, & n. 2.
2 Comprominctì quisquis cogatur, ibid.
3 Variatio vbi conceditur, variari non potest nisi semel, sed declara, vt nu. 10.
4 Via quam quis elegit, patere debet.
5 Patronus variare an possit in præsentando in iure patronatus.
6 Pluralis locutio duorum numero est contenta infinitas est euitanda. ibidem.
7 Opinio recepta à consuetudine debet seruari. quoties Doctores discordant, & vide num. 9.
8 Consuetudo est optima legum interpres.
11 Priuilegiata personæ, quæ Tribunal Principis elegerunt variando, possunt re declinare ad Iudicem eorum domicilij, sed declara vt nu. 12.
13 Variationes quando præsumantur suspectæ.
14 Fraus in dubio non præsumitur, & ideo excludenda est.

ARGVMENTVM.

Variatio Fori, quoties fieri posit, & concedatur priuilegiatis personis.

QVÆSTIO IV.

Svpra determinauimus personas priuilegiatas habentes fori electionem, posse pariter variare; verum quia posset dubitari, quoties huiusmodi variationem facere possint, meritò hunc discutere articulum extra propositum visum non est.

1 Regula igitur sit, vt bis, & ter concedatur variatio tàm à Curia domicilij, quàm à Magna Curia, & Regia Audientia, vt testatur *Foller. in sua pract. crim. in verb. audiantur excusatores num. 99. & 100. Carauit. in Rit. M. C. V. 233. num.* 10. subdens vidisse viduas elegisse Regiam Audientiã, & postmodum variare ad Curiam Baronis, & à Curia Baronali alias variasse ad Regiam Audientiam, & fuisse admissas, sequuntur *Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. resolut. 2. num. 10. tit. de citat. & resolut. 1. nu. 39. in fin. quæ de vi metusue causa fiunt tom. 1. Muscatell. in praxi Sacri Consilij glos. competentes lib. 1. par. 2. num. 3.* vbi ait se informatum de obseruantia Magnæ Curiæ Vicariæ permictẽre variationem bis inclusο Tribunali, à quo refert *Thor. in compend. decis. Regni in verb. variatio fori fol. 564. tom. 1. Petra ad Capyc. decis. 160. vers. aduerte etiam*, vbi allegat concordantem *Vrsill. ad Afflict. decis. 257.* addo *Giurb. decis. 82. num. 7. in fin.* pro qua confert, nam vide-

videmus, quod stante statuto (vt in Regno *pragmatica odia de arbitr.* de causis compromicti, toties compromicti debet, quoties petitur, donec causa apud arbitros sta tutarios compromisso terminetur, & definiatur, ita vt nè dum bis, sed ter, quater, & quoties opus fuerit *Bald. conf.* 487. *vol.* 4. *Arnon. caut.* 57. *Marant. in pract. par.* 7. *act.* 2. *num.* 4. *Rot. diuers. decis.* 1062. *par.* 3. *Balb. decis.* 127. *Viu. decis.* 87. *num.* 2. quidquid dicant *Afflict. decis.* 46. *& Anna sing.* 109. cum contra eos sit communis, vt *Borrell. de compromiss.* §. 2. *glos.* 3. *num.* 9.

2 Contrarium tamen, quod imo variatio semel sit cõcedenda, post huius operis primam impressionem Neapolitanam tenet *Apicella in Addit. ad Tatamen pauper. in tit. de dilat. quinquennali num.* 275. *&* 278. vbi voluit, quod quando persona priuilegiata semel variauit, prohibeatur deinde vlterius variare, reddens rationem, quia variatio est ad instar electionis, & semel eligens in alternatiuis, nequit amplius eligere, iuxta ea, quæ notarunt *Capyc. decis.* 119. *num.* 6. *& Valasc. decis.* 102.

3 Quæ sanè opinio potest fulciri, nam in casibus in quibus permittitur variatio, nõ potest variari, nisi semel, vt est *text.* notabilis in *l. si quis ius iurandum C. de reb. credit.* ex quo *text.* ita notant *Bal. in auth. habita quæst.* 3. *in fine C. ne filius pro patre, & in l.* 1. *C. de furt. col. fin. Bar. in l. post legatam col. fin. ff. de his quibus vt indign.* cum concordantibus de quibus apud *Ias. in l. quidquid astringendæ nu.* 9. *ff. de verbor. obligat. D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap.* 107. *num.* 5. *par.* 4. & actor, qui ordinarium iudicium intentauit, non potest deinde exequutiuè agere, nisi adsit clausula, quod vna via electa, altera non cessat, latè *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 38. vbi ita pluries decisum in Rota testatur.

4 Ita quod viam quam quis semel elegit, patere debet, *l. si mulier* §. *fin. ff. quod met. causa*, nam in actoris potestate esse non debet iudicium semel cęptum eludere, quia cogitur perseuerare, quod semel assumpsit *Giurb. decis. Sicil.* 55. *num.* 17. *&* 18. *Virgil. in tract. de legitimat. person. cap.* 28. *num.* 2. vnde, qui ex priuilegio habet facultatem eligendi conseruatorem non posse electione semel facta variare, affirmarunt *Rodriq. quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 65. *art.* 5. *Confess. de priuil. ordin. par.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. *Cochier. de iurisd. in exempt. quæst.* 23 *par.* 1. *tom.* 2. vbi idem dicit de Iudicibus delegatis *cap. cum plures de offic. delegat. in* 6. *Nauar. quæst.* 8. *de offic. delegat.*

5 Et confert illud simile, quod patronus cui licet variare in presentando in iure patronatus; benè potest semel, aut iterum quos vult semel præsentare, nõ autem tertia, vel quarta vice, *Calderin. conf.* 16. *de iur. patronat. Nauar. in cap. placuit num.* 167. *de pœnitent. distinct.* 7. *Rocch. de Curt. in tract. iur. patron. in verbo Honorificum quæst.* 10. *Pereira in tract. de potest. eligend. cap.* 3. *nu.* 19. *Garcia de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 214. *D. Ricc. in praxi fori ecclesiastici resolut.* 460. *par.* 3. *& decis. Curia Archiep.*

6 54. *par.* 3. assignans huius dicti rationem, nam pluralis locutio duorum numero debet esse contenta, *cap. pluralis de reg. iur. in* 6. & infinitas est euitanda, *cap. cum in multis de rescript. in* 6. *l. qui bona* §. *fin. ff. de damn. infect. l. fideicommissa* §. *si quis decem ff. de leg.* 3. *l. vnic. C de sentent. quæ pro eo, quod interest*, vndè meritò ita practicaui in causa iurispatronatus Franciscę Riuoli de anno 1624.

Necnon iuuatur, nam variatio maximè in alterius præiudiciũ reprobata est, vt per *Mandos. conf.* 18. *num.* 9. *Put. decis.* 193. *lib.* 3. ridiculum enim esset hodie concedere, & cras pęnitere, *Rot. decis.* 33. *num.* 18. *de prabend. in antiq.*

7 Hæc tamen licet sint vera, tu nõ per hoc discedas à firmata regula, quæ praxi supremorum Tribunalium est roborata, quãdo enim Doctores inter se discordant tàm in consilijs, quàm in tractatibus, siue in lecturis illa sententia præferri debet, & sectanda est, quæ vsu, & consuetudine approbatur *Duen. regul.* 10. *versic. fallit primo*, *Quesad. diuersarum cap.* 16. *num.* 5. *Neuizan. in silua nuptial. lib.* 5. *num.* 64. *Hoied.* plures citans id affirmantes *de incompatib. benefic. cap.* 19. *num.* 46. *par.* 1. latè *Gratian. regul.* 64. *Caual. in præfat. commun. quæst. contra commun. num.* 46. *&* 60. & illa opinio [illegible] ruari debet, quæ pro se habet consuetudinem *Ias. in l. post dotem num.* 100 *ff. solut. matrim. Decian. cons.* 44. *nu.* 2. pulchrè *Burg. de Paz in prohem. leg. Tauri nu.* 225. *cum seq. Caballin. milleloq.* 140. cum ipsa optima legum interpres *cap. cum dilectus de consuet. l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de legib. Mendez. à Castro in praxi Lusit. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. *Pereir. in l. si curatorem in ver. contractuum num.* 29. *de*

8 *in integr. restit.* vndè illam in legum interpretatione seruandam esse asseuerat *Galganett. de iur. publico tit.* 1. *lib.* 1. *num.* 27. &

9 illam opinionẽ esse sectandam, quæ ab obseruan-

ſeruantia ſubſequuta comprobata eſt, non
obſtante iuris contraria diſpoſitione teſtā-
tur *Caphal.conſ.320.vol.3. Ludouic.concl.
38.illat.26. Coraſ.in lib commun.opin.tit.
9.caſu* 18.*num.97.* & vide *Garrab. in ſing.*
169. & etiam ſi communis opinio ſit in cō-
trarium, debet ſeruari illa, quæ recepta eſt
in praxi *Lopez inſtruct. caſ.conſcient. par.
1. cap.287. col.2.* plenè in hac materia *Ce-
ned.in ſuis quæſt.canon.cap.8.ſub num.*13.
10 Nec obſtat regula, quod in caſibus in
quibus variatio permittitur, non poteſt va-
riari niſi ſemel, vt ſupra diximus pro cor-
roboratione contrariæ opinionis; ſiquidē
illa non intelligitur ſic generaliter, ſed de-
claratur procedere nulla ſuperueniente
cauſa ipſam eſſe verā, at ſecus ſi adſit cau-
ſa, quia tunc benè pluries conceditur va-
riatio, ita *Cumia in rit. Magnæ Curiæ Re-
gni Siciliæ* 228. *num.46.* argum. *text. in l.
ſicut ff. quibus mod. vſufruct. amitt.* quādo
enim ex primo actu non eſt ſatisfactū ne-
ceſſitati diſpoſitio ex dicto actu non con-
ſumitur, ex notatis per *Bald. in l. fideicom-
miſſa §. ſi quis alicui decem ff. de leg.3. Fe-
lyn. in cap.2. limit. §. extra de tregua, & pa-
ce, Tiraquell. in l. boues §. hoc ſermone li-
mit.6.num.1. Borrell.* qui plura huius fari-
næ conſarcinat *conſ.96. centur.1.* vbi pro-
pterea eſt in opinione, quod legatum pro
filia Titij maritanda, non expreſſo legata-
rij nomine mortua prima filia innupta de-
betur alteri ex filiabus, iuxta *Imol. conſil.*
113. & durante eadem ratione in ſecundo,
tertio, vel quarto actu, quæ eſſet in primo,
ſit ad illos extenſio, ex *Roman. conſil.*504.
vnde deducitur, patronum etiam eccleſia-
ſticum poſſe iterum præſentare, ſi prima
præſentatio non fuerit perfecta, *cap fin. de
iur patronat. Lambert. de iur. patronat. lib.
2. par.2. quæſt.7. art.3.* quia cum tali caſu
non ſit perfecta præſentatio, patronus eſt
admittendus, vt actū perficiat, hinc ſi præ-
ſentatio fuerit facta coram non habente
ius inſtituendi, iterum coram habente tale
ius aliū præſentare poteſt patronus, *Card.
in clem.1. quæſt.9. de iur. patronat.*

Certumq; eſt, quod vbicunq; priuilegia-
tæ variant de vno foro ad alium ex cauſa
aliqua ſuperueniente id agunt, & conſequē-
ter annuendum eſt ſemper variare poſſe.

Nec obſtat, quod eligens vnam viam
cenſetur renunciare, *l. quod in hærede §.
eligere ff. de tribut. act.* nam illa procedit
iuxta Rotæ Romanæ ſententiam, quando
ab initio expreſſe quis ſe reſtrinxit ad cer-
tam viam, *Ludouiſius deciſ.270.nu.3.*

Quare firmatæ regulæ inherendo illam
amplia, vt non ſolum huiuſmodi variatio
11 concedatur in Regijs Tribunalibus, ſed e-
tiam tales perſonæ priuilegiatę poſſunt re-
declinare ad eorum Iudicem ordinarium,
vt aperto ore fatentur *Andr. de Iſer. & Af-
flict. in cit. conſtit. Regni ſtatuimus,* qui idē
confirmauit in *conſtit. Regni ſi quem no-
ſtrorum num.*18. vbi, quod in tantum reſi-
dent in vno Tribunali, in quantum volunt,
ſequitur *Muta in cap. Regni Siciliæ* 22. *il-
lat.5. tom.6.* & recentius *in deciſ.30. num.*
32. & ita dicebam *in cauſa Honufrij Capu-
ti, cum hæredibus Gonzalui Lopez in an-
no* 1626.
12 Quorum ſanè ſententiam dicas eſſe ve-
ram, vbi non conſtaret de fraude, & mali-
tia, quæ eſſet, vbicunque partes ſe concor-
daſſent, & pro faciliori via peterent talem
variationem, nam in tali caſu eſſe dene-
gandam affirmant *Foller. in conſtit. Regni
ſtatuimus, Præſes de Franch. deciſ.*100.*nu.*
21. quem ſequuntur *Trentacinq. variar re-
ſolut. lib.2. tit. de citat. reſolut.2. num.*10.
*D. Reg. Tapia d. conſtitut. Regni ſtatuimus
num.23. Capiblanc. de Baron. pragm.8. nu.*
13 340. & 345. vbi quod in dubio iſtæ varia-
tiones ſunt ſuſpectæ, *Maſtrill. deciſ.* 187.
nu.30. par.2. vbi ita iudicatum fuiſſe alias
fatetur, qui nouiſſimè idem confirmat *de-
ciſ.268. num.29. par.3.* & ex *Franc.* quem
allegat, aduertendum dicit, quod cum in
ſupremis Tribunalibus multò magis admi
niſtratur iuſtitia, quam in Curijs Baronali-
bus, & inferioribus Regni, maxima oritur
præſumptio contra variantem à ſupremo
Tribunali, ad inferiorem Curiam, & pro-
pterea maximè cogitandum eſſe ait, ante-
quam remiſſio cauſæ concedatur, meminit
quoque *Cancer. variar. reſolut. par.2. tit. de
iuriſdict. omn. iudic. num.*11. quare in cri-
minalibus fieri debere diligentiam à Fiſci
patrono, qui multoties partes reperit con-
cordatas, ſcribit *Galupp. in praxi Sacri
Conſilij par.2. cap.6. num.59.* & ſecundum
de Mari in addit. ad Gramat. deciſ.20. nu.
8. reuariatio hæc à Tribunali ſuperiore ad
inferiores in ciuilibus non datur, ſi res non
ſit integra, etiam ſi timor perhorreſcentiæ
ceſſaſſe dicatur, & ita deciſum refert in
Sacro Conſilio ad relationem Mag. Cur. in
*cauſa Franciſci de Mari, cum Ciuitate
Reghina, Actuario Pulſono,* aſſerens, quod
quando ſumus in criminalibus commit-
titur prius Officiali pro capienda informa-
tione ſi expedit, vel ne, & ſi ſpontè fiat ta-
lis reuariatio, & tunc illa admittitur iuxta
ſenten-

sententiam Sacri Consilij factam in Aula Marci Antonij de Ponte deinde S.C. Præsidis in anno 1607. referente Iudice Macedonio in *causa Polita Gullo pro nece Decij de Hyppolito eius filij, cum Ferdinando de Rosa, & alijs Ciuitatis Cosentiæ*, & ita in dies practicari in Regia Audientia Calabriæ vltra fatetur, imò *Thor. in compend. decis. Neap. verb. electio fori il primo tom. 2.* affirmat indistinctè decisum in Magna Curia Vicariæ, quod in causis criminalibus nunquã in tali casu remittitur causæ, sicq; pariter in specie in quadam causa ciuili in anno 1619. decisum testatur. Verum *Castil. controuers. iur. lib. 3. cap. 25. num. 13.* est in opinione huiusmodi præsumptionem cessare debere, & locum esse decisioni, *l. vnic. C. quando Imper.* vbicunque priuilegiatæ personæ, vel propter expensas, & sumptus excludendos, aut faciliorem agendi modũ in eorum proprio loco, vel ne ab eo extraheretur id agere intenderent, quod potius
14 præsumi debet in dubio ad excludendam fraudem, quæ non præsumitur, ad *text. in l. merito ff. pro socio, cap. estote de reg. iur.* cum latius cumulatis per *Card. Tusc. conclus. 165. lit. D. tom. 2.* alias namque damnosum esset eisdem legis priuilegium, quod apertè præsentire ait *Couar. pract. quæst. cap. 7. nu. 2. vers. habent præterea.*

Ita quod firmat ipse *Castill.* vt cum iure suo vtantur similes personæ in proposito casu, ac lege permittente id efficiant, nulla equidem præsumptio erit contra eos, si nolint extra proprij domicilij forum apud Curiæ Iudices Regios cuiquam agenti respondere.

SVMMARIVM.

1 *INstitutio facta spreto patrono, quando sit inualida.*
2 *Testamentum ex causa præteritionis filij, dicitur nullum, si opponatur.*
3 *Attentata sunt nulla, parte opponente.*
4 *Transactio ex contraventione, non dicitur nulla, nisi opponatur.*
5 *Emphiteuta cessans à solutione Canonis, quando cadat à suo iure, & quid in feudatario committente feloniam, nu. 6.*
7 *Alienatio facta spreto vicino, quando sit nulla.*
8 *Compensatio tunc fit ipso iure, si petatur.*
9 *Exequutio post tres conformes, quando non fiat.*
10 *Pœna exigitur volente parte, cui applicanda est.*
11 *Fœmina non excluduntur in Regno masculis nolentibus.*
12 *Contractus factus cum pupillo absque sollemnitatibus, quando non claudicet.*
13 *Contrauenens transactioni, quando audiantur accepti non restitutis.*
14 *Exceptio debet opponi per excipientem, vt prosit, & amplia vt nu. 15.*
16 *Cautionem vbi quis præstare tenetur, si nõ petatur valet processus, & amplia vt num. 17.*
18 *Acta facta tempore feriarum, an fiat nulla, si pars non opponat.*
19 *Victus victori condemnatur in expensis parte tamen petente.*
20 *Apoca antiqua mandatur exequutioni, si non opponatur à parte antiquitas, idemque est in instrumẽto elapsis viginti annis, num. 21.*
22 *Subreptio in Breuibus, an vitiet ipso iure.*
23 *Actus tendens ad fauorem alterius, intelligitur parte petente.*

ARGVMENTVM.

Electio, seu Variatio Fori facta absque aliquo ex requisitis necessarijs, an sit ipso iure nulla, vel parte petente annullari debeat, & sic ope Exceptionis.

QVÆSTIO V.

Regula sit, quod si fortasse reperiatur facta electio, siue fori variatio à personis priuilegiatis, non iuxta terminos iuris, & substantialiter, sed aliquem pateretur defectum, non per hoc est ipso iure nulla, sed esset per Iudicem annullanda parte aduersa instante, alias secus.

Quæ sanè fundata conclusio pluribus coadiuuatur similibus, & primo, quod licet
1 institutio facta absque patroni consensu, & præsentatione sit nulla, *cap. decernimus 16. quæst. 1. cap. cum dilectus de iur. patron.* cum alijs apud *Garc. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 231.* & per *D. Ricc. in praxi resol. 171. par. 1. in paru.* hoc tamen procedit reclamante, & contradicente patrono infra tẽpus datum ad præsentandum, alias sustinebitur, & valebit prouisio Ordinarij, *Card. in clem. 1. nu. 11. de supplend. neglig. prælat. Felyn. in cap. cum Bertol. nu. 10. & 14. de re iudic. Selua de benefic. par. 1. quæst. 6. nu. 15.*

num.15. Rota decis.77. par.1. diuers. latius modernus *Viuian. in praxi iur. patr. par. 2. lib. 12. cap. 5.* vbi *nu.* in simili dicit, quod quamuis sit retractanda electio facta contemptis absentibus, intelligitur tamen, si absentes non vocati opponant de contemptu, alias electio valet, *cap. quod sicut §. quod si eos, & ibi glos. de elect.*

2 Similiter quamuis testamentum sit nullum ex causa præteritionis filij, *l. inter cæteras ff. de liber. & posthum.* tamen id est verum si præteritus filius dicat, ac petat, & nō alias, *l. filio præterito. vbi Glos. & DD. ff. de iniusto rupt. test. l. maximū vitium §. sancimus C. de liber. præter. Put. decis.14. nu.12. lib.2. Benedict. in cap. Raynutius in verb. eodem testamento relinquēs à nu.* 84. *cum seq. de testam.*

3 Et hinc licet attētata sint ipso iure nulla, *cap. non solum de appell. in 6. Rota diuers. decis.406. par.1.* hoc tamen intelligitur parte opponente, & petente, *Verall. decis.6. par.1.* latè *Lancellott. de attent. par. 3. cap. fin. à nu.* 100. *cum seq.*

Et pariter, si in transactione apponatur clausula, quod in euentum cōtrauentionis transactio sit ipso iure nulla, licet sit contrauentum, nihilominus tenet transactio, quousque adimplens non dicit de nullitate, quia intelligi debet volente eo, qui pro parte impleuerat, vt post alios notauit *Puteus decis.340. lib.1.* vbi etiam quod effectus decreti irritantis nihil operatur nisi parte volente, & petente, de quo latius *Gomez in reg. de trien quæst.49. & Gabriel conclus.3. à nu.25. de clausul.*

5 Prout in simili dicitur de emphyteuta, cessante à solutione Canonis per trienniū priuatæ personæ, vel per biennium Ecclesiæ, quod ipso iure cadit à iure emphyteutico, *l.2. C. de iure emphyt. cap. potuit de locat.* tamen intelligitur, si dominus voluerit, vt probat *text. in d.l.2.* ibi volenti ei licere cum à prædictis emphyteuticarijs repellere, vbi notat *glos. verb. volenti*, & post *Bart. & alios*, tradit ibidem *Iason ex nu.6. vsque ad* 11. *C. de iure emphyt. Cassador. decis.2. de locat. Tiraquell. in l. si vnquam verb. reuertatur nu.10. de reuocand. donat. Clar. in pract. in verb. emphyteusis quæst.9. nu.1. Roland. à Valle cons.81. nu. 7. vol.3. Paris. cons.108. num.33. lib.1.* nunquam enim applicatur pœna creditori inuito, cui forsan non expediret rem habere per se, nec de facili reperiret, qui tantum responderet, ac proinde taciturnitas domini arguit remissionem pœnæ, *Ias. in d.l.2. nu.7. Cassador. d. decis.2. sub nu.4. & 9. de locat.* ita vt si dominus in vita sua nō declarauerit velle vti dicta pœna hęres declarare non valet nec ad hæredē, nec contra hæredem transit ius declarandi, *Cassador. decis.2. num.6.7. & 9. & decis.3. nu. 2. & 3. de locat. Veral. dec.155. nu.3. & 4. p.1.*

6 Præterea si feudatarius commictit felloniam, & dominus non conqueritur, euadit pœnam felloniæ, quæ dumtaxat locum habet, si dominus velit, & petat alias secus. *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. constitut Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius in verb. in eodem testamento relinquēs num. de testament. Cassador. sæpius alleg. decis.2. num.6. & 7. de locat. Clarus in §. feudum quæst.49. num.10.* cum alijs per *Tiraquell. in l. si vnquam in verb. reuertatur num.11. C. de reuoc. donat.* vbi *nu.12.* post plures concludit, quod tali casu si dominus tacuerit, & noluerit ad pœnam deuenire, quod non dicitur feudum nouum, seu de nouo concessum, quāuis iam eo ipso iure ceciderat, sed manet, vt erat antiquū, *Ias. in l. si mihi, & Titio nu. fin. ff. de verb. obligat.*

7 Adhuc in Regno licet ex dispositione *constit. incip. sancimus de iure protomis.* debeat fieri venditio potius vicino, quam alteri, alias venditio habetur pro nulla, hoc tamen vendicabit sibi locum, si vicinus voluerit, *Ias. in l.2. C. de iur. emphyt. à nu. 6. cum seq. Puteus decis.8. nu.1. lib.2.*

8 Et huc spectat, quod quāuis compēsatio fiat ipso iure, intelligitur tamen, si petatur, *l. fin. C. de compens. § in bonæ fidei instit. de action. Tindar. in tract. de compens. art.6. nu.4.* prout etiā quamuis falcidia resecat ipso iure, *l. lineam margaritarum ff. ad l. falcid.* id est verum, quando hæres velit, & petit, *Bal. in l.1. C. ad l. falc. Tiraq. in l. si vnquā in ver. reuertatur C. de reuoc. donat.*

9 Sicuti pariter, quamuis post tres sententias conformes facienda sit executio, nō obstante quacunque nullitatis exceptione, *vt in clem.1. de sent. & re iudic. Menoch. de arbitr. iud. casu 9. cent.1. Couar pract. qq. cap.24.* hoc est verum, si pars opponat has tres conformes, nam illa non opponente valebit processus, *Ruin. cons.114. vol.5.* plenè *Gabr. concl.1. à nu.24. de exec. rei iud.*

10 Idemq; videmus in prouiso de beneficio consentiente reseruationi pensionis soluēdæ in quolibet semestri sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, priuationis beneficij, & regressus, quia huiusmodi pœna intelligitur pensionario, aut illo, cui regres-

regressus competit volente, & declarante, *Cassador. decis. 4. num. 2. de pension. Achill. de Grass. decis. 5. num. 4. & 11. de pensionib. Verall. decis. 155. par. 1.* qui *decis. 301. ead. par. 2. & decis. 8. par. 3.* affirmat hoc adeo procedere, vt ad huiusmodi declarationē faciendam sit necessaria declaratio, & speciale mandatum, absque quo Procurator generalis talē declarationem facere pōt.

Quibus subiungitur, quod quamuis in
11 Regno adsit *constitutio incip. in aliquibus*, per quam excluduntur fœminæ masculis existentibus, tamen id est intelligendum non solum masculis existentibus, verum etiam petentibus, & succedere volentibus, alias secus, ita vt possent succedere fœminæ, ex notatis apud *Gabriel conclus. 4. nu. 21. de clausul.*

Et hinc in facto dicebam in causa Iu-
12 liani Pappalardi, quod quamuis cōtractus gestus cum pupillo, seu minore absque tutoris, seu curatoris authoritate ipso iure sit nullus, *§. 1. instit. de author. tutor. l. obligari ff. eod. tit.* id erat intelligendum pupillo, seu tutore volente, alias ipsis non contradicētibus, vtique contractus remanet firmus, *l. Iulianus §. si quis à pupillo ff. de act. empt.*

Et suffragatur, quod licet alienatio rerū Ecclesiæ facta absque iuris sollemnitatibus sit ipso iure nulla, *cap. 2. de rebus eccles. nō alien. extrauag. ambitiose eod. tit.* hoc intelligitur Ecclesia volente, alias si non intendat opponere contractus nullitatem erit validus, *cap. si qua de rebus 12. quæst. 2. Innocent. & alij in cap. 1. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. Cap. Cæsar de Grass. decis. 3. de sentent excom. Crescent. decis. 1. de locat. Put. decis. 310. lib. 1. Tesaur. forens. quæst. 37. lib. 3.*

13 Vt similiter, quāuis in iure valdè sit notum, quod veniens contra transactionem audiri non debeat, nisi prius restitutis acceptis pro tali transactione, iuxta terminos *tex. in l. si certa C. de transact.* id est verum parte opponente, & non alias, *Affl. decis. 220.* & latissimè *Rota Romana diuers. decis. 810. par. 1.*

Necnon in iure habemus pro vero, quod
14 exceptio debeat opponi per excipientem, vt ei prosit, vt communi calculo scripserūt *Glos. & DD. in l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.* quod procedit, quamuis excipiens iuris præsumptionem pro se habeat, nam nisi eam non alleget, nihil ei prodest *Bar. in l. 1. num. 10. ff. de except.* vbi etiam *Soccin. num. 12. Purpur. in l. cum quid nu. 147. ff. si cert. pet.* vbi similiter id notarunt *Ias. nu. 22. & Dec. in l. lectura nu. 27.*

15 Imo sunt, qui dixerunt, quod etiam si Iudici constaret ex actis de exceptione rei, quæ per reum non fuit allegata, non posset de illa rationem habere, si per partem non opponatur, nisi exceptio insit actioni, vel obligationi, vt est in pacto in continenti apposito, diciturq; incontinenti apponi, cum priusquam contractus habeatur pro perfecto, & absoluto est appositum, *Bar. in d. l. si vnus §. pactus num. 18.* in istis siquidem exceptionibus, quæ insunt actioni, vel obligationi, Iudex licet nō opponatur potest, imò debet supplere, *Ias. in l. lecta nu. 22. ff. si cert. petatur,* vbi testatur de communi *Afflict. decis. 16. num. 5.* & alij quos recollegit *Cancer. variar. resolut. lib. 1. cap. 18. de exceptionibus num. 22.* vbi tamen est in opinione, quod si Iudici ex actis, siue per partis confessionem constet de exceptione, quod siue exceptio insit actioni, & obligationi, siue non, quod Iudex posset de dicta exceptione habere rationē si velit, verumtamen quod non cogitur ex *Angel. in d. § pactus. Castrens. in l. obs pactū num. 7. C. de transact. Boer. d. decis. 344. nu. 8.* quia quando Iudici est notum ex actis, non opus est, quod pars opponat *l. 1. & ibi Glos. C. qui. & aduers. quos Glos. in l. 2. in verbo aspectu atrox ff. de ferijs.*

Et confert, quod cautionem, vbi quis
16 præstare tenetur, si eidem non opponatur valet processus, nam per progressum ad vlteriora, cum non fuerit oppositum, & petitum per eum, ad cuius fauorem cautio præstanda est, videtur tacitè tali auxilio, & beneficio renunciatum, *Alex. cons. 96. vol. 4. Dec. in cap. licet causam col. 9. de rescript. Ruin. cons. 43. num. 3. vol. 2. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 5. ff. de damno infecto, Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 145.* vbi id varijs exemplis comprobat *Carpan. ad statut. Mediol. cap. 44. num. 11. lib. 1.* affirmans hoc procedere, etiam quod statutum, vel lex, requirentes cautionem, progrederentur vlterius annullando actus, nam adhuc debet intelligi, si à parte petatur, alias non petita in tempore censetur remissa, iuxta *Glos.* doctrinam in *l. vniuersa C. de precibus Imper. offerend.* vbi docuit, quod licet rescripta dilationem concedentia sint intelligenda, si debitores satisfederint de soluendo debitum finita dilatione, vt ibi DD. tamen id est verum parte petente, & non aliter, vt ibidem clamant *Bart. Bal. & Castrens.*

qui inferunt ad statutum arctans fideiussorem præstari, vt intelligatur parte petente opponente, & instante, sequuntur *Cancer. variar. resolut. lib. 1. tit. de præscript. cap. 15. num. 16. Henriq. de fideiuss. cap. 5. num. 133. Graff. de except. cap. 32. num. 135. Cartar. in praxi interrogand. reor. lib. 3. cap. 3. num. 52. Farinac. in pract. crim. tit. de carcer. quæst. 29. num. 28. Trentacinq. variar. resolut. tit. de solut. resolut. 1. nu. 8.* non est enim necesse quod debitor vltranea voluntate ad cautionem præstandam se offerat, sed satis est, si petenti creditori moram non faciat, *l. 1. §. non exigit ff. vt in poss. leg. l. peto §. fin. ff. de leg. 2.* cum alijs cumulatis per *Maur.* qui latè materiam declarat *in tract. de fideiussorib. sect. 3. cap. 8.* vbi assignat rationem, nam quando lex canon, vel statutum mandant aliquid fieri illud semper intelligitur parte petente, ex *l. 2. §. quod ait prætor, & l. si quis filium §. stipulatio ff. de collat. bonor. l. 1. ff. vt leg. nom. cau. cap. 1. de sepult. in 6. & cap. 1. de sentent. excommun. eod. lib.* imò dispositа per legem, vel statutum in fauorem alicuius, nunquam habent locum, nisi petantur, licet statutum id ipso iure fieri velit, *Glos. fin. in l. scimus in vers. ipso iure C. de inoff. testam. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. nu. 32. & seq.*

18 Quibus accedat pro comprobatione, quod in simili videmus acta facta tempore feriarum, non esse nulla, si pars dictam exceptionem minimè opposuerit patiendo procedi ad nonnullos actus, vt apud *Gizzarell. decis. 61.* vbi copiosè per plura itaq; parte non opponente conceduntur, quæ alias vtique denegarentur, iuxta scripta *Menoch. de recuper. poss. remed. 1. nu. 164.*

19 Et in simili videmus, quod licet victus victori in expensis condemnandus sit, vt probat *tex. in cap. calumniam de pœn.* id tamen est verum parte petente ad id condemnari alias secus, vt post alios *Perez in l. 1. tit. 15. lib. 3. ordin. Amat. Roder. in pract. cap. 3. num. 34. Barbos. in l. eum qui temere num. 174. cum seq. ff. de iudic.*

Ex quibus omnibus meritò in causa Stephani Cinqui cũ Felice Mannara tanquam Regius Gubernator Aierolæ, & Pla-
20 giani iudicaui apocã, quæ decennio elapso regulariter executioni, iuxta vigorẽ *pragmatica 64. de offic. procur. Cæsar.* nõ mandatur, vt colligitur ex *Rouit. ibid. num. 35.* & apertius notat modernus *Gaitus in suo tract. de credito cap. 2. tit. 8. num. 317.* fore exequendam non obstante, quod esset antiqua, dum per partem aduersam citatam super tenore eiusdem apocæ, nihil de hoc opponebatur, præscriptio siquidẽ ipso iure actionem non excludit, sed ope exceptionis. *cap. ad aures, vbi Anchar. & Felyn. de præscript. Boer. decis. 344. Guid. Pap. decis. 221. Misinger. obseru. 28. centur. 3. Surd. decis. 14. Giurba decis. 13. num. 6.* annuens illam opponi necesse esse, quia Iudicis officio supplenda non est.

Vnde in simili patet instrumentũ elapsis
21 viginti annis liquidari, vbi debitor hoc nõ opponit, quia videtur pati se cõueniri debitor, & de facto condemnari. *Robert. de liquid. instrum. cons. 2. num. 3. Pand. Grauin. in comment. ad Rit. 166. par. 3. declar. v. nu. 4.* vbi pariter *Carauit. nu. 34. in fin.* quos sequitur *Galter. de liquidat. instrum. 2. 1. par. in vers. debita num. 32.* quod Ego practicaui in causa Andreæ Bongiorni de de anno 1627.

22 Et surreptio in rescriptis, siuè Breuibus Apostolicis, nõ vitiat ipso iure, sed ope exceptionis, vnde nisi opponatur datur iurisdictio & processus, tenet *Abb. Innoc. & Anchar. in cap. cæterum de rescript.* vbi etiã *Imol.* qui testatur de communi *Capra regul. 41.* vbi latius discutit materiã declarationes cumulando.

23 Quorum omnium ratio est, eo quia quilibet actus regulariter tendens ad fauorẽ alterius est intelligendus parte petente, *Glos. in l. vniuersa, & ibi Ias. C. de precib. Imper. offer. Rot. in antiq. decis. 1. de decim.* & ad materiam copiosè *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46.* vbi plura huius farinæ cumulata reperies.

SVMMARIVM.

1 *Actus in dubio debet interpretari validus.*
2 *Actus qui facere debet, tenetur facere secũdum legem.*
3 *Actum qui gerit præsumitur voluisse, vt ille valeat.*
4 *Actus interpretari sẽper debet, vt aliquid operetur, & censetur factus eo modo, quo agenti vtilius est, nu. 6.*
5 *Verba impropriãtur, nè actus nullus reddatur.*
7 *Solutio in causam, quæ continet pœnam, vel vsuram, in dubio præsumitur facta.*
8 *Verba in dubio de actu valido intelligũtur.*
9 *Medicus in dubio præsumitur bene vti suo officio, & secundum regulas artis mederi, num. 10.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Electio Fori, num in dubio censeatur cum omnibus sollemnitatibus, & requisitis necessarijs facta.

QVÆSTIO VI.

Regula sit, quod vbi dubitatur de validitate electionis fori factæ à priuilegiatis personis, censendum est illã validè, & cum requisitis necessarijs factam fuisse, & ita in dubio præsumi debet ex illo trito iuris axiomate, quod
1 actus in dubio interpretari debet validus, *l. quoties ff. de reb. dub. l. quoties ff. de verb. oblig. Card. Tusc. conclus.* 136. *lit. A.* itaut vbi intelligi potest de valido, & inualido, de valido intelligitur, *l. si seruus §. 1. ff. de fideiuss. Afflict. in const. Regni si dubitatio post num.* 18. vbi quod certum actum, qui
2 facere habet, debet illum facere secundum legem de ipso loquentem, vnde dicit ipse *num.* 17. actum præsumi factum ex causa, quæ valere potest, & sustineri ex eo capite, quo sustineri potest, *Felyn. in cap. ex officij de præscript. Seraphin. decis.* 509. quia actus vbi potest trahi ad bonum, & ad malum, semper interpretatur in bonum, *l. merito ff. pro socio*, cum alijs apud *Gabriel. conclus.* 2. *de malefic. Menoc. de præsumpt. lib.* 5. *cap.* 2. vltra quod actum, qui gerit, in
3 dubio præsumitur magis voluisse, vt ille valeat, quam pereat, *l. quoties ff. de reg. iur. l.* 3. *ff. de milit. testam. Alciat. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 34. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 2. *tit.* 15. *à nu.* 2. & actum frustratorium nemo præsumitur facere, *l.* 1. *in fin. ff. ad municip. l. vnic. C. de thesaur. lib.* 10. & actus gestus censetur factus eo modo quo debuit, *l. gallus §. quidam rectè ff. de lib. & posthum. l. si hæreditas §. seruus alienus ff. de testam. tutel.* vndè actus duo, vbi reperiuntur facti, censetur factus, qui præcedere debuit, *Mascard. de probat. conclus.* 244. *num.* 4. *Surd. decis.* 288. *num.* 33. *Costa in memorab. in verbo actus.*
4 In tantum, quod actus semper interpretari debet, vt aliquid operetur, non autem vt sit inanis, & inutilis, *Cardin. Tusc. conclus.* 135. *lit. A.* vbi etiam, quod in dubio quilibet præsumitur elegisse viam, per quã dispositio sua fit vtilis, & habeat effectum, non autem vt impugnari possit, & ad nihi-
5 lum reddi, itaut verba impropriari debere, nè actus reddatur inutilis, probatur in *l. Titia §. Lucius ff. de leg.* 3. & in dubio omne possibile faciendum esse pro magis, & melius actus sustineatur, scripsit *Surd. decis.* 69. *num.* 22. & *decis.* 239. *num.* 16. quem
6 recenter adducit *Christoph. Martius examinat.* 21. *nu.* 16. *inter decis. Senenses folio meo* 273. *col.* 1. *qui in examinat.* 15. *nu.* 15. voluit præsumendum esse actum fuisse gestum eo modo, quo sibi vtilius esset, *l.* 3. *ff. de milit. testam.* firmans ex isto axiomate
7 in dubio credi solutionem factam esse in causam, quę continet pœnam, vel vsuras, de qua materia vltra eum *decis.* 25. 26. & 27. *Rot Senens.* latius *Mascard. de probat. conclus.* 1325. *Gratian. forens. discept. lib.* 2. *cap.* 224. & *Maur. in special. tract. de solution.*
8 verba, quæ in dubio de actu valido sunt intelligenda, *l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iudic. Card. Tusc. conclus.* 99. *lit. V.* prout in
9 dubio medicus præsumitur bene vti officio suo, ita quod licet infirmus moriatur, poterit ab hæredibus salarium exigere, iuxta *Glos. in summa* 83. *distinct.* quam corroborat *Tiraquell. de retract. conuent. §.* 7. *glos.* 1. *nu.* 10. *Ferr. in dictionar. Alber. in verb. medicus*, quos nouissimè coaceruat, & sequitur *Gabriel Berart. in suo specul. visit. cap.* 23. *tit. de erogat. bonor. public. Ciuit. & ration. reddend. nu.* 53. censendum est enim
10 medelam præbuisse iuxta regulas artis, *text. in cap. ad aures de ætat. & qualit.* quare cum quidam Faber Ferrarius curasset per spatium quadraginta dierum quoddam iumentum, & propterea instaret pro solutione salarij, non obstante quod dominus iumẽti opponeret Fabri culpa, & ignorantia fuisse mortuum iumentum, & consequenter nõ teneri soluere tanquam Regius Iudex Ciuitatis Amalphiæ cõdemnaui, iumenti dominũ ad soluendos labores adhibitos ad curationem dicti iumẽti, qui fuerunt per Curiam dictæ Ciuitatis taxati ad ducatos quatuor.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quidquid agit, dicitur fieri à principali.*
2 *Procurator patroni laici potest variare.*
3 *Patronus non potest seipsum præsentare, neque per procuratorem, nu.* 4.
5 *Procurator potest eligere forum nomine sui principalis, si habeat speciale mandatum, vel generale cum libera.*
6 *Speciale mandatum requiritur ad petendã restitutionem in integrum, quod est ve-*

rum etiam in consanguineo.

7 *Mandatum speciale, non requiritur ad allegandam fori declinatoriã pro clerico.*

8 *Procurator constitutus ad eligendum, vel variandum forum, potest etiam iurare de perhorrescentia, licet de hoc in mandato non sit facta mentio, & vide num. 13. & 16.*

9 *Concesso vno, alicui dicitur concessum omne, quod requiritur ad illud, & consequens volens vult, & antecedens, nu. 10.*

11 *Inferior ex priuilegio habens ius instituēdi, an possit præsentatum examinare.*

Concesso officio, dicitur concessa facultas portandi arma, ibid.

12 *Priuilegium concessum Sacerdoti, vt possit celebrare tempore interdicti, extenditur ad seruientem in diuinis.*

13 *Procurator admittitur ad iurandum de calumnia. & ad præstandum fidelitatis iuramentum, nu. 14.*

15 *Habens speciale mandatum, iurare potest.*

ARGVMENTVM.

Electio, siue Fori Variatio an possit fieri per procuratorem nomine priuilegiatarum personarum, itaut & ille valeat quoque iurare de perhorrescentia.

QVÆSTIO VII.

Regula fit, quod fori electio, & variatio non tantum possit fieri à principali priuilegiato, sed etiam ab eius procuratore nomine ipsius,
1 quod enim facit procurator dicitur fieri à principali, *l. 1. §. deinde ff. de vi, & vi arm. cap. mulieres de sentent. excom.* & ita seruatur de communi praxi in Regijs Tribunalibus Regni.

Vnde videmus, quod in materia iurispa-
2 tronatus, sicuti patronus laicus variare potest, ita & eius procurator, *Pelyn. in cap. venerabilis num. 3. de except. Roccb. de Curt. in tract. de iur. patron. in verb. honorificum quæst.* 20. modernè *Barbos. in tract. de offic. & potest. Episc. alleg. 72. nu. 157.*
3 Vltra quod ille dicitur facere, cuius nomine fit, & qui per alium facit, per se ipsũ facere videtur, *cap. qui per alium de reg. iur. in 6.* hinc sicuti patronus prohibetur se ipsum præsentare ad beneficium, *cap. per nostras, & ibi Glos. in verb. præsentare de iur. patron. cap. fin. de constit. Io. Andr. & Anchar. in cap. consuluit de iur. patr. Abb.*
4 *cons. 25. lib. 2.* eadem ratione procurator constitutus à patrono cum facultate præsentandi, nequit ipsum patronum constituentem præsentare, *Abb. in d. cap. per nostras, vbi addit lit. D. Bal. in addit. ad Specul. in rub. de iur. patron. V erall. decis. 397. par. 2. Paris* dicens in Rota decisum *in tract. de resign. benefic. lib. 9 quæst. 17. nu. 113. Campanil. in diuers. iur. canon. lib. 21. cap. 13. num. 399.* & alij moderni communi voce.

Intantum, quod si nomine miserabiliũ, & priuilegiatarum personarum à procuratoribus fiat huiusmodi fori electio, vel variatio, vtique recipienda erit absque vllo scrupulo, & post huiusmodi electionem factam Iudex, à quo ad nullum actum procedere poterit.

5 Declara tamen, vt procurator intendens eligere, vel variare forum nomine sui principalis priuilegiati, habeat speciale mandatum, vel generale cum libera, iuxta *Andrea Iserniensis, & Afflict.* sententiam *in constit. Regni si quis in posterum*, quibus inhærent *Carauit. d. Rit. M. C. V. 228. nu. 11. Præs. de Franch. decis. 257.* qui ita practicari in Sacro Consilio testatur *D. Reg. Tapia in constit. Regni statuimus nu. 32. de magist. iustit. Mastrill. cit. decis. 127. nu.* vbi in illo Siciliæ Regno id non seruari, sed emanari indistinctè literas declinatorias fori à Magna Curia affirmauit.

6 Prout in simili ad restitutionis in integrum beneficium petendũ speciale requiritur mandatum, *cap. coram de in integr. restit. l. illud §. si talis ff. de minor. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 55. Guttier. pract. quæst. lib. 3. cap. 87. nu. 3. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 105. num. 25. Amat. decis. Rot. Marchiæ 97. num. 6. Cardin. Mantic. decis. Rot. Rom. 1 r. Cauall. commun. contra commun. quæst. 135. Maurit. de restit. in integrum cap. 23.* etiam si consanguineus sit, qui illum petat, *l. patri ff. de minorib. Glos. in l. exigendi ff. de procurat. Ripa in cap. cum M. nu. 60. de constitut. Menchus. quæst. frequent. cap. 22. num. 12. Barbos. in l. 3. num. 12. ff. solut. matrim.* quamuis Clericus benè valeat petere fori remissionem per non habentem speciale mandatum, ne-
7 que ad id serio procuratorem constitutum non obstante statuto (prout in Regno) in quo viget *Ritus M. C. V.* quod fori declinatoria non admictatur nisi reo comparente personaliter, *Guid. Pap. decis. 338. Præs. de Franch.*

Franch. decis. 329. Scapp. de iur. non script. lib. 5. cap. 18. nu. 6. & 7. qui ita de consuetudine seruari testatur *Graff.* alios cumulans concordantes de *effect. lib. clericatus effect. 1. nu. 1296. in fine,* iuxta quorum sententiam allegaui in causa Clerici Antonij Fossati Diœcesis Caputaq. in anno 1626.

8 Quinimo quando procurator constitutus fuit à persona priuilegiata ad comparendum in foro, & Tribunali ad eligendum, vel variandum forum eius nomine nulla mentione facta, quod possit etiam iurare de perhorrescẽtia, vtique posset huiusmodi præstare iuramentum, *Carau. d. rit. 228. num. 20.* quem refert, & sequitur *Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de citat. resol. 2. nu. 14. circa finem vers. & quando,* ea ratione, quia censetur concessum vti in necessariam consequentiam, siquidem concesso

9 aliquo, conceduntur omnia præcedentia, & sequentia, sine quibus illud aliter fieri non posset, & per quæ deuenitur ad illud, *l. oratio ff. de sponsal. l. ad rem mobilem ff. de procurat.* latius probat *Staiban. consil. 48.* vbi concludit concessa iurisdictione, vel officio aliquo, videri concessam potestatem creãdi Actuarios, aliosque Administratores,

10 etiam quod in priuilegio expressè non dicatur, consequens enim, qui vult, suum antecedens velle quoque dicendum est, *l. qui proprio §. qui alium ff. de procurat. l. denique §. interdum ff. de pecul. legat. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Euerar in topic. legal. loco 95* latè *Card. Tusc. conclus. 757. lit. C. tom. 2. D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 140.*

11 *par. 4.* vbi principaliter tractat articulum, si inferior ex priuilegio habens ius instituendi, possit præsentatum examinare, meritò ex dicta regula firmans *decis. 146. ead. par. 4.* concesso officio, censeri quoque concessam facultatem portandi arma. Hinc mancipiorum instrumentis donatis, & traditis mancipia ipsa donata, quoque censẽtur, *l. 1. C. de donat. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 12. Boer. decis. 281. nu. 7. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 10. Gomez in l. 4. Tauri num. 21. in fin. & à num. 50. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 14. num. 6. Matienf. in l. 1. glos. 6. num. 2. & seq. tit. 6. lib. 5. nouæ recopil. Pereira de em-*

12 *phyt. cap. 21. num. 24.* & hinc priuilegium concessum Sacerdoti, vt possit celebrare tempore interdicti, extẽditur ad alterum, qui Sacerdoti inseruiat, vt celebrare valeat, *Suarez de legibus lib. 8. cap. 11. nu. 7. Bonacin. in eiusdem nominis tract. quæst. 3. in tit. de priuilegijs punct. 7. §. 2. nu. 6.* quẽadmodum concessa iurisdictione, censetur concessa ea omnia, sine quibus iurisdictio explicari nõ potest, *l. 2. ff. de iurisdict. l. fin. §. fin. ff. de offic. eius, Bellon. de mandat. iurisdict. cap. 9. quæst. 2. nu. 3.* vbi quod Iudex datus facere potest ea, sine quibus causæ cognitio expediri non potest, & confert, nam prohibito vno, censeatur prohibita omnia, per quæ deuenitur ad illud *l. lege in fin. ff. de natural. cap. quod prohibetur de reg. iur. in 6.* cum similibus de quibus apud *Mascar. de probat. conclus. 102. Surd. cons. 301. num. 74 Galet. in margarit. cas. conscient. in verb. prohibere, Barbos. in l. 1. nu. 57. par. 3. ff. solut. matrim.* quare meritò syndicatores possunt cogere testes recusantes ad testificandũ, & inobedientes carcerare absque officialis successoris licentia, *Cum. in pract. syndic. cap. 6. nu. 16. Borrell.* qui ita consuluit *cons. 85. cent. 1.*

13 Ex quo apertè patet, quod in præstatione huiusmodi perhorrescentiæ iuramenti, non requiratur persona principalis priuilegiata litigans, ita quod illud non debeat præstari à principali forũ eligente, sed sufficit, quod præstetur à legitimo procuratore, aut tutore, *Afflict. d. constit. statuimus sub num. 26.* vt tenet *Muscatell. in praxi Sacr. Consil. glos. competentes num. 78.* qui de obseruantia in Regno testatur, & ita *Franch. decis. 257. num. 7.* ibi an sit præstitum iuramentum per personam legitimã, prout in simili persona principalis non requiritur, sed admittitur specialis procurator ad iurandum de calumnia, etiam in casu quo principalismet iurare deberet, *cap. fin. de iurament. calumnia in 6. Ludouisius deinde Gregor. XV. in decis. 282.* vbi sic decisum in Rota dicit, asserẽs, quod vbi talis procurator iurat, censetur principalis ipse iurare per organũ procuratoris, *Mill. in repert. in verb. procuratore habente speciale mandatum,* imo ex generali consuetudine admittitur etiam procurator habens generale mandatum ad lites, ad iurandum de calumnia, *Rota apud Zacchium de oblig. camer. decis. 101. num. 3. & seq.* & alias censuit eadem *Rota in Romana dominorum 22. Martij 1604. coram Illustriss. Cardinali Pamphilio, tunc Rotæ Auditore, & in Romana pecuniaria de columna 29. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozetto,* plenè *Mariscott. variar. resolut. lib. 1. cap.*

15 *47. nu. 8. & seq.* sicque pariter potest quis præstare fidelitatis iuramentum cum speciali mandato, *Afflict. in cap. 1. de forma fidelitatis, Capyc. in inuest. feud. §. feudorũ iura-*

iuramenta col. fin. *Ruzzeus de iure regalium priuil.* 43. *nu.* 2. *Clar. in sua pract. in §. feudum quæst.* 49. *Franc. Marc. decis.* 692. *& 693. vol.* 1. *Intrigliol. de feud. par.* 6. *cap.* 4. *num.* 31. *vol.* 1. vbi dicit, mandatum continere debere non præstandum fidelitatis iuramentum tali domino certo, sequuntur *Gregor. de concess. feud. par.* 8. *quæst.* 16. *de iurament. fidelit. num.* 9. *Clapper. in decis. fiscal. caus.* 9. *quæst. vnic. num.* 6. & generaliter iurare quẽ posse cum speciali mandato, affirmarunt *Cardos. in praxi Iudic. & Aduoc. in verb. procurator num.* 24. *& Surd. decis.* 159.

16 Bene verum de iuris rigore vtique dicẽdum esset præfatum perhorrescentiæ iuramentum præstandum esse à propria persona allegantis priuilegium, vt apertè colligitur ex verbis *constit. statuimus*, ibi (corporali præstito iuramento) quæ sanè verba idem important, ac si diceretur, vt tale iuramentum proprijs præstetur manibus, quo in casu non esse admictendum procuratorem etiam habentem ad iurandum specialissimũ mandatum, annuunt *Caßador. cit. decis.* 1. *de iur. iur. Couar. de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 5. *num.* 8. *vers. sit igitur in fin. Suarez de relig. in tract. de iuram. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 3. *Sayr. in claui regia lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 27. sed quia hodierna praxis quotidiana totum contrariũ admictit, ideò amplius non insisto.

SVMMARIVM.

1 *IVs eligendi, & variandi forum est odiosum.*
2 *Recessus à iure communi dicitur odiosum.*
3 *Exemptio est contra ius commune, & ideò odiosa.*
4 *Regula reseruatoria aduersatur iuri communi, de quo Ordinarijs libera conceditur facultas conferendi beneficia in omnibus mensibus, & ideò odiosa est.*
5 *Odiosa sunt restringenda.*
6 *Exceptiones quantum fieri potest restringendæ sunt.*
7 *Rescripta priuilegia, & gratiæ Pontificum in quantum à communi iure recedunt, strictè interpetrantur.*
8 *Priuilegia Principum quando extendantur.*
9 *Reseruatio etiam in corpore iuris clausa dicitur odiosa.*
10 *Exceptio concessa Fratribus Minoribus, non extenditur ad Sorores eiusdem ordinis.*

ARGVMENTVM.

Ius eligendi, & variandi forum, num sit fauorabile, vel odiosum.

QVÆSTIO VIII.

1 REgula sit, vt istud eligendi forum, illudque variandi ius sit odiosũ, non autem fauorabile, eo quia corrigit regulas generales, & iuris communis vigore, quarum actores sequuntur forum rei, & nulli omissa Ordinariorum Curia ad Principis Tribunal conuolare possunt, necnon iudicia vbi cœpta sunt ibi determinari debent, vt latius constat hac *ead. sect. quæst.* 1.

2 Certumque est, vt omnis recessus à regulis de iure cõmuni introductis sit odiosus, *Abb. in cap. cum dilectus de consuetud. & in cap.* 1. *&* 2. *de filijs presbyter. Roman. cons.* 448 *num.* 2. *Tiraquell. de vtroque retract. in phoem. num.* 62. *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 4. *nu.* 38. *Rot. Roman. diuers. decis.* 432. *nu.* 11. *par.* 1.

3 Vndè cum exemptio sit contra ius commune, *Abb. in cap. recepimus num.* 4. *de priuileg. & in cap.* 1. *num.* 10. *de offic. ordinar.* ideò ius exemptionis esse odiosum, & non fauorabile, concludit *Cochier. in tract. de iurisd. in exemptos par.* 1. *quæst.* 4. *tom.* 1.

4 Prout similiter regulam reseruationis, quæ aduersatur iuri communi, de quo Ordinarijs libera conceditur facultas conferendi omnia beneficia in singulis mẽsibus, *cap. ex frequentibus de instit. cap. conquerente de offic. ordinar. Caßador. decis.* 3. *nu.* 4. *& decis.* 4. *de priuileg. Crescent. decis.* 3. *num.* 4. *eod. tit. Puteus decis.* 493. *lib.* 2. *Gomez. in tract. de expectatiu. nu.* 20. *in fin.* esse odiosam scripsit *Ripa in respons.* 6. *nu.* 6. *&* 7. *de constit. Put. decis.* 345. *lib.* 2. *& decis.* 140. *lib.* 3. de quo tamen latius *Gonzal. in regul.* 8. *cancell. §.* 6. *prohemial.* vbi veritatem cum distinctione habes.

5 Cumque singula, quę sunt odiosa restringenda sint, *l. cum quidam ff. de liber. & posthum. cap. renouantes* 22. *dist.* cum socijs ideò fatendum est huiusmodi eligendi, & variandi forum ius esse, & fore restringendum tanquam iuris communis correctorium, *ad tex. in l. quod vero ff. de legib. cap. quæ à iure communi de regul. iur. in* 6. quod enim à iure communi deuiat idem simul est stricti iuris, & odiosum est, *Bald. in l.*

in l.non fine num.5. C.de bonis, qua liber. Abb.in cap.olim nu.7. de verb.signif. Cornæus conf.89.nu.7.lib.3.

6 Prout in simili videmus in exemptionibus, quæ cum ordinariæ potestati præiudicent, quantũ fieri potest restringendæ sunt, *Franch. in cap.1. num.2. de priuileg.in 6. Abb.in cap.sanè extra eod.tit. Iaf.in l.si sic stipulatus nu.12.ff.de verb.oblig. Innoc.in cap.dudum de priuileg.*

7 Sicque pariter rescripta priuilegia gratiæ Pontificum,& similia in quantum à iure communi recedunt, strictè sunt pariter interpetranda, *Felyn.in cap. causamque de rescript. Rebuff. in praxi beneficial. tit. de different.inter priuilegia,& rescripta num.23. in fin.* latè *Tiraquell. de retract. consanguin.§.35.glos.1. Leonelius in tract. de surreption.rescriptor.q.3.art.7.*

Et quamuis ius eligendi, & variandi forum concessum miserabilibus personis sit priuilegium habens causam à Principe, & ideò omni cum fauore dicatur interpetrãdum,& extendendum,*l.fin.vbi DD.de const. principum*.

Tamen quia illud præiudicat regulis iuris communis, & iurisdictioni officialium Ordinariorum,& domicilij debet ad instar

8 omnium priuilegiorum strictissimè interpetrari, vt minus quam fieri potest tertio præiudice ex dictis per *Felyn. in cap. causamque num.10.& seq.de rescript.* & ita in materia exemptionis loquendo respondet *Cochier.de iurisdict.in exemptos d.quæst.4. num. 16.* benè siquidem priuilegia Principum admictunt interpetrationem extensiuam respectu ipsorum concedentium, non autem respectu tertij,vt cantat *Abb. in cap.olim num.7.de verb.signif.* & tradiderunt *Iaf.in l.beneficia ff.de constit.Princip. Castrens.in l.2. ff.de in ius voc. Millius in suo repertor. in verb. priuilegium Principis contra eum*, & quælibet dispositio etiã latissimè interpetrari solita, quatenus alterum lædit strictè interpetrari debet,atq; restringenda venit *cap.super eo de offic.delegat.vbi Abb.& reliq.Dec.consf.443.nu.6. Gabr. consf.197.nu.5.& 6.vol.1. Cassador. d. decis.3. num.5. de priuileg.* in tantum siquidem priuilegiũ Principis latissimè est interpretandum, in quantum nemini præiudicat, *l. si quando C.de bon. vacant. lib. 10. cap. ex parte il primo de verb. signific. Marsil. singul. 483. Surd.* qui alios citat *consf.142.nu.73.* ita vt si de præiudicio tertij agatur latam non habet interpretationem, *Innocent. in cap. cum dilecti de donat. Bertrand.conf.7.num.2.vol.3. Gram. decis.49. num.55.*

Nec supra firmatam conclusionem tenendo repugnat, quod huiusmodi electionis fori priuilegium in corpore iuris clausum reperiatur, & consequenter fauorabile sit censendum,& ampliandum.

9 Nam in simili videmus reseruationem etiam existentem per viam legis generalis, & in corpore iuris clausam, vt est illa, de qua in *cap.2. de præbend.in 6.* de vacantibus in Curia, nihilominus dici odiosam, quia iurisdictioni ordinariæ detrahit affirmarunt *Geminian. in c.2.sub nu.9. in fin.* & ibid.*Franch.nu.4.de præben.in 6. Simonett.de reseru.q.5.nu.27.*quos refert,& sequitur *Gonzalez reg.8.cancellar.d.§.pro bemiali 6. nu.12.*quibus iungo *Gambar.in tract.de extensionib. num.164.& Cochier. de iurisd.in exemptos nuper allegat.quæst. 4.num.10.* vbi ideò voluit exemptionem

10 concessam Fratribus Minoribus, non extendi ad Sorores eiusdem ordinis aduersus sententiam nonnullorum, & præcipuè *Parisij in tract.de resignat.benefic.par.1. lib. 3.quæst.12.*asserentes dispositum in Abbate habere locum in Abbatissa.

SVMMARIVM

1 *Electio fori num datur in Tribunalibus Ecclesiasticis, sicuti datur in Tribunalibus sæcularibus, vide nu.18.*

2 *Causa ad forum Ecclesiasticum spectantes in prima instantia, sunt decidendæ corã locorum Ordinarijs,infra biennium terminandæ,& amplia vt nu.3.& 4.*

5 *An Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. vbi excipit causas, quæ iuxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, possit comprehendere dispositionẽ tex. in l.vnic. C.quando Imper.inter pupill.& vid. num.6.& vide nu.13.& 15.*

7 *Priuilegia concessa personis per modum legis, non comprehendit Ecclesiasticos.*

8 *Ex impotentia arguitur voluntas.*

9 *Statutum semper recipit interpretationem à potestate statuentis.*

10 *Nulla lex potest ligare,& comprehendere non subditum.*

11 *Leges imperiales in titulis Codicis de sum. Trin.& de Episc.& Cler.& de sac.sanctis Eccles\ijs facientes expressam mentionem de personis Ecclesiasticis nullam vim habent, nisi iure pontificio approbantur.*

12 Le-

12 *Legis dispositio non comprehendit ea, quæ specialiter non veniunt.*
15 *Exceptio declarat regulam.*
16 *Ecclesiastici nō habent electionem fori Ecclesiastici, nisi data violentia laicorum.*
17 *Concil. Trid. considerat nē litigantes trahantur extra Prouinciam.*
19 *Priuilegijs in dubio derogari non præsumitur nec per Papam.*
20 *Priuilegio l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. non censetur derogatum, nisi specialiter derogetur.*
21 *Dictio (omnis) est vniuersalis, & nihil excludit, & comprehendit ea, quæ alias non comprehenderentur, nu. 22.*
23 *Tex. in l. vnic. C. quando Imper. est de Canonicis sanctionibus, quia tendit ad fauorem miserabilium personarum.*
24 *Sac. Concil. Trid. non sustulit legitimos modos, quibus ex iuris dispositione quis sortitur forum.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori priuilegium num procedat tàm in Tribunalibus sęcularibus, quàm in ecclesiasticis, ita quod priuilegiatæ personę per viam electionis fori omisso loci Ordinario Curiam Romanā adire possint.

QVÆSTIO IX.

1 Regula detur negatiua, vt in foro Ecclesiastico non detur electio fori, sicuti datur in Tribunalibus sæcularibus, siquidem licet sancta Sedes Apostolica immediatè quascunque causas ecclesiasticas iudicare possit, *cap. cuncta, & cap. nunc verò 9. q. 3.* ipsius tamen Curiæ stylus seruat, vt omnes
2 causæ ad forum Ecclesiasticum spectantes coram loci Ordinario in prima instantia deciduntur, & infra biennium terminētur, vt pariter statuit *Sacr. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20.* per quod ita scribunt *Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 33. post num. 3. Leo in Thesaur. for. ecclesiast. par. 2. cap. 1. num. 70. Monald. consf. 94. Antonin. var. resolut. lib. 1. cap. 15. num. 3. Piasec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 4. num. 3. D. Ricc. in collect. decis. collect. 1353. in fin. qui in praxi resol. 126. par. 2.* firmat, quod hodie nec Auditor
3 Cameræ, nec quiuis alius Iudex Romanæ Curiæ pōt cognoscere de eis in prima instā-tia, nec monitoriā decernere ad extrahendas partes ab earum domicilijs, qd̄ pariter confirmat *dec. Cur. Archiep. 273. par. 4.* vbi etiam quod nullitatis professionis causam coram Ordinario, & Superiore regulari in prima instantia, & infra biennium determinari debere, testatur *decidisse sacram Illustrissimorum Congregationem, ex Armendariz in Addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de religionib. in declarat. num. 40.* omnes itaque causæ in prima instantia relinquūtur examini, & iurisdictioni Episcopi, & eo mortuo, Capituli Sede vacante facultas tribuitur, *D. Ricc. in praxi resol. 130. tom. 2.* adeo quod nisi partes
4 consentiant, nequeunt causæ in prima instantia commicti ex solo Episcopi consensu, *vt decisum per sacr: m Congregationē Concilij 27. Iunij 1587.* refert *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 837. nu. 16.*

Nec potest replicari de exceptione regulæ tex. eiusdem Concilij Tridentini, ibi,
5 (ab his excipiantur causæ, quæ iuxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, quasi quod *tex. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. sit de illis Canonicis sanctionibus.*
6 Nam respondetur dictum *tex.* non comprehēdi sub exceptione Concilij *in d. vers. canonicas sanctiones*, vt probat, & sequitur *Marta in decis. 209.* vbi assignat rationem, quia idem Imperator concedendi illam legem non explicauit Ecclesiasticos, nec potuit de illis intelligere, quoniam priuile-
7 gia concessa personis per modum legis, nō comprehendit Ecclesiasticos, cum hoc esset signum superioritatis, *Io. de Lign.* quem *sequitur Abb. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ de constitut. & in cap. qui Clericis de foro compet. Alex. consf. 207. num. 2. vol. 2.* deficit enim ipsi potestas in hoc *Corn. consf. 145. num. 4. lib. 4. Castrens. consf. 157. lib. 2.* vbi testatur de communi opinione *Surd. consf. 301. n. 46. Honded. consf. 20. nu. 6. lib. 2.*
8 Item, quia si Imperator concessisset expresse Ecclesiasticis non valeret, ergo non comprehenditur sub generali concessione, quia ex impotentia arguitur voluntas, *l. Bufius ff. ad municip. cap. à nobis de senten. excommun. Bar. in l si quis sub conditione ff. de condit. & demonstr. Crauett. consf. 106. num. 6. Decius consf. 504. vol. 1.* nemo videtur opponere manum ad sibi illicita, *l. miles §. tam vbi Angel. ff. de adulter. Anchar. in repet. cap. 1. num. 129. de constit.* & statu-
9 tum semper recipit interpretatione à potestate statuentis, *Monach. in cap. 1. de constit.*

conſtit. in 6. Bar.in l.omnes populi ff. de
iuſtit.& iur.Bald.in l fin.C.de iuriſd.omn.
iudic. Benincaſ. in tract.de pauper. quæſt.
8.*ſpecial*.4.*num*.74. & vt valeat ſtatutum,
& vt aliquos comprehēdat, requiritur om-
nino poteſtas ſtatuendi ſuper illos, *Bald.in*
d.cap.Eccleſia Sancta Maria de conſtitut.
num. 2. vbi dicit, quod alias ſtatutum eſt
ipſo iure nullum, cuius ratio eſt, quia nulla
10 lex poteſt ligare, & comprehendere non
ſubditum, *cap.*1. *iuncta gloſ. de conſtitut.*
cap. 2. *eodem tit. in* 6. cum alijs concor-
dantibus apud *Rebuff. ad conſtitut. Fran-*
*cia in probem. gloſ.*1.*num*.59 refert, & ſe-
quitur *Graſſ. in ſuo tract. de effectib. cleri-*
catu effect. 2. vbi per has rationes meritò
firmat regulam, quod perſonæ eccleſiaſti-
cæ non ligantur ſtatutis laicorum, quam
per plures ampliationes, & limitationes
amplè declarat. *Vndè Imperiales leges tit.*
Codic. de ſum.Trinit. de ſacr.ſanct.Eccleſ.
& de Epiſcop.& Cleric. ſpecialiter de per-
ſonis Eccleſiaſticis loquentes nullam vim
habēt niſi Iure Pontificio approbantur, vt
poſt Antiquiores tradunt *Azor. inſtit.mo-*
*ral.par.*1.*lib.*2.*cap.*6.*quæſt.*4.*& par.*2 *q.*9.
*lib.*10. *Pereira de nomin.emphyteuſ.quæſt.*
16.*num.*28. *Sanchez in ſua ſumma tom.*2.
*lib.*7.*cap.*9.*à num.*4.*de legib. cap.*34.*lib.*3.
*Cardin.Baron.tom.*7. *Annal.Eccleſ. anno*
Christi 565. *pag.*486. *Gratian. diſcept. fo-*
*renſ.cap.*164.*nu.*12.*&* 13.

12 Præterea confert, quod diſpoſitio legis
non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non
veniūt, *l.obligatione generali ff.de pignor.*
& ideo Concilium non potuit intelligere
de illis legibus, quæ non tractant, neque
poterant tractare de Eccleſiaſticis.

13 Et inſuper adducitur pro corroboratio-
ne, quod *Concilium loc. cit.* in regula con-
ſiderauit tantum ius canonicum, & non ci-
uile, quia exceptio vt ſit bona, debet eſſe de
regula, *l.nam quod liquidè §.pen.ff.de pen.*
leg. l.quæſitū §.deniq; ff.de fund. inſtruct.
*c.Dominus in princ.*32.*q.*7. *Gloſ.in rub.de*
regul.iur.in 6. *Seraphin.deciſ.*980.*num.*7.
*Surd.deciſ.*124.*num.*12. *Card.Tuſc.concl.*
14 423.*lit.E.& concluſ.*224. ait exceptionem
declarare regulam, vt pariter aſſeuerarunt
*Euerar.in topic.legal.loc.*3.*Surd.conſ.*352.
*num.*12. *Rot.Roman. apud Farinac. deciſ.*
144.*nu.*6.*tom.*1.*par.*1.

15 Adhuc Conciliū in verſ. (canonicas ſan-
ctiones) id eſt legales nō potuit cōſiderare,
quia ſpecialiter eſt deciſū cōtrariū de iure
16 canonico, nam Eccleſiaſtici nō habēt ele-
ctionē fori Eccleſiaſtici, *c. cum ſit genera-*
le de for. compet. ad cuius ornatum viden-
di ſunt *Bonacoſ.commun.opin.crim.par.*1.
*in ver.clericus fol.*27.*Cur.Philippic.par.*3.
*§.*2.*num.*6. *Azeued.in lib.nou.recopil.l.*2.
*num.*10.*tit.*2.*lib.*1.*& l.*4.*num.*4.*tit.*1.*lib.*4
*Decian.in tract.crim.lib.*4.*cap.*26.*Theſau.*
*deciſ.*224. *nu.*2. *& Bellett.in diſquiſit.cle-*
*rical.par.*1.*in tit.de fauor.cleric.real. §.*4.
*num.*13. *Addo text.in cap.*2.*de priuileg.* ad
cuius ornatum videndi ſunt *Toletan. in*
concordantijs vtriuſque iur.cum legib.Ca-
*ſtellæ par.*2.*Viuian.in rational.iur.Ponti-*
*fic. lib.*5.*pag.*193. *Card.Tuſc.concluſ.*445.
*num.*19.*&* 446. *nu.*10.*lit.I. Fuſc.de viſit.*
*lib.*1.*cap.*21.*num.*28.*Decian.in tract.crim.*
*lib.*8. *cap.*36. *Diaz, & ibi Addit. in pract.*
*crim.canon.cap.*90.*in nou.impreſſ.*

17 Et tandem iuſtificatur, quia Concilium
ſpecialiter, & verbis expreſſis conſidera-
uit rationem, nè litigantes trahantur ex-
tra Prouinciam, dum dixit (in ſecunda ve-
rò inſtantia probata paupertate, non co-
gantur extra Prouinciā litigare) ergo dum
expreſſit Prouinciam in exceptione præ-
ſupponit idem tacitè in regula dicere vo-
luiſſe.

18 His tamen non obſtantibus pro contra-
ria parte deciſum in facti contingentia te-
ſtatur idem *Marta allegat. deciſ.*209. *in*
princ.

Quę quidem deciſio fulciri poteſt ea ra-
tione, nam Sacrum Conciliū expreſsè non
derogat legi vnicæ *C. quando Imper.* & in
19 dubio priuilegijs derogari nō pręſumitur,
nec per Papam, Rota apud *Farin deciſ.*11.
*cent.*7. *Cochier.de iuriſd.in exempt.quæſt.*
112. *num.*7. *par.*2. *tom.*2. certiq; iuris eſt,
20 quod vt derogatum cenſeatur huic priui-
legio requiritur ſpecialis derogatio, vt ple
na manu comprobauimus infra in eodem
opere.

Vnde licet *text.* Concilij vtatur dictione
(omnis) (ibi cauſæ omnes) quę eſt vniuer-
21 ſalis, & nihil excludit, *vt in l.Iulianus, &*
*in l.ſectatorem in princ.ff.de leg.*3.*l.hoc ar-*
*ticulo ff. de hæred. inſtit. Cened. ſingul.*25.
*poſt pract. quæſt. Card. Tuſc. concluſ.*397.
lit. D. ita vt comprehendere plures caſus
etiam diſſimiles, annuit *D.Ricc. deciſ.Cur.*
*Archiepiſc.*287.*num.*1.*par.*2. && compre-
22 hendere ea, quæ alias comprehenderen-
tur, affirmat *Monach. deciſ. Florent.* 69.
*num.*8. *vbi num.*9. idem dicit de eis, quæ
non comprehenderentur ex proprietate
vocabuli tamen non per hoc videtur de-
rogaſſe allegato priuilegio de iure cōmuni
inducto, & in corpore iuris clauſo.

Et

Et licet ibidem excipiantur causæ, quæ secundũ canonicas sanctiones debẽt apud Sedem Apostolicam terminari, & vt supra probatum fuit *text. in d. l. vnic.* non dicitur de canonicis sanctionibus.

23 Tamen aduertendum est satis illam esse de canonicis sanctionibus, dum tendit directè ad fauorem miserabilium personarũ, quæ sunt sub protectione Ecclesiæ, *Abb. in cap. cæterum de iudic. nu. 16. Leiua in examin. Episcopor. lib. 8. cap. 2. nu. 40.*

Tanto magis, quia si à iure ciuili tale priuilegium conceditur huiusmodi personis, ergo & fortius de iure canonico, quod æquius, & magis pium ab omnibus prædicatur.

24 Vltra quod Concilium loco citato, non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione sortitur forum, vt decisũ testatur *Leon. in thesaur. fori eccles. par. 2. cap. 1. num. 75. & Nos probauimus in conclus. 1. in tit. de causis primæ instantiæ coram locorum Ordinarijs determinandis*, & sequitur *Barbos. in tract. de offic. & potest. Episcopi alleg. 81. num. 15. par. 3.* vnde causas studentium excipiendas esse à prima instantia Ordinariorũ, eo quia istæ in Vniuersitatibus vigore conseruatoriæ tractantur coram eorũ Iudice tàm in possessione, quàm in proprietate, tradit *Leiua in suo exam. Episc. lib. 5. cap. 1. num. 4.* certumq; est miserabiles personas de iure frui priuilegio electionis fori, & hæc opinio fuit approbata coram sanctissimo D. N. Vrbano VIII. in examine Reuerendissimi Episcopi Caputaquensis ex eius relatione interrogante Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Mellino de anno 1627.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis iurisdictio suspẽditur per exceptionem electionis fori, vnde nequit ad vlteriora procedere, nu. 2.*

3 *Exceptio opposita habetur pro prolata, quousque eius probatio pendet.*

4 *Exceptio declinatoria fori, an censeatur reiecta per processum ad vlteriora, & vide nu. 5. & 6. vbi conciliationem opinionum reperies.*

ARGVMENTVM.

Electionis, seu Variationis Fori Exceptio opposita num per processum ad vlteriora censeatur reiecta.

QVÆSTIO X.

Regula fit, quod si fortasse aliqua persona priuilegiata conuenta in Tribunali inferiori, opponeret exceptionem electionis fori, intendens adire Tribunalia suprema, & sic regia, vel ab vno Tribunali regio vellet ad aliud variare ex aliqua iusta causa perhorrescentiæ, si non obstante opposita exceptione electionis, seu variationis fori procederetur ad vlteriora per idem Tribunal, vtique non per hæc censebitur reiecta huiusmodi exceptio, nam est de essentia, quod expressè interponatur decretum super dictæ exceptionis reiectione, alias acta facta forent omnino nulla.

Cuius sanè regulæ palpabilis ratio assignari potest, quia per hanc exceptionem
1 suspenditur iurisdictio Iudicis, & Tribunalis, & donec non pronũciauerit priuilegiatam personam in illo casu non gaudere dicto priuilegio, & consequenter non obstante exceptione proposita declarauerit se competentem eius manus videntur ligatæ, & impeditur processus ad vlteriora, ex notatis per *Specul. in §. nunc videndum nu. 1. & 27. de except. par. 2.* & per *Castrens. in l. 2. nu. 10. ff. si quis in ius voc. non iuer.* quare hoc supposito infallibili, & inconcusabili fundamento, quod opposita hac
2 exceptione, nequit Iudex ad vlteriora se ingerere, vtique apertè patet, non posse absque ridiculo dici, quod ad vlteriora procedendo, & sic actum prohibitũ agendo videatur Iudex se competentem declarare, nullatenus in quam id fateri potest, quia esset implicare contradictionem contra omnia iura mundi, *arg. l. qui hominem §. fin. & ibi Glos. ff. de solut. & in l. si certis annis C. de pact.*

3 Vltra quod in iure habemus fundatum probatam haberi exceptionẽ propositam, quousque eius probatio pendet vigore *l. nam & postea in princ. iuncta Glos. in verbo exceptioni vers. vel dic ff. de iur. iur.* cuius authoritate fretus *Specul. ante cit. loco num. 2.* post *Vbert. de Bob.* quem allegat, in illam deuenit sententiam, quod si Ego propono exceptionẽ, ex cuius probatione Iudex repelleretur, donec eius probatio pendet pro probata censetur, vnde nisi post exceptionis oppositionẽ super illa causæ cognitio adhibeatur, exceptio probata censetur, & consequenter Iudicis manus in procedendo ad vlteriora sunt omnino ligatæ.

Qua

Qua de causa rectè sensere *DD.* in illam
4 residentes opinionem, vt exceptio declinatoria fori non intelligatur reiecta per processum ad vlteriora, & sic non sufficere tacitam, sed expressam reiectionem esse necessariam, vt fuerunt *Bal. in l. 1. num. 8. C. de ordin. iudic. Abb. in cap. pastoralis num. 14. de except. Bellon. decis. Gen.* 167. *Strad.* qui caterуam adducit pro hac sententia *in tract. de feud. part. 10. in præambul. num. 38. tom. 2. Vant. in tract. de nullit. in tit. qualiter sententias & processus qui dicuntur nulli num. 8. Carocc. in tract. de exceptionibus except. 22. quæst. 8. fol. 15. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 61. par. 3.* vbi refert fuisse in illa Curia iudicatum, per processum ad vlteriora non censeri exceptionem incompetentiæ Iudicis reiectã. & hoc in causa iurispatronatus illorum de Filomarinò supponẽs debere expressè pronunciari super tali reiectione allegando *Glos. in cap. dispendia in verbo processus, & in cap. 2. in verbo quorum de rescript. in 6. Ias. in l. 2. col. fin. ff. si quis ius dic. non obtemper. Ruin. cons. 114. col. fin. & cons. 164. col. 4. cons. 117. nu. 3. &* 18. *vol. 5.* vbi testatur de communi *Butr. in cap. super literis col.* 13. vbi etiam *Imol. col. 6. de rescript. Marsil. in l. si quis vt quæstio col. 18. de quæst.*

5 Et quamuis non desint, & alij Scribentes, quod quando Iudex declinatus, est penitus incompetens exempli gratia sæcularis respectu personæ ecclesiasticæ per processum ad vlteriora huiusmodi exceptio minimè videatur reiecta, sed quod sit de essentia, reiectio expressa, si verò Iudex non sit omnino incompetens, sed eius iurisdictio sit elidibilis exceptione, vt puta Iudex originis, vel domicilij, respectu Iudicis loci delicti, aut Regia Tribunalia Baronum habentium clausulam priuatiuam, tunc per processum ad vlteriora benè cẽseretur reiecta dicta exceptio, vt patet apud *Gabr.* qui plures colligit *conclus. 1. num. 1. de except. Rebuff. super constit. Franciæ in tit. de recursu artic. 5. glos. vnic. num. 11. & seq. Sese in suo tract. de inhibit. cap. 5. §. 6. num. 83. Pacian. de probat. cap. 58. à nu. 23. lib. 1.*

6 Tamen non per hoc istorum opinio est intelligenda simpliciter, sed quatenus circa oppositam exceptionem causæ cognitio præcesserit, alias si talis causæ cognitio nõ interuenerit processum esse vitiatũ, & nullum vtique est afferendum, vigore *text. in l. 2. §. omnes ff. de iudic.* cuius fundamento inhæsi *DD.* ibi affirmarunt exceptionem fori declinatoriam absque causæ cognitione expediri nequaquam posse, vndè, vt Iudex per processum ad vlteriora exceptionẽ reiecisse videatur, vtique formaliter necesse est causæ cognitionem præcessisse, qua mediante suum animum informare valuisset, vt opposita exceptione non obstante ad vlteriora erat procedendũ, prout ita in terminis nostris docuerunt *Felyn. in cap. subortanum. 6. de re iudic. Ias. in alleg. l. 2. num. 46. ff. si quis in ius voc. non iuer.* & ibi etiam *Soccin. num. 48. & Angel. nu. 10. Dec. in cap. si duobus num. 39. de appellat.* & ex modernis *Muscatell. in praxi Sacri Consilij par. 5. glos. reseruatis num. 33. cum seq. & Marchisel. in suis quæst. cap. 106.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium electionis fori, est personale.*

2 *Priuilegium quando dicatur personale, & num. 4.*

3 *Priuilegium concessum marito, vt teneatur restituere dotem, prout in quantum facere potest est personale, sicque etiam priuilegium cõcessum patri, & patrono.*

5 *Priuilegium concessum fisco, nè soluat gabellam, est personale.*

6 *Archiepiscopus vtitur pallio, & cum pallio sepelitur.*

7 *Priuilegium respiciens damnum tertij, dicitur personale.*

8 *Priuilegium in dubio præsumitur personale, sed contrarium num. 9.*

ARGVMENTVM.

Electionis, & Variationis Fori priuilegiũ num sit reale, vel personale.

QVÆSTIO XI.

1 Regula sit tale priuilegium esse personale, nõ autem reale, prout in terminis terminãtibus tenent *Caranit. in Rit. M. C. V. 228. num. 15. & Marchesan. de commission. in tit. de auocat. caus. par. 2. §. 2. num. 88.* vbi affirmat huiusmodi priuilegium personæ, & non causæ esse indultum.

2 Quæ sanè conclusio ea munitur ratione, siquidem benè apparet personam ipsorum priuilegiatorum fuisse, & extitisse causam proximam, & immediatam ipsius concessionis, dum verba ad illos diriguntur,

D quo

quo in casu esse beneficium personale ostẽdit *Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 103.num.1.* vbi quod quando ratio,& causa, ob quas facta est concessio conuenit illi personæ, dicitur tale beneficium personale, vt est exemplum in *l. maritum cum seq. ff. solut. matrim. & in l. & si fideiussor §. si maritus ff. de re iudic.* vbi priuilegium cõ-
3 cessum marito, vt ad dotis restitutionem solum condemnetur in quantum facere potest personale præsumitur, cum concessum sit ob honorem marito debitũ, ne aliquando indigeat fameq; pereat, de cuius *text.* materia latè *Baez in tract. de inope debitor.cap.3. Surd. de aliment. tit.8. priuileg. 84.* idem dicimus in priuilegio cõcesso patri, patrono,& militi, vt condemnentur in quantum facere possunt, *l. sunt qui, & l. itẽ miles ff. de re iudic.* cum latius adductis per *Castagnam in suo nouissimo tract. de beneficio deducto ne egeat.*
4 Præterea confert pro corroboratione,& probatur talis opinio à speciali fauore ipsis concesso, quo casu censeri priuilegium personale, affirmat idem *Menoch. d. præ-*
5 *sumpt.* 103. *nu.6.* vbi exemplificat in fisco, cui concessum est, ne soluat gabellam, *l. licitatio §. Imperatores ff. de public. & vectigal.* quod quidem priuilegium est personale, vt apud *Dec. in l. in omnibus num.2. ff. de regul. iur.* vbi quod illud non transit ad cõductores ipsius gabellæ, sequitur *Tiraquell. de retract. consang. §.1. glos.13 nu. 12.* de quo tamen dicto videas *Surd. consil. 444. lib.3. Gratian. discept forens. cap.433. & Castill. decis. Sicil. 120. par.2.* & est etiã
6 exemplũ in Archiepiscopo, cui fauore speciali suæ personæ concessus est vsus pallij, & ideò priuilegium illud dicitur personale, quod nec quidem vsus ipse cõmodari alteri potest, imo cum ipso palio sepeliri debet, *cap. 2. de author. & vsu pallij*, super quo scripserunt vltra antiquiores *Xymenes Tholetanus in concordantijs vtriusque iuris cum legibus Castellæ par. 2. Viuian. in praxi iuris pontificij lib.1.pag.mihi 247.* & ad materiam *D. Ricc. in praxi fori eccl. resolut.313.par.2.*
7 Iuuatur quoque hæc sententia, quia tale beneficium respicit damnum,& præiudiciũ tertij, quo in casu concessionem præsumi personalem,& non realem, post alios antiquiores firmauit *Molfes. in commentar. ad consuetud. Neap. par.4. quæst.33. num.4. & quæst.50. num.10.* & recenter iterum confirmauit in sua *summa tract. 9. de legibus cap.12. num.32. tom.1.*

8 Et tandem cõualidatur, nam cum simus in dubio præsumendum est illud esse personale, iuxta theoricam *Glos. 21. quæst.2. in summa recepta à Bartolo in cons. 189. nu. 4. Ias. in l. si sic ff. de verb. oblig. Dec. in d. l. in omnibus ff. de regul. iur. Rodriq. quæst. regular. quæst.30. art.15. tom.1.* & alij plures apud *Barbos. in l. quia tale num.4. ff. solut. matrim. Antonin. variar. resolut. lib.1. resolut. 109. num.7. Cabed. decis. Rot. Lusit. 93. nu.4. par.2. Marta decis. 66. nu.10. Vrsill. ad Afflict. decis. 128. nu.2.*
9 Quamuis in dubio censeri reale, concludant *Oldrad. consil.252. nu.2. Bal. consil.159. lib.3. Anchar consil.327. nu.3. Crauett. cons. 929. num.5. Bellon. consil.20. Tiraquell. de primogen. quæst.40. num.72.* & alij plures, quos poteris concordare iuxta ea, quæ explicat *Suarez de legib. lib.8. cap.3.* vbi latè etiam tractat, quando priuilegium dicatur reale, & quando personale, de quo pariter videre poteris *Donel. lib.21. comment. iur. ciuil. cap.14. Nact. consil.163. Crass. de success. in §. transmissio hæreditatis quæst. 29. Sforz. Odd. de restit. in integr. lib.1. quæst. 50. artic. 1.*

SVMMARIVM.

1 *AN possit renunciari beneficio electionis fori, & vide nu.10. & 38.*
2 *Priuilegium electionis fori fuit concessum miserationis gratia.*
3 *Beneficio cap. Odoardus de solut. renunciari non potest, vide nu.25.*
4 *Clerici non possunt renunciare priuilegio fori.*
5 *Nobiles non possunt renunciare eorum nobilitati, quod amplia etiam accedente iuramento, num.6.*
7 *Maritus nec cum iuramento renunciare potest beneficio restitutionis dotium deducto ne egeat.*
8 *Vxor non potest renunciare priuilegio repetendæ dotis, si maritus vergat ad inopiam.*
9 *Pater non potest renunciare beneficio, quod non possit exequi super bonis suis pro debito filij, vltra quam facere possit.*
10 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*
11 *Volens renunciare suo foro, sufficit consensus partis, sed non est necessarius consensus Iudicis.*
12 *Priuatus consensus facit Iudicem eum, qui iurisdictioni præest.*
13 *Renuncians electioni de se factæ amplius non auditur.*

14 Cre-

14 *Creditor valet renunciare beneficio præuentionis.*

15 *Spoliatus potest renunciare beneficio restitutionis.*

16 *Fideiussor potest renũciare beneficio auth. præsenti C.de fideiuss.*

17 *Et duo rei debendi beneficio diuisionis renunciant.*

18 *Mulier valide renunciat Velleiano.*

10 *Actor potest renunciare iuri exequutiuo.*

20 *Venditer potest renunciare beneficio l. 2. C.de rescind.vendit.*

21 *Cessioni bonorum renunciari potest.*

22 *Taciti, & expressi idem est iudicium.*

23 *Tacitè renunciari potest beneficio cessionis bonorum.*

24 *Suffragium, seù votum, quis renunciare potest in foro exteriori.*

25 *Renunciatio beneficij cap. Odoardus de solut. tendit in opprobrium totius ordinis clericalis.*

26 *Priuilegium fori Clerico est concessum in fauorem totius ordinis clericalis.*

27 *Fori priuilegiũ Clerici concernit fauorẽ Superioris, & ideo renunciari nõ potest.*

28 *In exempto vertitur fauor nedum exempti. sed etiam superioris, qui eximit.*

29 *Vassallus nõ potest in alterius iurisdictionem absque Baronis consensu nec tacitè, nec expressè consentire.*

30 *Iuri in sui, & alterius fauorem inducto, nemo renunciare potest.*

31 *Donationi inofficiosæ etiam cum iuramẽto pater renunciare non potest.*

32 *Beneficio l.hac edictali C.de secund. nupt. renunciari non potest.*

33 *Iuramentum non firmat contractum in tertij præiudicium.*

34 *Priuilegium datum militibus vt pro debito non possint carcerari, renunciari non potest.*

35 *Beneficium alicui concessum miserationis causa ad sui exclusionem requirit, verba specialissima, & renunciationem specialem.*

36 *Clausula renunciationis (omni legum auxilio) est maxime potentiæ, & vigore huius clausulę, quibus censeatur renunciatum, vide per discursum à nu.37. vsq; ad num.43.*

41 *Beneficio electionis fori, non videtur renunciatum vigore huius clausulæ renũciationis omni legum auxilio.*

45 *Princeps reuocando omnes, & singulas exemptiones, ac priuilegia omnia etiam cum clausula tenores, & compendia, per hæc verba non intelligũtur sublata priuilegia, & exemptiones concessa pauperibus, & miserabilibus personis, sed requiritur specialissima mentio.*

46 *Beneficium purgationis moræ, nec accedente iuramento venit sub generali renunciatione.*

47 *Generalis clausula promittens habere ratum gratum, & firmum non tribuit ea, quæ requirunt speciale mandatum.*

ARGVMENTVM.

Electionis, & Variationis Fori priuilegio an, & quando renunciari possit, & quid si fuerit renunciatum omni legum auxilio.

QVÆSTIO XII.

1 Regula sit negatiua, siquidem renunciari non posse huiusmodi electionis fori beneficio affirmat *Glos.* communiter recepta in *l. vnica in verbo excedere C. quãdo Imper.* vbi similiter id notant *Bald. & Salyc. Felyn. in cap. si diligenti de foro competent. Parpal. in l. penult. C. de pact. Roman. cons. 269. Scaglion. Rit. Mag. C.V. 230. Barbat. cons. 64. col. 5. vol. 4. Rebuff. in constit. Regni Franciæ in tit. de sentent. prouision. artic. 3. num. 38. Nacta cons. 590. num. 15. Barbos. in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. Caballin. milleloq. 696. Carau. in rit. M.C.V. 131. nu. 4. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 11. nu. 75. tom. 1. Couar. pract. quæst. cap. 6. & 7. Masull. ad Capyc. decis. 160. num. 7. Costa de scient. & ignorant. inspect. 98. num. 9. Præses de Franch. decis. 187. & 192. Tesaur. decis. 177. Viuius decis. 65. nu. 2. & decis. 521. Gratian. discept. forens. cap. 182. nu. 22. Capiblanc. in pragmat. 8. num. 156. de Baron. Bertacchin. de gabellis par. 7. quæst. 27. Carocc. de exceptionib. except. 22. quæst. 6. num. 8. Giurb. in decis. Sicil. 82. nu. 5. Cancer. variar. resolut. par. 2. tit. de iurisdict. omn. iudic. num. 29. Bellug. in specul. princip. rubr. 23. vers. sed pone nu. 9. Villalob. in commun. optu. lit. I. nu. 269. Azeued. l. 8. de los emplazamiẽtos nu. 12. lib. 4. tit. 3.*

2 Cuius regulæ fundamentum redditur, quia priuilegium istud fuit concessum miserationis gratia, & priuilegijs huiusmodi, & pro hac causa concessis renunciari minimè potest, vt præfati Doctores vnanimi consensu fatentur.

3 Quorum opinio iustificatur, nam in simili

mili videmus beneficio cap. Odoardus cõcesso Clericis, nè possint conueniri nisi in quantum facere possunt deducto nè egeat, de quo vltra alios latè loquuntur Grass. in tract. de effectibus clericatus effect. 7. Viuian. in rationali iur. pontificij lib. 3. pag. 204. Ximen. Toletan. in concordant. vtriusque iuris cum legibus Castellæ par. 1. & 2. plenè Marches. de commiss. par. 3. c. 1. §. 1. non potest renunciari, vt apud Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 1. num. 38. Parlador. in lib. rerum quotidian. par. 5. cap. fin. §. 6. nu. 24. Costa de remed. subsidiar. remed. 29. nu. 8. Suar. de Paz in pract. tom. 2. par. 3. cap. vnic. num. 6. Barbos. in d. l. alia §. eleganter num. 20. ff. solut. matrim. Cæuall. commun. contra commun. quæst. 701. nu. 11. Girond. de priuileg. nu. 203. Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. cap. 3. num. 4. Bellett. disquisit. cleric. par. 1. in tit. de clerico debitore §. 1. num. 32. D. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. 160. par. 2. vbi iuxta hanc opinionem determinatum fuisse asseuerat Phebus decis. Rot. Lusit. 48. num. 10. vbi etiam, quod nec cum iuramento, quidquid aliud teneant Guttier. de iurament. confirmat. cap. 17. nu. 37. par. 1. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 571. num. 25.

4 Prout Clerici non possunt renunciare eorum priuilegio, vt conueniantur coram Iudice sæculari, cap. significasti, & cap. si diligenti de foro competenti, & vtrobique Glos. Dec. in cap. decernimus num. 168. de iudic. Gramat. decis. 61. num. 14. Præses de Franch. decis. 400. nu. 6. Couar. in cap. quãuis pactum de pactis in 6. Sayr. in claui regia lib. 12. cap. 7. num. 10. Scaccia de communi tradens in suo tract. de iudic. part. 1. cap. 11. num. 35. Viuius decis. 25. nu. 1. Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 54. Germon. de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. nu. 51. Quarant. in summa Bullar. in verb. forum competens, vbi refert Bullam Martini V. per quam fuit innouata, & ampliata decisio cit. text. in cap. si diligenti, Perez in l. 1. glos. 1. col. 2. tit. 3. lib. 1. ordin. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 22. quæst. 10. latè Grass. qui alios adducit concordantes de effectibus clericatus effect. 1. num. 42. Card. Tusc. conclus. 187. lit. C. prout quoque non possunt consentire, vt eorum causa in prima instantia tractetur coram Auditore Cameræ, vel Metropolitano, nisi accedat Episcopi consensus, Leyua in exam. Episcopor. lib. 5. cap. 1. nam. 15.

5 Nec similiter nobiles valent renunciare eorum nobilitati, vt testantur plurimi citati per Cæuall. commun. contra commun. quæst. 688. Gomez in l. 79. Tauri, vbi inquit
6 huiusmodi renunciationem nobilitatis nullius esse momenti, etiam si interueniat iuramentum, sequitur Burg de Paz cons. 10. nu. 7. & plenè confirmat Phebus decis. Rot. Lusitan. 48. vbi ita decisum refert, & ad hunc articulum vide Gregor. in l. 34. glos. de sangre tit. fin. part. 7. Menchac. de success. creat. §. 22. nu. 75. Perez in l. 1. glos. 1. tit. 2. lib. 4. Azeued. in l. 4. num. 14. cum seq. tit. 2. lib. 6. nouæ recopil. Amesc. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 23. Bouadill. in sua polit. lib. 3. cap. 15. num. 20. & seq. Calder. de error. pragmat. lib. 1. cap. 4.

7 Quemadmodum maritus exceptioni sibi cõpetenti in restitutione dotis deducto ne egeat, neque renunciare potest etiam cum iuramento, ita post antiquiores firmant Couar. in cap. quamuis par. 2. num. 4. de pact. in 6. Gomez in l. Tauri 53. num. 49. Præses de Franch. decis. 164. num. 1. Anna alleg. 102. nu. 7. Baez de inope debitor. cap. 17. num. 37. Mancin. de iurament. par. 4. effect. 201. num. 3. Amescua de potest. in se ipsum cap. 24. num. 2. Rebell. de obligat. iustit. paro. 2. lib. 5. quæst. 9. nu. 15. & 31. Mastrill. decis. 93. idem videmus in socero, si ab eo dos restitui petatur, qui nec cum iuramento huic priuilegio renunciare potest, Cappell. Tholos. decis. 298. Marant. cons. 30 num. 6. Præses de Franch. d. decis. 164. num. 12. Amat. decis. Rot. Marchiæ 16. sicut do-
8 tis non repetendæ priuilegio renunciare nec potest vxor, si maritus vergat ad inopiam, nec alioquin iuxta text. in l. de die ff de pact. dotal. doti præiudicet Rebell. de oblig. iustit. lib. 5. quæst. 12. num. 6. imò mulier in dote promissa hoc vtitur priuilegio l. non tamen § de re iudic. Marta in rub. ff. solut. matrim. quæst. 11. num. 50.

9 Et ita similiter videmus in patre, qui cũ pro debito ad instantiam filij nequeat carcerari, neque super suis bonis exequi, vltra quam facere potest deducto nè egeat, l. inter eos ff. de re iudic. neque contra eum liquidari potest instrumentũ via ritus, iuxta plenè notata per Præsidẽ de Franch. decis. 162. nequit propterea huic beneficio renũciare etiam cum iuramento, vt pluribus rationibus probauit Baez de inope debitore d. cap. 17. num. 35. & seq. quinimò hoc est verum non solum respectu patris, sed etiã omnium, quibus hoc beneficium conceditur ratione reuerentiæ, vt apparet ex scriptis apud eundẽ de Franch. d. decis. 164. nu. 13. & alibi Anna alleg. 102. num. 7. & seq.

cum

cum alijs quos cumulat *Amescua de po-*
test.in se ipsum cap.24.nu.3.cum seq.lib.2.
10 Cæterũ in puncto principali potest ten-
tari contrarium ex vulgata iuris regula,
quod quilibet potest fauori pro se intro-
ducto renunciare, *l.si quis in conscribendo*
C. de pactis, l.si quis in conscribendo C. de
Episcop. & cler. cap.ad Apostolicam de re-
gular. l.1. ff.si quis in ius vocat. non iuer.
l.si conuenerit ff.de iurisdict.omn.iudic. l.
si Iudex circumuentus ff. de minoribus, cũ
alijs apud *Cardin.Mantic.de tacit.& am-*
big.conuent. lib.12.tit.12.nu.20. & Card.
Tusc. conclus.170. & 171. lit.R. vbi plenè
Pheb.decis.Rot.Lusit.10.nu.12.
11 Adeò quod si quis intendat renunciare
eius foro, non requiritur Iudicis consensus,
sed partium sufficiat, ad *text.in l.1.& 2.ff.*
de iudic. & in l.1. §.post operis ff. de noui
oper.nunciat.vbi Ias. num.11. nam priua-
12 tus consensus facit iudicem eum, qui iuris-
dictioni præest, ad *text.in l.priuatorum*
C.de iurisdict.omn.iudic. & conferunt ple-
nè cumulata per *Viuium decis. 316.* ita
quod spontè renuncians electioni de se fa-
ctæ amplius non auditur, *Paris de resign.*
13 *benefic. lib.1.quæst.13.nu.16.* nam electus
ad aliquod beneficium potest renunciare
electioni de se se factæ, *Rot. decis.8.de iure*
patronat.in nou. Guglielm.Mandag. de
elect.Prælat.col.4.in fine vers.electus.
14 Hinc creditor valet renunciare benefi-
cio præuentionis, prout plenè discusso ar-
ticulo tenet *Freccia de præsent. instrum.*
par.9.quæst.1.& co relato *Præs de Franch.*
decis.670.Vrsill.ad Afflict.decis.387.nu.2.
vbi quod quando renunciatum est præuen-
tioni illa intentari non potest, *Carauit.rit.*
M.C.V.168. Galter. in pract. instrument.
par.3. 2.part.princip. num.26.& 27. Bor-
rell.in sua summa decis. in tit. de instrum.
liquid.nu.30.tom.2.
15 Et spoliatus potest renunciare beneficio
restitutionis, vt decisum in Rota Romana
apparet ex *decis. Rot. in antiq.3.6.11.de*
16 *renunciat.* prout fideiussor valet renuncia-
re beneficio, *auth.præsenti C.de fideiuss.* vt
in Rota Lypsiensi decisum testatur *Tho-*
17 *ming. decis. 1.* vt pariter duo rei debendi
possunt renunciare beneficic diuisionis, vt
18 tradit *Polidor.Ripa obseruat.89.*& mulier
potest renunciare beneficio Senatus Con-
sulti velleiani, dummodo de ea sit certiora-
ta, *Thesaur.decis.222.Gail.obseruat.77.nu.*
3. lib.2. Bertazzol.de clausul.glos.7.clau-
sul.4.& alij apud *Grass.in tract.de except.*
cap.27.num.28. Griuell.decis.Senatus Do-
lan.132. licet secus de iure Regni per *pra-*
gmaticam 1.de Senat.Consult.Velleian.
19 Hinc etiam actor potest renunciare iuri
executiuo, iuxta notata per *Mastrill. de-*
20 *cis.137.*& poterit venditor renunciare be-
neficio, *l.2.C.de rescind. vendit.* vt decla-
rat *Tesaur. decis. 165.* quod Ego habui in
facto in causa Marci Caualerij, cum Ho-
nufrio de Rosa.
21 Vnde sunt, qui affirmant cessioni bono-
rum posse renunciari, & consequenter va-
lere pactum inter creditorem, & debitorẽ
de non cedendo bonis, vt latè probat *Imol.*
in cap.cum contingat de iur.iur. Felyn.in
cap.ex rescripto col.4.sub num.9.eodem tit.
Federic. de Senis cons.60. Rot in antiq.de-
cis.2.de arbitr.& decis.31.de sent.& re iu-
dic. & alij plures relati à *Becc.cons.10.nu.*
1. à Carpan.in commentar. ad statut. Me-
diol. cap.408.num.171.& à Tesaur. decis.
36. num. 3. qui tamen communiorem opi-
nionem in contrarium esse fatentur, quam
sequuntur plures apud eum, & apud *Bru-*
nor. à Sole in quæst. legal. quæst. 8 Ma-
gon.decis.Lucens.68. Cum.super Rit.Sicil.
cap.95.& latius apud *Grass.* qui cateruam
DD. citat *de except. cap.17.num.9. & seq.*
22 licet pro prima opinione faciat, quod ta-
citi, & expressi idem est iudicium, *l.cum*
vbi DD.ff.si cert.pet.l fin.ff.de leg.2.l.item
quia ff.de pact. cum concordãtibus de qui-
bus latius apud *Cardin. Tusc. conclus. 8.*
23 *lit.T. tom.8.* sed renunciatio beneficij ces-
sionis bonorum tacitè facta valet, *l.fin. C.*
qui bon.ceder.poss. ergo & expressa valebit
d.l.cum quid,& l. triticũ ff.de verb. oblig.
l.si repetendi C.de condit.ob caus. quod au-
tem tacitè renunciari possit beneficio ces-
sionis bonorum, patet ex quinquennalis di-
lationis acceptatione, qua mediante vide-
tur debitur tacitè renũciare beneficio ces-
sionis, *d.l.fin. C.qui bon.ced.poss.*
24 Et hinc suffragium, & votum in foro ex-
teriori potest quis de collegio, & commu-
nitate renunciare non veniendo ad sedile,
ad collegium, capitulum, vel ab eo rece-
dendo, aut schedulam albam mictendo in
vrnam, seù vas tempore electionis, aut cla-
ra voce renunciando, vt probat *text. in*
cap.cum nobis, cap.quod sicut,& cap.quia
propter, vbi glos. in verb. volunt de elect.
cap.vbi periculum vers.sanè §.1.eod.tit. in
6. vnde euenit, quem non posse cogi ad suũ
suffragium dandum, arg. *text. in clem. ne*
Romani §.porro de elect.
Nec obstat dicere, quod beneficium cap.
25 Odoardus nequit renunciari, prout supra

 firma-

firmauimus in probãdo electionis fori be-
neficio neque posse renunciari, siquidem
patet responsio id euenire, ex eo quia re-
nunciatio præfati beneficij tẽdit in oppro-
brium totius ordinis clericalis, cõtra ter-
minos *text. in cap. si diligenti de foro com-
pet.* & veniret Clericus obligatus ad per-
petuos carceres, quod nec iustum, nec ra-
tioni consentaneum est in dedecus totius
ordinis clericalis, & absque vlla credito-
ris vtilitate, & comodo, vt benè more soli-
to aduertit doctissimus *D. Ricc. d. dec. 160.
num 11. par. 2.*

Neque iuuat oppositio facta, quod Cle-
26 ricus nõ valeat renunciare eius foro, nam
adhuc obiecto satisfacere intendo, respon-
spondens rationem esse, nam cum priuile-
gium hoc fuerit introductum in fauorem
totius ordinis clericalis, sequitur, vt illi nõ
possit renunciari per vnum Clericum, ad
*text. in d. cap. si diligenti de foro compet.
Couar. in cap. quamuis pactum par. 2. in
princ. num. 9. de pact. Roland. cons. 4. nu. 9.
vol. 1. Scaccia de iudic. caus. ciuil. & crim.
lib. 1. cap. 11. num. 35. & 36. Galles. de oblig.
camer. quæst. 2. Surd. cons. 396. num. 14. &
seq. Bellett. in disquisit. cleric. par. 1. in tit.
de fauor. cleric. person. §. 2. nu. 21.*

27 Eoque magis, quia concernit fauorem
Superioris, & iurisdictionis ecclesiasticæ, &
regula, quod quilibet potest renunciare fa-
uori suo, eatenus est vera, si priuilegium
concernat fauorem renunciantis tantum,
secus si Superioris fauorem quoque respi-
ciat, quo casu renunciatio facta minimè
subsistit, vt in casibus exemptionum, quod
si vocatus contra priuilegium coram alio
Iudice compareat, & in eius iurisdictione
consentiat ex tali partis consensus nõ pro-
rogatur iurisdictio in præiudicium domini
facta, *cap. cum tempore. vbi Panorm. nu. 2.
de arbitr. DD. communiter in d. l. si quis in
conscribendo C. de pact. Socc. cit. cap. signi-
ficasti de foro compet.* cum subditus non
possit prorogare iurisdictionẽ alterius Iu-
dicis sine consensu sui domini, vt latè recẽ-
ter probat *Marta cons. 160. per tot.*

Vndè quia in exempto vertitur fauor ne
dum exempti, sed etiã Superioris, qui exi-
28 mit, cuius interest exemptionem factam
tectam conseruari, ideò exemptus huic fa-
uori renunciare nequit, vt latè fundant *Al
ber. in l. nemo videtur fraudare ff. de regul.
iur. Castrens. cons. 431. pas. 1. Gail. obseru.
40. lib. 1.* & alij plures apud *Cocbier. in
tract. de iurisdict. in exemptos quæst. 7. par.
2. tom. 1.* quibus addo *Viu. in silua com-
mun. opin. concl. 277. & Perez in l. 2. vers.
vtrum autem fori tit. 1. lib. 3. ordinam.* vbi
etiam asserit, quod si exemptus renunciet
processus, & sententia nõ tenent, quemad-
modum Prælatus exemptus nequit renun-
ciare suæ prælaturæ, nisi accedat quoque
Papæ facultas, *Reginal. in praxi for. penit.
lib. 30. tract. 3. num. 331.*

29 Sic etiam vassallus non potest in alterius
iurisdictionem absque Baronis cõsensu nec
expresè, nec tacitè consentire, quod si fe-
cerit nullius erit præiudicij talis proroga-
tio, & Dominus poterit rectè causam auo-
care, per *text. in cap. imperialem §. prate-
rea vbi singularis, Glos. de probibit. feud.
alien. per Federic.* vbi pulchrè *Afflict. nu.
23.* sequitur *Bald. in l. si quis in conscriben-
do C. de pact. Gratian. decis. Marcb. 78. nu.
38. Reg. de Ponte decis. 33. num. 6. Reg. Va-
lenzuel. cons. 74. num. 4.*

Quare quoties quęritur de renũciatione
fori anvaleat, distinguendum est an lex, vel
Princeps disponat de foro fauore superio-
ris, an vero mera consideratione priuato-
rum, nam primo casu prorogatio iurisdi-
ctionis fieri nequit, vt in Clericis vassallis,
& exemptis fuit dictum, altera verò benè
valet, & iuxta hanc distinctionem intelligo
*text. in cit. l. si quis in conscribendo C. de
30 pact.* regulariter enim iuri in sui, & alte-
rius fauorem introducto, nemo renunciare
potest, secus si de vnius fauore agatur, vt in
casu nostro *DD.* communiter in *d. l. & prę-
cipuè Bal.*

31 Hinc oritur, quod donationi inofficiosæ
pater etiam cum iuramento renunciare
nequit, quia huiusmodi renunciatio non
solum paternum concernit fauorem, sed e-
tiam filiorum, & & ideo renunciatio, & iu-
ramentum in præiudicium illorum non su-
stinetur, vnde factam renunciationem do-
nationis inofficiosæ reuocari posse cõmuni
calculo firmant *DD. ex Bar. theorica in
l. Titia la 2. §. Imperator num. 7. ff. de leg.
1.* vt est videre apud *Curt. Sen. in consil. 1.
num. 8.* qui illos cumulat, vt alios moder-
niores omittam.

Et huc quoque spectat beneficio *l. hac
32 edictali C. de secund. nupt.* renunciari non
posse, quia priuilegium illud non est indu-
ctum solum in fauorem renunciantis, scili-
cet patris, sed etiam liberorum, ergo illi
legis beneficio renunciari non potest etiã
cum iuramento, vt est communis, & beni-
gnior opinio, quam tenet *Bar. in d. l. hac
edictali num. 2. Curt. Sen. d. cons. 1. num. 16.
33 in fin.* nam est res inter alios acta, & iura-
mentum

mentum non firmat contractum in tertij præiudicium, *cap. quamuis de pactis in 6.* vbi etiam DD. *cap. quinta vallis, & cap. venientes, & cap. quemadmodum de iure iur. l. fin. C. de non numer. pecun.*

34 Et huc spectat, quod priuilegium datum militibus nè possint pro debito carcerari, *Bal. in l. 1. quæst. fin. C. qui bon. ced. poss. Soccin. in l. centurio num. 62. ff. de vulg. & pupill. Caccialup. de debit. suspect. quæst. 5. princip. num. 15. Brun. de cess. bonor. quæst. 11. num. 16. Rouit. in pragmat. 15. num. 24. de militibus*, quia non tenentur nisi in quantum facere possunt, *Pecch. de iur. sistend. cap. 5. nu. 4. Grass. de except. in prælud. nu. 175. Pascal. de patr. potest. cap. 9. num. 37. par. 2.* non potest illi renunciari, quia est inductum ad fauorem totius ordinis militaris, *Ias. in l. ad egregia num. 2. ff. de iur. iur. Asinius in tract. de executoribus §. 2. cap. 7. num. 15. Maulon. de caus. executiuis limit. 8. sub num. 5. fol. 365. col. 1.*

Quid dicendum in hoc opinionum conflictu. Pro concordia affirmare poteris, vt regula proposita procedat, quotiescunque renunciatio esset generaliter facta, secunda vero, vbicunque esset specialiter, quia beneficium alicui concessum miserationis causa ad sui exclusionem requirit verba nèdum specialia, sed specialissima, vt singulariter notat *Cyn. in d. l. unic. C. quando Imper.* & approbat *Bal. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer.* quos refert, & sequitur *Roman. in cons. 269. num. 3. Præses de Franch. decis. 181. num. 8. Rouit. in pragmat. 1. num. 38. de Senat. Consult. Maced. Giurba decis. Sicil. 42. num. 5. & 6. Castagna in tract. de benefic. deducto ne egeat quæst. 1. fallent. 16.*

35 *num. 6. fol. 176.* & beneficium, quod conceditur à lege ratione miserabilitatis, ad sui exclusionem specialem requirit renunciationem, prout est casus multum notabilis in *d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer.* & notant *Amat. cons. 41. nu. 21. cent. 1. Muta decis. Rot. Sicil. nu. 13. Grat. discept. forens. cap. 565. nu. 86. & seq.*

36 Qua distinctione vera existente, (prout verissimum esse illam prædico) vtique fatendum est, quod licet clausula omni legum auxilio sit maximæ potentiæ, ita quod multa, & per multa operetur, videlicet, quia vigore ipsius videtur renunciatum beneficio cedendarum actionum, vt affirmant *Corn. cons. 51. col. penult. vol. 2. Soccin. cons. 200. col. penult. Neguš. de pignor. in 3. membro 5. par. num. 25. Purpur. in l. 1. num. 57. C. de transact. Dec. in l. fin. num. 20. ff. si cert. pet. cons. 27. num. 7. & cons. 451. num. 19. Gabr. conclus. 1. num. 99. de fideiussor. Afflict. de cis. 185. num. 13.* licet contrarium tuetur post alios *Gratian. discept. forens. cap. 701. num. 10.*

47 Sic pariter beneficio insinuationis *Cornelius cons. 54. col. 3. vol. 4. Gozad. cons. 87. sub num. 13.* vbi loquitur, quando est appositum iuramentum in renunciatione, prout etiam clarius loquitur *Ruin. cons. 100. nu. 15. vol. 1.* attentans hanc esse communem opinionem *Roland. cons. 93. num. 41. vol. 1.* quod procedit etiam, si in loco adesset sta-

38 tutum, vt donationes infra sex menses habeant insinuari, nam renuncians omni legum, & iuris auxilio, videtur nedum insinuationi de iure communi per illud verbum legum, sed etiam insinuationi statutariæ, per illud verbum iuris, nè sit superfluè appositum, *Ruin. cons. 51. nu. 10. & cons. 180. num. 15. vol. 1. Curt. Iun. cons. 47. col. fin. Gozad. cons. 87. num. 13. qui in cons. 53.* af-

39 firmat quoque videri renunciatum beneficio confectionis inuentarij, quod etiam approbant *Corn. cons. 31. num. 13. lib. 3 Roland. cons. 11.* modernè *Barbos. de clausulis clausul. 76. num. 8.* vt pariter per huiusmodi clausulam censetur renunciatum beneficio, *l. plerique ff. de in ius vocand.* vt ibi notat *Ias. limit. 9. Roland. cons. 13. num. 4. Ripa in l. si vnquam C. de reuoc. donat. quæst. 52. num. 61.* & ibi etiam *Tiraquell. num. 121.* affirmans quoque videri renunciatum beneficio ordinis, *Guid. Pap. decis. 365.* dicens ita pluries fuisse in parlamento iudicatum, firmans *decis. 367.* quoque videri renunciatũ beneficio diuisionis, quod ante eum tradiderunt *Aretin. cons. 33. nu. 10. Bertazzol. de clausulis glos. 6. num 1.* tàm si clausula hæc sit posita per principalem, quàm si per procuratorem ad fideiubendum simpliciter constitutum, *Bart. in l. si fraudator ff. quæ in fraud. credit. Bald. in rub. col. fin. C. eod. tit. Panorm. in cap. 1. col. 9. vt lit. non contest.* necnon censetur renunciatum beneficio *l. de his ff. de tran-*

14 *sact.* ita vt valeat renunciatio tacta etiam non vsis verbis testamẽti, vt tradunt *Dec. cons. 252. num. 18. Crauett. cons. 290. num. 5. Ruin. cons. 51. nu. 71. lib. 1. Soccin. cons. 200. num. 4. lib. 2. Roland. de lucro dotis quæst. 42. num. 22. Alex. cons. 11. nu. 14. lib. 2. Gorbul. de iur. emphyteot. limit. 41. nu. 6.* iuxta quorum sententiam determinauit *Rota in Romana Castri Carbugnani 16. Nouembris 1584. coram R. P. D. Robuſtrio*, nec non per hanc clausulam videtur renunciatum

tum beneficio nè quis conueniatur, nisi in quantum facere potest. *Gozad. conf. 69. nu. 20. & conf. 88. num. 19. Roland. conf. 13. nu. 10. Corn. conf. 128. num. 3. lib. 3. Ripa in d. l. si vnquam quæst. 53.* vbi pariter *Tiraq. de reuoc. donat.* & operatur pariter, vt conductor, vel emphyteuta nequeat petere remissionem pensionis propter bellum, vel aliam similem causam, *Capyc. decis. 87. nu. 10. Rolan. de lucro dotis quæst. 42. num. 12. Carocc. de locat. & conducto in tit. de remiss. merced.* post *Capoll. cautel. 48. Alber. in l. item quæritur §. exercita num. 8. ff. locati, Curt. in l. si in insulam num. 57. ff. de verb. oblig. Ias. in l. 1. num. 98. C. de iur. emphyt. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 27. num. 19. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 6. cap. 8. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 80. Castill. quotid. quæst. cap. 3. nu. 48. lib. 3.* & est tantæ potentiæ, vt operetur, quod censeatur renunciatum beneficio non incarcerandi, *Mathesil. singul. 158. nu. 2. Boer. de potest. legati num. 83. in fin. & decis. 294. num. 22. Marsil. singul. 248. Bald. de carcer. cap. 1. num. 3. Gomes. in cap. mulieres num. 13. de iudic. in 6. Barbos. d. claus. 76 num. 8.* ex quo dicunt infra citandi, vt mater, quæ renunciauit omni iuris, & legum auxilio in assumptione tutelæ (licet mulieres regulariter pro debito capi non debeant) poterit tamen mater capi pro tutelæ debito stante tali renunciatione, *Alex. in l. si pierique, & ibi Ias. num. 34. ff. de in ius vocand. Salyc. in auth. matri, & auiæ num. 4. C. quando mulier. tutel. offic. fung. poss. Bar. in l. si quis sub conditione nu. 18. ff. de testam. tutel. Soccin. conf. 126. num. 3 lib. 1. Roman. conf. 118. num. 3. Duen. regul. 212. limit. 7. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 3.* & esse renunciatū lucro dotis, firmant *Dec. conf. 195. sub num. 7. Roland. de lucro dot. quæst. 42. cap. 1. num. 3.* ita quod hæc clau-
43 sula operatur, vt censeatur renunciatum omnibus exceptionibus facientibus in fauorem renunciantis, *Alex. conf. 92. nu. 13. lib. 1. Roman. conf. 51. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 25. Aretin. conf. 104. num. 9.* vbi generaliter operatur, vt censeatur renunciatum cuilibet beneficio speciali fauore introducto, sequitur *Cur. Sen. conf. 18. num. 4. & Tiraquell. in præfat. d. l. si vnquā C. de reuoc. donat.* quod verum est non solum, si beneficium competeret de iure cōmuni, sed etiam si ex iure municipali, *Dec. conf. 452. num. 19. Rimin. Iun. conf. 587. nu. 28. & seq. Roland. conf. 13. num. 9. Roman. conf. 251. num. 5. vbi Addit. in verb. vniuersali, Marsil. in rubric. de fideiussor. nu. 35. Ruin. conf. 51. nu. 21. lib. 1.* & ad materiam latius *Marta in suo clausulario p. 1. claus. 136.* vbi hæc, & alia cumulata habes, vt etiam latissimè poteris videre, penès *Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. 236. cum seq.*

44 Tamen licet huiusmodi clausula sit tantæ potentiæ, magnosque effectus pariat nō per hoc per illam videtur renunciatum beneficio electionis fori, quoniam vt supra firmauimus iuxta *Cyni* theoricam in *d. l. vnic.* generales clausulæ non tollunt beneficia miserationis causa concessa, inferens ex hoc vnum quotidianum, & multū
45 practicabile, quod si Princeps mandat solui collectas, datia, & impositiones per quoscunque, reuocando, & annullando omnes, & singulas exceptiones, & priuilegia, etiā cum clausula, tenores, & compēdia, tamen per hæc verba non intelliguntur sublata priuilegia, & exemptiones concessæ pauperibus, & miserabilibus personis, sed requiritur nè dum specialis, sed specialissima mentio dicens in facto pluries habuisse, & hoc dictum *Cyni* inferens ad renunciantem, pro singulari commendat *Bal. in l. 1. ff. si quir in ius vocat. non iuer.* pulchrè *Roman. conf. 269. Imol. in cap. significantibus de offic. deleg. Signorol. conf. 176. col. 2. & conf. 230. Card. conf. 136. Tiraquell. in l. si vnquam in princ. num. 120. C. de reuoc. donat. Puteus decis. 465. num. 2. lib. 2.* vbi *num. 3.* dicit post *Bal.* vt nec accedente
46 iuramento censeatur sublatum beneficiū purgationis moræ inductum gratia miserationis non erit enim verisimile, quod per verba generalia quis velit magnum præiudicium facere, prout esset, si per generalē renunciationem tolleretur priuilegium electionis fori, vt loquendo de purgatione moræ tradunt *Decius conf. 203. & 236. col. 2. Corn. conf. 27. vol. 4.* latè *Bero. quæst. 125.*
47 & hinc generalis clausula promittens habere ratum, gratum, & firmum, non tribuit ea, quæ requirunt speciale mandatum, quia verba generalia nimiū præiudicarent, *glos. in l. si procuratorem absentem ff. de procur.* vbi *Angel.* cum commendat, & reputat singularem *Ludouic. conclus. 30. ampliat. 8. Boer. decis. 281. num. 17. Couar. variar. resolut. cap. 6. lib. 1. vers. 7. Alexan. in l. qui bona §. si alieno col. penult. ff. de damn. infect. Ias. in l. si indebitam ff. de condit. indebit. in l. si procur. C. de procur. in l. transactionis C. de transact. & in consil. 134. lib. 3.*

Quæ

Quæ sanè opinio eò magis amplectenda est, quia (ò bone Deus omnipotens) quot sunt renunciantes, qui virtutem huiusmodi clausularum ignorant, & quid virtualiter includant nesciunt, apponuntq; manus, & quid agant non sapiunt; vndè prudenter *Dec. consil.* 351. *num.* 7. promulgauit huiusmodi renunciationes, vt plurimum cum parua causæ cognitione fieri, quod antè eum dixit *Cardin. Zabarell. cons.* 120. *in fine*, & post illos scripsit *Caroc. de locato, & conducto par.* 1. *q. de mercede omissa nu.* 20. quare miror quippè; q; per legislatores Principes tot laudabiles emanentur prouisiones, & circa istā aliquid prouisum non respiciatur, dum agitur de tanto præiudicio; prouident prudenter superiores contractibus mulierum, vel minorum cur non renunciationibus sic præiudicialibus.

In tantum, quod concludimus habentes fori electionē, eam non amittere ob generalem renunciationem factam vigore clausulæ (omni legum, & iuris auxilio.)

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio Electionis, & Variationis Fori, in dubio non censetur renunciatum, & amplia num.* 12.
2 *Renunciatio sapit donationem.*
3 *Renunciatio beneficij non præsumitur.*
4 *Renunciatio semper interpretanda est, vt minus noceat renuncianti.*
5 *Renunciatio est stricti iuris.*
6 *In renunciatione non veniunt nisi ea, quæ expressa sunt.*
7 *In generali renunciatione iurium de futuro semper intelligendum est de iuribus, quæ habent causam de præsenti.*
8 *Renunciatio filiæ non est extendenda de casu ad casum successionis.*
9 *Renunciatio semper est excludēda, vbi alia fieri potest coniectura.*
10 *In dubio non præsumitur renunciasse alteri causæ, si quis expresserit vnam ex duabus causis sibi competentibus.*
11 *In facto ambiguo nunquam præsumitur introducta renunciatio.*
13 *Priuilegium amittitur per actum contrarium.*
14 *Iuri suo renunciare præsumitur, si aliquis non fecerit actum in tempore præfixo.*
15 *Tempus habet vim renunciationis.*
16 *Renūciare iuri suo præsumitur, si aliquis fuisset negligens ad prosequendam litē, & quantum tempus requiratur, vide num.* 17.
18 *Si immunis à muneribus patiatur describi in æstimo, seù catastro, præsumitur suo priuilegio renunciasse.*
19 *Quando à quibus, & in quibus casibus, & quomodo sit faciendus actus priuilegio contrarius ad hoc, & præsumatur renunciatio, vide num.* 20. 21. 22. 23. 24. & 25.
26 *Per actum contrarium nō præsumitur renunciatio quando non fuit sortitus effectum suum.*
27 *Si aliquis renunciasset liti ad finem amicabiliter componendi, si concordia non sequatur, non tenet renunciatio.*
28 *An priuilegiū in actis reiterabilibus perdatur per vnicum actum.*

ARGVMENTVM.

Renunciatum in dubio Num præsumatur priuilegio Electionis, & Variationis Fori.

QVÆSTIO XIII.

Regula sit (supposita opinione, vt possit renunciari, iuxta dicta in superiori quæstione) quod in du-
1 bio non censeatur renunciatum huic priuilegio electionis, & variationis fori, ex illa vulgata iuris conclusione, vt renunciatio priuilegij minimè præsumatur facta à priuilegiato, *Felyn. in cap. cum accessissent num.* 29. *de constitut.* vbi etiam *Dec. col. penult. vers. & hoc comprobatur*, idem *Dec. cons.* 308. *nu.* 8. *Butr. in cap. accedentibus col.* 2. *de priuileg. D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 59. *nu.* 9. *par.* 4.

Cuius sanè cōclusionis ratio assignatur,
2 siquidem renunciatio sapit donationem, *l. si quis delegauerit, & ibi Bar. ff. de nouat. l. hoc iure §.* 1. *ff. de donat. Alex. consil.* 206. *lib.* 7. *Dec. & Curt. Iun. in l. postquam liti C. de pact. Roland. à Vall. cons.* 11. *num.* 17. *vol.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsūpt.* 45. *num.* 11. *Borrell. cons.* 4. *num.* 74. donare autem quid aliud est quam perdere, *l. contra iuris §. fin. ff. de pact. l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam, l. filiusfamil. ff. de donat. Salyc. in auth. ingressi C. de sacros. eccles. num.* 3. *Ruin. cons.* 22. *num.* 8. *Natta cons.* 173. *num.* 2. *vol.* 1. *D. Ricc. in decis.* 297. *num.* 3. *par.* 2. & donare suum nemo præsumitur, *l. Campanus de oper. libertor.* cum latius adductis per *Mascard. de probation. conclus.* 554. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 88. *cent.* 1.

a Hinc

3 Hinc renunciationem beneficij non præsumitur, firmarunt *Abb. in cap. cum super hoc num.* 12. *de renunciat. Parif. conf.* 10. *nu.* 64. *vol.* 1. *Parisius de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst. fin. nu.* 59. *Surd. decis.* 2. *nu.* 16. *Roder. quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 78. *artic.* 14. prout ita dicebam in causa Clerici Nardi Antonij Sãbuchæ huius Neapolitanæ Diœcesis.

4 Et renunciatio semper interpetranda est, vt minus noceat renunciãti, & potius verba renunciationis interpetranda sunt contra eos, qui in illis fundãt, vt post alios quos allegat, & pbat *Surd. conf.* 446. *nu.* 23. *& D. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc.* 59. *nu.*

5 6. *par.* 4. renunciatio siquidem est stricti iuris, & semper eam recipit interpetrationẽ, vt noceat reñcianti, quanto minus sit possibile *Dec. in l. postquam liti num.* 16. *C. de pactis, Grat. respons.* 66. *nu.* 18. *vol.* 1. *Parif. conf.* 7. *nu.* 73. *vol.* 1. *Calderin. conf.* 5. *in fin. de verb. signif. Card. Zabar. conf.* 120. *Crauett. conf.* 200. *num.* 10. *Soccin. conf.* 96. *in fin. vol.* 1. *qui in conf.* 50. *vol.* 1. ait ideò non extenditur de vna persona ad aliam, per *tex. in l. si denus, & ibi Bar. ff. de seruit. Vrban. prædior. Dec. conf.* 229. *num.* 2.

6 Ita quod DD. regulam constituunt, vt in renunciatione non veniant nisi ea, quæ expressa sunt *Calderin. consil.* 5. *de præbend. Card. Zabarell. conf.* 120. *in fin. Curt. Iun. conf.* 16. *num.* 11. *arg. l. tres fratres in fin. C. de pact. & cap. quia circa de priuileg.* vndè

7 si in renunciatione diceretur omni iuri, quod habet, vel habere posset in futurum, vel quod habere sperat, aut de omni, quod ad denunciantem spectat, siuè pertinebit, semper ista renunciatio iuris de futuro restringenda est ad causam de presenti, vti verba sonant *Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. obligat. & in l. si vxor. §. diui ff. de edil. action. Bal. in l. pedum quæst.* 13. *C. de codicill.* conferunt latè scripta per *Peregr. de fideicommiss. artic.* 52. & videndus est *Marta in sua summa totius successionis legal. par.* 1. *quæst.* 14. *art.* 4. vbi fir-

8 mat renunciationem filiæ non esse extendendam de casu ad casum successionis, ita quod si renunciauit hæreditati paternæ, nam prohibetur succedere fraternæ, cum renunciatio in bonis, & hæreditate paterna, & materna, non excludat à paterna, vt antiquiores firmarunt *Crass. in §. successio ab intestato quæst.* 10. *nu.* 16. *Guttier. pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 80. *nu.* 5 *Vasq. de success. creat. lib.* 2. *§.* 18. *num.* 176. *Castill. de vsufruct. cap.* 2. *num.* 63. *&* 64. *Gratian. lib.* 4. *discept. forens. cap.* 685. ante eos *Glos.* communiter approbata in *l.* 1. *§. veteres ff. de acquirend. hæred.* & si est apposita per vxorem, & circa hypotecam semper bonis vẽditis per maritum, non censetur apposita super alijs bonis, quæ remanserunt, *l. iubemus C. ad Velleian. Castrens. conf.* 71. *vol.* 1. vbi idẽ dicit in filio *Ias. in l. si vnus §. ante omnia in fin. ff. de pactis,* & renunciatio ad causam intestati, non trahitur ius de nouo superueniens, *Aretin. in l. qui superstitis num.* 3. *ff. de acquir. hæred. Gabriel conclus.* 1. *num.* 26. *cum seq. de iur. dot. Marta conf.* 25. qui alios coaceruat.

9 Quare communi calculo DD. affirmant, quod vbi alia fieri potest coniectura semper est excludenda renunciatio, & potius verba sunt impropriãda, quam ex illis sit introducenda renunciatio, vt ex pluribus probauit *Butr. in cap. accedentibus vers. et per prædicta extra de priuil.* latè alij apud *Surd. conf.* 431. *nu.* 21. *Molfes. in comment. ad consuet. Neap. tit. de renunciat. quæst.* 3. *nu.* 6. vbi per hoc dicit secundum mentem renunciantis, semper censendam esse renũciationem personalem, non autem realem.

Et hac de causa merito docent Scriben-

10 tes, quod si alicui competet ius ex duabus causis, & vni ex illis expresse renunciasset, in dubio non præsumitur alteri causæ renunciatum, vt apud *Bar. in l. is potest §. hæres institutus ff. de acquir. hæred.* & vide *Dec. conf.* 467. *nu.* 3. vt etiam si aliquis haberet plures exceptiones, si vnã repudiasset, alteri renunciasse non præsumitur, *cap. nullus pluribus de regul. iur. in* 6. vbi *Dyn.* & alij apud *Mascard. de probat. concl.* 1272 *num.* 5. *cum seq.* quibus addo *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 7. & sic pariter annuimus, quoties haberet aliquis compiura priuilegia, vnam vni renuncians alteri renunciare non præsumitur, adeo qđ etiam si esset generalis renunciatio, & quis renunciasset omnibus iuribus suis, & haberet aliquod ius particulare ex conuentione, & pacto particulari, nempè lucrum dotis ex præcedenti pacto, & conuentione sibi delatum in dubio non præsumitur renunciatum lucro prædicto, vt ex pluribus probauit *Menoc. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 37. *nu.* 20. *& conf.* 31. *nu.* 30. *vol.* 4.

11 Et hinc euenit etiam, vt in facto ambiguo nunquam præsumatur introducta renunciatio, & factum dicitur ambiguum, quando potest esse cum renunciatione, & sine vt suadet *text. in cap. super hoc extra de renunciat.* & probat post alios quos allegat *Morot. conf.* 6. *num.* 27. & ita practicaui

caui in causa Iulij Cæsaris Barrilis, cum Magnifico Ioanne Angelo Coppula.

12 Amplia firmatam conclusionem, & regulam, vt procedat quamuis priuilegiatus faceret actum contrarium, quia neque renunciatum tali priuilegio electionis fori censendū est, cum vt diximus in superiori quæstione de forma sit necessaria expressa, & specialis renunciatio indiuidualiter facta,

13 & non tacita, licet regulariter priuilegiū amittatur per actum contrarium, quia priuilegiatus præsumitur renunciare priuilegio, *cap. cum accessissent de constit. cap. accedentibus, cap. si de terra, cap. porro, & cap. recipimus de priuileg.* vbi DD. & lex cessat per actus contrarios, ergo etiam cessare videtur priuilegium, *Siluestr. in sum. in verb. priuilegium quæsito* 10. *ad fin. Menoch. conf.* 913. *lib.* 10. recenter *Bonacin. in tract. de legib. disput.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 8. *§.* 6. *proposit.* 1. 2. & 3. vbi hanc declarat regulam.

14 si aliquis in tempore præfixo non faciat, quod facere debebat iuri suo renunciare præsumitur, vt colligitur ex *l. si ego ff. de negot. gest. vbi Angel.* & alij, quos probat *Surd. conf.* 25. *num.* 25. *conf.* 358. *num.* 10. &

15 *conf.* 489. *num.* 30. nam tempus dicitur habere vim renunciationis, vt notauit *Bal. in l. si ea C. qui accus. non poss.* & ideo appellans tenetur probare intra legitima tempora appellasse, ne per temporis lapsum temporis appellationis renunciasse videatur, vt in *cap. Romana §. si verò extra de appell. Alex. conf.* 87. *vol.* 7. *Surd. conf.* 358. *num.* 10. *vol.* 3. vbi alios concordantes citat, & si aliquis fuisset negligens ad pro-

16 sequendam litem, præsumitur iuri suo renunciare, dūmodo longum tempus sit elapsum, *Paris. de resignat. benefic. quæst.* 3. *nu.* 22. & 23. sic decisum in Rota Romana scribens, affirmans hoc aliquando euenisse per

17 spatium vigintinouem, aliquando decem nouem, & aliquando vigintiduo annorum, licet in Regno arbitrio Sacri Consilij relinquatur, an ex cursu temporis liti renunciatum esse præsumatur, de qua instantiæ peremptione latè locuti sumus *in pragm.* 1. *sub rub. de instantia caus. non restituend.*

18 Et hinc si immunis à muneribus Ciuitatis patitur se adscribi in æstimo, & catastro præsumitur beneficio renunciasse, *Alexan. conf.* 196. *in fin. lib.* 2. *Roman. conf.* 252. *in fin. Bar. in l.* 1. *C. de ijs qui sponte muner. subeu. lib.* 10. *Abb. in cap. cum accessissent num.* 28. *de constit.* vbi etiam *Felyn. nu.* 28. qui abundè hoc intelligit quoad personā

19 facietis actum contrarium ipsi priuilegio, cui quidem ad sui præiudicium renunciasse præsumitur, secus verò quo ad alios quibus præiudicare non potuit, & *num.* 29. intelligit quo ad actum, illum non autem quo ad alios, vt si priuilegiatus immunis ab omnibus muneribus, & oneribus Ciuitatis vnum subiuit, dicitur quidem renunciasse priuilegio quo ad illud onus, sed non quo ad alia, vt sequuntur etiam *Puteus decis.* 188. *num.* 3. *lib.* 2. *Dec. conf.* 496. *num.* 13. &

20 dicitur renunciatum priuilegio vbicunque actus contrarius priuilegio fuit coactè factus, sicut coacta solutio collectarum facta ab exempto, & immuni priuilegio non derogat, nec præiudicat, *l. eum in princ. ff. de munerib. & honorib.* & in specie *Dec. in cap. si de terra nu.* 32. *de priuileg. Roman. conf.* 107. *num.* 13. & *conf.* 288. *num.* 11. *lib.* 1. *Marsil. conf.* 99. *num.* 3. optimè *Bellenz. de caritatiuo subsidio quæst.* 61. vbi scripsit,

21 quod si immunis à decimarum solutione eas soluit coactus à collectore nullum sibi ea solutione præiudicium attulit etiam si soluens protestatus nō est, quod soluit coactè, quod probatur ex *Butr. in cap. cum accedentibus col.* 2. *vers. per prædicta de pri-*

22 *uileg.* vbi si canonico non exemplum mandato Papę recepit illi quem in canonicum, quia priuilegium capituli non dicitur renunciasse ipsi priuilegio, cum id coactè fecerit, vt decisum in *Rota Romana* refert *Verall. decis.* 377. *par.* 2. *Puteus decis.* 188. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 402. *num.* 3. *lib.* 5.

23 Vt etiam dicimus quando faciès actum priuilegio contrarium protestatur, quod non intendit renunciare ipsi priuilegio, *Dec. Felyn. & Abb. in d. cap. non accessissent de constit. Bar. in l.* 1. *C. de ijs qui spont. muner. subeunt, Alex. conf.* 108. *lib.* 3. *Roman.*

24 *conf.* 252. *in fin.* & sic pariter quando actus ipse factus fuit ab eo, qui renunciare non poterat illo priuilegio, vt *Dec. num.* 18. & *Felyn. num.* 29. *d. cap. cum recessissent de constit.* qui exemplificant in Prælato, qui fecit actum contrarium priuilegio Eccle-

25 siæ concesso, nam non potuit Prælatus præiudicare dicto priuilegio Ecclesiæ, vt etiā tradit *Alex. conf.* 190. *in fin. lib.* 2. & facit, quod confessio Prælati, qui asseruit emphiteutam soluisse canonem Ecclesię debitum cum nocet Ecclesiæ, nec nocet emphyteutæ, vt euitet pœnam caducitatis, iuxta sententiam *Menoch. in conf.* 39. *num.* 54. *lib* 1. post *Afflict. Angel. Barbat. Calder. & Paris.* quos allegat, & confert, quod sicuti pater non soluendo canonem pro emphiteuli filij nullum

nullum infert præiudicium filio, vt incidat
in pœnam caducitatis, *Iason in l.2.nu.192.*
C.de iur.emphit. sic etiam Prælatus, qui est
administrator, & pater Ecclesiæ, ei suo fa-
cto detrimentum afferre non posse est di-
cendum.

26 Sic etiam non dicitur renunciatum pri-
uilegio, quando actus contrarius priuile-
gio non fuit sortitus effectum suum, quia
ille puta tentauit contrauenire, *Ias. in l.*
fin. num. 20. ff.de constit.Princip. Felyn.in
d.cap.non accessisset num.30.vers.6.limita,
vbi etiã *Dec. col.penult. vers.4.declaratur,*
addo *text. in l.nihil §.cum filius, vbi Bal.*
ff.de inoff.testam. l.si quis ante ff.de acquir.
poßess. post alios *Ann.in consil.127. vol.2.*
Farinac. decis. 423. cuius ratio desumitur
ex eo quia illa renunciatio præsumitur fa-
cta sub conditione si effecta aliquem facta
est sequatur in beneficiũ renunciantis, quo
effectu non sequuto euanescit renunciatio,
l. pecuniam ff. si cert. petat. l.qui haredi §.
fin. ff.de condit.& demonstrat. l.pecuniam
ff.si cert.petat. ad quod faciunt cumulata
per *Paris.lib.1.de resignat.benefic.quæst.3.*
num.44.& 88. vndè meritò euenit, quod si
27 aliquis renunciasset liti, vt pluries fieri so-
let ad effectum, vt iura litigantium amica-
biliter componantur, si concordia non se-
quatur, minimè teneret renunciatio, *Fari-*
nac. alios cumulans *in decis.* 33. & est do-
ctrina *Bal. in l. diuersa C. de transact.* &
vide *Alex.in cons.22.vol.1.*& idem quando
in priuilegio adscripta est clausula decreti,
vel alia clausula prohibitiua, nam hoc nec
per contrauentionem, nec per præscriptio-
nem dicitur sublatum priuilegium, *Abb.in*
*cap.cum dilecto col.3.*vbi etiam *Anan. col.*
4.Cardinal.in 9.& 10.opposit.de præbend.
Rot.in antiq.in decis.63.de priuileg.Ias.in
l.fin.nu.58.ff.de constit. Corset.in suis sin-
gularib. in verb. præsumptio, Felyn.in cit.
cap.cum accessissent num.30. vers.4. limita
de constit. vbi vers.7. post alios quos alle-
gat, idem dicit esse quoties priuilegium
consuetudine esset adeptum, nam sicuti cõ-
suetudo non tollitur vno solo actu contra-
rio, sic etiam priuilegium ab ipsa consue-
tudine causatum, vt etiam dicit ibidem
Dec.col.penult.vers.6.& vltimo fallit.

28 Sed priuilegium in actis reiterantibus
perdatur per vnicum actum contrarium,
latè declarat *Trentacinq.var.resol.lib.1.in*
tit.de rescript.& priuileg.resol.9. quem pa-
riter poteris videre *in resolut.10.* nam mul-
ta etiam cumulat in materia.

SVMMARIVM.

1 *Adhoc vt valeat renunciatio electionis, & variationis fori requiritur, quod renuncias sit prius expresse certioratus.*
2 *Et qualis debeat esse hac certioratio, vide num. 2.*
3 *An renuncians cum iuramento suo beneficio certiorari debeat de illo.*
4 *Ad excludendum beneficium restitutionis in integrum requiritur certioratio.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio Electionis Fori facta ab eo, quomodo fuit certioratus de beneficio cui renunciat cum valeat.

QVÆSTIO XIV.

1 REgula sit, quod licet reperiatur
facta renunciatio huic benefi-
cio electionis fori; tamen si non
constat renuncianti esse factam
certificationem, & declarationem iuris re-
nuncianti à Notario stipulante, talis renũ-
ciatio non tenet, & ac si facta non esset ha-
betur ex iuris theorica, quod in renuncia-
tione est necessaria renuncianti iuris cer-
tificatio, ita quod renũcians debet expres-
sè, & specificè scire id, quod renunciat, quia
renunciatio quantumuis generalis, trahi
nequit ad incogitata, & quæ renunciãs sibi
competere ignorat, *l.mater, vbi Bar. ff. de*
inoffic. testam. imò non dicitur posse quem
renunciare iuri sibi competenti, nisi certi-
ficatus sit, adhoc vt sciat quid renunciat,
Bauer.in tract.de mora col.3.circ.med. Vi-
tal. de clausul. num.17. Carocc.in repetit.
cap.cum quid par.4. de regul.iur. in 6. af-
firmantes certificationem debere esse spe-
2 cialem, ita vt particulariter appareat de
iure renunciato, ita quod nisi appareat in
specie certificatio, renunciatio dicatur fa-
cta absque causæ cognitione, & sine renun-
ciantis voluntate, & potius censetur appo-
sita de stilo Notariorum, & vti talis nulla-
tenus renuncianti obest, *Dec. consil. 495.*
Surdus, qui alios huius opinionis sectato-
res adducit *cons.431.num.71.* probat pari-
ter *Præses de Franch.decis.181.num.10.* &
ita in specie in materia electionis fori prę-
tendi in causa hæredum Magnifici D.Vir-
gilij de Cueues, cum Io.Angelo della Lira,
dum præsupponeretur per Antonium, &
Caro.

Caroluccium hæredes pupillos, & Aureliam Virginem in Capillo fuisse factam renunciationem mediante publico instrumento, quod non intendebant vti omni eorum priuilegio, & præcipuè beneficio electionis fori, sibi de iure communi, & municipali Regni competente, dicebam inquam, quod stante defectu certiorationis non factæ dictis renunciantibus, nō valebat renunciatio, eo magis, quia renunciationis verba hæc erant videlicet. (Necnon renunciauerunt beneficio *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.*) & Ego à Iudice vbi agebatur causa feci vocare Notarium, qui stipulauerat, & illo interrogato quid importaret tale beneficium *l. vnic.* os suum non aperuit, quare ampliabam meam prætensionem, quod & si testificatus fuisset dictus Notarius in instrumēto se certificasse prædictos pupillos de virtute talis renunciationis, neque per hoc aliquid importaret, dum ipse reperiebatur nescire tahs renunciationis vim, & effectum, & qui non scit alium certiorare, & docere non potest.

Et pro confirmatione dictæ opinionis conferunt latè adducta per *Trentacinq. variar. resolut. tit. de rescript. & priuileg. reso-*
3 *lut.* 8. vbi tractat, si renuncians suo priuilegio cum iuramento, debeat prius certiorari, necnon videas *Portium in suis conclus. iur. conclus.* 33. vbi agit, si minor, vel mulier de eorum beneficijs certiorari debeant stante iuramento in contractu apposito, vel sufficiat præstitum iuramentum certioratione aliter non facta, circa quem articulum diuersas recitat DD. sententias, vt apud eum videri poterit.

Quæ omnia corroborantur ex alia Doctorum opinione, quæ fuit, vt ad exclusio-
4 nem restitutionis in integrum necessaria fit certioratio illius, qui huic beneficio renunciauit, *Dyn. consil.* 5. *late Curt. consil.* 43. *Bald. consil.* 434. *vol.* 3. *Cardin. Tusc. conclus.* 426. *lit. M.* vbi plene hanc examinat quæstionem.

SVMMARIVM.

1 Fori declinatoria debet opponi in ingressu iudicij, quod limita num. 2. & 3.
4 Electio, & variatio fori à personis priuilegiatis potest opponi in quacunque parte iudicij, & vide num. 5. & 6. & amplia num. 12.
7 Exceptio ne quis teneatur, vltra quam facere potest, opponitur etiam post sententiam.
8 Reconuentio clerici in foro, in quo suum aduersarium conuenit, non prohibetur fieri in quacunque parte iudicij, & donec iudicium durat etiam in calculo ferendæ sententiæ.
9 Reconuentio opposita post conclusum in causa conuentionis non operatur, vt Iudex debeat procedere pari passu in vtraque causa; sed tantum quod reconuentus teneatur stare in illo foro.
10 Exemptio opposita in vim declinatoriæ opponi potest quandocunque.
11 Causa constitutionis l. vnicæ C. quando Imper. inter pupill. & vid. est ne similes personæ opprimantur.
13 Primum, & secundum beneficium vbique solet concedi mulieribus minoribus pupillis alijsq; personis per tutores, & curatores repraesentatis.
14 Forum eligi potest etiam in secunda instantia, & qua ratione vide num. 15.

ARGVMENTVM.

Electio, & Variatio Fori quousq; à personis priuilegiatis opponi possit.

QVÆSTIO XV.

1 Regula est, vt fori declinatoria debeat opponi in ingressu iudicij, & ante litis contestationem, *l. fin. C. de except. l. peremptorias C. de sentent. rescind. l. sed, & si susceperit ff. de iudic. cap. inter monasterium*, vbi *glos. & Innocent. de re iudic. cap. si quis Episcopum* 3. *quæst.* 6. prout etiam recusatio Iudicis ante alias exceptiones proponenda est, *Couar. pract. quæst. cap.* 26. *num.* 2. *Barbos. in l. si quis ex aliena num.* 74. & 79. *ff. de iudic. Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 14. & *seq. Scacc. de iudic. caus. ciuil. cap.* 101. *num.* 8. *Laurent. de Iudic. cap.* 14. *num.* 2. *Card. Tusc. conclus.* 423. *num.* 2. *lit. F. Farinac. in fragment. crimin. in ver. Iudex*
2 *num.* 898. *par.* 2. nisi tamen Iudicis incompetentia lite contestata fuisset orta, quia tunc benè poterit opponi litis contestatione non obstante, *Panormitan. in cap. insinuationem col. fin. de offic. delegat. Lanfranc. in cap. quoniam contra in ver. exceptiones vers. præterea est notandum de probat. Delrius in sua miscellan. ad Cod. d. l. fin. de except. Marant. in sua pract. par.* 1. *membr.* 9. *num.* 8. *vbi num.* 9. idem affirmat, quoties per eum redderetur iudicium retro nullum, quod pariter voluit *Balb. decis.* 67. *ex Alber. Bald. & Angel. in l.* 2. *ff. si quis iudic.* Idemque esset, quan-
3 do promissione, & pacto, atque conuen-

tione facta esset alteratio, & coharctatio declinatoriæ exceptione, *vt argum. text. in l. qui futurum ff. de pact. & in l. commissoria C. de pact. inter empt. & vendit.* decisum referunt *Guid. Pap. decis. 275. & Misinger. obseruat. 27. centur. 4.*

Et deueniendo ad casum nostrum, ita
4 pariter firma, vbicunque fori declinatoria opponatur à personis priuilegiatis, nam illis non est præfixum tempus, neque terminus aliquis allegãdi simile priuilegium, taliter quod benè valet huiusmodi personę in omni tempore hac fori declinatoria vti, ita vt post conclusum in causa, & appuntatum ius forum Principis in earum causis eligere nullatenus prohibeantur, vt docuit noster *Afflict. in constitut. Regni statuimus quæst. 141.* cuius doctrinam imitantur *Carauit. in Rit. M. C. V. 231. num. 6. Præses de Franch. decis. 100. num. 20. decis. 214. num. 2. Cumia in Rit. Sicil. 38. numer. 466. Muscatell. in prax. Sac. Consil. glos. competentes num. 30. Cala de modo articuland glos. 1. §. 1. sub nu. 75. Petra in addit. ad Capyc. decis. 160. liter. B. Palma in diuers. iur. commun. & Regn. glos. 16. num. 4. pag. 294. Viu. decis. 521. num. 17.* vbi quod ita seruatur in nostro Regno *Foller. in citata constiut. statuimus num. 73.* asserens hanc dubitationem procedere in personis non habentibus ius variandi, nam in personis tale ius possidentibus vlla cadit dubitatio, cum ille vsque ad appuntuationem causæ forum semel electum variare benè valeant, vt pariter scripsit *in sua pract. crimin. in ver. audiantur excusatores nu. 58. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 39. de his, quæ vi metusue caus. fiunt.*

Quare meritò Regiam Audientiã Apuleæ de anno 1583. ait *Viuius decis. 65.* non
5 semel iudicasse, quod possint similes priuilegiatæ personæ opponere huiusmodi exceptionem fori declinatoriam etiam post litem contestatam saltem ex capite restitutionis in integrum, sequitur *Capiblanc. in pragmat. 8. num. 339. de Baronibus,* quamuis fori exceptio regulariter ante litem contestatam opponi debeat, vt supra firmauimus.

6 In tantum quod tutò fateri licet hanc fori electionem in quacunque Iudicij parte à priuilegiatis personis opponi posse, *Aloys. de Leo in l. vnic. num. 17. C. quando Imper. Capyc. decis. 173. Franch. decis. 33. Reuizan. in sylua nuptial. fol. 576. num. 38.* quos ad id refert *Giurba decis 82. sub numer. 7.* Prout exceptio nequis teneatur vltra quã facere potest opponitur post sententiam, vt post antiquiores firmarunt *Campeg. de dot. quæst. 253. part. 3. Beat. de inop. debit. cap. 17. num. 77. Caluol. in praxi iudic. §. exceptio comm. libell. conclus. 1. num. 12. Castagna de benefic. deductio ne egeat in probem. secundæ partis num. 10.* affirmans *num. 25.* posse opponi etiam in exequutione sententiæ, & quandocunque ex *Castrens. consil. 141. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. de except. resol. 1. num. 9. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. nu. 102.* imo etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.

Et in simili reconuentio Clerici in foro, in quo suum aduersarium conuenit
8 pariter in quacunque iudicij parte fieri nõ prohibetur, ita vt dum durat iudicium, durat reconueniendi potestas, *cap. dispendia §. reus de rescript. in 6. Abb. in cap. 1. num. 13. de mutuis petit. Bald. in authent. & consequenter num. 6. C. de sent. & interlocut. omn. Iudic. Viuius in sylua commun. opin. in ver. reconuentio, Præses de Franch. decis. 376.* plenè *Morla in empor. vtriusque iuris part. 1. tit. 2. quæst. 13. num. 11.* vbi post trium opinionum relationem in hac residet sententia, quam pariter post cæteros, quorum doctrina vtitur tutatur *Graff. in tract. de effectib. clericat. effectu 1. num. 762.* vbi rationabiliter quidem discedit à *Carauitæ* iudicio, qui *in Rit. Mag. Cur. Vic. 67. num. 6. ex Glos. in cap. 1. in verbo respondere circa medium de mutuis petit.* fundat talem reconuentionem admitti solum vsque ad conclusionem in causa, quod certè verum esse nequit, quoniam reconuentio potest fieri etiam facta conclusione in causa conuentionis principalis, imo in calculo ferendæ sententiæ, dummodo non sit lata, licet non negem, quod
9 quoties tali tempore intentatur, minimè operatur, vt Iudex debeat in vtraque causa pari passu procedere, simulq; causas definire, sed solùm vt actor stare iuri, & iudicio, quod eligit assistere teneatur, & ita rogatus de voto consulebam de anno 1626. in causa Clerici Thomæ Raguagli Triuentinæ Diœcesis, cum Ioanne Marco Clapino, qui præfatum Clericum reconuenerat in suo foro facta conclusione in causa conuentionis principalis.

10 Et videmus exceptionem exemptionis in vim declinatoriæ opponi posse quandocunque, *Guid. Pap. decis. 275. nu. 4. & 5. per tex. in d. l. qui futurum ff. de pact. et l. commissoriæ ff. de pact. inter empt. & vendit.* refert, & sequitur nouissimè *Cochier. in suo tract. de iurisdiction. ordinar. in exempt. quæst. 10. part. 2.* & ita dicebam in quadam causa Præsbytero-

terorum Ecclesiæ Sancti Ioannis ad Mare Hierosolymitanorum Equitum huius Ciuitatis Neapolis.

Cuius sanè principalis conclusionis fundamentum præcipuum est, quia Imperato-
11 ris *Constitutio in l. vnic. C. quando Imperat.* innititur, ne similes personæ opprimantur, vel iniurijs, aut molestijs quibuslibet officiantur, & protectionis etiam Imperatoris, & Regis circa personas easdem, ita equidem, & æqualiter militat post litem contestatam, sicut ante nec potest vlla discriminis ratio considerari, ita in terminis nostris considerat alias rationes congeréd o *Castill. lib. 3. controuers. iur. cap. 25. nu. 38.*
12 Ampliá firmatam regulam procedere, siuè istæ personæ litigent per se ipsas, siuè per procuratores, & curatores, nam in vtroque casu benè poterint hanc electionē fori post litem contestatam facere, quicquid anceps in hoc transire videatur *Muscatell. in praxi Sacr. Consil. d. glos. competentes num. 31. cum seq.* qui intra Scyllam, & Carybdim stare videtur suam affirmatiuā, non firmans sententiam, exemplo primi,
13 & secundi beneficij, quod in dies in Sacr. Consil. vbique conceditur mulieribus, minoribus, pupillis, alijsque personis per tutores, & curatores representatis, quamuis ipsi litigent per procuratores constitutos cum iuramento ad litigandum, vt proprio ore fatetur idem met *Muscatell. loco citato num. 37.* & scribit *Imbrian. in special. tractatu de primo, & secundo beneficio consider. 3. num. 49.* vbi post longam discussionem in hanc tanquam veriorem inclinauit sententiam.
Amplia 2. posse pariter forum eligere
14 etiam in secunda instantia, & sic in appellatione, vt in proprijs terminis tradiderūt *Carauit. in rit. Mag. Cur. 19. num. 30. Rebuff. in constitut. Galliæ in tit. de sent. prouisionalib. artic. 3. glos. final. num. 31. & in tit. de appellat. artic. 3. num. 14 Thesaur. decis. 177. num. 8.* de quibus meminit *Scaccia in tract. de appellat. quæst. 7. num. 113.* addo *Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 66. in addit. lib. 2. num. 38.* vbi dicit priuilegium electionis fori habere locum etiam in secunda instantia, & si enim coram Ordinario litem inchoauit miserabilis hæc persona, & lata sit sententia, adhuc tamen poterit adire Principem omisso medio, allegat *Neuizant. in libr. 6. siluæ nuptialis numer. 36.* & sic etiam tenet *Marchesan. de commission. in tit. de Auocat. cauf. part. 2. §. 2. num. 156.* addo *Capiblanc. de author. Baron. pragmat. 8. num. 348.* vbi quod
15 cum priuilegium adeundi regios Superiores non sit restrictum expressè ad primam instantiam, & sit fauorabile, non debet fieri stricta interpretatio, potuit enim priuilegiatus nō perhorrescere potentiam aduersarij in prima instantia, sed habere iustum timorem Iudicis secundi, vel tertij, & sic si non fuit vsus priuilegio in prima instantia ex noua causa, poterit vti in secunda.

Et licet *Cumia in rit. Sicil. cap. 38. num. 477. allegando Couar. practicar. quæst. cap. 7. num. 4.* penitus dissentiat à præfatorum Doctorum opinione, prout sentit quoque *Anton. de Ball. in tractatu crimin. quæst. 2. lib. 4.* tu tamen ab illa non recedas, cum sit in vsu forensi recepta, quam meritò sequitur nouiter *Palma in diuers. iur. commun. & Regni citata glos. 16. nu. 5. par. 2.* vbi quod priuilegiatus potest eligere, & variare tàm in prima instantia, quàm in appellatione, & ita Ego consului in anno 1626. in causa Marci Antonij Saluati, Laurentij Saracini, & Io. Sebastiani Caccialupi, quos dixi tanquam pupillos potuisse eligere forū Mag. Cur. Vic. non obstante quod causa esset introducta apud Iudicem tertiarum causarū eorum domicilij, & ita hodie indistinctè viget consuetudo in Regijs Tribunalibus.

SVMMARIVM.

1 *Electione fori facta statim sunt ligatæ manus Iudicis.*
2 *Opposita fori declinatoria eo ipso debet Iudex supersedere.*
3 *Appellatio emissa suspendit iurisdictionem.*
4 *Iudex declinatus æquiparatur Iudici recusato.*
6. *Sententia lata post recusationem est nulla ipso iure.*
6 *Acta facta per Iudicem, à quo post inhibitionem sunt nulla.*
7 *Pendente relatione facienda coram Superiore, non potest inferior ad actum vllum procedere.*

ARGVMENTVM.

Electione Fori facta, an statim sint ligatæ manus Iudicis coram quo litigatur, licet ei non fuerit inhibitum.

QVÆSTIO XVI.

1 REgula sit affirmatiua, vt facta electione fori sint ligatę manus Iudicis, coram quo litigatur, nam sufficit pupillo, viduæ, & alijs miserabilibus personis forique electionem habentibus recusare Iudicem, & forum cõpetentem eligere, quia is Iudex vlterius procedere nequit, taliter quod sententia inde sequuta per Iudicem ordinarium redditur ipso iure nulla, vt determinat Isern. in constit. Regn. si quis nostrorum in ver. recepto termino, & post eum tradidit Pręses de Frãch. decis. 294. subdens acta facta per Iudicem declinatum fuisse nulla declarata, Nepita super consuetud. Catinens. tit. 2. notab 3. num. 26. Vrsill ad Afflict. decis. 257. Carauit. rit. 233. Burg de laudim. par. 3. inspect. 4. num. 21. Mastrill. qui sic pluries iudicatum in Tribunalibus Regni Siciliæ testatur decis. 127. nu. 7. Muta decis. 29. num. 5. Giurba decis 82. nu 7. in fin. Muscatell in praxi Sacri Consilij lib. 2. par. 1. glos. in forma num 65. D. Ricc. collect. decis. collect. 300 Castill. decis 48 num. 0 par. 1. Amendola ad Franch. decis. 257 nu. 4. Petra ad Capyc. decis. 160. lit. B. Capiblanc. in prag. 8. num. 340. par. 1. de Baron. modernè Gallupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 6. nu 57.

2 Cuius regulæ ratio assignari potest, si quidem eo ipso quod opponitur fori declinatoria, debet Iudex in causa supersedere, vt ex tex. in l. eos in princ. C. de appellat. tradit Bald. in authent. habita num. 73. C. ne filius
3 pro patre, vt pariter appellatio emissa suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, ita vt non teneant acta post eam, Perez in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordin. Azeued l. 1. num. 8. tit. 16. lib. 4. nouæ recopilationis, Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 6. Kirchou. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. num. 168. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 7. Escobar. de ratioein. cap. 8. num. 20. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 7. num. 21. & ideo attentata pendente appellatione sunt omnino reuocanda, Diaz regul. 37. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 1. prout auocatione causæ facta, nequit inferior, cui est facta auocatio ad vlteriora procedere, & procedendo acta omnia sunt nulla, cum statim iurisdictio censeatur impedita, cap. pastoralis extra de offic. delegat. Panorm & Præpos. in cap. vt nostrum de appellat. & ibi Aufrer. Gaii. obseruat. 41. numer. 2. lib. 1. Benintend. decis 41. sub num. 1. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 480. vbi extendit etiam si adesset consensus partium, sequuntur Rota in nouis decis. 76. & Magon. decis. Florent. 90. num. 8.

4 Et ratio rationis est, nam Iudex declinatus æquiparatur Iudici recusato, vt ex Glos. & Bart. in l. vnic. C. quando Imperator confirmat Mastrill. citata decis. 27. num. 9. certumque est, quod recusatione pendente Iudex in causa se intromittere non potest alias processus est ipso iure nullus, Glos. in cap. Iudex in verb. proponatur, vbi pariter Franch. & Geminian. de offic. deleg. in 6. Bar. in l. quia poterat num 4. ff. ad trebell. Couarru. pract. quæst. cap. 26. Cardin. Tuscus conclus. 913. num. 25. lit. S. Lopez in l. 22. Glos. magna tit. 4. part 3. Gabriel. conclus. 5. de iudic. Cacheran. decis. 84. Misinger. obseruat. 59. centur 4. Azeued. in l. 1. num. 8. tit. 16. lib. 4. recopilat. & alij communiter, adeo quod vt nec discussioni, & causæ relationi præsens esse debeat, Rebuff. in constitut. Franciæ in tit. de recusat. artic. 6. glos. 1. num 8. Capyc. decis. 138. num. 5. & ibi Addent. Carau. ritu 265 num. 1. Guazzin in suo tractatu de defens. reorum cap. 19 num. 36. tom. 1. conquiescit enim in simili casu Iudicis officium, Verall. decis. 7. num. 7 par. 3. Millis in suo repert. in ver. iurisdictio. Lancellott. in tract. de attentat. part 2. cap. 6. num. 4. D. Regens Valenzuel. consil. 43. num. 170. imò recusans à recusati Iudicis iurisdictione exẽptus dicitur, Io. Andr. in cap. cum speciale de appellat. Puteus de syndic. §. suspicio num. 11. Jodoc. in praxi ciuil. in tit. de recusat. cap. 125. Intrigliol. singul. 79. numer. 181. sicuti sen-
5 tentia lata post recusationem ipso iure est nulla, Bursat. consil. 21. num. 21. & seq. lib. 1. Caualc. decis. 28. numer. 112. part. 2. D. Riccius in collect. decis. collect. 1020. eodem modo opposita fori declinatoria, & eius decisione pendente reddentur nulla acta facta per Iudicem variatum.

6 Quare acta facta per Iudicem à quo post inhibitionem Iudicis ad quem esse nulla, asseuerarunt Aretin. consil. 75. Lancellott. de attentat. in tit. de attent. post inhibitionem num. 233. Intrigliol. decis. 47. num. 7. Costa de retrotract. cap. 9. casu 6. fol. 22. num. 4. & 5. Seraphin. decis. 654. Raudens. de analog. cap. 40. num. 85. & 86. Giurba decis. 36. num. 15. Farinac. decis. 94. & 761. vbi etiam dicit non posse cognosci, an inhibitio fuerit iusta, vel iniusta, quia per insinuationem, & inhibitionẽ ligatæ sunt manus Iudicis à quo, Magon decis. Luc. 23. vbi etiã Addit; imo qui inhibitioni, & prouisionibus superioribus contrauenit, potest ab ipso pęna cõminata

nata

7 nata exigi, *Franch. dec. 370. nu. 13.* prout pen-
dente relatione fec:ēda coram superiore,
nequit inferior ad aliquem actū procede-
re, vt probat *Oter. in suis lucubrat. Roman.*
diss. 13.

SVMMARIVM.

1 *IVdex à quo valet statuere terminum litigan-*
tibus, & ita de iure Regni num. 2. & an
possit præfigere terminum ad prosequendam
appellationem num. 3. & qualis esse debeat
terminus ad comparendum in Tribunali ele-
cto declaratur num. 6.
4 *Attentare non dicitur Iudex, si terminus desi-*
gnatus sit elapsus.
5 *Iudex à quo potest mandare exequi sententiam*
post lapsum terminum datum ad prosequen-
dam appellationem.
7 *Appellari potest à breuitate termini.*

ARGVMENTVM.

Iudex à quo an possit præfigere
terminum habentibus priuilegium
Electionis Fori, vt infra illum se prę-
sentent coram Tribunali, quod ele-
gerunt.

QVÆSTIO XVII.

1 REgula sit, quod Iudex à quo benè
valeat statuere terminum liti-
gantibus infra quem se præsen-
tare debeant coram illo Tribu-
nali, quod elegerunt, prout ita in puncto
dixit *Afflict. in constit. Regni si quis nostrorū*
ad instar superioris, qui potest inferiori in-
iungere, vt infra certum tempus causam
expediat, *cap. irrefragabili de offic. Ord. Abb.*
in cap. nullus de iur. patronat. Rebuff. de auocat.
caus. quæst. 7. nu. 16. D. Reg. Tapia decis. suprem.
Ital. Senat. 1. nu. 23. vbi tractat an, & in qui-
bus casibus Rex possit causas auocare à
Tribunalibus Regnorum suorum, illasque
trahere ad supremum Italiæ Senatum, de
quo etiā *Berlicchius decis. final.* & licet *Andr.*
in d. constit. fuerit in contraria opinione,
quam in praxi seruari colligitur ex *Franch.*
decis. 294. circa finem, & disputet articulum
Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur ex-
cusatores num. 90. pag. mihi 83.

Hodiè tamen in Regno firmatæ regulæ
ex necessitate inhærēdum est vigore Regiæ
2 Pragmaticæ editæ ab Illustrissimo, & Excel
lentissimo Comite de Lemos Prorege tunc
temporis vigilantissimo, quæ est situata in
ordine 11. *sub rubr. de offic. Iudic. & aliorum*
Official. vbi in §. 20. dispositum est, vt huius-
modi terminus à variato Iudice benè con-
stitui possit, quando à Regijs Audientijs ad
Magnam Curiam variationes fiunt.

Cuius quidem sanctionis dispositio in
maxima equitate fundata fuit, nè causæ re-
tardentur, & nè calumnia foueret, quod
alias miseratione fuerat introductum, vt
apud *Imbrian. in suo tract. de primo, & secundo*
beneficio consider. 9. nu. 87. vbi firmauit, posse
Iudicem variatum ipsi varianti terminum
statuere, infra quem se vna cum actis, vel
in criminalibus acta tantum coram electo
Iudice præsētare debeat cum comminatio-
ne, quod assignato termino elapso pro-
cederetur ad vlteriora in causa, sequi-
tur *Amendol. in addit. ad Præsid. de Franch.*
decis. 294. num. 7. iuxta quorum sententiam
pluries scio practicasse doctissimum meum
Genitorem D. Io. Dominicum Nouarium
tanquam Iudicem primarum, & secundarū
causarū plurium Terrarum Prouinciæ Basi-
licatæ, & ita Ego practicaui in causa Iaco-
bi Cangiani pupilli, cum Marco Aurelio
Basso in Regia Curia Amalphiæ.

Confirmatur autem huiusmodi opinio
3 ex illo simili, quod Iudex à quo potest prę-
figere terminum ad prosequendam appel-
lationem, in quo si eam appellans, non in-
troduxerit appellatio remanet deserta,
Guid. Pap. decis. 336. & 436. Amat. decis. Rot.
Ferrar. 32. vbi dicit iudicatum Iudicem, qui
appellationē reiecit, posse appellanti præ-
figere terminum ad prosequendam appel-
lationem, *Gennens. in praxi Cur. Archiepisc.*
Neap. cap. 70. num. 5.

4 Itaut si Iudex à quo assignato termino
elapso procederet in causa non diceretur
actentare, iuxta *Romanæ Rotæ decis. apud*
Seraphin. decis. 335. par. 1. per quam fuit di-
ctum, quod termino designato ad appella-
tionem prosequendam elapso, si Iudex pro-
cedat, non dicitur actentare, refert, & se-
5 quitur *D. Riccius decis. Cur. Archiep. Neap.*
50 num. 6. par. 4. qui meritò decis. 360. eadem
par. 4. firmat Iudicem à quo posse mandare
exequi suam sententiam post lapsum ter-
minum datum ad prosequendam appella-
tionem.

Hic autem terminus debet esse compe-
tens, & iuridicus, itaut cum commodita-
te, & non præcipitanter persona priuile-
6 giata, quæ elegit forum, possit adire Tribu-

nal electum, vndè habenda est ratio longinquitatis, & distantiæ Regionis, temporis, puta si sit hiems, vel æstas, quo in casu difficilius, & facilius iter arripitur, & similia debent considerari, arbitrium enim Iudicis semper versari debet circa iusta, & æqua, alias si terminus datus non esset congruus habito respectu ad supradicta, si Iudex à quo illo termino elapso procederet, adhuc acta essent nulla, cum idem sit non dare terminum, vel illum dare tam breuem, vt quis ad destinatum locum, & Tribunal venire nequiret, nam licet quod tempus sit statuendum, remittatur arbitrio Iudicis, tamen determinare tenetur illud attenta qualitate negotij, temporis, regionis, & similium, ita quod debeat continere tempus, non adeò modicum, quod
7 præbeat partibus occasionem se grauandi, & appellandi, quod de iure cōceditur *Lanfranc. in praxi tit. de dilat. cap. 11. nu. 18. & 19.* vbi etiam Addit.

SVMMARIVM.

1 *Citatus, & si sit priuilegiatus tenetur comparere. ex Rit. M. C. 230. qui an sit in obseruantia, vide num. 2.*

3 *Vassallus citatus in causa feudali coram Ordinario non tenetur comparere, sic & de singulis vt num. 4. adeo quod si reperiuntur condemnati, & tempore executionis docerent de eorum priuilegio non essent molestandi nu. 6.*

5 *Contumacia personæ priuilegiatæ contracta coram non suo Iudice, non facit indicium in suo foro proprio.*

ARGVMENTVM.

Priuilegiatus Fori Electionis Beneficio citatus, num teneatur comparere suumque priuilegium allegare.

QVÆSTIO XVIII.

1 Regula affirmatiua desumitur ex *Rit. M. C. V. 230.* vbi cautum est priuilegiatas personas citatas per Magnam Curiam comparere debere personaliter in dicta Curia allegaturæ, quidquid ipsis de iure competit super declinatione fori, & sic etiam scribunt ibidem *Constantinus Papa, & Carauit. num. 3.* vbi quod citati licet habeant priuilegium declinandi forum Iudicis citantis, tenentur tamen comparere, eorumque priuilegium allegare.

Quorum sanè opinio potest fulciri ex illo iuris axiomate, quod citatus coram non suo Iudice, tenetur comparere ad suum allegandum priuilegium, *l. si quis ex aliena ff. de iudic. l. 2. si quis in ius vocat. non iuer. Glos. in cap. vnic. de inuestit. inter marit. fact. Corset. in suis singularibus lit. I. verb. iurisdictio, D. Ricc. in praxi resolut. 148. par. 2.* qui tamen tres distinguit casus, imo si priuilegiatus per contumaciam non compareat, perdit ius priuilegij, valebitq; sententia contra eum lata, *l. vno ff. si quis ius dicenti non obtemper. DD. in cap. cum ordinem de rescript. Alex. in schol. ad Bar. in cit. l. si quis ex aliena.*

Verum *Afflictus noster in constit. Regni statuimus notab. 7. quæst. 6. n. am. 18.* est in opinio-
2 ne, quod non obstante allegato Ritu M. C. sufficiat priuilegiatis personis habentibus fori electionem per procuratorem allegare fori declinatoriam, prout ipsius sententiam esse in viridi obseruantia, & Ritum allegatum recessisse ab aula, refert *Battaglia in addit. ad Cyn. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* vbi testatur nunquam se vidisse Ritum in Magna Curia in ciuilibus practicari.

Quam tenendo opinionem, nō obstat regula, quod citatus coram non suo Iudice, teneatur comparere; nam ista regula non
3 est semper vera, inde quod vassallus citatus in causa feudali coram Ordinario non parere non tenetur, *Felyn. in cap. cum ordinē num 8. de rescript. Innocent. in cap. cæterum nu. 1. de iudic. Bald. de inuestitura in maritum facta num. 1.* & scholaris citatus à Prætore,
4 seu à non suo Iudice, nec tenetur comparere ad proponendam fori declinatoriam, *Dec. d. cap. cum ordinem, per glos. ibid. Rebuff. de priuileg. scholar. priuileg. 154. nu. 2. Cochier. in tract. de iurisdict. in exempos par. 2. quæst. 6. nu. 17 qui in d. quæst.* latè tractat, num exemptus citatus coram Ordinario teneatur, ne comparere, & allegare suam exemptionē, de quo etiam *Rodriq. quæst. regul. tom. 2. q. 83. artic. 7.* prout persona ecclesiastica citata coram Iudice non suo, neque tenetur comparere ad allegandum priuilegium, vt notāt *DD. in cap. bonæ memoriæ in fin. de elect. & in cap fin. de appellat. Afflict. in constitut. Regni priuilegia num. 5. latè Foller. in constit. Regni in tit. de Episc. & Cleric. cap. item si aliquis, Gramat. decis. 29. num. 4. & 5. Guid. Pap. decis. 450. Scaccia in tract. de iudic. par. 1. cap. 11. num. 45.* vbi meminit de quadam Bulla

Papæ

Papæ Martini, qua hoc idem disponitur, plenè *Cabed. decis. Lusit. 26. par. 1. Cardos. in praxi Iudic. & Aduoc. in verb. citatio num. 19. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 33. nu. 23.* caterum DD. cumulans iuxta morem *Graff. in tract. de effectib. clericat. effect. 1. num. 448.* cum seq. firmans num. 452. vt similes personæ citatæ coram non proprio Iudice, & non comparentes, non possint tanquam contumaces puniri, *ex Jo. Andr. Butr. & Abb. in cap. si diligenti de foro compet. Bal. in l. generaliter la 2. C. de episcop. & cleric. Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 3. & 4. Niger in cap. Regni 94. num. 11. Maccabrun. cons. 44. num. 5.* & alij, qui penes ipsum videri possunt, quibus ado *Barbos. in l. si quis ex aliena num. 11. ff. de iudic. & D. Ricc. decis. Curiæ Archiepisc. 136.*
5 *par. 4.* vbi refert decisum in dicta Curia contumaciam personæ priuilegiatæ contractam coram non suo Iudice non facere iudicium in suo proprio foro.

Adeò quod si reperiantur condemnati, & fuerint capti, & Iudex vellet mandare executioni pœnam, & ipse tempore executionis docerent de eorum priuilegio non possent molestari, & essent omninò dimittendæ, *Bald. in l. generaliter col. 2. C. de Episcop. & cleric. Castrens. in auth statuimus num. 3. C. eodem tit. Cepoll. cons. 11. num. 17. & 18.* pulchrè *Marsil. singul. 691. Foller. in pract. crim. in verbo audiantur excusatores num. 38. cum seq. Vrsill. ad Afflict. decis. 2. num. 2. Decian. in tract. crim. cap. 9. num. 61. Auendan. de exeq. mandat. cap. 22. num. 2. Bertazzol. cons. 105. & alibi lib. 1. Farinac. alios congerens in sua pract. crimin. quæst. 11. num. 45. & plenè Carocc. in tract. de except. quæst. 3. except. 22. num. 2.* vbi quamplures ad id citat concordantes, & ita Ego practicaui in causa Io. Felicis Salormini, cum Iuliano Philadoro de anno 1625. & iterum in causa Angeli Antonij Mellusi, cum hæredibus Hectoris Matelosi in anno 1626.

Et redeundo ad articulum principalem aduertas, omninò statim citatione facta personas priuilegiatas debere comparere siuè per Procuratorem, siuè personaliter allegando eorum priuilegium, & instando pro remissione causæ, alias valebit iudicium, ex notatis per *Ludouis. decis. Rotæ Rom. 43. nu. 3.* vbi firmauit, quod licet minor non possit trahi ad iudicium extra patriã, tamen vbi nõ allegauit declinatoriam, nec institit remitti causam valebit iudicium, & tenebunt acta, ex doctrina nostri *Afflicti* qua vtitur *in const. Regn. lib. 1. rub. 37. nu. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus debet dari miserabilibus personis ad verificandum se tales. vbi negatur, & vide num. 5. & declara vt nu. 15.*
2 *Habilitas personæ requiritur in iudicio etiam in præsentatione iuris patronatus, & amplia vt num. 3.*
4 *Exceptio illegitimitatis personæ nunquam requiritur.*
6 *Qualem quis se facit, talem se probare debet, & qualis debeat esse ista probatio nu. 7.*
8 *Excipiens de non numerata pecunia probare debet.*
9 *Consanguinitas est probanda, vbi petitur compromissum.*
10 *Vendicanti feudum ex pacto, & prouidentia incumbit onus probandi descendentiam à primo acquirente.*
11 *Agens vti Procurator debet probare mandatum.*
12 *Agens vti hæres talem se probare debet.*
13 *Allegans seruitutem probare illam debet.*
14 *Mulier agens hypotecaria contra emptorem bonorum mariti, quod non supersint alia bona, debet probare.*
16 *Notorium non indiget probatione, nec subiacet regulis iuris, nu. 20.*
17 *Impedito tempus appellationis non currit, quãdo protestationes interuenerunt, nisi impedimentum esset notorium, nu 18.*
19 *Excõmunicationis declaratio quando fieri posit non citata parte.*
21 *Statutum reijciens omnes exceptiones, non dicitur eijcere notoriam.*
22 *Exceptio notoria admittitur aduersus censum Bullarem.*

ARGVMENTVM.

Priuilegiatis personis eligentibus Forum, si opponatur, quod tales non sint quid agendum.

QVÆSTIO XIX.

Sæpè numero accidit, vt post electionem facta à priuilegiatis personis opponatur per partem aduersam, quod tales non sint, ideò oportunum visum est hic explanare, quidnam agendum sit, vbicunque similis casus euenit in facto.

Regula igitur sit, quod si istis personis, tempore quo electionis fori beneficio vti intendũt à parte aduersa opponatur, quod tales

tales non ſint, debet impartiri breuis ter-
minus ad verificandum ſe tales, qui termi-
nus vtrique parti erit communis, *Afflict.
in conſtit Regni Statuimus num.37.verſ.ſecundo
quæro, Carauit.in Rit. M. C V. 233.num.5.*
quem refert, & ſequitur *Annotat. ad Statut.
Parm.in rubr.de ration. ſummar.reddend. miſe-
ræb perſon.verſ.debet tamen,*meminit pariter
*Muſcatell.in praxi S.C. gloſ competentes nu.
79.* qui ad id allegat *text.in l.non ignorant C.*
2 *qui accuſ.non poſſ.* vbi cautum eſt in iudicio
eſſe docendum de habilitate perſonæ, ad
cuius ornatum videndus eſt *D.Ricc. collect.
deciſ collect.306.*qualitas enim perſonæ pri-
uilegiatæ ante omnia conſtare debet, *Ca-
ſtill. deciſ 48.num. 11.part.1. Viſcont. in addit.
ad Franch deciſ 294.in nouiſsimis,*vndè in ma-
teria iuriſpatronatus quis habilis iudican-
dus eſt tempore præſentationis, nec pro-
deſt habilitas ſuperueniens, *Rota deciſ 69.
part.3.lib.1. Seraphin.deciſ.1234.num.4. An-
tonin. variar. reſolut. lib.1. cap.19. Campanil.
in diuerſor.iur.canon rub.11 cap.13.num.461.
D.Ricc.in praxi reſolut.166.par.1.in magn.*
3 Quæ quidem habilitas eſt neceſſaria non
ſolum in iudicio ordinario, *l.ſi quæramus ff.
de teſtament.* vbi colligitur, quod in primis
quærendum eſt de perſonis,nè alias totum
iudicium reddatur eluſorium, & nullum,
cum defectus inhabilitatis perſonæ in iu-
dicio comparentis reddat actum retro nul-
lum, *Vant.in ſuo tract de nullitat. in rubr.quis
poſsit dicere de nullitate num.44. Ludouiſ.deciſ.
223. ſub num.3.* ſed etiam deſideratur in iu-
dicio ſummario, vt docet *Bart.in l.2. nu.3.
C.de edict diu. Adrian.tollend. Neuizant.* qui
alios congerit *conſil.16. Muſcatell.in praxi
S.C.gloſ comparens num.1.& 2. Ludouiſ. deciſ.
264.* vbi etiam Additio alios citat concor-
dantes *Menoch. in tract. de recuper poſſeſ.
remed. 15. num.272. Scaccia in tract. de iudic.
cauſ.ciuil. lib.1.cap.62 quæſt.11.num.24. Ma-
ſtrill. recenter deciſ.258.nu.2.part 3.*latiſſimè
*D. Ricc. deciſ Curiæ Archiepiſc.324. part.4.
Marta conſ. 86. num.2.* vti ſimiliter neceſ-
ſariam eſſe in iudicio exequutiuo aſſeuerãt
ex *Neuizant. conſ.18.num.3. Cartar.deciſ 32.
& Galleſ. in tract. de obligat. in form. Camer.
quæſt.1.par.4.* vbi loquitur de executione
inſtrumenti obligatorij in forma Cameræ
addo *Rotam deciſ 76.ſub num.6.inter impreſſ.
penès Zacchiam de oblig. Camer. & Rot. deciſ.
28.num 4.part.2.in recent.*
In omnibus enim iudicijs tàm ciuilibus,
quàm criminalibus, tàm poſſeſſorijs, quàm
petitorijs ante omnia perſonæ requiſitæ
plenè inquirenda, & diſcutienda ſunt, *l. li-
cet C.de procur l.non ignorat, l.penult.& l.fin.
C.de his.qui accuſ.non poſſ. l quoniam Alexan-
drum C. ad l Iul de adulter Iaſ.in rubr. qui ad-
mitt.*& ibi *Dec. nu.30.& ſeq.* cum alijs quos
modernè conſarcinat *Marta conſ 86 nu.1.*
& ad materiam *Zanger in tract.de except.
cap 8.par.2.*
4 Ita quod & ſi vigeat ſtatutum,vt aduer-
ſus inſtrumentũ publicum minimè admit-
tatur exceptio; tamen non per hoc poteſt
reſpui exceptio illegitimitatis perſonæ,
puta quod non ſit hæres, quod non ſit Pro-
curator,quod ſit Monacus,quod ſit minor,
quod ſit excommunicatus &c. vt poſt plu-
res quos de more cumulat.ait *Graſſ.in tract.
de except. ad materiam ſtatuti except.4. Cumia
ſuper rit.Sicil.cap.16.num.53. Burg.de laudim.
par.3 inſpect.40.nu.41.*& nouiſſimè poſt hæc
ſcripta viſus *Anton. de Virgilio in ſpecial.
tract.de legitimat.perſon.in prælud.vbi num.2.*
ſcribit, quod oppoſita exceptione illegiti-
mationis perſonæ Aduerſarius tàm in cau-
ſis ordinarijs,quàm in ſummarijs,& execu-
tiuis tenetur habilitatem,& legitimationẽ
perſonæ plenè probare, & ipſa non legiti-
mata adulteriora procedi nõ debet,ex tra-
ditis per *Franch.deciſ 692.Viſcont.in ſuis con-
cluſ. in verbo qualem quis ſe facit,* quinimo ſi
non fuerit oppoſitum de exceptione legiti-
mationis perſonæ Iudex ex officio debet
inſpicere an perſonæ in iudicio comparen-
tes ſint legitimæ, *Zabarell. conſ.72.Riminal.
Iun.conſ.494.num.20.lib.5. Decian.conſil.37.
num.64.lib.3.Cartar.deciſ.33.num.8.& Graſſ.
alleg.except.4.num.6.D.Ricc.d.deciſ.324.nu.4
part.4.* vbi alia cumulat in materia legiti-
mationis perſonarum.
5 Quare tutò firmare poſſumus, quod pri-
uilegiatus agens ad beneficium electionis
fori debet probare ſe eſſe talem ad effectũ
conſequẽdi huiuſmodi priuilegium, nec ſa-
tis de priuilegio docuiſſe cenſetur aſſeren-
do ſimpliciter ſe eſſe priuilegiatum, ita vt
in aduerſarium onus probãdi contrarium
reijciatur, & ita dicebam in cauſa Natalis
Iuliani pupilli in anno 1625. ſicque in ter-
minis noſtris me allegãdo ſequitur *D. Ricc.
deciſ.Curiæ Archiep.77. num.17.in fin. par.4.*
Cuius quidem dicti eſt ratio fundata in
6 vulgata iuris regula, vt qualem quis ſe fa-
cit pro fundamento ſuæ intentionis talem
ſe probare debeat,& fundamentũ ſuę vnuſ-
quiſque probare teneatur, *l. quod aſſeuerat
C.de probat.l.2.& l.in exceptionibus ff.eod.tit.
cap.inter dilectos de fide inſtrument.*pleniſſimè
multa huius farinæ cumulans *Ludouic. in
concluſ.14. Carau.in rit.294.col.1. Maſcard.
de pro-*

de probat. conclus. 1244. vbi latè ad plures inferr quæstiones firmans in eodem *tractatu quæst.* 1. *num.* 12. *in fin.* quod probatio consueuerit appellari anima processus, quia respicit victoriam, & decisionem causæ, & secundũ *Bal. in cap. quia propter nu.* 2. *de elect.* dicitur nauicula, qua iudiciũ ducit ad portum, omnisq; iustitiæ fori contentiosi pendet à probationibus, *Costa in tract. de retrotract. pag. mihi* 198. *num.* 3.

7 Et hæc probatio debet esse plena, & sollemnis, *Alex. cons.* 147. *vol.* 6. *Gratian. decis.* 114. *num.* 18. & secundum *Decian. cons. siue respons.* 24. *nu.* 61. *lib.* 1. probatio actoris debet esse certa, & concludens, non autem dubia, & incerta, neque sufficit, vt concludat per possibile, sed per necesse, & quilibet tenetur probare fundamentum intentionis suæ, siuè affirmatiuum, siuè negatiuũ. *Bertr. cons.* 75. *num.* 4. *lib.* 2. vbi dicit, quod fundamentũ intentionis venit in omnibus actionibus probandum, quod procedit, siuè quis agat, siuè excipiat, siuè afferat, siuè deneget, *Dec. in l. si emancipati col.* 2. *C. de collat. Cacheran. decis.* 171. *num.* 8. *& probatur in l.* 2. *ff de procurat.* sequitur *Crauett. cons.* 226. *nu.* 8. vbi tradit quod tàm actor, quàm reus tenetur probare suam intẽtionem, vnde reus absoluitur actore non probante, quamuis reus sit vir nequam, & actor sit vir probus, *Iaf. in l. qui accusare num.* 5. vbi *Alciat. nu.* 17. *& Dec. num.* 6. *C. de edend. Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 92. *num.* 8. vbi *nu.* 16. dicit hoc habere locum etiam in causis beneficialibus, prout etiam tenet *Crauett. in cons.* 104. *in fin.* allegans enim dicensque al quid id probare debet, iuxta *glos. in cap. non est de consuet. in* 6. *& in clem. vnic. de restitut. in integrum. Felyn. in cap. cum dilectus col. penult. de accusat.* latè *Marsil. in l.* 1. *§. si quis dicatur num.* 4. *ff. de quæstionib.* abundè *Mascar. de probat. concl.* 88. vbi ad plura ex hoc infert, vt apud eum videri potest, vndè in *Rota Romana teste Mohedano in decis.* 1. *de exception.* fuit decisum

8 coram R.P.D. Episcopo Aquen. 20. Decembris 1538. quod excipienti de non numerata pecunia contra obligationem in forma Cameræ incumbit onus probandi suam exceptionem, quod Ego practicaui in causa Clerici Diomedis Martellini Capuanæ Diœcesis.

Hinc enim videmus, quod stante statuto vt causæ consanguineorum compromitti

9 debeant vsque ad talem gradum, vt in Regno nostro est sancitum per *Pragmaticam odia litium de compromissis*, qui petit compromissum tanquam consanguineus in illo gradu talem se probare debet, *Abb. in cap. tua nos notab.* 2. *de consang. & affin. Dec. consil.* 221. *Alex. cons.* 82. *lib.* 2. *Alciat. de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 28. *nu.* 1. & hinc excipienti contra habentem fundatam intentionem incumbit onus probandi suam exceptionẽ, vt decisum in *Rota Romana* refert *Mohed.*

10 *in decis.* 1. *de except.* & hinc vendicanti feudum ex pacto, & prouidẽtia incumbit onus probandi descendentiam à primo acquirente, *D. Regens Tapia Marchio Belmontis decis. supremi Senatus Italiæ* 2. *art.* 1.

11 Hinc agens vti Procurator debet probare mandatum, vt latè post alios quos allegat habetur per *Mascard. de probat. conclus.* 107. *& conclus.* 975. & nouissimè tradit *D. Ricc. in decis.* 149. *par.* 2. vndè meritò Curia Archiepiscopalis Neapol. iudicauit, quod opponẽs rescriptum esse subreptiũ teneatur probare, tradit idem *D. Riccius in decis.* 198. *par.* 1. & fuit dictum in vna Ciuitaten. constitut. Cappellaniæ 20. Februarij 1589. coram Seraphino, deinde Cardinali Illustrissimo.

12 Et huc spectat, quod volens agere tanquam hæres, vel filius probare prius debet se hæredem, vel filium esse. *Menoch. de retinend. possess. d remed.* 3. *num.* 164 *Paris. consil.* 112. *num.* 240. *lib* 2. *Soccin. iun. cons.* 86. *nu* 74. *lib.* 2. *Dec. allegat cons* 321. *num.* 2. *D. Ricc. dec.* 77. *nu.* 12. *par.* 4. *Marta* qui plures contarcinat *cons.* 86. *nu.* 3. nõ enim sufficit in libello dicere se esse pupillum, aut infirmum, nisi probet se talem necesse est enim, vt quidquid in libello enunciatur, probetur *Dec. cons.* 60. *num.* 2. *Cacheran. decis.* 171. *num* 9. *in fin. & decis.* 108. *num.* 9. vnde dicens, beneficium cadere sub indulto excedere 24. duc. & debere expediri nouam prouisionem tenetur probare, *Mohedan. decis. Rot. Roman.*

13 20. *de præbend.* & allegans seruitutem illam probare debet, vt est communis opinio de qua *Berous cons.* 65. *nu.* 157. *vol.* 1. & alij apud *D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 28. *part.* 3. vbi ait alleganti seruitutem itineris non sufficere verificare quasi possessionem ad effectum probandi dictam seruitutem in petitorio.

Hinc in causa Elionoræ de Otranto interrogatus respondi, latè quod onus pro-

14 bandi incumbat mulieri, quæ renunciauit hypothecæ agenti contra emptorem bonorum mariti hypothecaria, quod marito nõ superfluerent alia bona, de quibus sibi consuli posset, vt habetur per *Castrens.* qui dicit hoc habuisse in facto, in *l. mania §. fundus num.* 4. *ff solut. matrim.* quem refert, & sequitur *Gutierez de iurament. confir. par.* 1. *cap.* 20. *nu.* 20.

num.20. & sequenti, & hinc nouissimè *Phabus in decis. Rot. Lusitan. 76. numer. 4.* dicit, quod qui se fundat in tempore, non poterit obtinere, si in indiuiduo de illo tempore non probet, vt etiam *tenēt ibi DD. in l. cum te minorem C. de probat. Bar. in l. non solum §. sed vt probari ff. de nou. oper. nunt.* cum alijs per *Ias. in rub. C. qui admitti num. 7.* in tantum quod probare oportet, nec sufficit dicere *Glos. recepta in l. 1. in princ. ff. si quadrup. pauper. cap. dilecti de except. Ias. in l. si prius nu. 97. ff. de nou. oper. nunnciat. Felyn in cap cum cum dilectus num. 6. de accusat. Paris. cons. 115. num. 5. vol. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 178.*

15 Animaduertendum tamen est, vt id, quod diximus de personis priuilegiatis eligentibus forum debere probare se esse tales, non est intelligendum, vbi hoc esset notorium, quia tunc non erit opus probatione, iuxta *glos. in clem. appellanti in versic. alias de appellat.* illam sequuntur communiter *DD. Io. Andr. Imol. Cardin. & Domin. in cap. condi de appellat. in 6. Angel in l. necessarijs num. 5. ff. de acquirend. hæred. Bal. in l. cum fratrem col. 3. C. de his quibus vt indign. Cephal. cons 75. num. 46. vol. 1. Alex. cons. 226. col. 3. vol. 6.* quos refert, & sequitur *Mascard. de probat. conclus. 88. num. 50.* & ita dicebam in in causa Notarij Petri Iacobi Razzij, & Marcelli Filatij in anno 1625. quoniam
16 notorium nō indiget probatione, & qui illud deducit releuatur ab onere probandi, *Bald. cons. 229. num. 5. vol. 1. D. Ricc. d. decis. 77. num. 19 part. 4.* & sufficit illud allegare *Antonin. variar. resolut. lib. 2. cap. 40. num. 9.* annuens consuetudinem notoriam non egere probatione, ex *Bal. in l. filiusfamilias §. veterano ff. de de offic procur. Crauett. cons 127. num. 9. Rimin. Iun. cons. 266. num. 22. vol. 3.* & hinc in facto dicebam in causa Venerabilis Monasterij S. Io. ad Carbonetum, cum Ve-
17 nerabili Monasterio Reginæ Cœlorum Ciuitatis Neapolis regulam illam impedito tempus prosequendæ appellationis nō currere *Bald. in cap. ex parte col. 3. extra de appellat. Tiraquell. de retract. consang. §. 35. glos. 4. num. 9. in fine. Seraphin. decis 300. num. 5. vol. 2. Boer. decis. 247. nu. 24 Verall. decis. 13. par. 2. Magon. decis Lucens. 49. num. 21.* quæ est vera vbi protestationes plures nempè duę intercederent tempore impedimenti, vt per *Alex. cons. 19. col. 2. vol. 1. & cons. 49. col. 2. vol. 2. Cacherau. decis. 12. vbi latissimè per tot.*
18 non procedere, quando impedimentum aliundè detegitur, vel est notorium, cum tunc protestationes non sint necessariæ, iuxta tradita per *Afflict. decis. 50. num. 5. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 117. 136. & 166. Verall. decis. 73 par. 2. Boer. decis. 40. nu. 8. Crescent. decis. 5. nu. 2. de except.* vnde licet excommunicationis declaratio fieri debeat parte citata ad dicendum causam, quare non debet declarari excommunica-
19 tus, alias est nulla, *Glos. in clem. præsenti in verbo constiterit de censibus*, vbi etiam *Abb. Felyn. plenè cap. Rodulphus de rescript.* de quo pariter in Curia Archiepiscopali huius Ciuitatis habemus *Ritum 3.* tamen id non est necesse, quando declaratio fiat super excessu notorio, *cap. peruenit il 1. de appellat. Genuens. in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap. 23. nu. 16.* vbi tamen declarat procedere, dummodo certum sit, non posse competere aliquam iustam excusationem, ex doctrina
22 *Felyn. loco supra citato*, notorium inquam non subiacet regulis iuris communis, *Paris. cons. 1. num. 37. vol. 1. Bursat. cons. 225. nu. 12. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 16. num. 29. vol 4.* quos cum alijs recollegit *Grass. in tract. de except. cap. 5. num. 3.* quo in loco firmat statutum reijcientem omnes exceptiones non
21 censeri reijcere notorias, & manifestas, *Abb. cons 4. lib. 1. Dec. cons. 49. num. 2. Franc. Marc. decis. 208. num. 2. Menoch. de præsump. libr. 2. præsumpt. 48. num. 2. Milanens. decis. 8. nu. 25. & 33. lib. 2.* ita vt illam admitti ad-
22 uersus executionem census iuxta formam Bullæ tenuit *Intrigliol. in comment. ad eandem Bull. quæst. 19.* dummodo tamen constet ex inspectione instrumenti Bullaris, vt per *Grass. loco citato num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *ASsertio facta animo non deliberato, nihil probat.*

2 *Verba narratiua non inducunt dispositionem.*

3 *Sanitas mentis non probatur ex Notarij assertione, & in quibus nec assertioni Notarij statur, num.*

5 *Notarius dicitur persona egregia, & oraculum veritatis.*

6 *Notario creditur in eis, quæ pertinent ad eius officium.*

ARGVMENTVM.

Notarij assertio in procurationis instrumento scilicet (talis Vidua, & talis Pupillus &c.) an sufficiat, ita vt non requiratur alia probatio ad verifi-

verificandum se esse tales, quales esse negatur per aduersarium.

QVÆSTIO XX.

Regulariter, stylus Notariorum est, vt quoties conficiant procurationis instrumenta soleant ibi apponere hæc verba videlicet. (Talis vidua, talis pupillus, talis virgo &c.) fecit, constituit suum Procuratorem talem in forma &c. ac etiã cum potestate iurandi perhorrescentiam, & forum declinandi, seu eligendi; quare posset dubitari, si huiusmodi assertio Notarij in instrumento procurationis facta opituletur, ita vt non sit necessaria alia probatio ad verificandum se esse tales, si negetur, & opponeretur non esse tales, vt supra in præcedẽti quæstione loquuti sumus.

In cuius articuli resolutione quidquid dubitare videatur *Muscatellus qui in sua praxi S. §. glos. competentes num. 84.* adductis nonnullis fundamentis pro, & contra relinquit cogitandum.

1 Ego firmo regulam, vt præfata assertio minimè sit sufficiens ad verificandum id, quod negatur à parte aduersa, quoniam similis assertio facta per Notariũ est enunciatiua, & mente deliberata carere præsumitur, nec principaliter ad illum effectum prolata dici potest, & ideò minimè probat, vt post plures quorum doctrina vtitur demonstrat *Vasq. libr. 1. suarum controuers. iur. cap. 30. num. 8. & habemus text. in l. ex his C. de testament. milit. & in cap. si Papa de priuileg. in 6.* cum plenissimè traditis per *Genuam in suo speciali tractatu de verbis enunciatiuis.*

2 Sicuti verba narratiua super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere *Diaz reg. 781. Guttierez practicar. quæstion. lib. 3. quæst. 17. num. 61.* nec plenam probationem efficiunt, nisi proferantur principaliter propter se, *Mascard. de probat. conclus. 622. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 133. in princ. Pereira de nominat. emphiteus. quæst. 1. à num. 47. Castill. quotid. quæst. lib. 2. cap. 16. nu. 76. Card. Tusc. conclus. 81. lit. V.*

Vltra quod præsumendum est, Notariũ non cognoscere illas personas, quæ quidem falsò sic appellari se facere possent, & eueniret absurdum, vt ex eorum simplici assertione comodum priuilegij (cum illud non habeant) consequerentur, quinimò obstaret, nam viderentur deponere in facto proprio, quod iura abhorrent.

3 Et confert pro corroboratione illud simile, quod vbi Notarius in testamento asserit testatorem fuisse sanè mentis, non per hoc probatur sanitas mentis, nisi aliter constet *Marsil. in l. 1. §. si quis dicatur num. 4. ff. de quæstionib.* quem refert, & sequitur *Barbos. in collectan. ad ius canonic. collectan. ad cap. cum dilectus num. 8. de success. ab intestato*, & vide *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15. num. 17. Dilect. de arte testand. tit. 1. caut. 6.* prout nec creditur

4 Notario asserenti in instrumento totam Vniuersitatem, vel Collegium interuenisse, *Mascard. de probat. conclus. 2095. num. 24.* vbi etiam quod nec creditur Notario asserenti ad Sindici constitutionem duas partes Vniuersitatis adfuisse, ex *Federic. de Senis, Cardin. Alexand. Soccin. & alijs*, quos ibi allegat concordantes, quamuis contrarium nouissimè affirmet *Ramonius conf. decis. 87. numer. 21.* prout Notario dicenti in instrumento fuisse decretum interpositum, nec adhibetur fides, *Benintend. decis. 2.* quem refert, & sequitur *Dom. Riccius decis. Curiæ Archiepiscop. 32. part. 3. num. 5. vbi num. 6.* pariter firmat assensum non probari ex verbis Notarij, ex *Afflict. in cap. 1. colum. 4. de alien. feud. Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2. quæst. 25. Garsiá decis. 27.* quod habui in facto in causa Melchioris de Susanna, cum hæredibus quondam Lucæ Antonij Malaracchæ de anno 1624. & iterum in anno 1626. practicaui in causa Ludouici Nardifij, cum Marco Aurello Spatafora.

Licet Notarius dicatur persona egregia, & magna fide digna, vt post antiquiores notauit *Barz. decis. Bonon. 50. numer. 9.* annuens, quod creato Notario, quodammodo dicitur creatum oraculum veritatis, & regulariter pro eo semper est præsumptio, *cap. ad audientiam de præscript. DD. in l. cum præcibus C. de probat.* ita vt illius testimonium optimum censeri, & alijs præualere scribit *Menoch. consil. 92. num. 88.* affirmans *in tractatu de arbitr. Iudic. lib. 2. cap. 90. num. 6.* Notarijs plenam esse adhibendam fidem, sequitur *Gabliel consil. 42. colum. 3.* cum illis credatur in his, quæ pertinent ad eorum officium, *l. apparitores C. de exact. tribut. l. si quis decurio C. de fals. Bart. in l. si librarius colum. 1. de regul. iuris Ruin. cons. 159. col. 7. num. 16. lib. 3.* quos nouiter recollegit *Christophor. Martius decis. Rota Senens. examinat. 9. num. 27.* & si secus in his,

in his, quæ sunt extra officium, nouissimè *Marta cons.44.num.22.*

Indè Notarij declarationi standum esse cum dubitatur, quid testator senserit, consuluit *Calcan. cons.48. nu.21.* & post eum *Camill. de Medic. cons.95. num.114.& Ramonius cons.decis.87.num.21.*

Quemadmodum Notario attestanti scripturam esse publicam credi voluit Rota Romana apud Illustrissimum Card. *Caualerium decis.640. num.4.* qui in *decis.644. nu.4.* firmauit credi pariter Notario circa ea, de quibus fuit rogatus, quod etiam scripsit Illustrissimus Card. *Mantic. decis. eiusdem Rotæ 302.* vndè secus in his, quæ non fuit rogatus, vt per *Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.79.num.7.& Mar. Antonin. variar.resolut.lib.3.cap.1.num.41.* qui *cap.44.lib.1.num.2.* voluit Notario attestanti de re non visa tempore instrumenti non credi, ex *Jas. in l.singularia num.50. ff.si cert.pet. Marsil. sing. 462. Mascard.de probat. conclus.1096. num.9.* & alibi *Rota diuers.decis.248.num.2.par.1.*

Vnde in facto consultus dicebam numerationem pecuniæ requisitam in contractu census iuxta vulgatam Pij V. Bullam non probari ex simplici attestatione Notarij, qui minimè vidisse pecuniam, & illam fuisse numeratam coram ipso, & testibus tempore instrumenti asserebat, tunc enim numeratio probatur per attestationem Notarij, vbi attestatur de numeratione facta corā ipso, & testibus, vt pluries censuit Rota Romana, & precisè apud *Ludouisium* deindè sanctissimum *decis.157.num.6.*

Sed Notarius quam fidem faciat tanquam Notarius, vel tanquam testis, declarat Valasc.decis.89.

Et per has viginti quæstiones sit impositus finis huic primæ Sectioni ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, eiusque Sanctissimæ Matris. Amen.

Finis Primæ Sectionis.



IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI

TRACTATVS, siue PRAXIS ELECTIONIS, & VARIATIONIS FORI.

SECTIO SECVNDA.

IN QVA PERSONAE PRIVILEGIATAE huiusmodi Electionis, & Variationis Fori beneficio gaudentes recensentur.



SVMMARIVM.

1 *Genus regulariter includit omnes species, etiam si in vna specie maior sit ratio quã in alia.*

2 *Miserabiles personæ dicuntur illæ, quas ad miserandum natura nos inducit.*

3 *Miserabiles personæ, quæ nam expressè à iure vocentur.*

4 *Iudicis arbitrio relinquuntur, quæ sub certa regula claudi non possunt.*

5 *Filius non solum ex causis enumeratis in Auth. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque Capitulum exhæredari potest, sed etiam ex similibus.*

6 *Donationes factæ non solum reuocantur ex causis à iure expressis, sed etiam ex similibus.*

Moniales exire possunt à Monasterio non solum ex causis consideratis in Bulla Pij V. sed etiã ex similibus, ibidem.

7 *Vbi eadem est ratio, ibi idem est ius, & num. 8. & 9.*

10 *Instrumenta confecta per Notarios vassallos fidem non faciunt, & amplia vt nu. 11.*

12 *Argumentum de similibus ad similia valet.*

13 *Simile facilè transit ad idem, licet regulariter non sit idem.*

PRÆFATIO.

1 QVONIAM sub genere includuntur omnes species, *l. omnes*, vbi *Angel. notat C. de præscript. 30. annor. l. semper ff. de regul. iur. Antonin. Maceraten. var. resol. lib. 1. resolut. 33. num. 2. vbi num. 3.* intelligit verum esse, etiam si in vna specie maior sit ratio quam in alia, per *tex. in l. 1. §. quod autem ff. de aleatorib.* sequitur *Surd. decis. 255. num. 30. & cons. 359. num. 19.* meritò antequã ad speciem scilicet ad singularum priuilegiatarum personarum enumerationem descendere videar de genere prius tractando loco præludij apponere

 arbi-

arbitratus sum hoc declinandi forum priuilegium tam vigore *l. vnic. C. quando Imperat.* quam *Constit. Regni statuimus de magistr. iustit.* miserabilibus personis competere.

2 Quæ quidē appellantur omnes illæ, quarum natura propter fortunæ iniuriam nos mouet ad miserandum, *Azo in sum. C. quando Imper. inter pupill. & vid. Scaccia in tract. de appellat. quæst. 7. nu. 138.* & dicuntur miserabiles, quasi miseria habiles, iuxta *Isidori sententiam lib. 10. ethimologiarum*, & vigore *text. in cap. ex parte*, ibi, ipsius miseriæ miserandum *de clerico ægrotant. Rebuff. in constitut. Franciæ tract. de prouis. artic. 3. glos. vltim. num. 15.*

3 Harum autem aliquæ à iure expressis sic vocantur verbis, vt sunt pupillus, vidua, & morbo diuturno fatigatus, vt sanè hos miserabiles esse declarauit *Imperator in nuper allegat. l. vnic.* vndè Iudicis arbitrio relictū non est, an ij dicantur miserabiles, iuxta *Soccin. sententiam in cap. ex tenore de for. competent.* quam commemorat *Couarru. practic. quæst. cap. 6. num. 3. in fin.* non enim dicitur arbitrarium Iudicis, quod certò iam iure diffinitum est, vt refert *Menoch. de arbitrar. Iudic. quæst. 14. lib. 1.*

Aliæ verò personæ (vltra enumeratas) quæ passim à DD. inter miserabiles reponuntur Iudicis arbitrio remittuntur, prout in hoc casu intelligūtur illa verba *d. l. vnic.* ibi (Aliæ iniuria miserabiles, & expresſè habetur per nostram *constit. Regn. Statuimus*, vbi priuilegium electionis fori conceditur personis miserabilibus, nullis expresſè in specie nominatis, prout in *d. l.* sancitum fuit de pupillo vidua, diuturnoq; morbo affecto, & sic de iure communi loquuntur *Bart. & Bald. in d. l. vnic. Dec. in authent. præterea C. vnde vir, & vxor, Oldendorp. in tract. de iure singul. in tit. de priuileg. miserabil. Innocent. in cap. significantibus de offic. deleg. Ripa in l. si constante ff solut. matrim. num. 30. Alciat in l. hæc adiectio num. 7. ff. de verb. signif. Guid. Pap decis. 556. Annot. ad Statut. Parm. in tit. de ratione summaria reddenda miserabil. person. versic. & quod arbitrarium sit, Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. de citat. resolut. 2. nu. 25. Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 25 num. 19. Gregor. Lopez in l. 48. in glos magna post med. tit. 6. par. 1. Perez in l. 13. tit. 3. lib. 2. & l. 1. tit. 1. lib. 3. ordin. Menoch. cons. 479. num. 5. Cabed. decis. Lusitan 54. num 9 par. 1. Paris. de resignat. benefic. lib 5. quæst. 6. num. 139. Bouadill. in sua polit. lib. 3. cap. 14. num. 75. Viuius in silua commun. opin. conclus. 61. num. 4. Bernard. Greu. ad pract. Imper. Camer. lib. 1. conclus. 1. consider. 1. num. 2.* & alij omnes, qui vnanimi voto affirmant vltra expressos à lege arbitrio Iudicis remicti, quæ nam dicantur miserabiles personæ ad effectum habendi electionis fori beneficium.

4 Quorum sanè sententia iustificatur eo, quia cum certa sub regula claudi non possunt rationabiliter Iudicis arbitrio illa relinqui debeat, vt post *Bal. & Beluis.* affirmauit *Parpal. in l. 1. num. 5. ff. solut. matrim.* & post ipsos *Menoch. de arbitrar. Iudic. in prohem. num. 5.* vbi hinc oriri annuit, vt Iudex legis auxilium ab *Eguinario Barone de diuiduis, & indiuiduis cap 4. num. 11.* appelletur.

Qare ipsiusmet Iudicis officium versari
debet, vbi aliqui casus inueniantur, in
quibus miserabilitatis maior ratio, vel
æqualis reperiatur. quia in illis idem cen-
setur dispositum, scilicet quod censeantur
miserabiles personæ, *argum. text. in l. his so-
lis C. de reuoc. donat.* & eorumque notat *Ale-
xand. in authent. non licet nu 4. C. de liber. præ-
terit. & in l. si quis id quod num. 19. ff. de iu-
risdict. omn. Iudic.* vbi dicit, quod est com-
5 munis opinio, quod filius non solum in ex-
pressis, *in authent. vt cum de appellat. cognosc.
§. causas, possit exheredari*, verum etiam ex
similibus, vel maiorem rationem habenti-
bus, *Perez in repetit. l. 1. §. si vir num. 119.
ff. de acquirend. possess. Surd. de aliment. tit. 1.
quæst. 19. Lopez in l. 8. in verb. otra razon tit.
7. part. 6. Marsil. singul. 78. Gerard. singul. 1.
Clar. in §. testamentum quæst 41. vers. seq qua-
ro, latè Gomes. lib. 1. variar. resolut. cap. 11. nu.
12. Rot Roman. diuers.* quæ alios citat testa-
turq; de communi, & ita decisum refert
*decis. 61. part. 2. Menoch. de arbitrar. Iudic.
casu 130. num. 4. Cardos. in praxi Iudic. & Ad-
6 uocat. in verb. pater*, vt similiter donationes
factæ ob quinque causas reuocabiles, iuxta
text. in l. final. C. de reuocand. donat. possunt
ob similes causas reuocari, *Clarus §. donatio
quæst. 21. Lessius de iustit. & iure lib. 2. cap. 18.
num. 104. Molina de primogenit. lib. 1 cap. 9.
num. 39.* & quamuis dictio tantum excludat
omnes casus præter expressos, *l. qui aliena
§. libertas ff. de negot. gest.* non excludit ta-
men casus similes, *Glos. in l. ob æs C. de præd.
minor. Sanchez* alios citans *de matrim. lib. 3.
disp. 31. nu. 6.* & licet tres sint causæ iustæ .s.
incendium, infirmitas lepræ, & epidemię, vt
vt valeant exire moniales à Monasterio,
iuxta (Bull. Pij V. incip. cura pastoralis) ta-
men ex causa simili benè possunt exire, *Gut-
tier. can. qq. lib. 1. c. 14. nu. 7. Azor. inst. moral.
p. 1. lib. 11. c. 8. q. 1. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 34.
art. 5. Io. de la Cruz de stat. relig. lib. 1. c. 5. dub. 4.*

7 Proue-

7 Prouenit autem hoc, quia vbi eadem est ratio ibi, idem ius est statuendum, *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. illud C. de sacrosanct. Eccles. l. à Titio ff. de furt.* & vbi est eadem ratio dicitur ad esse eadem lex non extensiue, sed comprehensiue, *l. item veniunt §. ait Senatus ff. de petition. hæredit.* latè *Tiraquell. in l. si vnquam in verb. libertis num. 45. & sequent. C. de reuoc. donat. Guttierez lib. 3. quæst. 17. num. 84. & seq. Gonzal. in regul. 8. cancellariæ §. 7. prohemiali num. 105.* plenè *Salycet. in l. 2. num. 21. C. de noxalib.* affir-
8 mans *num. 22.* quod quando est eadem ratio, & omnimoda similitudo etiam in correctorijs facienda est extensio, nec tunc dicitur fieri extensio iuris, sed terminorum, & procedere in lege pœnali, tradiderunt *Perez de Lara de cappellanijs lib. 1. cap. 5. nu. 24. Cardos. in praxi Judic. & Aduocat. in verb. lex num. 24. Rebell. de iustit. & iure quæst. 6. sect. 4. numer. 20. part. 1. lib. 1.* ratio enim est anima legis, *l. cum ratio ff. de bon. damnator.* vndè ratio legis vbi militat, ibi lex loquitur, & disponit, ac regulat ipsam legem, *Cardinal. Tuscus conclus. 31. & 32. lit. R.* & ratio legis ampliat dispositionem tanquam illius anima, *Surd. de aliment. quæst. 44. num. 15. tit. 1.*

9 Et statutum comprehēdit omnes casus, in quibus eadem, vel maior ratio viget, *glos. in l. illud verf. causa C. de sacrosanct. Eccles. & in l. sancimus C. eodem tit. & in l. transigere C. de transact. & in l. si quis seruo C. de furt. Salyc.* qui testatur de communi *in d. l. 2. nu. 21. verf. item contra C. de noxal.*

10 Hinc enim mensibus elapsis interrogatus respondi, Capitulum Regni incipiens: Ladislaus, vigore cuius sancitum est, vt instrumenta confecta per Notarios vassallos pro Barone aliquam fidem non faciant, quod recipit interpretationem etiā si apparerent facta contra Barones, secundum *Afflict. in constit. Regni in locis demanij col. 5. verf. sed mihi occurrit, Frecc. de præsent. instrument. part. 2. num. 3. Ann. singul. 244.* vbi quod instrumentum tale factum à vassallo non prodest, nec valet Baroni, & quod non noceat dicit esse decisum *Franch. in dec. 118. Marta in decis. 186. & Nos diximus forens. qq. quæst. 156. lib. 1.* recenter *Gait. in tract. de credito cap. 3. tit. 1. num. 820. cum seq.* proce-
11 dere etiam in affictatore alicuius Oppidi, seu Terræ, vt scilicet, quod sicuti non valet instrumentum confectū à vassallo Notario pro Barone, sic etiam pro affictatore, *Viscont. ad Franch. d. decis. 118. Marta allegat. decis. 186. col. fin. D. Riccius decis. Curiæ Archiepisc. 154. num. 5. part. 2.* qui nouissimè in *collectan. decis. 2739.* nostram refert allegationem de verbo ad verbum, vnde pragmaticam *5. de Baronibus*, qua prohibetur Baronibus, ne cogant vassallos ad conducendos eorum introitus, procedere in Affictatoribus, dixit idem *D. Ricc. collect. 2793.* vbi aliam nostram allegationem per extensum reportat.

12 Argumentum enim de similibus ad similia licitum, & & probatissimum est, *cap. in causis de re iudic. l. 1. C. de liber. præterit. Bero. cons. 4. num. 6. vol. 1. Corneus cons. 225. num. 3. vol. 1. Cauens. in Rit. Mag. Cur. Vic. 284. nu. 8. Grat. cons. 30. num. 31. vol. 1. Viuius* alios referens *in decis. 255. num. 2.* vbi subdit, tale argumentum de similibus ad similia sine scrupulo procedere, vbi militat eadem ratio, vt per *Corn. cons. 240. nu. 9. vol. 1.* & vbi omnimoda est similitudo, cum ex diuersis non fiat illatio, *Eugen. cons. 63. num. 48. & sequ.*
13 *lib. 1.* simile siquidem de facili transit ad idem *Cardin. Tusc. conclus. 247. lit. S.* licet regulariter non sit idem *glos in l. quod neruæ*, & ibi *Bar. ff. depositi l. pecuniam ff. si cert. pet. l. ad similitudinem C. de episcop. & cleric. cap. capitulum de rescript.*

Et generale est, quod ratio regulat omnem dispositionem illamque restringit, & ampliat ad casum, in quo ratio ipsa conuenit, *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. Afflict. decis. 106. num. 16. Peregr. de fideicommiss. artic. 14. num. 22. Mantic. de coniectur. vltim. volunt lib. 6. tit. 14 num. 23.*

In tantum quod inter miserabiles personas connumerandi sunt illi, qui auxilio proprio sunt destituti, aut alia de causa ius suum fouere impediti, vt apud *Specul. de instrument. edit. §. nunc verò aliqua nu. 62.* quem commemorat *Tesaur. filius in addit. ad Genitor. in decis. 177. in princ.*

De his autem singulis (annuente Deo) sigillatim per varias quæstiones luculenter, & magistrali solidaq; doctrina in hac secunda Sectione perbellè, & vtiliter tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Orphani reputantur miserabiles personæ, & ideo priuilegio electionis fori vtuntur, & eis datur Aduocatus pauperum, nu. 3. Orphanus ex Dauidis Prophetæ præcepto adiuuandus est.*

ARGVMENTVM.

Orphanus an Electionis,& Variationis Fori priuilegio gaudeat.

QVÆSTIO I.

1 REgula eſt cõmuni calculo à DD. recepta orphanum nominari miſerabilem perſonam,& illarum appellatione venire, ita vt tanquam tales gaudere beneficio electionis fori conceſſo per Imperatorem in *l. vnic. C. quando Imperator inter pupill. & vid. & in conſtit. Regni ſtatuimus de magiſtro Iuſtitiario;* ſanè notarunt *Butr. in cap. ſignificantibus nu. 22. de offic. deleg. Addit. ad Guid. Pap. deciſ. 566. Formular. Prouincial. c. 24. Commun. opin. diuerſ. tom. 1. lib. 6. fol. 86. num. 31. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 23. §. ſed pone num. 10. Foller. in conſtitut. Regni lege præſenti num. 3. de iuſtit. & iur. fol. mihi 108. Capra in regul. 30. num. 11. Modernus noſter Neapolit. in tract. de iuriſdict. part. 2. cap. 21. num. 5. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. concluſ. 2. num. 30. de citat. Barboſ. in remiſ. DD. ad ordinat. Reg. Luſit. lib. 3. tit. 5. de citat. §. 3. num. 1. Cardin. Tuſc. concluſ. 273. num. 2. lit. M. Eſcobar. de ratiocinijs adminiſtr. cap. 25. num. 17. Teſaur. deciſ. 177. nu. 1. Caſtill. controuerſ. iur. lib. 3. c. ap. 25. num. 17. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 11. num. 74. tom. 1.*

2 Pro cuius receptæ concluſionis corroboratione facit illud, quod aſſeuerat Propheta *Dauid pſalmo 9.* ibi ſcilicet (Tibi derelictus eſt pauper orphano tu eris Adiutor) quaſi quod illius ibi miſeretur tanquã miſerabilis perſonæ,& ideò rationabiliter huiuſmodi beneficium ſibi competere,ſicuti & cæteris miſerabilibus perſonis concludendum eſt tueri inquam illos ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio in *cap. 1. 87. diſtinct.* ibi (Orphanis Eccleſiæ præſidium implorantibus Epiſcopi debent adeſſe, & contra improborum violentias protectioniſque patrocinium eis negare non debent.)

3 Quare Orphanis dandum eſſe Aduocatum pauperum tanquã miſerabilibus perſonis, notatur apud *Afflict. in conſtit. Regni lege præſenti*, & approbarunt omnes Moderni paſſim,& quotidiana viget praxis.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio in iure eſt periculoſa.*
2 *Orphanus quis dicatur, & num. 3. & 5.*
4 *Orphanus in quo differat à pupillo.*
6 *Orphanus excedens quartumdecimum annum an gaudeat electione fori.*
7 *Praxis localis non extenditur ad alias regiones.*

ARGVMENTVM.

Orphanus quis dicatur ad effectum, vt valeat huiuſmodi Electionis Fori beneficio vti.

QVÆSTIO II.

QVoniam ab omnibus iuris Authoribus, & ſacræ Theologiæ profeſſoribus vetuſtiſſimum eſt admoneri in ſingulis rebus inchoandum eſſe à diffinitione, vt id de quo agitur melius
1 perpendatur; & quamuis omnis diffinitio in iure ſit periculoſa, & raró eueniat, vt ſubuerti nequeat, iuxta tradita in *l. omnis diffinitio ff. de regul. iur. & in l. 1. §. dolo ff. de dol.* vbi communiter DD. tamen non per hoc prætermittam quærere quis ſit orphanus, cui priuilegium hoc eligendi forum competere communis DD. ſchola docet.

Et breuitati (iuxta morẽ) ſtudendo diffinitionem prædico, prout melius de iure
2 aſſignari poteſt orphanum dici illum, qui patre, & matre caret, & ſic vtroque parente orbatus eſt, prout communi calculo notarunt Interpretes omnes in *l. orphanotrophos C. de Epiſcop. & cleric. Sicard. in rubr. C. quando Imper. inter pupill. & vid. num. 3. Rebuff. in conſtitut. Franciæ tit. de ſentent. prouiſ. gloſ. fin. verſ. ſecundo orphani, Azeued. in l. 8. tit. 3. lib. 4. nouæ collect. ſiue recopilat. num. 7. Roland. conſ. 76. num. 46. lib. 1. Foller. & Balzaran. in conſtitut. Regni lege præſenti ille nu. 3. iſte num. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 66. in addit. num. 7. Caſtill. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 25. ſub num. 17. Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 182.* ibi (ſiue ſit ſine patre,& matre,quo caſu dicitur orphanus.)

3 Et licet ſecundum eundem *lib. 4. diſcept. forenſ. cap. 666.* orphani appellentur, qui carent patre, & præſidio paterno, & qui ſummopere deſiderant eius opem, cum abſque vllo malè ſe habeant, & ſit greca vox, quæ ita explicatur à *Laur. à Vall. lib. 4.* vt referunt *Spicileg. & Calepin. in verb. orphanus,* vbi quod differt à pupillo, qui licet ſit orbatus patre, tamen non caret paterno præſidio, cum tutorem habeat, ſequuntur

Coraſ.

Coras. in tract. inuentar. in princ. num. 7. Alciat. in lib. 1. præter in istorum in verbo orphanotrophus Gregor. in sintagm. iur. par. 2. lib. 12. cap. 1. num. 5.

5 Et iuxta *Troysij* sententiam quam reponit in *pragmatica Regni cursu dilationum de publicatione processus num. 28. in fin.* orphani illi vocantur, qui non habent matrem in ætate tamen nouem annorum, vel infra, ex *Cyn.* quem allegat *in d. l. Orphanotrophos, & Castrens. in rub. C. quando Imper.*

Ego tamen (vt meum interponam iudicium) à prima opinione recedendum esse, nō puto affirmans orphanum appellari orbum patre, & matre quatuordecim annorum ætatem non excedentem.

6 Et quamuis *Lopez in l. 41. Hispan. in verbo, los versanos nu. 15.* annuat orphanum etiam excedentem quartum decimum annū gaudere fori priuilegio, & consequēter videatur esse in opinione ætatem nō esse de substantia, vt pariter scribit *Escobar. de ratiociniis administr. cap. 7. nu. 60.*

Tu tamen id non dicas verum in Regno, & in singulis Regionibus, sed in Hispania tantum, vbi talis practica viget, vt testatur idem *Lopez in l. 5. tit. 3. part. 3. recopil.* vbi his vtitur verbis (In practica tamen in isto Regno intelligitur quoad istum casum si sit orpanus carēs patre, licet maior quatuordecim annorum, minor tamen vigintiquinque annis, & ita practicatur) refert, & sequitur *Castill. controuers. iur. d. cap. 25. nu. 17. in fin.*

7 Ex quorum verborum serie apertè patet hanc praxim esse localem, & non posse extendi ad alias regiones, maximè quia iuris regulis aduersatur, vt est notum; quare meritò licet Claudius Malopede per viā electionis fori tanquam orphanus venisset ad Regiam Audientiā Luceriæ pro lite vertente inter ipsum, & Marcellum Ferratum, tamen consultus Ego ab vno ex Auditoribus illius Audientiæ fui in voto nō potuisse expediri prouisiones pro transmissione actorum ligando manus Iudicis ordinarij, coram quo cępta erat lis, stante quod à parte aduersaria in promptu præsentata erat fides Parochi de ætate prædicti Claudij, quæ excedebat quartum decimum annum, & ita fuit exequtum, & iterum in præsenti anno 1628. me instante tanquam Regio Gubernatore Aierulæ, & Plagiani, fuit seruatum per Mag. Cur. Vic. in causa illorum de Porpora.

SVMMARIVM.

1 Pupillus gaudet fori electione etiam si sit spurius, num. 2. & quamuis lite incepta sit factus adultus, num. 3.

4 Pupillus Doctor gaudet fori electione, sed non gaudet beneficio restitutionis in integrum, & num. 5.

6 Pupillus qui vxorem duxit, habet priuilegium electionis fori.

7 Pupillus existens sub potestate aui, est priuatus priuilegio eligendi forum, licet non beneficio restitutionis in integrum, nu. 8.

9 Pupillus Hebreus nō vtitur priuilegio electionis fori.

10 Pupillus qui conuenitur ex contractu paterno, non potest allegare fori declinatoriam, sed vide vt num. 12.

11 Pupillus impeditur petere primum, & secundū beneficium in lite, quæ fuit inchoata cū eius patre defuncto.

ARGVMENTVM.

Pupillus An, & quando gaudeat Fori Electionis, & Variationis priuilegio.

QVÆSTIO III.

1 Regula est, pupillum tanquam miserabilē personam gaudere priuilegio electionis, & variationis fori, vt expressè cautum est per *rubr. & tex. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & tradunt *Andreas de Isernia, Afflict. Lall. de Tuscia, Foller. & Balzar. in constitut. Regni statuimus, idem Afflict. decis. 257. Gramat. dec. 20. Benincas. de priuileg. pauper. quæst. 4. num. 12. Tesaur. decis. 177. num. 1. Curau. in Rit. M. C. V. 235. num. 5. Præses de Franch. decis. 10. num. 1. & 16. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. casu 66. num. 5. Borrell. de Regis Catholici præstantia cap. 61. nu. 56. & 57. & in summa decis. tit. de iurament. perhorrescentiæ num. 7. Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 25. num. 3.* & omnes DD. passim vnanimi consensu.

2 Amplia firmatam regulam procedere etiam in pupillo spurio, cum eadem miserabilitatis ratio in illo consideretur, quæ in pupillo legitimo, & naturali, cui in omnibus assimilatur, *Bar. in l. si quis pro emptore num. 19. ff. de vsucap. Gabriel cons. 21. num. 26.*

vol.1.Rota diuer.decis.367.num.8.par..refert Marchesan. in sua praxi commiss. tit. de auocat.cauf. part.2.§.2.num.112. cum seq. vbi ad partes disputat articulum, & huic tandem assentitur opinioni.

3 Amplia Secundo, procedere etiam si lite incepta ipse pupillus factus sit adultus, vt scribit *Tesaur.d.dec.177 nu.4.* vbi etiam *Gaspar filius in addit. in 2. apostilla*, qui sic decisum in Senatu Sabaudiæ affirmat, sequitur *Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.casu 66. nu 36. Borrell in summa decis. tit.de iur. perhorrescen. num 30. Giurba decis.82.num.13. Pascal. de patria potest. part.2. cap.2.num.101. D. Ricc. decis Cur.Archiep.174.num.5. in fin. part.3.* vbi Nos in prima impressione allegat, & sequitur iuxta quam ampliationē vidi nouissimè seruatum per M.C.V.in causa Vincentij,& Leonardi Caputi, cum hæredibus quondam Siluestri de Maio.

4 Amplia Tertio, etiam in pupillo Doctore (si fortè ex dispensatione obtenta in Regno quis in pupillari ætate doctoratus laurea esset insignitus, vt ad collegium citius peruenire possit,vt in dies videmus) nam illum gaudere priuilegio fori non dubito argumēto eorum, quæ cumulauit *Sarmient. select.interpret.lib.3.cap.12.à num.6. cum seq.*

5 vbi doctè quidem tuetur opinionem minori iurisperito non posse denegari beneficium restitutionis in integrum, quamuis in hoc non desint contrarium tenētes, vt *Glos. in l.professio C.de muner.patrim. lib.10. Oddus de restitut.in integr.quæst.23.num.24.Rouit.in pragmat.1.de Senat.Consult.Maced. num.49.in nouiss.* vbi testatur ita fuisse *decisum in Sacr. Consil. sub die 26. Aprilis 1616. Imbrian.de primo,& secundo beneficio consider.3.num.95. & seq.*quorum opinio non obstat huic ampliationi, cum dispar ratio vigeat in vno, quam in alio.

6 Amplia Quarto, procedere etiam si pupillus vxorem duxisset, nam per contractū matrimonij tale priuilegium non amictit, prout dum casus accidisset inter Raphaelem de lo Giorno pupillum, & Iacobum della Ripa,in hanc consultus deueni sentētiam in anno 1625. dum opponeretur prædictum Raphaelem non potuisse per viam electionis fori pro causa inter ipsos vertēte in eorum domicilio venire ad Regiam Audientiam Ciuitatis Licij, sub prætextu quod contraxisset sponsalia de præsenti, cū Catherina de Simeone.

Amplia Quinto, firmatam regulam esse veram,etiam in pupillo,cuius malitia suppleret ætatem, nam licet vigore *text.in l.3. in princ. C. si minor. se maior. dix.* vbi in minore malitia supplet ætatem restitutionis auxilium denegandum est,vt etiam probat *Sfort.Odd. de restitut.in integr. quæst.23.art.3.*

Tamen ratio huius dicti est clara, quia tale beneficium fuit inductum ratione imbecillis ætatis, & consilij, vt percipitur ex *l.1.ff.de minor.*at priuilegium electionis fori concessum fuit pupillo non solum ratione ætatis, verum etiam quia caret præsidio paterno, vndè licet malitia suppleat ætatem, adhuc restat orbatio patris,& proindè succedit regula, quod remedia duo vbi competunt vno sublato restat, & aliud, & ratio duplex vbi viget, vna cessante non cessat altera, prout duplici ligatus funiculo, vno soluto, adhuc ligatus remanet, lex si quidem si duplici nitatur ratione, quamuis altera deficiat,sustinetur tamen decisio propter aliam, *§.affinitatis inst. de nupt. Vasc. decis.60.num.6.*

Limita tamen eandem conclusionem nō procedere in pupillo, qui habet auum, sub cuius potestate residet, nam tali casu non esse impartiendū huiusmodi electionis fori priuilegium determinauit Sacrum Consilium, vt testatur *Præses de Franch decis.671.* vbi *D. Ricc. in addit. Nos allegat*, qui idem firmauit *in collect. decis.1. Thorus in modern. compilation.decis.Regni in verbo pupillus tom. 1. Pascalis de patria potestate part.2.cap.2.num. 92.in fin. Capiblanc.in pragm.8.num.326.de*

8 *Baron.* vbi quod non per hoc cessabit ei beneficium restitutionis in integrum, quoniā pupillus, & si habeat auum si sit læsus, poterit tali priuilegio vti, ad *text. in l. patris ff.de minor. Sfort. Odd. in tract. de restitut. in integr.quæst.49.artic.1.*& iuxta hanc sententiam Ego practicaui de anno 1626. in causa Nicolai Malaspinæ cum hæredibus Fulgentij de Starno.

9 Limita Secundo, vbi pupillus esset Hæbreus,nam non gaudere fori electione, tutatur *Marchesan.de commiss.tit.de commiss. auocat.caus.part.2.§.2.num.54. ex Angel. in §. 1. auth. de priuileg. Doct. Afflict. super constit.Regn. tit.de dand. Aduoc.nu 5. Isern.in constitut si quis in posterum, Carau. in rit.Mag. Cur.219.in princ.& Ricc.in addit.ad Præsid.de Franch.decis.671.* vbi Nos in specie allegat, & sequitur post huius operis primam Neapolitanam impressionem.

10 Limita Tertio,vbi pupillus conueniretur ex contractu paterno, nam eo casu non poterit vti hoc electionis fori beneficio, *vt est sancitum de Iure Regni per Rit. M.C.V.234. traditq; Præses de Franch.et ibi quoque D.Riccius*

cius in addit. nos allegans decis. 234. & 364. vbi quod quando pupillus succedit maiori, & lis est cœpta maiore defuncto, quod in tali casu nullo modo declinat forum, etiam quod illi competat electio ex priuilegio in corpore iuris clauso, per text. in l. hæres absens ff. de iudic. vbi Bart. & Iacobin. l. apud Iulian. ff. ex quib. caus. in possess. eat. sequutur Carrab. singul. 118. Petra ad Gramat. decis. 52. nu. 1. vbi quod sic procedit de iure Regni, licet secus de iure communi Thor. in compend. decis. Regni Neap. in verbo hæres tom. 1. D. Regens Tapia in constit. Regni statuimus num. 29. vbi subdit hoc procedere, quando lis esset contestata cum defuncto, & sic seruari in praxi testatur Viuius decis. 250. idem asserens

11 esse in primo, & secundo beneficio, quod secundum eum pupillus non potest petere, vbi lis est inchoata, & conclusum cum eius patre defuncto, & sic decisum refert in Regia Audientia Apuleæ, & ita pariter à Sacro Regio Consilio teste Afflict. decis. 212. sequuntur Carrab. singul. 117. Muscatell. in praxi S. C. glos. 6. verb. in integrum num. 13. Molfes. ad consuetud. Neap. par. 4. quæst. 8. iuxta quam limitationē annis longè elapsis reperi practicasse D. meum Genitorem Ioan. Dominicum Nouarium ad fauorem Magnifici Francisci Sion contra Camillam de Honofrio filiam quondam Io. de Honofrio in quadam lite iuris congrui.

12 Intellige tamen allegatum Rit. 234. quatenus disponit pupillum in hoc casu non declinare forum, videlicet paternū, in quo pater conueniri poterat, & ideo idem Præses de Franch. decis. 553. affirmat decisum, quod cum pupillus fuisset conuentus à vidua in Magna Curia Vicariæ & petijsset remissionē causæ ad suum Iudicem, fuit prædicta causa remissa contra decisionem eius dem supra allegatam 234. vbi id quoque notat Addit.

SVMMARIVM.

1 Verborum prius præcedere debet interpretatio.
2 Doctrina incipit à cognitione vocabulorum.
3 Pupillus quis dicatur.
4 Puberum appellatione qui veniant.
5 Pupillus maior quatuordecim annis an gaudeat electione fori, & vide num. 6.
7 Priuilegia concessa pupillis sunt concessa alijs, qui per administratores reguntur.
8 Io. Dominicus Nouarius Authoris Genitor memoratur.
9 Orbati patribus dicuntur, qui illos habent inutiles.
10 Pupillus qui amisit patriam potestatem dicitur fortunæ iniuria affectus, cum patris præsidio orbatus reperiatur.
11 Pupillaris ætas an debeat esse completa.
12 Ætas currit de momento ad momentum.

ARGVMENTVM.

Pupillus quis dicatur, vt Electionis, & Variationis Fori beneficio vti valeat.

QVÆSTIO IV.

1 Quia supra firmauimus pupillum fori electionis priuilegio gaudere; cumque autem verborum prius semper debeat præcedere interpretatio, l. 1. ff. si cert. petatur, & ibi Bal. in princ. colligit docentem incipere debere, ac oportere à doctrina principiorum, nam qui vult scire quid rei, debet prius cognoscere principia ipsius rei, l. 1. & ibi Bal. ff. de iustit. & iur. & sicuti natura incipit ab elementis, ita etiam ars exordiri debet, ita

2 vt omnis doctrina incipiat à vocabulorum cognitione, vt idem Bald. scribit in l. liberti nu. 5. C. de oper. libert. nam turpe est loquenti proprios terminos ignorare, iuxta notata per Angel. cons. 110. ex his propterea quis nam dicatur pupillus ad effectum de quo supra hic discutere placuit.

3 Pupillus itaque is dicitur, qui patre caret, & quartum decimum annum non impleuit, si masculus, & si fœmina duodecimum, vt in princ. institut. quib. mod. tutel. fin. l. fin. C. quando tut. esse desin. §. præterea quib. non est permiss. facer. testam. cap. puella 20. q. 2. Glos. in l. pupillus ff. de verb. significat. Guttier. in auth. sacramenta puber. num. 1. C. si aduers. vendit. Ferrer. in constitut. Regni los impuberes glos. 1. num. 2. Brisson de verb. signific. in verb. pupillus; Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 25. num. 17. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. in verbo ætas num. 1.

4 Ita quod vna omnium voce receptum est puberū appellatione, si de masculis loquamur comprehendi eos, qui quartumdecimum ætatis annum compleuere; si verò de fœminis illæ, quæ duodecimum perfecit, Ias. in l. impuberibus num. 2. ff. de acquir. hæred. Pic. de contractibus lib. 1. glos. 4. cap. 151. num. 3. vbi num. 4. affirmat, quod vbi-

cunque

cunque fit mentio de pubertate intelligitur de masculo, qui decimumquartum annum compleuit, & de fœmina, quæ duodecimum perfecit, *Faber, & Aretin. in §. minorem instit. de adopt. ille num. 1. iste num. 4. latè Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 58. Menoch de arbitr. Iudic. casu 57. à nu. 35. Farinac. in pract. crim. tit. de pœnis temper. quæst. 92.*

5 Quare non sine ratione de anno 1628. requisitus de voto dicebam maiorem quatuordecim annorum patre orbatum nullatenus potuisse prætendere fori electionis priuilegium, prout ita tradit *Cauens. in pragmatica cursu dilationum sub nu. 28.* quem refert, & sequitur *Viscont. in Addit. ad Præsid. de Franch. decis. 100. num. 17.* qui iuxta hanc sententiam ait de anno 1614. die 5. Iulij iudicasse pleno discusso negotio Regiã Audientiam Calabriæ vltra ad fauorem Iulij Tassari, qui fuit remissus ad eius Iudicem non obstante querela, & variatione fori facta per Marcum Antonium Augusta maiorem sexdecim annorum, & minorem decem octo annorum, & maior quatuordecim in Curia Terræ Gifoni à Pomponio Fortunato, & per eundem minorem fuisset electum in forum Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ expeditisque prouisionibus in forma per eundem introductaq; causa in eo, & constito per fidem baptismi Ascanium esse maiorem quatuordecim annorum, & minorem decem octo, referente olim Consiliario D. Ferdinãdo de la Quadra tunc Iudice fuisse remissam causam ad Terræ Gifoni Curiam, vt constat in Banca tunc temporis Cæsaris Spinæ, & ita quoque recẽter tenet *Palma in diuers. iur. commun. & Regn. glos. 10. num. 1.* vbi quod pupillis, & non puberibus concessum est eligendi fori priuilegium, & nos ad id allegat.

6 Et licet *Pascalis de patria potestate par. 2. num. 2.* in contraria fuerit opinione ex doctrina *Couar. pract. quæst. cap. 6. nu. 2.* fundans

7 illam ea ratione, quia omnia priuilegia concessa pupillis, sunt concessa alijs personis, quæ per administratores reguntur, ex doctrina *Glos. in l. 2. C. de curat. furios. Bal. in l. iubemus num. 3. C. de sacros. Eccles. Soccin. cons. 66. nu. 7. lib. 4.* quos ad hoc propositum refert *Alban. ad Bar. in l. vnic. C. quando Imper.* & meminit *Foller. in sua pract. crim. in verbo audiantur excusatores num. 103. & 104.* quibus addo *Castill. controuers. iar. lib. 3. d. cap. 25. num. 22.*

Eò magis, quia tale priuilegium electionis fori fuit concessum miserationis gratia, quasi personæ prædictæ à tutoribus, qui plerumq; in eorum officio delinquunt opprimantur, vt considerat *Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 182. num. 2.* quæ quidem ratio militat in quibuscunque Administratoribus, & ideò dispositum in vno, debet procedere in alio, vulgat *l. illud ff. ad l. Aquil.*

8 Tu tamen à firmata conclusione ne recedas, cum illa sit iuridica, & in praxi recepta, iuxta quam scio annis elapsis consuluisse D. Io. Dominicum Nouarium I. C. clarissimum meum amatissimum genitorem, aduersus vanam sententiam cuiusdam Doctoris Terræ Ferandinæ Prouinciæ Basilicatæ, & alias ad fauorẽ Magnifici Francisci Sion contra Camillam de Honofrio.

Nec obstare potest *Couar.* authoritas, quia ipse loquitur iuxta praxim, & leges Hispaniæ, vt ibi apertè patet, ita quod non aduertit *Pascal.* in allegando illum pro sua opinione, quæ in nostro Regno nullatenus subsistere potest, sed est localis, vt etiam de orphano verba faciens memini *supra quæst. 2.*

Nec ratio adducta pro eius opinione nostram destruit sententiam, si quidem illa applicari nequit stantibus apertis, & expressis iuribus in contrarium, prout in casu nostro, si quidem legum communium, & Regni dispositiones pupillis, & non minoribus priuilegium hoc concesserunt, vt in *rubr. & l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Rit. M. C. V. 230.* loquitur de pupillis, qui verè dicuntur sine patre, & minores quatuordecim annorum si sint masculi, & duodecim annorum si sint fœminæ.

9 Pupillus pariter dicetur, qui est in supradicta ætate, & habet patrẽ fatuũ, vel inutilem, cum satis dicantur orbati patribus, qui illos inutiles habent, iuxta tradita per *Perez de Lara in tract. de Anniuersarijs, & Cappellanijs lib. 1. cap. 21. num. 32. & 33.* & iuxta notabilem *Glos. in l. fin. in verbo orbitates C. ad l. Flau. de Plagiar. & Ias. in l. final. num. 3. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict.* quorum opinioni inhesi *libr. 1. forens. quæst. cap. 126.* vbi hanc sententiam pluribus fundamentis comprobatam reperias.

Quin imò secundum *Cancer variar. resol. cap. 2. de iurisdict. omn. Iudic. part. 2. num. 13.* Regius Senatus Cathaloniæ pupillum intellexit esse eum, qui in annis pupillaris ætatis versatur, licet habeat patrem, dummodo non sit in eius potestate secutus sententiam *Roland. cons. 76. num. 42. vol. 1. & Natt. cons. 590. vol. 3.* quod pariter probauit *Intrigliol.*

trigliol.singul. 55.*lib.*2. dum scribit impuberem emancipatum etiam viuo patre dici pupillum, & posse eligere forum Principis, ex *l. pupillus ff. de verb. signific. & ex Glos. in l. vnic. C. quando ſnuper.*

10 Cuius opinionis ratio palpabilis assignatur, nam dum pupillus amisit patriam potestatem dicitur fortunæ iniuria affectus, cum paterno subsidio sit orbatus, vndè meritò in miserabilium personarum numero reponi potest.

11 Quæ quidem pupillaris ætas non sufficit quod attingatur, sed debet esse completa ad finè, vt excludatur à tali beneficio electionis fori, & sic requiritur, quod masculus perfecerit quartumdecimum annum, & fœmina duodecimum, ex dictis per *Bar. in l. qui hoc annorum ff. de verb. oblig. Cyn. & Bal. in l. si cui la* 1. *in* 2. *opposit. ff. de leg.* 1. & latius probat respondendo cõtrarijs *Sfort. Odd. in tract. de restitut. in integr. quæst.* 2. *art.* 8. *part.* 1. *affirmans art.* 9. non sufficere attigisse vltimum diem, vel horam, sed esse necesse compleuisse, & sic debet expectari omnino exitus, & complementum totius cursus annorum quatuordecim in masculo, & duodecim in fœmina etiam vsque ad vltimam horam, quia ita fauorabile est pupillo annus enim ceptus nõ debet haberi pro com-
12 pleto, *l.* 3. *§. minorem ff. de minor.* ætas inquam currit de momento in momentum, *Mandos. de ætat. minor. cap.* 5. *num.* 10. *Garcia de benefic. cap.* 4. *num.* 67. *part.* 7. *annuens num.* 82. post alios ætatem ita debere esse completam, vt quantumuis paruum, & modicũ tempus desit, vt puta dies, vel hora non sufficiat, sequitur recenter *Maſſobr. in praxi habendi concurſ. requiſit.* 10. *dub.* 13. *pag. mihi* 411.

In tantum quod electio fori validè potest fieri per pupillum in vltima hora pupillaris ætatis, eique prodesset, ac si antea fecisset.

SVMMARIVM.

1 *Ætas siuè maior, siuè minor, probanda est ab eo, qui se fundat in ea, & nu.* 6.
2 *Ætas probanda est, siuè illa proponatur affirmatiuè, siuè negatiuè.*
3 *Pupillaris ætas si negetur à quo sit probanda.*
4 *Excipiens non esse locum restitutioni in integrũ, prætendens illum esse maiorem, debet probare maiorem ætatem.*
5 *Excipiens Clericum eligendum ad beneficium non esse legitimæ ætatis debet probare minorem ætatem.*
6 *Ætas probatur ex libro Ecclesiæ, item ex libro patris, num.* 7. *& testimonio matris, & consanguineorum, num.* 8. *per instrumentũ tutelæ, num.* 9. *item ex aspectu, num.* 10. *& probari potest coniecturis, num.* 11.

ARGVMENTVM.

Pupillaris Ætas si negetur per aduersarium, à quo nam sit probanda, & qualiter probetur.

QVÆSTIO V.

Quoniam supra firmatum est pupillis in tantum concedi beneficium electionis fori, in quantum in ætate pupillari quatuordecim annorũ versentur, & quia multoties accidit huiusmodi ætatem negari ab aduersario, & consequenter probari debet, propterea meritò hic inuestigare non sine ratione visum est, à quo nam sit talis ætas probanda, & qualiter probetur.

1 Regulam igitur firmo, quod ætas siue maior, siue minor probanda est ab eo, qui se fundat in ea, vt benè probat *text. in l. cum te*, vbi *Bar. & Bal. C. de probat. & in l. si minorem*, vbi idem *Bar. & Angel. ff. de in integ. restitut. Abb. Ancharan. & Dec. in cap. in præsentia de probat. Lamberteng. de contractib. glos.* 9. *num.* 4. vbi pluribus relatis testatur de communi *Mandos. in tract. de ætat. quæst.* 1. *Viu. in silua commun. opin. concluſ.* 256. vbi pariter testatur de communi *Mascard. de probat. concluſ.* 666. qui similiter multos allegando testatur de communi *Franch. decis.* 119. *num.* 8. *Ann. conſ.* 29. *num.* 5. *Garcia de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 185. *Sanchez de matrim. lib.* 2. *diſput.* 41. *num.* 39. & alij passim communi calculo vt apud *D. Ricc. in praxi resolut.* 456. *tom.* 2. *& in decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 297. *in fin. par.* 3.

2 Quin immò ætas probanda est, siuè illa proponatur affirmatiuè, siuè negatiuè, vt puta tu es maior, vel tu non es maior &c. *Angel. in l. si minorem C. de in integr. restitut. Ripa in cap. cum Ecclesia sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num.* 71. 70. *Andr. in cap. infantibus de regul. iur. in* 6. *latè Menoch. de præsumpt. d. præſumpt.* 50. *num.* 5. *&* 18. vbi alios citat concordantes.

3 In casu autem nostro cum pro eo vti pupillo, & per tutorem litigante præsumptio, quod

quod eiuſmodi ſit conſideretur ad aduerſarium maioris ætatis comprobatio transferenda erit, cum is tunc in exceptione præfata actor intelligatur, & allegata in contrarium maior ætas priuilegij excluſiua eius exceptionis fundamentũ eſſe perſpiciatur, ita *Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo beneficio conſiderat.3.nu.30.* vbi iuxta hanc ſententiã tenet in ſimili, quando minor ætas allegatur ab aduerſario ad effectum, ne pars volens vti beneficio reſtitutionis in integrum, tanquam minor illa vtatur.

4 Et quod quando quis excipit nõ eſſe locum reſtitutioni in integrum, quia maior, exceſſitq; minorem ætatem debeat id probare, ſuadet *text. in l. ſi minorem,* & ibi *Bar. in fin. & Butrig. in verſ. hoc probat col.1. C. de in integr. reſtit.* idẽ *Bar. conſ.92. Gozad. conſ.22. num. 13.* prout è contra qui petit ratione minoris ætatis reſtitutionem in integrum debet probare ſe eſſe minorem, ex allegat. per *Maurit. de reſtitut. in integr. quæſt.315.* & per *Sfort. Odd. in eiuſdem nominis tract. par.1. quæſt.37. num.56.* iuxta quorum ſententiam conſultus reſpondi in cauſa Donati Antonij de Miraglia, cum Io. Petro Vecchiarello, & alias in cauſa Scipionis Pinti, cum Alexandro de la Bella, & Vincentio Turricchio.

5 Sic pariter excipiens, & dicens Clericũ in beneficio præſentandũ non eſſe legitimę ætatis, debet minorem ætatem probare, *Bal. in l. cum te num.5. C. de probat. Florian. in l. cum de ætate num.6. ff. eod. Pacian. de probat. cap.24. num.36. Mandoſ. in regul. cancell.18. quæſt. 3. num. 4.* vbi ſic deciſum pluries per *Rotam Roman.* teſtatur *Maſcard. de probat. d. concluſ.666.* prout è contra pariter ætas probanda eſt per Clericum, qui petit admitti ad beneficium ſibi collatum, habet enim collatio in ſe tacitam conditionem à Canonibus impoſitam, ſi fuerit legitimæ ætatis, & propterea dum petit ſe ad beneficium admitti dicẽdo ſe canonice electũ, dicit etiam ſe legitimum, & maiorem, *cap. cum nobis,* & ibi *Abb. in 6. notab. extra de elect. Felyn. in cap. in præſentia num.28. extra de probat.* ideò ſic petens debet probare ætatem tanquã ſuæ intentionis fundamentum, *Bellamer. deciſ.76.* quem refert, & ſequitur *Mandoſ. vbi ſupra quæſt.3. nu.4.* addo *Pacian. de probat. lib.2. cap.24. nu.19. & Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.50. num.32.* aſſerens *num. 30.* probari quoque debere ætatem ab eo, qui vult repellere matrem à ſucceſſione filij pupilli, ex eo quod illi tutorem non petierit, debet inquam is probare, quod ille filius eſſet pupillus, & quod propterea indigeret tutore, *Bald. conſ. 19. lib.5. Alciat. de præſumpt. reg.2. præſumpt.14. nu.3. Pacian. de probat. d. cap.24. nu.26.*

6 De quo quidem quippè mirandum non eſt, ſi quidem ætas probanda eſt per eum, qui in illa ſe fundat ſiuè actor, ſiuè reus ſit, & ſic ſiuè agendo, ſiuè excipiendo, *Butrig. & Salyc. in d. l. ſi minorem, Luc. de Pen. in l. 1. col. fin. C. de fide inſtrum. Ancharan. in d. cap. in præſentia num.14. de probat. Duen. reg.258. Lamberteng. de contract. gloſ.9. num.4.* & alij paſſim quos refert, & ſequitur *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt.37. nu.8. & 9. par.1.*

7 Probatur autem ætas vniuſcuiuſque ex libro Eccleſiæ, ſiuè Parrochi libro Baptiſmali, in quo in dies annotantur nomina baptizatorum, *Verall. deciſ.314. par.1. Alciat. de præſumpt. regul.2. prę́ſumpt.14. Maurit. de reſtitut. in integr. quæſt.321. Magon. deciſ. Lucenſ.13. num.7.* vbi Addit. alios cumulat *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.2. cent. 2. caſu 116. num.2. & 3. Viu. deciſ.184. num.2. Ludouic. deciſ. Peruſin.55. nu.7. Gratian. lib.4. diſcept. forenſ cap.767. num.47. Ripa obſeruat. 147. D. Ricc.* qui plures adducit *deciſ. Curiæ Archiepiſc.238. num.6. par.4.* nouiter *Anton. de Virgil. in tract de legitim. perſon. cap.1. nu. 11.* vbi Nos ad hoc allegat in *pragmatica 1. de Parrochis*, & hic eſt principalior, & vſu receptior modus probandi illam, de quo etiam vide *Viſcont. concluſ. iur. in verbo liber plebani.*

7 Probatur Secundo, ętas ex libro patris, in quo annotauit filiorum natiuitates, *Marian. Soccin. conſ.3. nu.3. vol.2. Ann. ſing.379. Ludouic. concluſ.29. ampliat.26. Mandoſ. in regul. cancellar.18. quæſt.8.* vbi pro hac opinione tres adducit rationes quas etiam retulit *Maſcard. de probat. concluſ.669. Mantic. deciſ.25.58.124. & 133. Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. par.1. quæſt.37. num.92.* vbi teſtatur de communi omnium DD. ſententia, vbi tamen eam declarat procedere, quando nulla adeſt ſuſpicio, quod pater voluerit ſcribere falſum, ſecus ſi aliqua vrgeret ſuſpicio tempore ſcripturæ, ſequitur *Farinac. in fragm. crim. par.1. in verb. ætatẽ probari num.145.* & licet *D. Ricc. deciſ.238. nu.7. par. 4.* fuerit in opinione hodie nõ probari poſſe per hunc librum ſtante *Concil. Tridentin. ſeſſ.24. cap.2. de reformatione,* vbi diſpoſitum, & cautum eſt debere ſcribi in libro plebani. Tamen Ego nõ ſequor, nam non per hoc cenſendum eſt Concilium voluiſſe abrogare alios modos de iure communi cõceſſos,

cum

cum id expresse non dixerit.

8 Probatur Tertio, testimonio matris, & consanguineorum, *Cephal. consil. 335. num. 20. vol. 3. Maynard decis. 91. num. 2. lib. 4. Faber decis. 9. lib. 4. tit. 14. tom. 1.*

9 Probatur Quarto, ætas per instrumentū tutelæ, & curæ, cum tutelæ instrumentum arguat pupillarem ætatem, curæ autem arguat pupillum esse adultum, iuxta sententiam *Angel. Bal. & Salyc. in l. cum te C. de probat. Alex. cons. 147. num. 9. lib. 7. Gabriel conclus. 5. num. 4. de sentent. Benintend decis. 82. num. 2. Caualc. de tutor. & curator. num. 294. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 24. num. 52. & 53.* latè *Farinac.* qui alios adducit concordantes, & conclusionem hanc declarat in *fragmentis crimin. in verbo ætas num. 116. cum seq. part. 1.*

10 Probatur Quinto, ætas ex aspectu, quod multum relinquitur Iudicis arbitrio, *Rot. decis. 818. in antiq. Menoch de arbitr. Iudic. casu 117.* vbi latè *Magon. decis. Lucens. 68. num. 7. Faber d. decis. 9. tit. 14. Mandos. in tract. de ætat. minor. quæst. 2.* vbi testatur ita Rotam canonizasse ad effectum canonizationis prouisionis, vel regressus, *Gramat decis. 48. num. 16. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 37. num. 93. & 94.* vbi hanc tutatur sententiam respondendo cōtrarijs. copiosè *Farinac. in fragm. crimin. loco citato num. 148. par. 1.* vbi plenè hanc declarat conclusionē in quibus, nam sit vera, & procedat, & quan do non, adde nouiter *D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 42. num. 8. par. 4.*

11 Tandem vt alia omittam, probatur ætas coniecturis, vt apud *Alciat. de præsumpt. d. reg. 2. præsumpt. 14. Put decis 202. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 116. num. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 24. num. 51. Ann. cons. 73. num 7. D. Ricc. d. decis 42. par. 4.* & plenè *Farinac. in loco sepius citato nu. 56 par. 1.* ad quē est recurrendum, nam alia ponit in materia, quæ per te poteris videre.

SVMMARIVM.

1 *Vidua connumeratur inter personas miserabiles.*

2 *Vidua habet electionem fori, quod ampliatur vt num. 3. etiam si post litem contestatam nuberet, vel etiam si haberet patrem, ibid.*

4 *Vidua inhonestè viuens, non gaudet electione fori, ac omnia priuilegia perdit, nu. 5.*

6 *Vidua luxuriosè viuens, gaudet priuilegio electionis fori vti meretrix.*

7 *Vidua pro exactione dotis non gaudet priuilegio electionis fori.*

8 *Vidua maritum interficiens, non gaudet electione fori.*

9 *Vidua præstans causam mortis, non gaudet electione fori.*

10 *Vxor non adhibens medicamenta viro ægrotanti, non gaudet electione fori, & quid in vidua Iudea num potitur electione fori, nu. 14.*

11 *Causam causæ præstans punitur, sicuti qui proximam causam præstat.*

12 *Testis falsus ad quid teneatur tam in foro exteriori, quam conscientiæ.*

13 *Peccatum non dimittitur nisi parte satisfacta, vnde est necessaria restitutio damnorum partis læsæ.*

ARGVMENTVM.

Vidua An, & quando Electionis, & Variationis Fori priuilegio potiatur.

QVÆSTIO VI.

1 Regula est viduam tanquam miserabilem personam esse priuilegiatam beneficioq; electionis, & variationis fori, vt probatur in *l. vnic. C. quando Imper.* & notarunt *Andr. ab Isern. Afflict. & Foller. in constit. Regni statuimus de magistr. iustit. Guid. Pap. decis. 566. Caballin. milleloq. 697. Raudens. decis. Pisan. 46. num. 2. Aufrer. in stil. parlament. tit. de minor. §. fin. par. 1.* qui iuxta hanc sententiam refert in Senatu Parisiensi indicatum, & ita decisum in Regno per nostrum S. Conf. testatur *Præses de Franch. decis. 257. Mastrill. decis. Sicil. 127. num. 1. Barbos. in remiss. D. D. ad ordinat. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 5. §. 3. nu. 4. Cabed. decis. Rot. Lusitan. 173. par. 1.* vbi affirmat, mulierem mortuo marito, posse declinare Iudicem coram quo viuente illo se obligauerat respōdere per publicam scripturam, & ita decisum refert nouissimè *Giurba in cons. crimin. 48. num. 8. centur. 1.* vbi ad hoc Nos allegat, & sequitur in prima impress. Neapolit.

3 Amplia hanc regulam esse veram, etiam in illa vidua, quæ post fori electionem factam nuberet, aut remitteret post litem contestatam, vel post decretum interpositum super Iudicis competentia, vt annuit remissiuè *Præs. de Franch. decis. 257. in fin.* & sequuntur *D. Reg. Tapia in suo oper. iur. Regn. consuet.*

conſtit. ſtatuimus nu. 15. *de offic. magiſtr. Iuſtit.* & ibi *Foller. num.* 27. *Menoch. de arbitr. Iudic. in addit. caſu* 66. *num.* 36. *Giurba deciſ* 82. *num.* 13. *Teſaur. deciſ.* 177. *num.* 4. *Borrell in ſumma deciſ. tit. de iuramen. perhorreſcentiæ num.* 30. *tom.* 1. *Paſcal. de patria poteſt. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 100. *in fin.* vbi hanc opinionem veriſſimam appellat.

Ita quod per electionem factam à vidua eligente aliquod ſupremum Principis Tribunal, deinde remittendo lite adhuc non conteſtata cenſeatur ius fiſco quæſitum, ita vt à Barone remiſſio peti nõ valeat, quamuis vidua nuberet, & remitteret, vt fuit decifum in Magna Curia Vicariæ in *cauſa Iſabellæ de diuitijs, cum Iulio Roculo, & Petro Antonio Agreto inquiſitis de nece Antonelli de Vulpis mariti dictæ Iſabellæ*, quæ elegerat in forum Magnam Curiam, & dum deinde nupſiſſet, & renunciaſſet querelæ non obſtante quod Baro Terræ Oleaſtri petiſſet cauſæ remiſſionem, fuit ei denegata ex Magnæ Curiæ, decreto deinde confirmati per S. R. C. Commiſſario D. Carauita, vt in *Banca Iouelis*, & ita alias pariter pronũciauit eadem Magna Curia referente D. Conſiliario Conſtantio tunc Iudice in criminalibus aduerſus *Baronem Ortidonici*, qui licet petiiſſet cauſæ remiſſionem Horatij Parmiſani ſui vaſſalli inquiſiti de nece ſimptimij græci ſub prætextu, quod *Angela de Paſca* occiſi vxor, quæ in forum eandem M. C. V. elegerat non amplius vidua, ſed iam ad ſecunda vota tranſiſſet, tamen ei fuit denegata, vt in *Banca Danielis*.

Quare vera non redditur opinio *Cala in tract. de modo articulandi num* 82. *pag.* 10. *qui ex Carauit. in Rit.* 233. tentauit firmare cauſam in huiuſmodi caſu eſſe remittendam, quoniam vt teſtatur idemmet *Carauit. num.* 18. talis opinio in praxi non eſt recepta, imò contra eam in dies in noſtris Regijs Tribunalibus iudicatur.

Amplia Secundo, ſuprapoſitam regulam procedere etiam in vidua, quæ habet patrem, iuxta dicta per *Præſid. de Franch. deciſ* 100. *num.* 13. vbi meminit DD. in vidua non facere diſtinctionem, ſi ſit, vel non in poteſtate patris, ita quod (annuit ipſe) in vidua nunquam accidit dubitatum debere habere hoc priuilegium, etiam quod ſit in poteſtate patris.

4 Declara tamen hoc eſſe verum, quotieſcumque vidua honeſtè viuat, at ſecus ſi luxuriosè, vt docuit *Andr. in d. conſtit. Regni ſtatuimus col.* 1. quem refert, & ſequitur *Afflict. in conſtitut. Regni incip. lege præſenti ſub num.* 5. *Luc. de Pen. in l.* 3. *col.* 2. *C. de priuileg. ſcolar. Felyn. in cap ſignificantibus num.* 8. *de offic. delegat. Carauit. in rit. M. C. V.* 19. *num.* 24. *Couar. practicar. quæſt. cap.* 7. *num.* 1. *Niger in cap. Regni vt delatas num.* 8. *Foller. in pract. crim. verſ. audiantur excuſatores num.* 8. *Curia Philippica par.* 1. *§.* 9. *num.* 13. *Azeued. in l.* 8. *num.* 11. *&* 12. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopil. Cala de modo articul. §.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 79. *Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo benefic. conſider.* 5. *num.* 43. *vbi num.* 44. dicit priuari pariter omnibus alijs priuilegijs, quibus ius quandam viri occaſione potiebatur, vt habes apud *Bar. Bal. & alios in l. his ſolis C. de reuocand. donat. Clarus in ſua pract. crimin. in §. ſtuprum num.* 7. quod latius proſequitur *Card. Tuſc. in pract. concluſ. tom.* 8. *in lit. V. concl.* 303 *& concluſ.* 304.

5 Cuius ratio ſumitur ex illa iuris concluſione qua cautum eſt, vt vidua luxurioſè viuens, amittat omnia viduitatis priuilegia, vt tenet *Felyn. in cap paſtoralis col.* 3. *de iudic. Cordub. in l. ſi quis à liberis § ſi quis ex his num.* 145. *ff. de liber. agnoſcend.* ſubdens hoc procedere ſiuè palam, ſiuè occulto caſtitatem violauerit, & vide *Capyc. deciſ.* 84. imò iuſtiſſimè decre um eſt tales viduas inhoneſtè viuentes plura amittere, & primo legatum & omne commodum à viro ſibi relictum, *Rip. in l. fœminæ num.* 23. *quæſt.* 14. *C. de ſecund. nupt. Burſat.* multos cumulans *in conſil.* 270. *num.* 27. *lib.* 3. quemadmodum vidua ad ſecunda vota tranſiens tutelam amittit etiã ſi laſciuè, & impudicè non viuat, *l. fin C. quãd. mulier tutel. offic. fung. poſſit, Gloſ. & Bal. in auth. matri, & auiæ C. eod. tit.* & notatur in *cap. ex parte M. de appellat. Azeued. in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 1. *recopil. num.* 14. *Guttier. lib.* 2. *canon. cap.* 12. *num.* 9. *Lopez in l.* 3. *tit.* 12. *par.* 4. *in verb. mala dad di ſuo cuorpo, Molin. de primogen Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 49. *Palat. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §.* 7. *nu.* 16. & ſimiliter amittit harras ſibi à marito promiſſas, vt poſt *Caſtill. in l.* 15. *Taur. Gloſ. final. fin.* tradit *Auil. in probem. ad cap. correctorũ num.* 4. iuxta quam ſententiam deciſum refert *Anneus Robert. lib.* 1. *rer. iudicatar. cap.* 13. imò medietatem lucrorũ illius matrimonij perdere de iure municip. Hiſpan. apparet ex *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopil. & in l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 8. *ordinamentor.* & ita tradunt *Guttierez lib.* 2. *practic. quæſt. cap.* 122. *Mazienſ. in d. l.* 5. *gloſ.* 8. *num.* 1. *Gomez in l.* 14. *Tauri num.* 17. *& Ciſuent in l.* 15. *Meſſia ad leg. Toleti part.* 2. *fundament.* 10. *nu.* 14. & amittit etiam quicquid ex alterius filij ſucceſſione ad ipſam peruenit, vt notat *Caſtill. in dict. l.* 15. *Tauri nu.* 16.

nu.16. Azeued.in d.l.4.nu.16. & non solum prædictis omnibus priuatur vidua luxuriosè viuens,sed etiã dote,quam cũ ea maritus receperat,vt post alios quos refert tradidit *Boer.dec.138.nu.2. Menoc.de præsũpt. lib. 5.præsũpt.32.nu.20. & Corrad in breuiar. prætor. & curiar. in tit.de stupr.nu.12.* & perdit,quod maritus ipsi legauit,& si non adiecerit grauamen si castè viuisset, nã de iure subintelligitur *Salyc.in l fideicommissum C.de fideic. Neuiz.in lib.2.sylu.nupt. nu.41.in verb.seni non est nubendũ nu.41. Franc.Marc.dec.513.* & alij apud *Gened.in collect.ad ius canon.collect.154.*

6 Verum ne erres aduertendũ est, quod 13. vidua luxuriosè viuẽs priuilegio electionis fori non gaudeat, vti vidua gaudet tñ vti meretrix; in tantũ quod licet luxuriosè viuat,nõ per hoc poterit repelli ob huiusmodi beneficio, & ita decidit S.C. vt testatur *Præs.de Franch.dec.253.in fin.* vbi *D.Ricc. in addit.* nos in specie ad id allegat, & sequitur *Menoc.de arbit.Iudic.lib.2.casu 66. nu.51. Barbos.in remiss.DD.ad d.ordinat. Regiam Lusitaniæ lib.3.tit.5.de citat.nu.7. vers.in terminis tamen.Borrell.in sum.decis.in tit.de iuram.perhorresc.nu.56.tom.1.* de quo latius in quæstione 11. hac eadem Sectione tractabimus infra loquendo in specie de meretrice.

7 Limita firmatam conclusionem non procedere in dote exigẽda, nam eo casu vidua perdit priuilegiũ electionis fori,& tenetur agere in foro domicilij mariti, nam dum agitur ratione dotis inter vxorẽ attenditur domicilium,& forum viri,vulgato *tex.in l. exigere dotem ff.de iudic.* & ibi *Bal.Fulgos. & Castrens.Cagnol. & cęteri Bal. & Bart. in l.1.C.de sum.Trinit. & fide cathol. Roland. de lucr.dot. q.12. & 13. Valasc.decis. 138.nu.8.& seq. Merlin.decis.Rot.Lucens. 42.* & ita in proprijs terminis tenet *Molfes.in comment. ad consuet.Neap.par.2. de bonis q.12.nu.18.* vbi assignat rationẽ,quia vxor etiã viro mortuo remanet de foro, & domicilio viri,ad *tex.in l filij §.vidua ff.ad municip.cum concord.* apud *Iason in l.si arrogatur nu.58.ff de adopt.*

Quamuis quod vidua dotẽ repetens habeat priuilegium sui Iudicis,etiam si cõtra pupillũ agat decisum in Senatu Sabaudiæ, referat *Faber in decis.1.C.quando Imper.* quem sequuntur *Castill. lib. 3. controuers. iur.cap.25.nu.28.& D.Ricc.in collect.dec. collect.300.* & mulierẽ nuptam agentẽ pro rerum dotaliũ repetitione gaudere fori electione,determinauerim *forens.q.47.lib.1.*

8 Limita 2. in vidua,quæ virum interfecit, nam electione fori nõ gaudet,*Couar.pract. quæst.c.6.n.3. Azeued.in l.9.10.& 11.tit.3. nouæ recop.D.Reg.Tapia in d.const.Regn. statuimus sub nu. 19. Messia in tract. tassæ panis concl.1.nu.10. ad fin. Pascal.de patr. potest.par.2.c.2.nu.99. D.Ricc.in dec.Cur. Archiep.163.nu.3.p.3.* vbi nos allegat *Capibl.de auth.Baron.prag.8.nu.311.Barbos. in remiss.DD.ad ordinat Regiam Lusitan. d.tit.5.de citat.nu.6.*& confirmatur ex traditis per alium *Barbos. in l.si ab hostibus §. fin ff.sol.matr.* prout quando occidit virum perdit dotẽ,quæ hæredibus viri acquiritur, *l.consensum C.de repud. Menoch.de arbitr. Iud.casu 356. nu.79.& seq.* vbi alios citat *Molfes.in comment. ad consuet.Neap. p.7. in tit.de iur.quartæ q.13. nu.8.tom.1. priuaturq; antepbato l.si ab hostibus §.fin.*vbi *Alex.& alij ff.solut.matr.Pellic in consuet. Auers.4 nu.102.Giurb.in comment.ad consuet.Messan.c.1.glos.5.nu.15.par.1.*

9 Et idem dico,si ipsa fuerit causa mortis viri,licet ipsa nõ occiderit,ex regula,quod qui causam damni dat,damnum ded:sse videtur, *l.damnum ff.de reg.iur. l.qui occidit §. in hoc ff. ad leg. Aquil. l.nihil interest ff. ad leg.Cornel.de Sicar.*vbi nihil interest an quis occidat,vel causã mortis dederit, *Laurent. in decis. Rot.Auenion.29. Card.Tusc. concl.138.lit.C.& concl.6.lit.D.* & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *l. 1. §.decessisse ff.de vi, & vi armat. cap qui per alium de regul.iur.in 6. l.2 ff.de fid.& nom. tut. l.in edibus §.quod filius ff.de donat.* ex qua quidem regula in causa Ioãnis Philippi Partenij dicebam apocam factam in beneficium Angeli Antonij Martorani fecisse manu Natalis Siluestrini de suo ordine,& mandato habere eandem vim, ac si per ipsummet confecta fuisset, si quidem paria sunt apocam scribi per principalem, ũel per alium de suo ordine,& voluntate, *Ripa in l.admonendi ff.de iur.iur.Genua in suo tract. de scriptur. priuat. in tit.de apoca manu tertij num.15.16.& 17. Scaccia de iudic. caus. ciuil. cap.11. num.1082. & 1102.* nouiter *Modern.Gait.in suo tractatu de credit.tit.8.c.2.nu.2641.*vbi quod ideò scriptura priuata scripta per tertium de voluntate recognoscẽtis non potentne gari quo ad contẽta in illa,& *tit.9.nu.3221.* firmat pariter apocam banchi recognitam non solum reputari de iure communi, & municipali scripturã publicam,sed habere exequutionem paratam, etiam si per tertiũ de ordine subscribatur,ad quod allegat

D. Reg. Tapia in suo opere Iuris Regn. in tit. de Apoc. num. 3. qui sic decisum per Sacrum Consilium, & sancitum per nouellam pragmaticam testatur.

Vnde proxenetam in assassinio reum esse mortis, non secus ac mandantem, & mandatarium, plenè probat recenter *Guerba in conf. crim. 7.* vbi plura media hic conducentia cumulat.

Cuius opinionis ratio assignatur, nam actus pendet à mandante, & non ab exequente, *l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque Vniuersitat. nomin. cap. cum aliquibus de rescriptis in 6. D. Ricc.* qui alios allegat *decis. Curiæ Archiepisc. 8. num. 3. part. 3.* & non actus tribuitur non exequenti, sed mandanti, & ordinanti, *Crauett. conf. 144. nu. 3. Surd. conf. 29. nu. 3. lib. 1.* quos refert, & sequitur *Amatus decis. Rotæ Ferrariæ 2. num. 43.* vbi etiam quod faciens per alium, adhuc primus dicitur ipse facere, vnde authoritatē faciendi, dans ipse facere videtur, *Bellon. de mandat. iurisdict. cap. 5 quæst. 4. num. 32.* vbi fatetur id patere in arbitris electis Principis authoritate, qui perindè habētur, ac si fuissent ab ipso Principe delegati, *l. apertissimi verſ. & sic vbi Gloſ. notab. in verbo delegati C. de iudic.* & in Procuratore electo ab aliquibus authoritate Decurionum, qui videtur ab ipsis Decurion bus electus, *l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque Vniuersit.* & in electo ab hærede virtute potestatis datæ à testatore, qui ab ipso testatore videtur electus, *l. vnum ex familia §. si falcidia ff. de leg. 2.* & delegatus à Principe habet ea, sine quibus iurisdictio expediri nō potest, *cap. præterea, & cap. suspicionis de offic. Iudic. delegat.* vt est imperium, quod iurisdictioni coheret, siuè consistat in coercendo, siuè in exequendo, *Bellon. de mandat. iurisdict. cap. 9. quæst. 3. num. 2.*

10 Inde si forte ex parte vxoris constiterit non fuisse adhibitū medicum marito egrotanti, nec illius curā habuisse, vtiq; si mors mariti euenerit tanquam vidua priuilegijs viduæ non vtetur, cum paria sint occidere, & infirmum sine medico relinquere, *Alex. conf. 23. num. 1. & conf. 136. num. 2. lib. 7. Ripa in l. fin. quæst. 46. C. de reuoc. donat. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 175. nu. 4. par. 3.* prout negās alimenta occidere dicitur, *l. necare ff. de lib. agnoscend.* quapropter *Salomon prouerb. cap. 8* affirmauit homicidam esse, qui patri subtrahit necessaria, quam sententiā cum pluribus alijs notabilibus ad id referunt *Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 17. & Cordub. in l. 1. §. parens num. 16. ff. de lib. agnosc. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 23. num. 16. Garz. de expens. & meliorat. cap. 4. à nu. 52. cum seq.* taliter quod si filius renitens fuerit ad præstanda alimenta patri redigitur in patriam potestatem, vt referunt *Surd. de alim. priuil. 65.* cum alijs quos recollegit *Intrigl. singul. 135. lib. 2.* affirmantes in tali casu nō posse iterum emanicipari, imò filius legitimatus ob denegata patri alimenta ad spurietatem reuocatur, nec iterum legitimari potest, sicque pariter est dispositum in liberto denegante alimenta patrono, *idem Intrigliol.* vt alios omittam *loco nuper cit.*

Cuius quidem principalis limitationis ratio reddi potest, nam indignū est ei subuenire, qui sua culpa, aut vitio in egestatē, & sic in viduitatem incidit, vt per *Tiraquell. in l. si vnquam in verbo bona nu. 5. C. de reuoc. donat.* quia nocere ei debet, quod culpa ipsiusmet euenit, ex *Matthiens. in l. is gloſ. 3. num. 2. Titio, & Mess. in prag. taxæ panis conclus. 1. num. 10 cum seq.*

Et ex supra relatis succedit altera iuris
11 regula, per quam punitur ita, qui causam causæ præstat, sicuti qui proximam causam dat, *Gloſ. in cap. presbyterum de homicid. Valer. in different. inter vtrumque forum in verbo*
12 *testis different. 6.* annuens ex hoc testem falsum testificantem teneri in foro iudiciario parti lesę de omni damno illi propter illud falsum testimonium contingente etiam in foro poli, & sic conscientiæ, *Felyn. in cap. canonum statuta nu. 42. de constit.* vt affirmarūt *Nauarr. in summa cap. 25 nu 40. Graff. in praxi quinque casuum reseruat. cap. 17. num 53. lib. 1. Tolet. instruct. sacerd. lib. 5. cap. 59. num. 5. & 7. Zecch. in tract. de casibus reseruatis cas. 12. verſ. si verò causa, D. Ricc. in praxi resolut. 216. nu. 3. in fin. part. 2. Barbos. in tract. de officio, & potest. Episcopi allegat. 51. num. 35.* iuxta quorum opinionem consuluit meus amatissimus Genitor Doctor veridicus D. Io. Dominicus Nouarius.

Et licet *Vincentius* antiquus Doctor *in c. 1. de custod. Eucharist. Corsett. in sing. 22. Clar. in pract. crim. §. falsum nu. 15. & Farinac. de testibus quæst. 67. §. 1. num 6.* voluerint talem testē teneri de damno sequuto in foro contentioso tantum, non autem in foro conscientiæ,

Tamen id ridiculum est, cum non videatur causam diuersitatis in vno foro, quam in alio, tantò magis, quia dum falsarius offendit Deum, Iudicem, & partem, *cap. 1. de crimine falsi*, adest certe partis læsio, qua non satisfacta peccatum non dimittitur, *cap. peccatum de regul. iur. in 6.* qui

enim

enim infert damnum proximo ex culpa sua illud resarcire tenetur, *cap. 2. & fin. de iniur. & damno dat.* quamuis non habuerit voluntatem damnificandi, vt post *Panorm. ibid.* nouiter tutatur *Megall. decis. cas. conscient. 1. num. 4.* affirmans *decis. 2. num. 12.* teneri restituere, qui per vim, metum dolum, & mendacium impedit aliquem à cõsequutione boni, etiam quod non est ei debitum ex iustitia, sed ex liberalitate, *Bannes de iustit. & iur. quæst. 62. artic. 2. dub. 12.* annuens per restitutionem debere reparari omnem læsionem cõtra iustitiam commutatiuam, & omnia damna, quod & graues Moderni Theologi scribentes non negarunt.

14 Limita pariter in vidua Iudea, quæ non potitur huiusmodi priuilegio fori, vt post *Andr. in constit. Regni si quis in posterum in verbo Iudæus versic. cum priuilegia*, notat *D. Ricciullus in tract. de iure personarũ lib. 2. cap. 48. num. 9.* annuens neque gaudere priuilegio dotis, ex *Cyn in l. 1. solut, matrim. Iaſ. in §. fuerat instit. de act. num. 113. Abb. & Card. in cap. gaudemus de diuort. Bald. Nouell. de dot. par. 1. sub num. 47.*

Et quamuis contrarium in limitatione principali videatur sentire *Afflict. in ead. constit. Regni num. 43. dum miratur de Andrea opinione*, tu tamen à limitatione ne recedas, quia ipsemet *Afflictus* illi visus est adhærere, dum in *constit lege præsenti num. 5.* affirmauit Aduocatos solitos dari miserabilibus personis, non debere aduocare pro Iudea vidua, quia non est de membris Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 Vidua, quæ dicatur.
2 Vidua appellatur habens maritum captiuum bannitum, vel ad triremes condemnatum, & quare num. 3. limita vt num. 4.
Legatum diuidendum inter viduas potest distribui inter habentes inutiles maritos, sic etiam legatum factum pro dotãdis orphanis distribui potest habentibus parentes inutiles.
5 Maritus diuertens sua culpa ab vxore perdit lucrum dotis.
6 Vidua dicitur habens virum absentem per longum tempus.
7 Absentia æquiperatur morti.
8 Aequiparatorum eadem est dispositio.
9 Antephatum, quod est tertia pars dotis si fuerit vxor virgo, & quarta si erit vidua, qualiter debeatur, si matrimonium non fuerit consumatum, num. 10. & 11.
12 Antephatum datur vxori in premium virginitatis amissæ.

ARGVMENTVM.

Vidua, quæ nam dicatur adhoc vt huiusmodi Beneficio vti valeat.

QVÆSTIO VII.

Consentaneum est, quod cum supra conclusum fuerit viduam fori electionis priuilegio potiri, meritò hic adnotare, quæ nam dicatur vidua ad effectum vt tali priuilegio vti possit.

1 Vidua itaque illa propriè, & strictè appellatur, cui est mortuus maritus, *cap. vidua 34. distinct. Panorm in cap. ex tenore in fin. de foro compet.* vbi pariter *Soccin. num. 6. Alciat. in l. malum §. viduam ff. de verb. signif. Couar. pract. quæst. cap. 7. num. 2. Alber. in suo dictionar. in verb. vidua, Modern. de iurisdict. par. 4. cent. 1. casu 81. num. 4.* vbi alios congerit concordantes.

Impropriè autem, & largè vidua dicitur, quæ in habitu habet maritum non autem in actu, idest illum habet inutilem, *Barbat. in cap. significantibus de rescript. Tiraquell. in l. 6. connub glos. 1. par. 6. nu. 12. Azeued. in l. 1. num. 7. tit. 3. lib. 6. & l. 9. nu. 10. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil. Curia philippica par. 1. § 9. num. 13. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 14. num 67. Scaccia de appellat. quæst. 7. num. 116. Perez de Lara in tract. de Cappellanijs, & anniuersarijs lib. 1. cap. 21. nu. 36. Bouadill. in sua politic. lib. 1. cap. 11. num. 7. Petra ad Gram. decis. 27. nu. 14. Muscatell. in praxi Sacr. Conf. in glos. competentes num. 71.* nullum enim, & inutile æquiparantur, *Pereira de nominat. emphyteus. quæst. 12. num. 19.* & paria sunt non habere maritum, vel habere inutilem, *Palat. in rub. de donat. inter vir. & vxor. § 70. nu. 29. & 30. Barbos. in l. 1. num. 47. par. 1. ff. solut. matrim.* quoniam oculus inutilis nõ vocatur oculus, nec manus arida reputatur manus, *Bal. in auth. cõuenticula col. 31. de episc. & cler.* vndè statutum puniens debilitantem membrum, non comprehendit membrum inutile, *idem in l. 1. num. 16. C. de edil. edict.* conferunt latè adducta per *Viuium. decis. 34.*

2 Quare mulierem habentem virum captiuum, bannitum, vel ad triremes damnatum, quia viduarum nomine comprehenditur benè gaudere huiusmodi beneficio, notarunt *Salyc. in l. fin. C. ad leg. Flan. de Plagiar.*

G 2 Iaſ. in

Iaf. in l. si is qui pro emptore nu. 186. ff. de vsucap. Marsil. in l. 1. nu. 222. C. de rapt. virg. Felyn. in cap. significantibus de offic. deleg. Gail. obseru. 1. nu. 44. lib. 1. Polidor. Ripa obseru. 121. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 290. num. 5. par. 4. Viu. decis. 197. vbi testatur iuxta hanc sententiam pluribus quippè vicibus iudicasse in facti contingentia in Regia Audientia Apuleæ in anno 1583. cum seq. admittendo aliquas vxores inutiliter nuptas tãquam viduas infelices, & miserabiles ad fori electionẽ tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, sicq; seruari in Regia Audientia Terræ Bari testatur *decis.* 521. *nu.* 2. & ita firmat etiã *Præses de Franch. decis.* 100. *nu.* 18. *ex Coll. in memor. in ver. vidua. Amat. consf.* 31. *nu.* 13. *cent.* 1. *Cala de modo artic. glos.* 1. *§.* 1. *nu.* 110. *D. Reg. Tapia in tom.* 2. *iur. Regni fol.* 254. *Imbrian in tract. de primo, & secundo benefic. consid.* 5. *nu.* 6. & Nos plena manu cõprobauimus *lib.* 1. *qq. forens. cap.* 167.

Quemadmodũ similibus personis l3. in occurrentibus casibus agere ad repetitionẽ dotis, ac si esset mortui viri, *Lupus in cap. per vestras §.* 18. *nu.* 12. *de donat. inter vir. & vxor. Roman. cons.* 187. *in fin.* vbi dato quouis modo, quod maritus sit exul à Ciuitate sine publicatione aliqua bonorum est locus repetitioni dotis, *Couar. lib. pract. qq. cap.* 7. *col.* 7. *vers. etiam in hoc*, & latius prosequitur *Caroee. decis.* 106.

3 Quorum omnium ratio assignatur siquidem priuilegia concessa viduis extenduntur ad habentes maritos inutiles, & bannitos, licet fędus matrimonij in se duret. *Bal. in cit. l. fin. C. ad leg. Flau. de Plag. Rebuff. ad cõstit. Franciæ in tit. de sent. prouis. art.* 3. *glos. fin. col.* 2. *Barbat. in tract. de præstãt. Cardin. par.* 1. *quæst. fin. col.* 1. & alij communiter, banniti si quidem habentur pro mortuis, *l. si qua pœna ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. glos in §. relegati inst. quib. mod. ius patr. potest soluit. Alex. cons.* 75. *nu.* 9. *vol.* 1. *Gail. de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 13. *Catalan. de indult. cap.* 13. *nu.* 34. *Magon. decis. Lucens.* 34. *nu.* 13. *laté Tusc. concl.* 12. *lit. B.* etiã naturaliter *Farin. cons.* 135. *nu.* 57. quia bannum morti ęquiparatur, *Caball. resol.* 264. *num.* 23. & si in contumaciam sit *Idem resol.* 239. *num.* 9.

Ex quibus non esset ponere os in cœlum, vt legatum distribuendũ, siuè elemosina diuidenda inter viduas pauperes, possit dari huiusmodi mulieribus habẽtibus viros inutiles, quemadmodum legatum factum pro orphanis maritandis potest distribui habẽtibus parentes pauperes, & inutiles, *Lara de anniuersar. lib.* 1. *cap.* 2. *Antonin. Diana resolut. moral. tract.* 2. *miscellan. resol.* 52. *fol.* 134.

4 Declara tamen firmatam conclusionem non esse veram, vbicunq; inutilitas prouenire ex parte mulieris, vt puta quia ex parte ipsius fuerit facta Thori separatio, *Marchesan. de commiss. in tit. de auocat. caus. §.* 2. *nu.* 36. *par.* 2. *Foller. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores nu.* 81. *Carau. in rit. M. C. V.* 29. *num.* 23. & Nos latè confirmauimus *d. quæst. forens.* 167. *à num.* 12. *cum seq.* vbi retulimus iuxta hanc sententiam fuisse executum in Audientia Catanzarij vbi casus accidit, sequitur nos allegando *Thor. in compend. decis. verb. electio fori pag.* 171. *col.* 2. *circ. med. tom.* 2.

5 Pro cuius declarationis confirmatione confert, quod si maritus sua culpa diuertat ab vxore perdit lucrum dotis, & donationẽ propter nuptias, *l. consensu §. fin autem aliter C. de repud.* laté *Io. de Amic. cons.* 5. & plené *Molfes. in coment. ad consuetud. Neap. q.* 13. *de iure quartæ par.* 7. *tom.* 1. prout quartam debitam per *text. auth. præterea C. vnde vir, & vxor*, nequibit prætendere si sua culpa esset facta separatio Thori, nempè propter adulterium, vt è contra mulier priuatur dicta quarta, si eius culpa separatio Thori esset facta, vt laté apud *Valas. de partit. bonor. cap.* 6. *nu.* 48. *Couar. de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. *§.* 1. *nu.* 6. *Guttier. can. quæst. lib.* 1. *c.* 24. *nu.* 16. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glo.* 8. *par.* 10. *nu.* 38. *Gam. decis. Rot. Lusitan.* 358. vbi ita decisũ refert.

6 Amplia vt habentes virum absentem per lõgũ tempus, pariter viduę appellari possint quo ad effectum habendi priuilegium electionis fori, prout ita de anno 1619. cõsultus respondi in quadã facti contingẽtia.

7 Quæ quidem consultatio ratione nõ caret, siquidem casus mortis æquiparatur casui absentiæ, ad *tex in cap. si delegatus de offic delegat. in* 6. *D. Ricc. in collect. decis. collect.* 1056. *Muta in prag. Regn. Siciliæ* 1. *de offic. Proreg. nu.* 72. *Oterus in suis lucubrat. Rom. disput.* 4. *nu.* 5. vndè meritò videmus, quod officialis ob alterius absentiam substitutus ad nouam vsque creationẽ perseuerat illo mortuo, vt conclusum per S.C. refert *Præses de Franch. decis.* 255. & decisum alias testatur *Giurb. in decis. Sicil.* 9. vbi hanc opinionem, imò articulum benè dilucidat, quod & tenuerunt *Alberic. in l. quæsitum ff. de tutel. Boer. decis.* 149. *nu.* 15. *Petr. in addit. ad Capyc. decis.* 151. *lit. A.* & nouissimè videndus *Marchio Corleti D. Reg. Constant. doctissimus, & fatigatus vir in comment. ad tres libros Codic. in l. nullus nu.* 51. *cum seq. C. de decur.* iuxta quam sententiam consultus respondit Dom. Riccius pro Illustrissimo, & Excellentissimo

Comite

Comite Lemos Prorege huius Regni Neap. eius patre, cui per literas Regias fuerat suffectus, cum dictus eius pater nomine eiusdem Regis functus fuisset legatione magnifica apud Summū Pontificem Clementem VIII. asserendo prædictas literas Regias eidem debere etiam ad casum mortis extēdi, vt ipsemet testatur in *collect*.1056. videndus est recenter *D. Reg.Tapia in decis. supremi Senatus Italiæ 9.* vbi tractat, si possit Prorex creare Locumtenentem, ex quibus iuribus scilicet mortis absentiæ perpetuæ, & temporalis, mortis enim & absentiæ casus æquiperantur, *cap.1.§.fin.ne sede vacant. in 6.Sess. in decis.Arag.57.Rouit super pragm. in rubr.de administr.& quod person seru.nu.25.* mortuus namq; abesse dicitur *Glos.in cap.si delegatus in verb.abesse de offic.delegat.in 6. l. multa in princ. ff.de condit.& demonstr. Montan. de tutel. cap.57. num.21. Bertazzol. in consil.crim.30.num.21. & consil.85.num.9. Alber. Alciat.& Rebuff. in l.mulieres §.fin. ff.de verb.signif. Bal.in l.mater col.fin. ff.de condit. & demonstrat.* sicque in tutore probat *text. in l.quæsitum ff.de tutel.* qui datus in casu absentiæ, censetur etiam datus in casu mortis, sequitur *Viuius decis.2.sub nu.5.* cui addo *Giurb. d.decis.9. num.9. & D.Regentem Constantium d.l. nullus num.55. C. de decurionib.* ea ratione, quia tutor à Iudice datur, & officiali æquiperatur, *l.præfectus ff.de rit.nupt. Freccia de subfeud.lib.2.quæst.56.nu.2.*

Hinc qui in sua Curia potestatem administrandi cuditionem monetæ, habet in absentia alicuius poterit etiā in casu mortis einsdē administrare, vt decisum refert *Sessa decis.Rot.Aragon.571.*

Quare cum mors, & absentia æquiparētur.& æquiparatorum eadem sit dispositio *glos.in l.omnes dies vers. Apostolicæ C.de ferijs, & in cap si postquam § fin. in verb. prouisio,* vbi etiam *Dominic. de elect in 6.* latè *Viuius decis.255. à num.19.cum seq.* argumentum enim in iure verisimili probatissimum est *Corn. consil.205.num.9. vol.2. Menoch. cons.306. num.10. vol.4. & cons. 434. num. 43. vol.5.* vbi meritò quidem concedit huiusmodi argumentationem à verisimili in interpetrādis vltimis voluntatibus, & alijs actibus plurimum valere; ideò sicuti mulier per mortem viri gaudet beneficio electionis fori, sic pariter mulier per absentiā viri hoc priuilegium habere debet, quia maritum non habere, vel habere absentem paria sunt, *argum.text.in cap.2. §.sed neque illud extra de translat.Episc.* vbi Pontifex dicit, quod secundum communem vsum loquendi Ecclesia dicitur esse vidnata sponso suo, quę habet Episcopum inutilem, cui adnectitur *Glos. notab. in cap. admonere in glos. 33.quæst.2.* quæ per illum *text.* colligit carmen.

Si re priueris, nec nomen habere mereris.

Nam paria sunt aliquid non esse, vel inutiliter esse, *l.de ætate §.nihil ff.de interrog. act. l.4. §.condemnatum ff.de re iudic.* & sic priuilegia concessa elargitaque viduis, competunt etiam mulieribus virum absentem habentibus tanquam inutiliter nuptis, vt ex *Bald.in d.l. fin. C.ad leg.Flau. de Plag.* firmat *Viuius d.decis.197.num.3.*

Sed dum in hac reperimur materia extra propositum visum non est hic discutere articulum, qui consulendus nobis transmissus fuit die 20. Agusti 1626. cuius casus talis est.

9 In Ciuitate N. adest immemorabilis cōsuetudo, quod pro antefato detur tertia pars dotis assignatæ, quādo mulier est virgo, vulgo (Zita) at vbicunq; est vidua quar-
10 ta pars à viro intelligitur promissa, accidit, quod quædam mulier contraxit matrimonium in faciem Ecclesiæ per verba de præsenti, quod tamen non fuit consumatum per concubitum carnalem, quia mortuus fuit vir, deindè cum iterum nupsisset, & secundo viro adhuc superuiuisset, dubitatum fuit qualiter præsenti mulieri antefatum assignandum esset, nempe si tertiæ parti dotis assignatæ tanquam virgini, cum tēpore secundi matrimonij talis erat, stante quod primus vir eam carnaliter non cognouerat, vel danda erat quarta pars tanquam viduæ, quia habuerat virum, qui mortuus fuerat.

Et quidem prima, vt aiunt facie vigore conclusionis à nobis supra firmatæ, quod vidua appelletur illa, cui mortuus est vir, videbatur concludendum antefatum huiusmodi mulieri deberi tanquam viduæ, dum certum est illi mortuum fuisse maritum.

Nec obstabat dicere, quod dum inter primum maritum, & ipsam non interuenisset copula carnalis vir appellari nequiret, cū propriè talis non appelletur nisi consumato matrimonio, & non antea, *l.1.§.hæc quæstio ff. pro dot. Abb. in cap. ex publico de conuers.coniug. nu.5. Dec. cons.510. Honded.cons. 4. num.4.*

Si quidem patet responsio virum, & vxorem appellari, qui consensu cōtrahunt matrimonium seruata forma Sacri Concilij Tridentini, vt post antiquiores firmarunt *Gomez decis.46. & 47. Guttier. de iuram. con-*

firmat.cap.51.par.1. Cardinal.Tusc.conclus.87. lit. M. Sanchez de matrim. lib.1. disput.1. & post contractum matrimonium per consẽsum, id est per verba de præsenti, & ante copulam non dicuntur sponsus, & sponsa, sed maritus, & vxor, *Abbas in rubr. de sponsalib. Soccin.cons.223.num.4.& 5.vol.2. Carpan.ad statut.Mediolan.268.num.4.tom.1.Polidor. Ripa de nocturno tempore cap.34.num.2. Mascard.de gener stat.interpret.conclus.4.num.39. & seq.* quia copula non est matrimonium, sed ipsius vsus, & effectus, *cap. cum initiatur 27.quæst.2. l.nuptura ff. de iur. dot. Bald. cons. 228. vol.3.* & nuptias, non concubitus, sed consensus facit, *l.nuptias ff.de regul.iur. cap. sufficit 27.quæst.2.* & matrimonium ante carnis copulam perfectum est quo ad sanitatẽ Sacramenti, licet secus quo ad significationem, *Couar. in 4.decret. part.2.cap.1. §.1. Cancer. variar.resolut.cap.1.de minor. nu.159.* & ideò sponsus, & sponsa de præsenti, qui non dum matrimonium consumarunt, benè vocantur vir, & vxor, *cap. omnes res, d. cap. cum initiatur, cap.coniuges, & cap. coniugium 27 quæst.2.* & omnia iura loquentia de matrimonio, aut de marito, & vxore accipiuntur, quando matrimonium de præsenti cõtractum est, quamuis copula non sit secuta, *Couar.loc.cit num.2. Mathiens.lib.5.recopil. tit.2.l fin.glos.6.num.2.* & ideò legatum alicui factum, cum nupserit præstari debet cõtractis sponsalibus de præsenti, licet copula adhuc inter coniuges nõ fuerit. *Alex. cons.42.vol.7. Mantic. de coniectur.vltimar. volunt.lib.11.tit.22.num.13.Francisc.Marc. decis.856.& 857. tom.1. Anna singul.300. Masullus in scholijs ad Capyc. decis.204.sub num.2.*

11 His licet veris existentibus totum contrarium dixi esse verius in casu isto, vt scilicet antefatum debeatur præfatæ mulieri tanquam virgini, & non tanquam viduæ, & sic habito respectu ad tertiam partẽ promissæ dotis.

12 Quæ quidem opinio iustificatur, quia antefatum datur vxori in amissæ virginitatis premium, *l. res vxoris C. de donat. inter vir. & vxor. Suarez in tit. de las arras in princ. Roias de success. cap.33. numer.34. Padill. in authent.resque num.31.C.commun.delegat. Gomez. in l.Tauri 49.nu.8. Franch.decis.182.nu. 9.Nepit.ad consuetud.Catin.tit.15.num.26.Intrigliol.de feud.centur,2.artic 7.num.97 Pellic.in consuet. Auers.cap.6.num.63. Guttierez de matrim. cap. 19. num. 2.* est enim merces mulierum legitimè coniugatarum, quam propter desflorationem eis à marito conceditur, *Alciat. cons.49. num.25.lib.9. Peregr. cons.9. nu.29. vol.2.* licet sit sterilis *Sanchez de matrim. lib.7. disput.92.num.26. Molfes. in consuetud.Neap.par.7.quæst.7.nu.20.* quasi vidua effecta deterioris sit conditionis, vt maiori egeat dote, si renubat. *Pellic. in cõsuetud. Auers.8.num.164. Rimin.Iun.cons.356 num.30. Decian.cons.33.num.12.& 32.vol.4. Valasc.decis.2.num.4. Gregor.in tract.de paragio quæst.30.num.8. Sanchez de matrim. lib.6. disput.27.num.4. Menoch.de præsumpt lib.3. præsumpt. 6. num. 30.* qui omnes affirmant maiori dote indigere viduam, quam virginem.

Vndè cum pro vero habeatur præfatæ mulieri claustrum ruptum non fuisse à primo viro, sed à secundo, meritò fatendum est illi deberi antefatum tanquam virgini, & non vti viduæ, firmando opinionem quo ad hunc casum vidua non appelletur simpliciter, cui mortuus est vir, sed cui ruptũ est claustrum hominemq; cognouit.

SVMMARIVM.

1 *MOrbo diuturno fatigatus gaudet electione fori.*
2 *Animæ corporisq; infirmitas miseratione digna est.*
3 *Leprosus habet electionem fori.*
4 *Leprosus ad ordines promoueri nequit.*
5 *Membris mutilatus gaudet electione fori.*
6 *Membris destitutus ob percussionem factam clericis non tenetur ire ad Sedem Apostolicam, sed potest ab eorum Episcopo absolui.*
7 *Cæcus habet electionem fori, sed declara vt num 9.*
8 *Cæcitas dicitur morbus in parte corporis.*
10 *Muti, & surdi excusantur à muneribus, sed declara vt ibidem.*
12 *Monoculus an possit suscipere clericatum, & quid de habente oculos, sed alterum ipsorum inhabilem, nu.13.*
14 *Manum mutilatam habens, non potest ordinari.*
15 *Vexatus leui, & non diù duratura infirmitate priuatur beneficio electionis fori, & quare num.16.*
17 *Vexatus graui capitis dolore ægrotus vocatur.*
18 *Morbo gallico affectus non gaudet fori electione, sed contrarium tenet Author, nu.19.*
20 *Torqueri non potest laborans morbo gallico.*
21 *Laborans morbo gallico est irregularis.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Morbo diuturno fatigatus An, & quando Fori Electionis,& Variationis beneficio gaudeat.

QVÆSTIO VIII.

1 Regula est, personam morbo diuturno fatigatam debilemq; gaudere priuilegio electionis fori, nam huiusmodi expresse ad hūc effectū inter miserabiles personas reponuntur per Imperatorem in *l.vnic.C.quando Imper. inter pupill. & vid.* & sic tradunt ibidem DD.omnes,& ita scribunt *Rebuff. in constit. Galliæ in tit.de sentent.prouisional.glos.fin.col. 4. vers.vltimo, Roland cons.76.num.44.vol.1. Afflict.decis.257. Menoch.de arbitrar. Iud. casu 66.lib.2.in addit.num.19. Azo in summa C. quando Imper. inter pupill. & vid. num. 7.* quem sequitur *Isernia in constitut. statuimus col.3. vers. item qui sunt miserabiles, Viuius in decis.65. num.4. & in decis.521. sub eod. num. Girond. de priuileg. exempt. num.469. Cardin. Tusc.conclus.273.lit.M.nu.1.*

Cuius sanè regulæ palpabilis ratio assignari potest, eo quia sicut animæ infirmi-
2 tas miseratione digna est ita, & corporis, *Ælius de infirmit cap.13.* vbi quod ideo tales personæ miserabiles appellantur, etenim quæ egritudinem, & dolorem afferūt, & interitum producunt, quæ à mala fortuna proueniunt, miserabilia dicuntur,& *Castel.de offic.reg. lib.4.cap.11.* probatur misericordiam egritudinem esse, vnde meritò infirmo datur beneficium restitutionis in integrum, *l. quæsitum ff. de re indic. l.si cui §. planè ff.ex quib.caus.ma. Sfort.Odd. de restit.in integr.part.1.quæst.11.art.6.* vbi assignat rationem,quia infirmus impeditur superesse rebus suis.

3 Amplia hanc conclusionem procedere etiam in leproso quē potiri huiusmodi electionis fori priuilegio,notarūt *Modern. noster Doctor Neap. de iurisdict. part.2. cap. 21. num.5. Cardin.Tusc. d.conclus.273.nu.2.lit.M. Cochier.de iurisd. in exempt part.4 quæst.108. num.7. tom.1. Barbos.in remiss. DD. ad ordin. Lusit.lib.3.tit.5.num.17.Imbrian.de primo,& secundo benefit.consid.5.nu.175.*

Cuius ampliationis ratio non deside-
4 ratur, enim leprosus morbosus appellatur,& ideo ad ordines promoueri non posse certi iuris est, imò si iam reperiatur promotus propter scandalum ad celebrandum non permittitur, præcipuè si esset magna deformitas, sed abominatio, *cap.3. de corpore vitiat. cap.de Rectoribus, & cap.tua de cleric. egrotant. Bellett.in disquisit clerical. tit.de disciplin.clerical. §.7.num.32.Campanil.in diuers. iur.canon.rub.1.cap.17.d num.160.Henriq.in summa lib.14.cap 8.§.8.* vbi etiam,quod Parochus, aut Episcopus si leprosus euadat, debet habere coadiutorem cum congrua portione.

5 Amplia Secundo, huiusmodi conclusionem procedere etiam in membris mutilato, quia talis pariter reputatur infirmus,& consequēter gaudet hoc electionis fori priuilegio,vt docent *Afflict.in d.constit statuimus sub num.19. Alex. cons.126. col.3.lib.4. Rebuff.in constitut Gall.in tit.de sentent.prouis. glos. final. vers.vndecimo, & Bellug. in specul. princ. rubr.23. §.sed pone enim, Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. casu 66. num.27. Caballin. milleloq.607.vers.vndecimo,* vbi allegat *tex. in cap.1.de cleric.egrot.* addo *Barbos.in remiss. DD. ad ordin. Regni Lusitaniæ lib.3. tit.de citat.num.19.*

6 Vndè meritò, dum pro infirmo reputatur huiusmodi mēbris destitutus videmus, quod pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem Sedem Apostolicā adire non tenetur, sed potest ab eorum Episcopo absolui, *Hieron.de Monte quæst.15. num.6.Sayr.in tract. de censur.lib.3.cap.28.nu. 32. Bellett.in disquisit.clerical. part.1. tit de fauor.cleric.canonis §.3. nu.32. Graff.de effect. clericat.effect.9.nu.162.*

Amplia Tertio, etiam in surdo,& muto, qui reputantur adhuc miserabiles personæ, cum intellectu,& sensu careāt, vnde in fantibus assimilantur, *Farinac.in pract.crim.tit. de pœn. temper. quæst. 98.* vbi propterea format illos excusari si delinquant, ne pœna ordinaria puniantur. *ex Bart. & Bald. in l. mutuum ff.de acquir. hered. Plac. in ephit. delict.lib.1.cap.32.nu.17.*

7 Amplia Quarto, etiam in cœco, qui potest declinare forum tanquam miserabilis persona, *Butr. in cap. significantibus num.22. de offic.deleg. Afflict.cit.constit.statuimus num. 19. Alex. d.cons.126 lib.4. Tesaur.decis 177. in princ. Rebuff. loco supra citato, Modern. Neap de iurisdict.part 2.cap.21.num 5 Barbos. d tit.de citation. loco supra citato, Cochier. de iurisdict.in exemp part.4 quæst.108. pagin. 309. Mascard. de probat. conclus.105. Rodriq tom.1.quæst.regul.quæst.65.artic.3.* quos duos nouiter commemorat *Tamburrinus in tract.*

tract. de iure Abbatum quæst. 15. *quæsit.* 7. *nu.* 12. quem post hæc scripta habui.

8 Et ratio est, nam cecitas dicitur morbus in parte corporis, licet homo ita natus sit *l.* 1. *§. sed sciendum ff. de edilit. edict. Altius in tract. de infirmit. cap.* 21. *par.* 1. *in princ.*

9 Limita Primo, id quod dicimus de cœco, & alijs, vt supra non procedere in illo, qui vnico tantum membro fuerit debilitatus, sed in illo, qui exempli gratia esset vtroque lumine orbatus vere surdus, & vere mutus, aut pedibus, & sic de singulis vt in terminis scribunt *Foller. d. constit. statuimus nu.* 84. *et Perez in l. Castel. tit.* 1. *lib.* 3. *vers. item cœci.*

Quorum sententiam corroboro *argum. text. in l.* 1. *C. qui morbo se excusant*, & eorum quæ ibi notantur per *Bart. & DD.* vbi lu-

10 minibus capti surdi, muti habent excusationem à muneribus, & sic in vtroq; membro debilitati monoculi autem surdastri, & cæteri his similes minimè excusantur; facit *text. in l. honores ff. de curat.* vbi mutus, & surdus si in totum non audiunt, aut non loquuntur ab oneribus ciuilibus excusantur, vt ibi per *DD.* at secus in eo, qui tarde loquitur, aut tarde audit, *l.* 2. *§. minus audiens de vacatione munirum, l. fin. ff. de leg. tut.* & idē dicunt *DD.* vt excusationem non habeat, si mutus, & surdus ex solo motu labiorum percipiat mentem loquentis, per doctrinā *Bart. in l.* 1. *in princ. ff. de verb. oblig.* facit *tex.*

11 *in l. mutum ff. de edilitio edicto*, vbi mutus dicitur, qui nullo modo potest loqui, non autem qui potest loqui, sed grauiter, & ponderose, facit *text. l. qui damnum eodem tit.* vbi minimè dicitur morbosus, qui vnicum oculum habet, quare surdi, muti, & cœci, licet fideiubere nō possint, tamen id intelligitur de his, qui nihil prorsus vident, audiunt, & loquuntur *Alex. cons.* 12. *lib.* 1. *Honded. consil.* 37. *vol.* 1. at secus in ijs, qui malè loquuntur, & exaudiunt, vt sunt balbutientes, & surdastri, *Maur. in tract. de fideiuss. cap.* 10. *tit.* 1. *sect.* 8. & regula illa, quod surdus, & mutus non faciunt testamentum, intelligitur de surdo, qui omnino non audit, & de muto, qui nihil eloqui potest, & non de illo, qui tardè loquitur *l. qui in potestate §. surdus ff. de testament. §. item surdus instit. quib. non est permis. facer. testament.* & ad materiam latè *Treutler. disput. select. part.* 2. *disput.* 10. *thesi* 3.

12 Quamuis circa susceptionē ordinū aliud sit, nam monoculus, idest cocles carens, scilicet vnico tantum oculo non possit fieri Clericus etiam primæ tonsuræ, *cap. si euangelica* 55. *distinct.* neque carens pupilla oculi, vt de vtroque fuit decisum per Rotam, teste *Scraph. decis.* 615. *num.* 1. 2. *&* 3. *part.* 1. *Nauar. in manual. cap.* 27. *num.* 199. *Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. cap.* 93. *Campanil. in suo diuers. iur. canon. lib.* 11. *d. cap.* 17. *num.* 70. vbi *nu.* 73. *cum seq Henric. in summa d. lib.* 14. *cap.* 8.

13 *§. &* 2. idem asserit de habente oculos, sed alterum ipsorum inhabilem, quia visu ille caret, quāuis sanus, & integer alijs videatur, & *num.* 74. extendit ad habentem in oculo albuginem, & *num.* 75. idem asserit in lippis modo tamen longa, & diuturna, atque continua sit lippitudo, & horrorem

14 inspicientibus afferat absque subtili inspectione, prout similiter manum habens mutilatam, non potest ad ordines promoueri, *cap. exposuisti de corpore vitiat. Parisius de resignat. benefic. lib* 5. *quæst.* 6. *num.* 48. *Bellett. in disquis. clerical. d. tit. disciplina clericali nu.* 20. *Campan. d. cap.* 17. *d. nu.* 104.

15 Limita Secundo, vbi esset leuis infirmitas, nec diù duratura, nam eo casu non gaudet tali beneficio, *l.* 1. *§. proinde ff. de edilit. edict. l. quæsitum ff. de re iudic. Vital. in tract. malefic. in tit. de nuncij relation. num.* 48. & in terminis nostris ita notat *Borrell. in summa decis. tit. de iurament. perhorrescent. nu.*

16 23. *tom.* 1. ex eo quod cessat priuilegium infirmorū vbi leuis erit infirmitas, vt scribit *Altius de infirmit. cap.* 50. *par.* 1. *num.* 11. vbi allegat *text. in l. quæsitum*, vbi *DD. ff. de re iudic. Riminald Iun. in l.* 1. *num.* 570. *de offic. eius*, licet secundum *Altium vbi supra num.* 17. in homine male complexionato, & debile morbus sui natura leuis, vt febris quartana grauis haberetur, ex *Gomes. ad regul. cancellariæ de infirm. resignant. quæst.* 25. *in fin. & Mandos. ad eandem regul. quæst.* 5. vbi concludunt morbum leuem in regula illa considerare cur id fiat, docet *Sfort. Oddus in suo tract. de restit. in integrum par.* 1. *quæst.* 11. *art.* 7. *num.* 33. *& Mayol. de irregul. cap.* 22. *lib.*

17 2. *& cap.* 23. dicit egroto computandum esse, qui graue capitis dolore vexatur, ita vt corporis vsus sit impeditus, quod sanè considerabam in anno 1626. ad excusationem Admodum Reuerendi Patris Abbatis Monasterij Sanctæ Mariæ de Andria Ordinis Sancti Benedicti, & nouè tutatur *Giurba cons. crimin.* 8. *num.* 11. vbi nos allegat, & sequitur post huius operis primam impressionem Neapol. enim non quælibet infirmitas facit hominem incapacem, sed quæ est durabilis, & incurabilis, *Suarez tom.* 5. *disput.* 51. *sect.* 3. *num.* 17. *F. Sigismund. à Bonon. in tract. de elect. par.* 2. *cap.* 4. *dub* 89. *nu.* 13.

18 Limita Tertio, in affecto morbo gallico, *Rebuff. loco citato*, quem sequitur *Marchesan. de com-*

*de commiss. part.2. §.2. in tit. de Auocat. caus. num.*51. vbi dicit, quod ista opinio bene reperitur fundata, quia si contrarium obseruaretur hisce nostris temporibus quamplurimi isto patirentur morbo pro consequendo priuilegio.

19 Sed cum limitatione non transeo, cum satis infirmus sit, qui hoc morbo laborat, imo rex infirmorum appellari debet taliter
20 cruciatus, hinc videmus, quod laborans hoc morbo non debet torqueri, & si torquendus venit, non ita grauiter, sed leuiter *Gram. decis.*56.*num.*6. *Decian. cons.*93.*nu.* 118.*vol.*2. *Cartar. de interrog. reis lib.*4.*cap.*1. *num.*111.*Guazzin. de defens. reorum defens.*30.
21 *cap.*4.*num.*25. & hinc gallico morbo laborans, si foris appareat, & scandalũ gignat, fit irregularis, *Molin. de iustit. & iur. disput.* 70 *num.*16. *Sayr. de censur. lib.*6. *cap.*9. *num.*5. *Bonac. de censur. disput.*7. *quæst.*2. *punct.* 2. *num.*18.

SVMMARIVM.

1 *INfirmitas qualiter probetur, & num.* 2. *&* 4.
3 *Medici relatio an sufficiat ad probandum morbum.*
5 *Morbus est probandus per allegantem, sic etiã mors, & vita, & impedimentum matrimonij, ibid.*
6 *Dilatio ad probandum morbum, quæ dari debeat.*
7 *Morbus quandiu præsumatur.*

ARGVMENTVM.

Morbus qualiter probetur, vt quis illum probare teneatur, & quæ nam dilatio ad illum probandum sit concedenda, & quandiu durare præsumatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO IX.

QVoniam in præcedenti quæstione conclusimus, infirmos gaudere fori electione, propterea hic inserere volui, qualiter probetur infirmitas, qui teneatur illam probare, & quæ dilatio sit concedenda ad eius probationem, & quandiù præsumatur durare.

1 Probatur autem infirmitas ad effectum electionis fori primo per aspectum corporis, iuxta sententiam *Bart. in l.*1.*num.*5. *de mendicant. valid. lib.*11. *& in l. quæsitum in fine ff. de re iudic. Abb. in cap. tenet extra eod. tit. Caldas de restitut. in integrum vers minoribus num.* 20. videlicet quia facies sit extenuata, & visus, vt etiam habetur per *Mascard. de probat. conclus.*897. *num.*13. *& per Actium in tract. de infir. cap.*37. *nu.*29. *par.* 1.

2 Probatur insuper per medicorum testificationem, *Bart. in d. l. quæsitum post num.*6. *ff. de re iud. Abb in cap. tenor sub num.* 2. *notab.* 2. *eod. tit. Afflict. in constitut. Regni incip. de hit. citat. num.* 27. *lib.*1. *rub.*96. quos refert, & sequitur *Mascard. d. conclus.* 897. *num.* 12. *Actius de infirmit. cap.*37. *num.*1. dictis enim medicorum standum est in similibus, *l. semel C. de re milit. lib.*12. *§. quod autem de non alien coll.*2. *Alex. cons.*141. *col. penult. Phebus decis. Lusit.*78 *num.*5. *F. Sigismund. à Bonon. in tract. de elect. par.*3. *cap.*1. *dub.*102 *nu.*2. verũ *Luc. de Pen. in d. l. semel dicit*, nõ sufficere vnius
3 medici relationem, sed duas esse necessarias, vt ex communi probat etiam *Clarus in sua pract. crim. in §. homicidium vers. autem*, quamuis subdat de cõsuetudine aliter seruari, prout verè sic indistinctè semper vidi Ego ipse practicari, vt vnius valeat fides, & secundum *Clarum vbi supra*, non requiritur medicos esse Doctores, cuius dictum saluari potest, dummodo habeant bonam practicam, & experientiam, & sint in actu medele, nam vt probat *Actius in tract. de ludo scaccorum quæst.*4. *principali num* 41. medicus practicus, & expertus, præfertur habenti theoricam, & scientiã, nisi sit penitus idiota, & emphiricus, vide *Caranit. in Ritu Mag. Cur. Vic.*267. *num.*8. & cum dicit *Clarus ibid.* eos debere deponere cum iuramento, de quo vide etiam *Felyn. in cap. proposuisti de probat. & Couar. variar. resolut. lib.*2. *cap.*1. *num.* 4. est sciendum fidem facere posse per scripturam, iuxta tradita per eundem *Felyn. in cap. de testibus num.* 11. *extra de testibus*, vsusque iudicium equitate suadente tales authẽticas scripturas recipit, quãdo egroti non sunt in loco iudicij, vt dicit *Lucas de Penna in d. l. semel num.*8. *C. de re milit. lib.* 12. *& Clar. in pract. crim. § fin. quæst.* 34. *vers. dixi*, vbi etiam scribit fidem de morbo fieri per testes, siue per testationem medicorum in scriptis redactam, quam neque etiam excusatores accedat Iudex, seù mittat Actuarium cum medico domum ipseq; tenetur, & de hac practica testantur *Foller. in sua pract. crim. in verbo audiantur excusatores nu.* 31. *Monteleon. in sua praxi arbitr. pag. mihi* 29. *nu.* 4. vbi subdit ampliando Iudicem superiorem

riorem teneri ex officio mittere, allegat *Io. Andr. & alios in cap. tenor extra de re iud.* & ipse præterea debet esse diligens in inquirendo, vt probatur in citata *l. semel*, vbi vide *Bart.* In Regijs autem supremis Tribunalibus adsunt speciales Medici, qui vocantur Medici Curiarum, sic etiam tenentur in Tribunalibus Curiæ Archiepiscopalis, & sanctæ Inquisitionis huius Ciuitatis, qui fidem faciunt de qualitate morbi, ad finem vt rei sub cautione relaxari possint.

4 Alios autem modos probandi morbum, & infirmitatem videre poteris, penès *Mascard de probat. conclus.* 897. & apud *Actium de infirmit. cap. 37. per totum*, & per *Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 11. artic. 66.* vbi totam infirmitatis probationē Iudicis arbitrio remissam esse ex communi omnium sententia firmauit, & dat plures modos Iudici, vt benè arbitretur illumque alijs securiorem esse dicit, qui in medicorū relatione fundatur, dumodo tamen medici sint ap probati in loco bonæ conscientiæ, Deumq; timeant, & præ oculis habeant, & testificētur de mandato Iudicis, vt in facto scio cōsiderasse eximium V.I.D. D. Genitorem meum Io. Dominicum Nouarium ad excusationem Nicolai Frācisci Barberij inquisiti de vulnere in personam Io. Antonij de Abbate.

5 Morbum autem probare tenetur ille, qui eum allegat, vnde egrotus, & infirmus allegans fori electionem, tanquā infirmus debet probare suam infirmitatē, vt per *Actiū in tract. de infirmitate cap. 38.* ad quod facit latissimè adducta per *Mascard. de probat. conclus.* 78. vbi quod allegans, & dicens aliquid debet id probare, *l. actor quod asseuerat C. de probat.* plenè *D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. 91. par. 1.* vbi ex fundamentis ibi repositis concludit alleganti exemptionem incumbere onus probādi, de quo videndus est pariter *Cochier. in suo tract. de iurisdict. in exempt. quæst. 8. par. 1. tom. 1.* prout vita, & mors, quæ impediunt matrimonium probari debent ab allegante, *Bar. in l. si quidem sub num. 1. C. solut. matrim. Alex. cons. 27. nu. 7. lib. 6. Ludouis. decis. Rotæ* 228. vbi etiam quod matrimonij impedimentum probandum est ab allegante, *cap. de illo de eo qui cognou. consang. vxor. suæ, cap. dominus de secund. nupt. cap. cum per bellicam 34. quæst. 2.*

6 Quæ autem dilatio ad morbi probationem sit cōcedenda, respondeo cum eodem *Actio in d. tract. de infirmitate cap. 39. par. 1.* quod cum omnis dilatio sit Iudici arbitraria, qui considerata distantia loci personarum qualitate, & causæ potest breuiorem, longiorem, quæ dilationem tribuere, *Marant. in sua pract. par. 6. in tit. de dilat. num. 7. per tex. in l. 1. vbi Bal. C. de dilat. Viuius in decis. 11. num. 9. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 52. num. 2. vbi num. 7.* dicit, tunc dilationem esse Iudici arbitrariam, quando datur à lege non expressa quantitate temporis, alias nequam sine maxima, & vrgentissima causa per Iudicem angustari, aut prorogari nequit, *Panorm. in cap. 1. num. 8. de dilat.* & ita per *Glos. in cap. cupientes §. cæterum in verbo probabilis*, quam ibi sequitur *Dominic. de elect. in 6.* amplè *Salic. in auth. qui semel C. quomodo, & quādo Iudex, Barz. decis. Rotæ Bonon. 151. num. 6. Cartar. decis. Rot. Genuæ 100. num. 2. Berber. in viator. iur. par. 4. tit. de iudic. num. 59.* cum ergo lex non præfixerit terminū, quo morbus probari valeat Iudex præfigere poterit per supradicta, & ita in specie determinat *Glos. in d. cap. cupientes §. cæterum de elect. in 6.* vbi etiam *Gemin.* eidem inhæret opinioni.

7 Morbus autem quandiù præsumatur durare, & an morbo infirmitateq; aliqua affectus semel in eodem morbo persseuerare, atque persistere præsumatur, vide *Actium latè in sepius cit. tract. de infirm. par. 1. cap. 40. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 44.* affirmans, quod morbo sui natura sanabili affectus non præsumitur in eodem morbo perseuerare, & persistere, sicuti è contra grauatus morbo sui natura perpetuo, & insanabili, censetur in eodem perseuerare.

SVMMARIVM.

1 *INfans expositus dicitur miserabilis persona, & potitur priuilegio electionis fori, & quare num. 2.*
3 *Infantes expositi à quo ali debent.*
4 *Exponentes partus feris peiores reputantur.*
5 *Filij expositi sanguinolenti appellantur.*
6 *Pater exponens filium priuatur patria potestate, quo ad ea tantum, quæ sunt sibi vtilia, num. 7.*

ARGVMENTVM.

Infans expositus An priuilegio Electionis, & Variationis Fori fruatur.

QVÆ-

QVÆSTIO X.

1 Regula sit affirmatiua, cum tales infantes dicantur miserabiles, ita quod benè valent vti beneficio electionis fori, *Bar. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad trebell. D. Reg. Tapia in constit. Regni statuimus*, quem refert, & sequitur *Caorblanc. de Baron. prag. 8. num. 331 in fin. Cochier. in tract. de iurisdict. p. 4. quæst. 108. sub nu. 7. tom. 1. Card. Tusc. conclus. 273 num. 2. Rodriq. quæst. regul. tom. 1. quæst. 65. artic. 3. Tamburrinius de iure Abbat quæst. 15. quæsit. 1. nu. 12. tom. 1.*

2 Cuius regulæ ratio datur, siquidem isti dum carent parentibus non solum pupilli appellari possunt, sed etiam orphani orbati omni prorsus spe, suntq; miseratione digni, nam illis pater est populus pater est ipsis nullus, & omnis, vt ait *Tesaur. dec. 118. nu. 3.* vbi tractat, & discutit articulum, quis

3 nam similes infantes expositos alere teneatur, & tandem post plurium opinionum relationem concludit, quod si in loco, in quo fuerunt expositi, adest Hospitale ad illius curam spectet hoc onus, per *Glos. in cap. fin. 87. distinct.* & in defectum Rector Ecclesiæ, quod si ipse non habeat ad id sufficientes facultates, tunc Ecclesia, Baro, & Vniuersitas quilibet pro rata id agere tenerentur, vide *Surd. de aliment. tit. 1. q. 81. & Gratian. discept. forens. cap. 267. num. 9. & 10.*

In hac autem fidelissima Vrbe Neapolitana adest Hospitale Sanctissimæ Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, in quo omnes infantes expositi aluntur maxima cum charitate, vt notum est.

4 Væ illis, qui suos partus exponunt, feris enim peiores sunt iudicandi, quæ cum vsu rationis careant prolem eorum non negligunt, nec abijciunt, dicuntur ideò de iure ciuili huiusmodi feri parentes partum occidere, dum illum exponunt ad *tex. in l. necare ff. de liber. agnoscend.* vbi I.C. horum verborum formula vtitur.

Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is, qui abijcit, & qui denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa quam ipse non habet.

5 Quare *Azo in sua summa in tit. de infantibus expositis*, appellat ipsos filios sanguinolentos, & ideò taliter dictos, quia pœna sanguinis istud expositionis facinus luendũ est, dum pater exponens necare videtur, ex *d. l. necare, & cap. fin. 87. distinct.* quod pariter docuit *Glos. in l. 2. C. de patrib. qui fil. distrax.* & scripsit *Lopez in l. 4. glos. 1. tit. 20. par. 4.* licet tale scelus commictentem puniendum esse arbitrio Iudicis resoluant, *Vulpel. consf. crim. 94. num. 11. & Menoch. de arbitr. Iudic. casu 396. nu. 5.* quibus nouiter addo *Illustriss. D. Riccium in sua praxi resolut. 28. par. 2.* vbi recedendo à Vulpelli opinione id ampliat contra patrem exponentem filium spurium.

6 Et rationabiliter parentes tale crimen perpatrantes filiationis iure priuantur, ad *text. in cap. vnic. de infantibus expositis, Paleotth. de noth. & spur. cap. 63. num. 6. Azor. institut. moral. lib. 2. cap. 26. quæst. 1. par. 2. Surd. in tract. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 51.* & alibi *Gratian. discept. forens. d.*

7 *cap. 267. num. 37.* declarans perdere similes parentes patriam potestatem quoad ea, quæ sunt ipsis vtilia, non circa onerosa, & damnum afferentia, ita quod non per hoc eximuntur ab onere dotandi, prout ita cõsultus dicebam in causa Marci de Natale, qui filiam suam exposuerat palatio cuiusdam Titulati huius inclitæ Ciuitatis, nam deinde cõstito, quod præfata exposita erat eius filia, rogatus de voto inclinaui, quod tenebatur præfatus pater filiam illam dotare.

Vndè meritò sæpè sæpius videmus Illustrissimos locorum Ordinarios sibi reseruare absolutionem huiusmodi casus sanctè quidem cum infans derelictus ante Ecclesiæ ianuas, vel valuas hospitalis, aut alterius priuati subijciatur probabili periculo mortis, tum quia deficit ei lac, vnde nutrimentum habere possit; tum quin hoc frequenter fit noctè, & clam vnde non possũt exponentes moraliter euitare pericula, si veniant canis, lupus, & similia animalia, & comederent infantem, si suffocetur, vel frigore moriatur, ita *Graff. lib. 2. cas. reseru. cap. 22. num. 13.* vbi etiam, quod ad celandum adulterium honoratissimis fœminis, nec licet honorem tueri periculo innocentis infantis, & alia tradit in materia.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix potitur priuilegio electionis fori, sed declara vt nu. 6.*

2 *Meretrix habet primum, & secundum beneficium.*

3 *Miserabiles personæ, quæ dicũtur habitu, & non actu, & quæ actu, & habitu.*

4 Vita

4 *Vita meretricum miserabilis est.*
5 *Meretrix potest mercedem sibi causa fornicationis promissam iudicialiter petere.*
7 *Consuetudo vltima attenditur.*
8 *Posteriora prioribus derogant.*
9 *Rapiens mulierem, quæ olim fuerat meretrix an incurrat pœnam raptus.*

ARGVMENTVM.

Meretrix An, & quando Beneficium Electionis, & Variationis Fori allegare possit.

QVÆSTIO XI.

1 Regula sit, meretricem frui electionis, & variationis fori beneficio, vt apud *Afflict. in const. Regni omnes nostri regiminis notab.1. Troys.in pragm.cursu dilationum num.32. Præses de Franch.decis.233.nu.7.* qui iuxta hanc sententiam decisum refert in Sacro Consilio *D. Ricc. in coll. &. decis.* 1. *& collect.163. Masull. ad Capyc. decis.* 44.*num.8. Muscatel.in praxi S.C.glos.priuilegia lib.1.par 6.in addit. lit. A. Pascal. de patria potest.par.2.cap.2.num.99.in fin. Modern.in tract de iurisdict.cap.21.par.2 D.Regens Tapia in const. Regni statuimus num.24. Muta super consuetud. Panorm. cap.3.num.42. Castill.decis.48.par.1.in addit. Cochier.de iurisdict.in exempt. par.* 4. *quæst.108.pag.309. tom.1. Fontanell.de pact.nuptial.claus.4.glos.11.num.74.tom.1. Gratian.lib 5.discept.forens.cap.962.num. 29. & 30. Viuius decis.521.num.5.*vbi pa-
2 riter annuit huiusmodi personis concedi primum, & secundum beneficium, vt etiam decreuit Sacrum Consilium teste *Præsid. de Franch. allegat. decis.*233. sequitur *Imbrian.in special.tract.de primo, & secundo benefic.consider.5.num.43.*

3 Cuius cõclusionis ratio assignatur, nam quædam personæ dicuntur miserabiles habitu, & non actu, vt viduæ, & pupilli; quędã verò aliæ non tantum actu, sed etiam habitu, vt istæ infelicissimæ meretrices, quibus natura mouetur ad miserandum, *cap.1. de postul.* vbi dicitur, miserabilem personam illam appellari, quæ nequit causam promouere, puta propter defectum paupertatis, vel alterius impotentiæ, ita *Abb. in cap. significantibus de offic.deleg.in glos.1.*refert, & sequitur *Viuius cit.decis.521. d.num.5.* vbi *num.6.*ait, quod imò non solum exstat, pauper ipsa meretrix, sed quoque reperitur in tam periculoso, & misero statu, vt nullus alius miseria inueniri queat: quia secundũ diuum *Augustinum de verbis Domini,* qui nequiter vult viuere, non è tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius eius mala voluntas impletur, & iuxta diuum *Gregorium super Ezechiel:* Peccantes tunc consideramus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua absq; flagello derelictos, taliter quod non sine ratione dicebat *Augustinus de libero arbitrio* ita scribens: *Considera quãtum potest.quam magnum bonum ipsum esse, quod & beati & miseri volunt, nam si hoc bene consideraueris, videbis intantum esse te miserum, in quantum non appropinquas, quod summũ est,* & sic palpas, quam iugum graue sit super meretrices à tempore eorum ingressus in lupanari vsque in diem sepulturæ in matrem omnium, imò status eandem mulierũ tam miserrimus deuenit semper deplorandus ab omnibus, & singulis cum *Innocentio de vilitate conditionis humanæ,* vbi sic afflictè omnes mortales commouet: *Quis ergo det oculis meis fontem lacrimarum, vt fleam miserabilem conditionis humanæ ingressum culpabilem humanæ conuersionis progressum damnabilem humanæ dissolutionis egressum considerauerim, igitur cum lacrimis de quo factus est homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo, sane formatus est homo de terra conceptus in culpa natus ad pœnam agit praua, quæ nõ licet turpia non decent vana, quam non expediunt.*

4 Quare merito has similes personas in miserabilium numero numerãdas esse, cum illarum vita sit miserabilis, affirmauit *Alber. in l. fedissima C. de postlimin. reuers.* quinimò nullæ personæ sunt miserabiliores iudicandæ, quam huiusmodi dum eorum corpus vendunt, quod nihil dici potest miserius, vt apud *Imbrian.de primo, & secũdo beneficio d.considerat.5.num.*48. vendere autem corpus ipsas posse nõ dubitatur,
5 ex traditis per *Gizzarell.decis.54.*vbi latè tractat, si meretrix possit mercedem sibi causa fornicationis, & concubitus promissum iudicialiter petere, & pro affirmatiua sententia decisum refert; de quo vide pariter *D. Ricc. decis. Curiæ Archiepisc.73. par.4. Couar.in regul.peccatum par.2. §.2. & Surd.cons.469.*

6 Declara autem firmatam regulam procedere

cedere, dummodo quando similis persona agit, vel conueniatur sit meretrix, & luxuriosè viuat, secus si antea fuerit inhonesta,
7 & tépore quo agit sit honesta, vt in terminis aduertit *Carau. in Rit. M. C. 19. nu. 27.* cuius declarationis ratio redditur, quia postrema consuetudo attenditur, per *tex. in l. mela ff. de alim. & cibar. leg.* & consequéter, quod mutata in honesta vita, honeste viuit reputari turpis persona nõ potest, *Specul. in tit. qui filij sint legitimi versic. quid si ipsa penitet nu. 16. Alber. in l. si quis à liberis num. 18. ff. de liber. agnosc. Alex. in l. 1. num. 33.* vbi etiam *Rip. ff solut. matrim. Abb. in cap. quinta vallis num. 6. de iure iur. Iaf. in l. non licet num. 233. C. de liber.*
8 *prater.* posteriora si quidem prioribus derogant, *l. pacta nouissima.* vbi latè exornat *Decius C. de pact. Card. Tusc.* amplè *concl. 451. lit. P. & D. Ricci. in collect. decis. collect. 676.*

Quamuis quod meretrix emendata, adhuc dicatur meretrix, ex *Afflict. in constit. Regni qua passim* recéter notet *Megalhus decis. cas. conscient. consi. 9. num. 9.* vbi inter alia ad id probandum vtitur *tex. in l. palã §. non solum ff. de rit. nupt.* quo in loco de meretricibus loquendo sic habetur. *Non solum autem ea, qua facit, verum ea quoq; qua fecit, & si facere desijt lege notatur,* vnde si illa, quæ agere desijt lege notatur, sequitur, quod quando lex, vel statutum disponit de meretricibus notat, & comprehendit etiam illas, quæ desierunt esse tales, quod tamen fortasse posset esse verum in materia fauorabili, non autem in odiosa,
9 cum satis iniquitatis sapiat quem puniri in eo, in quo hodie non delinquit, licet apud DD. reperiam, quod si quis rapuerit mulierem, quæ iam omiserat vitam meretriciã, & penituerat vitæ præteritæ ducendo honestam vitam, tali casu illam rapiens, tenetur pœna raptorum, vt post *Cyn. & Salyc. in l. vnic. C. de rapt. virg.* notarũt *Grilland. de pœn. omnifar. Coit. quæst. 10. nu. 47. Masuer. in pract. crim. tit. de pœn. num. 17. Triuisan. decis. 33. lib. 2.* quod fortius procederet, si illa in Monasterio penitantum resideret, prout in hac Ciuitate sunt multa, in quibus meretricum pœnitentia ducta ad purganda peccata se recipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix appellatur, quæ multis sui copiam facit, & quæ quæstum meretur nu. 2. & vide nu. 3.*
4 *Mulier, quæ ab vno se cognosci patitur meretrix nõ est, licet appelletur turpis persona, num. 5.*
6 *Mulier, qua cum pluribus se non commiscet, non potest citari per Curiam meretricum.*
7 *Rigor pragmatica 1. de meretricibus non potest practicari in illa, qua vnum amasium tenet.*
Banna ne meretrices vtantur redhis, & sedibus non comprehendit mulieres, qua duos tenent amasios, ibidem.
8 *Meretrix nõ appellatur, qua amanti amoris causa sui copiam facit, ita quod institui potest etiam fratre, & sorore prateritis.*
9 *Mulier, qua amoris causa amanti sui copiam facit, non potest expelli à loco honesto.*
10 *Lupanaria qua ratione tolerentur remissiue.*
11 *Meretrix potest mercedem causa fornicationis sibi promissam iudicialiter petere.*

ARGVMENTVM.

Meretrix, quæ nam dicatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO XII.

Firmata regula, quod meretrix inter miserabiles personas sit reposita ad effectum habendi fori electionem; nunc meritò discutiendum est, quæ nam meretrix propriè appellari possit.
1 Promulgo igitur meretricem appellari illam mulierem, quæ multis sui copiam facere spectatur, ac publicè se prostituit, *l. non solum §. palam ff. de rit. nuptiar. & in cap. vidua 24. distinct.* & quæ suam turpitudinem venalem habet, vt in *cap. meretri-*
2 *ces 32. quæst. 3.* & illa, quę quæstum meretur, vt probatur in *l. Athletas §. ait prator ff. de his qui notantur infam. l. palam §. non est ignoscendum ff. de ritu nupt. Rip. in cap. 1. num. 96. de iudic. Alciat. in l. masturius in fin. de verb. signific. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 7. num. 10. Menoch. de arbitr. Iud. casu 291. num. 7. Caball. resolut. crim. casu 123. num. 8. & seq. Castill. decis. Sicil. 185. num. 7.*
3 Vel meretrix appellatur mulier illa ad quam homines diu noctuq; passim aditum habere perspecti, iuxta *Bal.* doctrinam in

 l. data

l.data opera col.11.C.qui accuſ.non poſſ.

4 Vnde infertur, quod vbi aliqua mulier ab vno tantū ſe cognoſcere facit meretrix appellari nequit, namque cum vno concubiſcit meretrix non appellatur, *Menoch. conſ.18. num.18. vol.1. Præſes de Franch. deciſ.68. D.Ricc.in collect.deciſ.collect.163.*

5 vbi tamen, quod dicitur perſona turpis, ex *Caroce. deciſ.* 124. qui ad id allegat *Veronenſ. conſ.57. ſub num.2. Aegid.in tract.de priuileg.honeſtat,artic.9.num.8. Imbrian. in tract.de primo, & ſecundo benefic. conſiderat.5. nu.36.* vbi quod meretrix habetur illa, quę probatur duos quaſtus in ſuum corpus admiſiſſe, ex *Panor.in cap.cum decore ante fin.de vit.& honeſt.cler.* ita quod ea, quæ cum vno tantum concubuit, talis dici non permictitur, pluribus inquam ſe exhibere debet mulier, vt meretrix appellari poſſit, *Luc.de Pen.in l.quemadmodum col.5.C.de agricol.& cenſit.lib.11.& ſecundum Ramonium in conſ.deciſiuo Cathalon. 23.num.24.lib.1,* meretrix nec dicitur, quæ tantum duos admiſit, *Marta conſ.34. nu.9.* vbi quod meretrix dicitur, quæ pluries ſe pretio proſtituit, & plures mediāte pretio admiſit, *Alciat.in l.maturius in fin.de verb.ſignific.*

6 Vnde dum in Curia meretricum, & lenonum huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis eiuſque caſalium, & diſtrictus, in qua annis elapſis iuſſu Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Ducis Albæ Proregis in hoc Regno *Iudicis munere fungebar ſemper obſeruaui non moleſtare, neque citare ad ſoluendum carolenos duos pro quolibet menſe, iuxta formam Regiarum Pragmaticarum ſituatarum in rubrica de meretricibus,* mulieres illas quas conſtabat informationibus captis ſe non commiſcere niſi cum duobus amaſijs.

7 Idemq; dicendum eſt in rigore *pragmatica 1.ſub eadem rubrica de meretricibus,* qui non poteſt, nec debet practicari in mulieribus tenentibus amaſium, ex dictis per *D.Ricc.in deciſ.Curiæ Archiepiſc.63.nu.6. par.1.& deciſ.312. nu.5.par.3.* & per *Barboſ.in addit.ad remiſſ.ordinat.Reg.Hiſpan. lib.4.tit.28.nu.61.*

Quod puto notandum ad intellectum bannorum, & pragmaticarum emanari ſolitorum, ne meretrices vtantur reddis, vulgo (carrozze) & ſedibus, vulgo (ſeggie) nā illa ſunt intelligenda habere locum in publicis meretricibus non autem in habentibus duos amaſios.

8 Et aduerte ſecundum *Menoch.de arbitr. Iudic.caſu 328. lib.2.cent.4.* meretricem non eſſe, quæ amoris cauſa amanti ſui copiam facit, & ob id ait à teſtatore inſtitui poſſe etiam eius fratre, vel ſorore præteritis, ex *Fabr. in §.ſoror inſtit. de inofficioſ. teſtam.* ambos allegat *Caroc.* nuper memorat *deciſ.124.nu.1.* ſequuntur *Maſcard. de probat. concluſ.1063.num.7. Farinac.in pract.crim.quæſt.98.num.86. D.Ricc.in praxi reſolut.424.num.8.par.1.in magnis, & reſolut.135.par.2.* recenter *Giurb. conſ. crim.47. num.12. cent.1.* & ita reperio determinatum in Senatu Luſitano, vt conſtat ex *Arreſto* 145. apud Phœbum *poſt ſuas deciſiones Paſcal. de patria poteſt. par. 2. cap.10.num.31.*

9 Quare memoratus rigor allegatæ *pragmaticæ* 1. qua cautum eſt meretrices expelli poſſe à locis honeſtis, & cum ſi ibi habeāt domos proprias, iuxta deciſ.S.C.apud *Gizzarell.deciſ.56.* nō procedit in illis mulieribus, quæ cauſa aliquibus ſui copiam faciunt, *Menoch. de arbitrar.Iudic. d.caſu 328.nu.14. Maſtard.cit.concl.1066.num.8 Farin.in pract.crim.d.quæſt.98.nu.6.*

De materia tandem, quādo dicatur meretrix, vltra allegatos vide *Solam in conſuet.Sabaud.tit.de mulier.fornic.glo.vnic. Viu.in ſilua commun.opin. concl.679. Farinac.in pract.crim quæſt.136.* & qua ratione tolerentur lupanaria, videndus eſt *Benedictus Aegidius Luſitanus in tract. de iur.et priuileg.honeſtat.artic.9.per totum,* & alia notabilia refert *Matienſ.lib.5.recopilat.l.6.gloſ.2.* & num meretrix poſſit mercedem ſibi cauſa fornicationis, & concubitus promiſſam iudicialiter petere, affirmat *Gizzarell.deciſ.54.* & vide *D.Ricc.in deciſ. Cur.Archiep.Neap.73. par.4.* qui deciſum teſtatur non poſſe concubinam petere ſalarium à cōcubinario ob ſeruitia præſtita.

SVMMARIVM.

1 *Virgo habet fori electionem, etiam ſi agat pro nupto in eam commiſſo, nu. 2. & quid in virgine habente patrem, num.3. vel auum. nu.4. & quid ſi nupta eſſet, ſed non traducta ad viri domum, num.5.*

6 *Virginitas eſt virtus animi, cuius comes eſt fortitudo.*

7 *Virginitas ſupereggreditur cōditionem humanæ naturæ.*

Angeli ſine carne viuunt, virgines in carne triumphant, ibid.

8 *Virginitas habuit initium in Cœlo Empyrea*

- *vel in creatione Angelorum.*
9 *Virginitas est magis voti quam praecepti.*

ARGVMENTVM.

Virgo num, & quando Beneficio Electionis, & Variat. Fori fruatur.

QVAESTIO XIII.

1 Regula sit affirmatiua, siquidem quo ad hunc effectum virgo reputatur vti vidua, & pupillus, & sic est priuilegiata persona, vt notant *Andr. de Isern. & Afflict. in constit. Regni statuimus, ille col. 2. vers. quid si vidua, vel virgo, iste in 8. quest. Azo in summa C. quando Imper. inter pupill. & vid.* vbi eadem opinionem fulciunt *Cyn. Oldr. Alber. Bar. Odofred. Faber. & Fulgos.* qui testatur de communi, sequuntur *Lup. in cap. per vestras num. 12. in 2. notab. de donat. inter vir. & uxor. Guid. Pap. dec. 566. Rebuff. in constitut. Gallia in tit. de sentent. prouis. artic. 3. glos. fin. col. 2.* plene *Marquard. in tract. de celibat. sacerdot. non abrogand. par. 1. cap. 9. Neuizant. in Sylua Nuptial. in verbo in dubio quomodo iudicandum vers. quarto demum, Bellug. in specul. princip. rub. 38. §. consequenter vers. de vno sol. 173. Couar. pract. quaest. cap. 7. sub nu. 2.* vbi meminit ita semel vidisse iudicatum in pretorio Granatensi *Peregr. decis. Rot. Patauia 129. num. 6. Card. Tusc. conclus. 273. num. 2. lit. M. Actius de infirm. cap. 13. par. 1. Borrell. in summa decis. in tit. de iuram. perhorrescent. num. 47. tom. 1.* annuens priuilegium hoc variandi, & eligendi forum praesertim in hoc Regno Neapolitano, & Siculo vlteriori virgini competere, *Viuius decis. 65. num. 3.* vbi refert sic in facti contingentia iudicasse pluribus vicibus in Regia Audientia Apuleae admittendo ad fori electionem nonnullas virgines, & ita pluries vidisse seruari in Magna Curia Vicariae, & in Sacro Regio Consilio in varijs diuersisq; virginum causis, prout saepe fuisse iudicatum iuxta hanc eandem sententiam in ipsomet Sacro Consilio testatur *Praeses de Franch. decis. 200. num. 3.* vbi dicit, tale consilium consueuisse indistincte iudicare virgines inter miserabiles personas quoad fori priuilegium nulla habita distinctione an habeant animum perpetuo permanendi in virginitate, vt sunt moniales, aut nubendi, sequuntur pariter *Mastrill. decis. Sicil. 127. & decis. 302. num. 14. Castill. decis. 48.* vbi in addit. nos allegat *Giurb. decis. 82. Modern. Neap. in tract. de iurisdict. par. 2. cap. 21. num. 5.* & ita communiter seruatur in omnibus Regijs Tribunalibus, & haec est quotidiana praxis, quam Ego in quamplurimis casibus seruari vidi.

2 Amplia 1. firmatam regulam procedere etiam si virgo agat pro stupro contra eam commisso aduersus stuprantem, vt decisum in Sac. Cons. refert *Praeses de Franch. decis. 599.* vbi etiam notauit *D. Ricc.* hunc nostrũ locum allegando, & antea scripserat *in collect. decis. collect. 1. & collect. 137. Thor. in compend. decis. Regni in verb. virgo tom. 1. Pascal. in tract. de patria potest. cap. 2. par. 2. num. 94. Carauit. in rit. M. C. V. 19. num. 25.* inquiens tamen virgine hoc potiri priuilegio tanquam vidua, & non, quia ad aureolam virginitatis ratio habeatur, & iuxta hanc opinionem pluries vidi expeditas prouisiones tam per Magnam Curiam Vicariae, quam per Sacrum Regium Consiliũ in varijs casibus, & recenter in praesenti anno 1628. ita practicauit Regia Audientia Principatus Citra, & Basilicatae in causa Gratiae de Florio loci Furoris districtus Amalfiae.

Quare *Foller. in const. Regni statuimus num. 78.* lapsum fuisse dicendum est, dum affirmare voluit committentes stuprum, & miserabiles personas in se ipsas saeuientes, aut alias in se delinquẽtes vtique non gaudere huiusmodi electionis fori priuilegio.

3 Amplia 2. etiam in virgine habente patrem, sub cuius potestate degit, nam nihilominus potest eligere, & variare forum, vt scribit *Calà in tract. de modo articulandi, & probandi glos. 1. num. 111.* ad quod allegat *Andream de Isernia in dict. constitut. Regni statuimus*, sicque pluries decisum per Magnam Curiam Vicariae, & Sacrum Consilium affirmat *Praeses de Franch. decis. 100.*

Verum huic ampliationi obstare potest, nam si pupillus qui in iure expresse priuilegiatus reperitur, priuatur huiusmodi beneficio, vbicunque habet auum, sub cuius potestate remanet, vt notauimus supra *quaest. 3. nu. 7.* igitur tanto magis à fortiori est dicendum id in virgine habente patre, quae nullatenus expresse hoc à lege priuilegium obtinet, alias diceretur magis priuilegiata virgo quam pupillus, qui expressis verbis nominatus est ab *Imperat. in l. vnic. C. quando Imper.* quod esset maximũ absurdum.

Vndè rationabiliter aduersus hanc ampliationem propositam fuisse alias decisũ per Sacrum Regium Consilium refert *Io. Carolus Vitellus in quibusdam allegationibus ad pœnam*, ad fauorem Horatij Curialis de Surrento, vt meminit *Viscont. in addit. ad eundem Præsid. de Franch. cit. decis.* 100. de quo meminit recenter *Thorus in compend. decis. Regni in verb. virgo patrem habens fol.* 577. *tom.* 1. vbi etiam adducit *Pascal. de patria potest. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 93.

4 Quin imò idem dicendum esset, vbi virgo haberet auum, vt cum pupillo equiparationem habeat, & in eadem dormiant cuna pupillus, & virgo.

Licet nouissimè viderim expeditas prouisiones Magnæ Curiæ ad instantiã Magnificæ Portiæ de Io. Antonio Terræ Accetturæ Prouinciæ Basilicatæ tanquam virginis in capillo, non obstante quod haberet patrem, sed fortassè non est tuta sententia.

5 Amplia hanc conclusionem habere locum, etiam si virgo fuerit nupta, licet non dum traducta, si verba tantum de futuro intercesserint, secus si de præsenti, vt post *Isern.* distinguit *Afflict. in citata constitut. Regni statuimus num.* 3. & ibi pariter *D. Regens Tapia nu.* 10. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 66. *Mastrill. decis.* 127. *num.* 10. *Giurba in comment. ad consuetud. Messan. cap.* 1. *glos.* 1. *num.* 4. *par.* 1.

6 Merito quidem virgo priuilegiatur hoc beneficio electionis fori, siquidem virginitas virtus est animi, cuius comes est fortitudo truncat opera carnis, & superat voluptates sensus, vt patet in *cap. ita ne aliquam* 32. *quæst.* 5. & notat *Bellamer. in cap.* 1. *num.* 15. *cri. fin. extra de summa Trin.*

7 Superegreditur enim virginitas conditionem humanę naturæ, per quam homines Angelis assimilatur, imo maior est victoria hominum quam Angelorum, Angeli enim sine carne viuunt, virgines autẽ in carne triumphant, & sicut in carne præter carnẽ viuere, non angelica vita est, sed celestis, ita in carne celestem vitam agere maioris meriti est quam esse Angelũ fęlicitatis est, esse vero virginem virtutis, dum quis totis viribus nititur hoc obtinere ex gratia, qđ habet Angelus ea natura, vt notat *Amb. in lib. de viduis, & Hieronym. ad Pau. & Eustach. & Bellam. in d. cap.* 1. *in fin. extra de summa Trin. & Cassan. in* 3. *par. gloria mundi co. sid.* 29. *nu.* 25. *cum seq.*

Quo circa *D. Hieronymus* multa de virginitate enuntiat encomia, quæ recenset *Lucas de Pen. in l. fin. sub num.* 25. *C. de incol. lib.* 10.

Et huius quidem virtutis excellentia nõ in eo solum consistit, quod habuerit, quo-
8 dammodo initium in Cœlo Empyreo in creatione Angelorum, qui virgines facti sunt, quia in Cœlis neque nubentur, vt dicitur apud *Matth. in cap.* 22. *& glo. in cap. nuptiæ in verb. virginitas* 32. *quæst.* 1.

Sed in hoc præcipuè comendatur, quæ ipse Dominus noster Iesus Christus non solum virginitatem seruauit, sed etiam Matrem virginem, ex qua nasceretur eligere voluit, propter quod ipse dicitur specialiter amare virgines, tum quia spontè tribuunt, quod illis non fuit insecutum, cum maioris sit gratia afferre, quod non debes quam reddere, quod exigeris, quod professo faciant virgines, quia virginitas pro
9 consilio suadetur non pro imperio patitur, cum sit res magis voti, quam præcepti, vt dicitur in *cap. qui sit* 33. *quæst.* 5. *& in cap. integritas* 32. *quæst.* 1. & notat etiam *glos. in d. cap.* 1. *in fine in verb. coniugati extra de sum. Trin.*

Et propterea *Paulus* de virginibus inquit præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consequutus à Domino, vt patet *in cap.* 7. *ad Corinth.* 1. & per plura de laude virginitatis cumulata habes apud *Barbos. in tract. de officio, & potest. Episcopi par.* 1. *tit.* 2. *glos.* 8. *à nu.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Virgo dicitur, quæ hominem non cognouit.*

2 *Virginitas in dubio præsumitur, cũ sit naturalis qualitas, quæ hominem sequitur, num.* 3.

Clericus coniugatus non tenetur in iudicio probare virginem, & vnicam duxisse, ibidem.

4 *Virginitatis signa, quæ nam sint, & num.* 5. *&* 6.

7 *Obstetricibus an credatur de virginitate vel corruptione mulieris.*

ARGVMENTVM.

Virgo, quæ dicatur, & Virginitas in muliere An præsumatur, & qualiter probetur ad finem de quo supra.

QVÆ-

QVÆSTIO XIV.

CVm clara sit regula in iure virginem gaudere fori electione vt supra, meritò hic discutere consentaneum est, quæ nā appelletur virgo, si virginitas præsumatur, & qualiter probetur ad hunc effectum.

8 Virgo itaque illa dicitur, quæ hominem nō cognouit. *l. vnic. C. de rapt. virg. Triuisan. decis. 26. lib. 2. num. 4. & 9.* vbi discutit de intellectu *d. l.* per totam decisionem, de quo etiam vide eundem *decis. 17. eod. lib.*

2 Virginitas autē in muliere præsumitur, & præsumi dixerunt *Card. & Abb. Panor. in cap. 1. de adulter. Alex. cons. 229. num. 2. lib. 6. Ruin. cons. 209 nu. 11. lib. 2. Bertrand. cons. 135. Grauett. cons. 166. num. 5. Clar. in sua pract. crim. §. stuprum vers. sed pone*, vbi quod virginem corrumpens, & dubitās an fuerit virgo tenetur in equali dubio cēsere illam fuisse virginem, sequitur modernè *Naldus in summa in verb. virgo nu. 5.*
3 est enim qualitas naturalis, quæ hominem sequitur, vt per *Alciat. de præsumpt. reg. 3. in princ.* latè *Mascard. de probat. conclus. 1417.* vbi ponit coniecturas, & signa, quando virginitas præsumatur, vt etiam ad hāc materiam poterit videri *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89.* congerēs quoque ad propositum præsumptiones, & coniecturas, quare in facti contingentia meritò dicebam clericum coniugatum, qui tunc fori priuilegio gaudet, quatenus vnicam, & virginem ducit, vt omnes sciunt *cap. vnic. de cleric. coniug. in 6.* non teneri in iudicio probare virginem in matrimonium duxisse, sed tantum vnicum matrimonium contraxisse ex dicta regula, quod in dubio fœmina virgo præsumitur, nisi contrarium probetur, prout ita in puncto animaduertit Pater *Duard. in comēt. ad Bull. Cœnæ lib. 2. canon. 15 quæst. 4. num. 2. folio meo 494.* & Ego obtinui in Magna Curia Vicariæ in causa Clerici Ioannis Baptistæ de Oliuerio Calabri.

4 Inter coniecturas autē virginitatis procedit, vbicunque mulier vtitur illa vestium specie, qua solent virgines vti, argum. *text. in l. item apud labeonem §. si quis virgines ff. de iniurijs*, cuius fundamentò respondit *Dec. cons. 307. num. 3.* monialem præsumi illam, quæ eo habitu induta cernitur, prout sic de clerico annuit *Gram. decis. 81. num. 2.* & de nouitio scripsit *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glos. 8. nu. 25.* & post eum *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num. 12.*

5 Alia est coniectura, quando puella ipsa fuit cum amasio, vel puella ipsa in loco secreto, hoc etiam casu præsumitur deflorata. De amasio enim cecinit Poeta ille
A *iuuene, & cupido, nō creditur reddita virgo*
& maritum pariter corrupisse vxorem, coniecturam faciunt *DD in d. cap. continebatur de desponsat. impuber. & glo. in cap. dixit Dominus 32. quæst. 1 Berous in cons. 36. num. 9. lib. 1. Alciat. in resp. 25. num. 4.* qui tamen intelligit hoc procedere, nisi constet virum esse impotentem ratione ætatis, vel alterius impedimenti, quod Ego practicaui in causa Antonellæ della Lima Terrę Conchæ Regionis Amalfiæ tanquam Regius Assessor dictæ Ciuitatis.

Idem quando constaret mulierem adeo arctam esse, vt vir non potuerit aperire claustra pudoris *Zabarell. in clem. 1. quæst. 15. de consang. & affinit.* qui tamen intelligit, nisi mulier ob caliditatem seminis viri concepisset, nam tunc corrupta præsumeretur; sed nescio an hoc admittant Prilosophi naturales, qui sine seminis commistione mulierem concipere posse negant.

6 Datur etiam coniectura, & præsumptio, quando obstetrices, vel matronæ peritę tacta inspectaque muliere referunt, & attestantur illam non esse virginem, sed corruptam, sicuti ècontra à fortiori si attestantur se credere illam esse virginem, præsumitur virgo, vt tradunt *Glos. in cap. satis 33. quæst. 5. Marta decis. 64. num. 18. & Abbas in cap. proposuisti num. 2. de probat.* qui quidem subiunxit corruptam præsumi virginem à viro cum quo dormiuit, si linteamina sanguinolenta apparent, & idē scripsit *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. item apud labeonem § si quis virgines ff. de iniurijs*, & adhibendā esse fidem obstetricibus, & matronis mulierem esse corruptam, vel virginem decidit quoque *Francisc. Marc. in dec. 677. & 678. par. 1. & Rota Romana* apud *Verall. decis. 212. nu. 11. par. 2. sequitur Mascard. in conclus. 1810. col. vlt.* qui de virginitate alia multa tradit, & vide *Viuium in silua commun. opin. concl. 491.*

Cæterum autem eadem *Menoch.* ibi, quod
7 dixit credendum esse obstetricibus, & matronis aliquam esse virginem, vel corruptā dubitationi probabili non cedere, cum fallax sit obstetricis manus, vt in specie scripserunt *Butr. in cap. 1. col. pen. vers. item quia*, & ibidem *Auchar. num. 11. & Abb. in cap. fin. num. 10. de probat.* de quo testati

Ego possum, nam non semel proprijs oculis tanquam Iudex Curiæ meretricum almæ Vrbis Neapolis eiusque districtus annis elapsis vidi obstetrices testificari medio iuramēto aliquam esse virginem, & deinde proprio ore illę, quæ pro virgine habebantur à talibus obstetricibus affirmarūt fuisse corruptas, imo quædam annuit peperisse filium, & facta diligentia in loco habitationis à vicinis, fuit id confirmatum, & sic è contra alia vice quædam, quæ reputabatur deflorata ab huiusmodi obstetricibus facta meliori diligentia ab alijs eiusdem professionis fuit reperta virgo, quare illam dimisi, & castigaui denunciantem, qui prędictam tanquam meretricem accusauerat in Curia.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris gaudet fori electione, & ampla vt num. 3. sed declaratur num. 7.*
2 *Verba text. in auth. habita C. ne filius pro patre recensentur.*
4 *Scholaris dicitur stare in scholis, etiam si aliquando diuertat animo tamen regrediendi.*
5 *Scholaris adiens suam domum tempore otij, reuersurus tempore debito, gaudet omnibus priuilegijs scholaris, & vide nu. 6.*
8 *Causa studij dicitur pia.*
9 *Legatum factum pro studio dicitur pium, sic etiam pro emptione librorum.*

ARGVMENTVM.

Scholaris num Fori Electionis, & Variationis Beneficio vti possit.

QVÆSTIO XV.

1 Regula sit affirmatiua, scholarem potiri huiusmodi priuilegio electionis fori, dum in Academijs operam dat studijs, prout debere tali beneficio frui, tradunt *Lucius in tract. de priuileg. scholar. in præfat. nu. 13. Decian. consl. 14. num. 12. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. in addit. nu. 32. lib. 2. Petra ad Gramat. decis. 1. sub uum. 9. Viuius decis. 60. num. 5. Actius in tract. de infirmit. cap. 13. par. 1. Borrell. in summa decis. in tit. de iuram. perborresc. nu. 27. tom. 1. Capibl. de Baron. prag. 8. nu. 333. in nouiss.* vbi studentes appellat tales, eo quia extra patriam vagantur, vt literis vacent, quæ ratio non semper suadet, nec probat, cum non omnes studentes sint exteri, prout in dies videmus in almo gymnasio Neapolitano, & alibi.

2 Quorum sanè opinio corroborari potest ex dispositione *text. in auth. habita C. ne filius pro patre,* cuius verba sunt vt sequuntur.

Habita super hoc diligenti inquisitione Episcoporum, Abbatum, ducum, & omniū iudicum, & aliorum procerum sacri nostri Palatij examinatione, in omnibus, qui causa studiorum peregrinātur scholaribus, & maximè diuinarum, atque sacrarum legū, enim professoribus hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca in quibus literarum exercētur studia tam ipsi, quam eorum nuntij veniant, & in eis securè habitēt dignum namque existimamus, vt cum omnes facientes nostrum laudem, & protectionem omnimodo mereantur, quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius ministris vita subiectorum informatur quadam speciali à dilectione eos ab omni iniuria defendamus, quis enim eorum nō misereatur, qui amore sciētiæ exules facti de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt vitam suā multis periculis exponunt, & auilissimis sapè hominibus, qui grauiter ferendam est corporales iniurias sine causa perfertur.

Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus de cætero tam audax, inueniatur, qui aliquam scolaribus iniuriam inferre præsumat, nec ab alterius cuiuscumque Prouinciæ delictum, siue debitum, quod aliquādo ex peruersa consuetudine factum audiuimus aliquod damnum eis inferat scripturis huiusmodi sacra cōstitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendum in quadruplum notaq. infamia eis ipso iure irroganda dignitate sua se carituroi in perpetuum.

Verum tamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit huius rei optione data scholaribus eos coram domino, vel magistro suo, vel ipsius Ciuitatis Episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus conueniat.

Qui vero ad alium iudicem eos trahere tentauerit, etiam si causa iustissima fuerit à tali conamine cadat.

Necnon iuuatur ex *cap. Regni inter virtutem, & cap. grande,* quæ ad id adducit Rouit.

Rouit.in rub.de scholar.doctoran.

3 Amplia firmatam regulam esse veram, & procedere etiam in scholari existenti in sua patria tēpore otij, & sic æstatis animo reuertēdi ad studium, nam adhuc hoc electionis fori priuilegio vti poterit, *Bald. in probem.decretal.num.36. Platea in l.2. C.de incol. lib.10.* quia non requiritur, vt in omni momēto sit in studio, sed quod habeat animum reuertendi, *Luc.de Pen.in l. hac lege.num.14. C.de priuileg. scholar.* vbi quod si scholaris extra studium in loco patriæ suæ moratur, dum fuot vacātiæ, sed habet animum regrediendi ad studium, & delinquat in sua patria gaudebit priuilegio scholarium, vt conueniatur coram suis Iudicibus, *Archidiac.in cap.de quibusdam*

4 *in fin.37 distinct.* vbi voluit, scholarem dici esse in scholis, etiam si aliquando diuertat alio statim reuersurus, copiosè *Rebuff.de priuileg.scholar. priuileg.86.* vbi per plura

5 fundamenta probat, quod scholaris adiens suam domum iuxta de causa reuersurus ad studium tempore debito omnia retineat scholarium priuilegia, & recenter fundauit *Marta* post hæc scripta habitus *in consil. 144.* vbi latè probauit priuilegium immu-

6 nitatis concessū scholasticis Collegij Ghisleoriorum Papiensis à Pio V. nè possint cōueniri à quocunque Iudice, præterquam à suo deputato comprehendit etiam scholarem domi existentem tempore otij animo reuertendi ad studium, qui ibi deliquerit, addo *Perez in l.Castell. lib.1.tit.2.col. 1.pag.mihi 46.*

7 Declarant tamen DD. supradicta non habere locum in scholari ciue nato in loco, in quo regitur studium, ita inquam vnanimi voce cantarūt in *l.2.in princ.ff.de verb. oblig.* vltra *Bal. & Salyc. in antecit. auth. habita.*

Quamuis totum contrarium in hoc sentiat *Caballin.milleloq.255.* vbi suæ opinionis rationem reddit, cui fortasse addi posset, & alia, nam generaliter causa studij dicitur pia, *Abbas cons.63. lib.2. Mar. Antonin.variar.resolut.lib.1.cap.6.num.3.* ita

8 vt legatum causa studij pium appellarunt, *Grat. cons.142.num.9.lib.2. Ias.in l.1.in fin.ff.solut. matrim. Rimin.Iun. cons.117. num.13. Mascard.de probat. conclus.1177. num. 3.* quos cum alijs modernè ad id adducit *Thomasius in suis tract.de vltim.volunt. tract.10 cap.22.* vbi etiam annuit re-

9 lictum pro emptione librorum adhuc piū nuncupari, ex *Decian. cons.14.nu.13.lib.1.*

SVMMARIVM.

1 *Prodigus vtitur electione fori, sed quando id sit verum, num.5.*
2 *Prodigus in iudicijs equiparatur pupillo.*
3 *Decretum requiritur in alienatione rerum prodigi, sed declara vt nu.8.*
4 *Prodigus reputatur insensatus.*
6 *Prodigo quando concedatur primum, & secundum beneficium.*
7 *Prodigus quando prohibetur ponere censū super re sua.*
9 *Liquidatio instrumenti qualiter fiat contra prodigum.*
10 *Progus quando testari non possit.*

ARGVMENTVM.

Prodigus An, & quando Electionis, & Variationis Fori Beneficio vti possit.

QVÆSTIO XVI.

1 Regula est, quod prodigus tanquā habitus inter miserabiles personas debet vti beneficio electionis, & variationis fori, *Cochier.in tract.de iurisdict.in exemptos par. 4.quæst.108.pag.398.tom.1. Imbrian.in tract.de primo, & secundo benefic.consid. 5.nu.169.*

2 Quæ sanè regula fulcitur pariter, eo quia prodigus in iudicijs equiparatur pupillo, imò in plus etiam in priuilegijs, vt annuit *Io.de Prat.veter.in l.certi cōditio ff.si cert. petatur,* quem refert *Præses de Franch.decis.672.* & ita probat *text.in l.Fulcinius §. adeò ff.ex quib.caus.in possess.eatur,* vbi Iurisconsultus loquens in iudicijs assimilatur pupillos, adultos, furiosos, & prodigos, omnesque eos, qui ope curatorum iuuantur, & ideò priuilegia concessa ipsis censentur data pariter prodigo, *Euerard. in topic. leg.in loco à minor.ad furios.*

3 Vndè meritò descendit, quod in alienatione bonorum prodigi debet interuenire decretum, sicuti requiritur in venditione rerum pupilli, *Bal.in l.qui neque ff.de reb. cor.Sicar.in l si curatorem num.6. C.de in integr.restitut.minor.* vbi declarat equiparationem prodigi, minoris, & pupilli, sequitur *Simoncell.in tract.de decret. in præfat. num.76.* vbi adducit *tex.in l. is qui dicens ff. de*

ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in l. si prædia ff. de reb. eor.

Reputatur si quidem prodigus insensatus, *Damouder. de pupill. patrocin. cap. 8. num. 44. Mascard. de probat. conclus.* 1240. cum careat voluntate, & iudicio, *DD. in l. si furioso ff. de regul. iur.* & ideo fideiubere prohibetur, *l. is cui bonis ff. de verb. oblig.* & tutatur *Maur. in tract. de fideiussor. cap. 6. 2. part. princ. tit. 1. sect. 8.*

5 Declara tamen hanc regulam esse verã, quotiescunq; bonis interdictum est, & notoriè constet eum esse prodigum, alias secus, quia in tantum gaudet priuilegijs, inquantum pro tali fuerit declaratus, vnde

6 licet admittatur ad beneficium restitutioni in integrum, siue primi, & secundi beneficij, iuxta decis. S. C. apud *Præsid. de Fräch. decis.* 598. & 608. id tamen intelligitur, dumodo prodigus fuerit formiter declaratus, & sic interdicta bonorũ administratio *Imbrian. de primo, & secundo benefic. considerat. 3. num. 150. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 11. artic. 4.*

Hinc descendit, quod prodigus tũc à foro, & iudicio arcetur, quando bonis interdictum est, nam in hoc casu conueniri minimè posse, suadet *text. in cit. l. fulcinius §. adeò in fin. ff. ex quib. caus. l. 1. C. de curat. furios.* cũ similibus recollectis per *Schench. prim. iudic. tit. 8. Gotofred in sua praxi ciuil. lib. 2. tit. de inius vocand.* vbi quod prodigo non est dandus curator nisi bonis interdictum sit, *Aretin. & Oinotom. in §. fu-*

7 *riosi inst. de curat.* vnde licet prodigo prohibeatur censum super suis rebus imponere, id tamen est verum, quando illi interdicta est administratio, & datus curator tanquã prodigo ante, *Felic. in comment. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 18. Gencius de censib. part. 1. cap. 2. artic. 3. D. Ricc. collect.* 2986.

8 Et huc spectat, quod prodigus valet absq; decreto alienare, antequam ei interdicatur alienatio, de quo vide tamen latè *Salyc. in d. l. 1. C. de curat. furios.* & plenè *Bar. Ias. & Rip. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig. Roman. singul.* 226.

9 Et hinc contra creditorem prodigum, cui mutuatum esset, vel aliter creditum ante interdictionem bonorum liquidatur instrumentum quoad rescissionem, & executionem realem, licet supersedeatur in executione personali, *Galter. de liquidat. instrum. versic. aduertat insuper ad debitorem num. 2.* vbi allegat *Rouit. in pragm. 4. de liquidat. instrum.* qui dicit decisum in S. C. inter Baronè Lacignanæ, & Marchionem Pollæ, & ad materiã *Præses de Franch. dec.* 672. *Camill. de Medic. consil. 39. & Paul. Staiban. cons. 30. vol. 1.*

10 Et licet prodigo testari prohibeatur etiã de consensu agnatorum, *Connan. in comment. iur. ciuil. lib. 9. cap. 4. sub num. 4. Rimin. Iun. in princ. in stitut. de donat. num.* 1375. id tamen intelligitur, dumodo ei administratio interdicta sit, *§. item prodigus institut. quib. non est permis. facer. testam. Clar. in §. testamentum quæst. 33. Cabed. de cis. Rot. Lusitan. 17. par. 1. Capreol. de success. ab intest. in protheoria num.* 268. *Crass. de success. §. testamentum quæst. 22. Vasq. controuers. illustr. lib. 1. cap. 17. D. Ricc. collect. decis. collect.* 2986. quo in casu nec ad pias causas testari valet, *Alex. cons. 18. num. 6. vol. 5. Suarez in thesaur. recept. sent. §. testamentum num. 18. Spin. in specul. testam. glos. rubr. par. 10. num. 14.* & nouissimè modernus *Thomasius in suis tract. de vltim. volunt. tract. 10. cap. 208.*

SVMMARIVM.

1 *Prodigus dicitur, qui nec finem, nec tempus habet expensarum.*
2 *Prodigalitas est bona dissipare.*
3 *Prodigo vt interdicatur administratio, quæ sint necessaria, & nu. 4.*
5 *Iudex antequam declaret prodigum, quid præcedere debeat.*
6 *Descriptio prodigalitatis datur ab Authore, & num. 9.*
7 *Dare est multum laudis.*
8 *Prodigalitas cui assimilatur.*

ARGVMENTVM.

Prodigus quis nam dicatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO XVII.

1 Reputatur inquam prodigus ille, qui nec finem, nec tẽpus habet expensarum, sed omnia sua bona dissipando profundit, *l. 1. C. de curat. furios. l. as. in l. is cui de bonis nu. 2. ff. de verb. oblig.* ita vt dat dandas, & non dandas, *D. Thom. 2. 2. quæst. 119. à princ. Martin. de Caraual. in tract. expedio de Principes par. 2. lib. 1. discurs. 6. prope fin.*

2 Vnde cum satis prodigalitas, sit bona dissipare, ideò prodigus tanquam talis habitus

bitus remouendus est ab administratione illorum, ideoque ei datur curator, *l. cuius bonis, & l. consilio §. dementis ff. de cur. furios. cap. grandi*, vbi *DD. de supplend. neglig. prælat.*

3 Quamuis vt prodigo interdicatur administratio plura sint necessaria, quia prodigus debet citari coram Iudice ad videndū sibi interdici administrationem bonorum, adhoc vt valeat interdictio iam de eius prę indicio, cogitur *Soccin. cons. 279. num. 3. lib. 2. Card. Tusc. conclus. 865. lit. P.* vbi etiā

4 quod debent instare consanguinei, vel vicini, quod interdicatur, & præuia doclaratione, quod sit prodigus debet sibi interdici, & dari curator, qui tenetur fideiubere inuentarium facere, & administrationem ex Iudicis decreto suscipere, annuens pariter debere prius constare de prodigalitate videlicet, quod male vtatur substantia sua per actus inferentes prodigalitatē, vt quia vendit, & dilapidat *l. is qui ff. de tutor. & curat. dat. ab his*, vel si de facili faceret fideiussiones, aut si recipiat pecunias ad vsuras, & si continuò dilapidat in ludis tabernis, & lupanari, & similia operatur, vide *Mascard. de probat. conclus. 515.* qui scribit quod necesse est, vt testes deponant de actibus dilapidationis, & reddere debent rationem non interrogati.

5 Imò attenta theorica *Castrens. in cons. 248. lib. 2.* Iudex antequam declaret prodigum curatoremq; det tenetur adhibere causæ cognitionem vocatis consanguineis amicis, & vicinis, & interdictio est publicanda, alias valerent contractus fortè facti per prodigum.

6 Prodigalitas autem describitur quædam mulier, quæ manu è suo capite eripit ornamenta donādi animo, & alia incipit se spoliare propria veste etiam donandi causa, propę eam resident quædam arbor arida, & arudo pariter arida, & in terra manet tumba.

7 Pro cuius ornatu reminiscendū est, quod licet dare sit multum laudis, cum id Saluator noster præceperit determinando esse melius quam accipere, vt in *Act. 20. c. 35.* ibi (Beatius est magis dare quā accipere,) tamen nō per hoc deueniendum est ad extrema, & quæcunque donare prodigaliter, vndè (Seneca) prospiciens quendā, qui omnia sua elargiebatur, & singulis gratificabat, in hæc prorupit verba. *Malè morieris tu, qui gratias virgines conuertisti in meretrices*, quasi quod diceret, dare, quod tam bonū est, & tam nobilis actus, tu quia prodigus conrumpsisti tale gratiosum bonum.

8 Hinc ꝓdigalitas assimilatur mulieri, quæ post omnium rerum suarum donationem ad illum statum se reponit, vt suas carnes denundando proprias donat vestes.

9 Prope se tenet arborem aridum, quia multoties videmus arbores siccas euadere, quando multum conantur in producendo fructus, & sic ex defectu humidi radicalis vitę principij exiccantur, taliter accidit prodigo, quia omnia conquassat, & effudit, ita vt ad talem se reducat statum, quod fame pereat, & micas colligat, vt in dies videmus in familijs magnatum, & diuitum, & apparet in (Euangelio) loquente de filio prodigo, qui omnia dissipauit, taliter quod alieno seruitio stare, & cibis immundis se nutrire coactus fuit.

Arudo arida, quæ est symbolum insaniæ, cum sit vacua, est signum, nam sæpius ad id reducitur talis, qui non discurrit de eo, quod necessarium, & temporis lapsu accidere potest.

Tuba, seù tromba prodigi captiuam famam significat, quæ per æthera, & orbem, vti tubicta resonat, quoniam per singulorū ora prodigus tanquam absq; iudicio vadit.

In (sacra scriptura) prodigalitas assimilatur mulieri omnia etiamque suas vestes donanti, ex *prouer. Salom. 6. fili mi si sponsum deris pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus.*

Arbor arida docet, quod prodigus omnia elargiens in Oceanum miseriarum incidit, iuxta illud *Luc. 15. & postquam omnia consumasset facta est famis valdè in regione illa, & ipse cœpit egere, & abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villā, vt pasceret porcos, & cupiebat implere vētrem suum, de filiquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.*

Tuba etiam denotat malā famam prodigi, & murmurationes, quæ quotidiè de illis fiunt, vt *Prouerb. 10.* disponitur ibi *Sapiens corde præcepta suscipit, stultus caditur labijs*, cum in numero furiosorum, & insanorum reponendi sint huiusmodi, effudientes, & dissipantes bona, ad quorum acquisitionem tantum intundatur, agendū est enim sic negotium alienum, vt tuum non obliuiscaris, amico ita prodesse, vt tibi non noceat, vt apud *Senec. in suis prouerb.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Auarus reputatur miserabilis, & gaudet fori electione, dumodo talis per Iudicem fuerit declaratus, nu.8.*
2 *Dolor semper fatigat auarum.*
3 *Auaritia dicitur idolorum seruitus.*
4 *Legatum factum à debitore creditori an censeatur factum animo compensandi cum debito, & quid si debitor auarus sit.*
5 *Contrariorum eadem disciplina, & ideò argumentum à contrario sensu est validũ, num. 6.*
7 *Curator datur auaro, sicuti & prodigo.*

ARGVMENTVM.

Auarus An, & quando Beneficium Electionis, & Variationis Fori habeat.

QVÆSTIO XVIII.

1 Regula pro parte affirmatiua firmari debet, quod scilicet auarus, sicuti, & prodigus gaudeat huiusmodi beneficio eligendi, & variandi forum, cum satis miserabilis appellari debeat, dum in hoc merore, & miseria reperitur, & substantia sua in rebus necessarijs, prout & reliqui homines vti noluit, imo non potest ductus ab illa auiditate, itaut bona se ipsum cruciant, macerant, & percutiunt, dum habet quarumlibet, & & singularum rerum insatiabilem, & inhonestam cupiditatem, vt apud *D. Augustin. de liber. arbit. lib. 3.* taliter quod magis doleat de amissione iam partorum, quam acquirẽdorum, *Gregor. lib. 13. moral. Decian.*
2 *conf. 4. num. 15.* semper itaque auarum dolor fatigat, & cum solito timore custodiat quod tam anxiè concupiuit, & graui labore meminit acquisitum gratius intuitur aurum quam solem capit, cuius naturam optimè *Valerius maximus* explicauit *lib. 9. cap. 4.* (dum inquit) *protrabatur etiam auaritia latentium indagatrix lucrorum manifestæ prædæ auidissima metago*, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima, vndè idolorum seruitus appellatu à *Cicer. lib. 2. de offic.* nullumq; vitium ipsa esse deterius docet *D. Thomas in 2. sentent. 22. distint.* & tanquam insatiabilem lupum, *Bal. conf. 301. nu. 12. lib. 1.* auaritiam esse omnium malorum radicem ex Apostolo probat *Card. Tusc. conclus. 551. lit. A.*

Quæ omnia habens in consideratione in facto rogatus dicebam conclusionem
4 illam, quod quando debitor ex causa voluntaria legat suo creditori compensandi animo cum credito non præsumitur legasse, sed vtrumque habeat *DD. in l. si eum dotem §. si pater ff. solut. matrim. Corn. cons. 288. Couar. in cap. officij de testam.* cum latius notatis per *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2.* vtique non habere locum vbi testator, qui legauerat communi voce erat reputatus auarus, cum tunc animo compensandi relictum fuisse coniecturandum est.

Vltra, quæ pro comprobatione principalis regulæ remiuiscendum est, quod cum auarus, & prodigus omnes excedant ille in dissipando, & iste in retinendo sunt vtique
5 contrarij, & contrariorum debet esse eadẽ disciplina, *l. 1. ff. de his qui sũt sui, vel alien. iur. l. fin. ff. de leg. 3. l. in fundo ff. de rei vendic. l. inter stipulantẽ §. sacram ff. de verb. oblig. l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. cap. trã-*
9 *slato de constit.* & argumentum à contrario sensu validum est, *l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, l. qui in testamento §. mulier, vbi Glos. ff. de testam. l. si procuratorem §. signorantes ff. mand. l. si quis locuples ff. de manum. testam. l. cõuenticula, & ibi Cyn. C. de episcop. & cler.*
6 *l. apud antiquos C. de furt. cap. qualis 25. distinct. cap. cum Apostolica de his, quæ fiũt à prælat. Tusc. conclus. 498. lit. A.* & est fortissimum frequens, & vtilissimum *Mascard. conclus. 1280. num. 65. Sess. in decis. Arag. 10. num. 15.* ita quod valere quando verba legis sunt conditionalia, asserit *Surd. de*
10 *aliment. quæst. 11. num. 3. tit. 6.* & in contractibus validum esse, quando in casu contrario viget eadem ratio, dixit *Monach. in decis. Lucens. 55. num. 20. & 23.* ante eum *Card. Tusc. d. conclus. 499. nu. 11. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 5. nu. 9. vbi nu. 10.* resoluit procedere in contractibus tam bonę fidei, quam stricti iuris, vt etiam voluit *Euerard. in topic. legat. loc. 4.* vbi etiam asserit hoc procedere in feudis, vt procedere in statutis firmant *Portol. de consort. & fideicom. legal. cap. 36. nu. 17. & Cauall. in quæst. commun. contra commun. quæst. 336. num. 2.*

Confert præterea pro corroboratione text. dispositio in *l. & mulieri, & ibi in verb.*

verb. prodigus ff. de curator. furios. vbi dicitur, quod prodigus, & omnes omnino etiã si in edicto non fiat illorum mentio in bonis curatoris decreto priuilegium consequuntur, ergo & Auarus.

Et hanc opinionem coadiuuar pulchra Doctrina *Bald. in l. fin. C. de sentent. pass. num.* 16. vbi dum statutum sit quod patre deportato restituto recuperat ius patriæ potestatis circa administrationem omniũ bonorum filij remoto tutore dato nisi esset quærit ibi an si non sit prodigus, sed ita tenax, quod non expendit vbi opus est, an per hoc interdicatur administratio, & sectatur sententiam affirmatiuam scilicet interdici Administrationem, quia non potest negari cum committat vitium in administratio-

7 ne, vnde merito *de Ponte in suo tract. de potest. proreg. in tit. de diuersis prouisionibus fieri solitis num.* 14. *fol.* 514. firmat posse curatorem dari Auaro sicuti datur prodigo, quia sic illæ sicuti prodigus, vel alius male viuitur suis bonis, & ita est oculis omnium infestus, quod euitari debet pro quo ponderatur *tex. in l.* 2. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* qui inter cæteros casus ponit casum, iuxta quam sententiam votum quoque dedisse eminentissimum virum Dom. Ioan: Dominicum Nouarium meum Genitorem Amantissimum dum casus accidisset in anno 1623. reminiscor.

8 Declara autem firmatam regulam procedere, vbicunque per Iudicem fuisset interpositum decretum, quod habentur pro auaro, talisque declaratus, & administratio bonorum interdicta, cum datione curatoris, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Auarus qualiter describatur.*
2 *Auarus, quis dicatur.*
3 *Auaritia vndè dicatur.*
4 *Pecunia, quæ operetur.*
5 *Auarus qualiter in sacra scriptura repræsentetur.*

ARGVMENTVM.

Auarus, quis nam dicatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO. XIX.

Auarus quidem describitur homo senex capite aperto, in cuius vestibus

1 sunt signata animalia illa vulgo nuncupate (Rospi) qui quidem homo euomitat ex ore magnam pæcuniæ quantitatem tenendo manus simul iunctas in signum reuerentiæ sub pedibus habens mensuram vulgo compasso, & ante eum tenens altare, in quo residene aliqua Idola, & auri, & argenti quantitas, ab vna parre ventus insufflans, & ab altera arbor eradicata, & exeneruata, ita vt radices furtum repositæ videantur.

2 Auarus igitur illæ propriè appellatur, qui non dat danda, & tenet tenenda, vnde secundum *D. Hieronymum ad Paul. Auaro sic deficit, quod habet, sicuti quod non habet*, annuens (ibidem) Auarum nil aliud esse nisi principum bursam latronum domum consanguineorum rixam, & sibilatum sinè illudatum ab omnibus, & singulis hominibus auditum. Huic Auaritia depingitur, vt dixi Senex veste rossia ornata, cum talia sint terræ insatiabilia, (& vt naturales scribunt) sæpè sæpius non edunt timendo nè terra deficiat, prout propriè sunt isti maledicti, & pessimi auari, qui vt notatur, *Ecclesiast.* 10. animam suam venalem habent.

4 Dicitur in quam Auaritia ab Aueo aues, quod idem est, quod cupio, cupis, quia auarus semper cupit, & Auaritia, quasi auens aurum, & iuxta *Isidor.* opinionem. *in libro Ethimologiarum*, Auarus dicitur quasi æris, idest pecuniæ auidus.

Pingitur Senex, quia in istis multoties, & facilius solet regnare huiusmodi vitium, vt docuit *Diu. Hieronymus*, dum dixit, *Omnia vitia in sene senescunt, sola Auaritia iuuenescit*, Indè patres nè aliquid è manu exeat filios in calamitate, vel saltem iuxta eorum statum ducti non permittunt incedere auaritiæ cecitate.

Hinc miser reducitur ad standum capite aperto, manibusque iunctis in actum reuerentiæ adorans, Idola, & Aurum in Altari, quæ verè, & realiter colit tanquam Deum, vt patet ex *Apostol. Ecclesiast.* 10. Ibi, *Auaritia est Idolorum aer visus*, & quem alium Auarus cognoscit, nisi pecuniam pro quo tantum insudat, & laborat, quantum iuyus pro Deo, ita vt ad talem reducitur casum, vt nesciat quid aliud agere pro illa acquirenda, nec lapidem irreuolutum relinquit pro lucro faciendo, vndè optimè principum poeta, *Virgilius lib.* 3. *Aeneidos*, illa cantauit carmina.

Fas omne abrumpit Polidorum obtruncat, & auro,
Vt potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.

Et

Et *Ouidius Metamorph.lib.1.Fab.4.*in hos prorumpit versus.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum ferroque nocentior aurum.
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque.

4 Quot iniustitiæ, quotque extorsiones cõmictuntur, quot mendacia proferuntur, & quot periuria ob numerum facere euomuntur quas crudelitates, & asperitates in humanas iniici carnes hac de causa videmus, ita vt iustè huiusmodi assimilari possunt Grifonis, qui à parte priori sunt Aquilæ, & à posteriori Leones, sic inquam Auari mundani sunt Aquilæ superbæ summum desiderium habentes se magnificendi ob varios eorum inordinatus appetitus, ob quod miseri efficiuntur Leones, qui deuorant bona pauperum, ita vt de illis loqutum est, *in sacris Historiis Regis 2. Reg.*

Aquilis velociores, & Leonis fortiores.

Assimilatur pariter Vrso, qui ferro igneo apposito proximè oculos obcecatur, ita auri, & argenti metallo Auarus in Oceano errorum nauigando extorsionesque faciendo.

Euomitat inquam multam pecuniæ quantitatem insignum, quod miserabilis Diuus Auarus iniustè deuorauit tot diuitias inuita exemplo illius, qui stomachum, & ventrem vltra solitum, & necessarium repleuit, nam deindè euomere cogitur, vnde post mortem viribus flammarum, ignis terribilis marum tormentorum euomitabit, nihil aliud ei remanendo nisi miserias, æternasque calamitates.

Mensura, vulgò compasso, sub pedibus, quæ mensurat, potestque satis extendi est insignum, quod tale vitium extenditur vbique, omnesque vtuntur auaritiæ mensura, vt bene dixit, *Hieronym.cap.13.omnes auaritia student*, & *idem* 8.

Omnes Auaritiam sequntur.

Ventus sufflans à latere ponitur in signũ quia Auarus pro nullo acquirit, & vti est adagium pro illis, qui nesciunt pro quibus labor est, quod vento laborat, & specialiter, quod pro tali labore non expectat præmium.

Arbor eradicatus cum radicibus sursum ponitur, eo quia Auaritia est radix fons, & principium omnium malorum, & eius sectatores in mare errorum incidere.

5 In sacra autem scriptura raprǽsentatur Auaritia homo cum veste plena Rospium ob insatiabilitatem, de qua loquutus est, *Dauid psalm.*100. *Superbo oculo, & insaciabili corde cum hoc non edebam, & in Prouerb. 27. Oculi hominum insatiabiles, & Ecclesiastic. 14. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis.*

Euomet multos nummos, eo quia paciẽs *Iob.*20.dixit, *Diuitias quas deuorauit euomet. & de ventre illius extrahet eas Deus*, & veniet Auarus in tali calamitate, & famẽ vt illa canam iuxta illum, *Psal.* 58. tamen *patiētur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.*

Stat capite aperto manibus iunctis, quia adorat nũmos, tamquam suos falsos Deos, vti ad propositum scribit, Paul. Apost. ad Ephes. 5. Hoc autem scitote intelligentes, quid omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quidem Idolorum seruitus non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei.

Ventus à lateræ sufflans, eo quia Auarus prouento laborat, thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea Psalm.38.

Radix desursũ arboris eneruanti ponitur in signum, eo quia pecuniȩ concupiscentiæ singulorum malorũ radix esse est *2.Thim.6.* ibi *Radix omnium malorum est cupiditas.*

Stultus igitur homo, qui auaritiæ cæcitati incumbit, quia vt dicit, *D. Augustinus in Sermon.* Antequam lucretur perdit seipsum, & antequam capiat captiuus efficitur

Taliter, quod propriarum carnium iniquus, & impius (proh dolor, & Mundi cæcitas homicida euadit, nam ad euadendam impensam suum macerat corpus noua thesaura semper cumulare intendens, itaut paruula pecuniæ summula nummos aureus, sibi videatur pro augendo, non autem ad cõburendum insatiabilem appetitũ.

Inde assimilatur inferno teste eodem *D. Augustino*, quia illud quotquot deuorauit, numquam exurit. Ita in quam operantur thesaura in posse Auari, numquam se repletum videns inflamatur lucro Auaritia, sed non extinguitur, quanto plus ascendit, tanto magis sursum ascendere ter cupit, ex quo maximam in Auaro oriri ruinam, & perniciem affirmat *D. Ambrosius de Namprot Israelita.*

Si igitur auaritiæ cæcitas tot innumera, & diuersa mala euomit, pessimaque gignit, ab humano pectore arcenda est, alias in hoc mundo, nihil voluptatis habetur, & in alio cruciatus propter illam abundabunt.

Deserant propterea omnes auaritiam, incumbãt singuli approbatis virtutibus, quia id agendo quietem in hoc mundo, & requiẽ æternam in alio habebunt, quã Deus optimus maximus cunctis præstare ex sua benignitate dignetur. Amen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Senex gaudet fori electione, sed declara vt nu.7.& 8.*

2 *Senibus magna debetur reuerentia.*

3 *Senectus æquiparatur morbo, etiam quoad effectum dandi coadiutorem, vel ad petendam absolutionem à Papa, num.5. aut ad effectum habendi fructus, & distributiones, nu. 6. & nè comprehendatur in l. vnica, C. de mendicant. lib. 11.*

4 *Senio confecto licet examinare testes ad æternam memoriam sicuti, & valetudinario.*

9 *Sexagenarius robustus potest condemnari ad triremes.*

10 *Quartanarius robustus potest torqueri.*

11 *Senex robustus ieiunare tenetur.*

ARGVMENTVM.

Senex Beneficium Electionis, & Variationis fori, an & quando prætendere possit.

QVAESTIO XX.

1 Regula est, senem scilicet tanquã de numero miserabilium personarum gaudere priuilegio electionis fori, *Io. Andr. Innocent. & Butr. in cap. significantibus, de offic. deleg. per tex. in cap. 187. distinct. Azo in summa C. quãdo Imper. Iser. in Const. Regni, Statuimus, col. 3. versic. quæ sint, alleg. tex. in l. Ciuitatibus, in princ. ff. de leg. Rebuff. in Const. Gall. tit. de sentent. prouis. glo. fin. versic. senex, Roland. consil. 76. nu. 44. lib. 1. Afflict. dec. 23. num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 66. num. 26. Scaglion. in Ritu M.C.V. 240. num. 2. Annotat. ad Stat. Parm in rubri. de ratione summaria reddenda miserabilibus person. vers. & senes, Amat. decis. Rot. Marchia 105. Viuius dec. 65. num. 4. Cochier. de iurisd. in exemptos, quæst. 108 nu. 7. par. 4. tomo 1. Perez in comment. ad l. Castel. lib. 1. tit. 3. versic. Item senio confecti, Masul. ad Capyc. dec. 160. D. Ricc. collect. 1623. Manson. de iudic. executiu. lib 1. limit. 13. sub n. 10.* vbi nos allegat in prima impressione annuens senum statum inter miserabiles connumerari, quod affirmauit pariter *Dom. Reg. Valenz. cons. 12. nu. 17.* eiusque status etiam afflictionis, probat *Eccles. capit. 13.* ibi, memento Creatoris in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ.

2 Quæ quidem regula fundata videtur in eo, quia senibus maxima reuerentia debetur, *l. semper ff. ad municipal.* suntque illi digni multis honoribus & priuilegijs, de quibus latissimè *Tiraquell. de primogen. in præfat. à num. 79. vsque ad 221. Cassan. in cathal. glor. Mundi consider. 17. par. 11. Mascar. de probat. conclus. 1296. Farinac. in pract. crim. quæst. 93. à num. 22. vsque ad 41. Paleotlhus in speciali tract. de priuileg. senect. Pineda in vita D. Io. Baptistæ lib. 2. artic. 1. cap 9. §. 139. & Dom. Riccius Collect. Decis. collect. 1023. 1627. & 1862.*

3 Vltra quod senectus & infirmitas, à pari procedunt, *Damhoud. in enchirid. par. in verbo, senectus;* senex infirmus dicitur, *cap. magnæ, de voto,* & senectus dicitur esse morbus, *Aelius in tract. de infirmit. c. 19.* vndè statutum loqũens de infirmis, procedit etiam in senibus, *cap. primo, § fin autem Episcopus, de cleric. ægrot. in 6. Paris cons. 29. num. 68. lib. 2. Neutzan. lib. 2. silua nuptial. num. 4. Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 805. num. 9.* affirmans *num. 29.* infirmitatem, & senectutem æquiperari ad obtinendam coadiutoriam, *cap. 1. de cleric. ægrot. in 6. Ancharan. consil. 279. Firman. de Episcop. quæst. lib. 1. Mandos. in regul. 11. Cancell. quæst. 5. nu. 2. Gonzal. in reg. 8. Cancell. §. 9. nu. 19. cum seq.*

4 Hinc sic pariter permissum est, senio confecto posse ad æternam memoriam testes examinari, quemadmodum possunt valetudinarij, & morbo laborantes, *c. quoniam frequenter, §. 1. vt lit. contest. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. vlt. nu. 2.*

5 Prout etiam senes, & infirmi æquiperantur, quoad absolutionem petendam ab excommunicatione à Sanctissimo, propter percussionem clerici, nàm licet regulariter illa sit reseruata Papæ possũt obtinere ab Ordinario, *cap. ea noscitur, de sentent. excommun. Tolet. in summa lib. 5. cap. 8. num. 2. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 28. num. 25. Grass. de effect. cler. eff. 9. nu. 160*

6 Et ita similiter senex, prout & infirmus debet habere fructus præbendæ, distributiones ordinarias, & quæ dantur pro anniuersarijs defunctorum, *Prob. in addit. ad Monac. in cap. vnico, num. 14. de cler. non resid. in 6. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 60. n. 10. Hoied. de incompatibil. benefic. cap. 17. par. 1. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 12. Trentacinque cons. 56. Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. & absent. canon. Leon in thesaur. fori Eccles. cap. 2. num. 27. par. 3. Cened. canon. quæst.*

cap.1.num.15. quo in loco pulchrè,& latè tractat hanc materiam,quod sanè est verum,dummodò senex ille per prius tempore iuuentutis fuisset solitus interesse diuinis officijs,& horis canonicis,iuxta tradita *per Couarr var.resolut. lib.3. cap 13. Mart.dec.233. Dom.Ricc. in praxi fori eccles. resolut.397. tomo 2.* & ita consului ad fauorem quond.Reuerẽdi D.Petri Angeli Raguci Acheruntinæ Diœcesis,aduersus Reuerendum Capitulum Nobilis,& Magnificæ Terræ Pisticij Prouinciæ Basilicatæ .

Qua de ratione videmus meritò, quod dùm senectus morbus est,ideò sub prohibitione *l.vnic. C.de mendicant.valid lib.11.* nullatenus comprehenduntur, vt ibidem nouè tutatur *Dom.Regens Constant. in commentar. num. 9.* quod notant Regnicolæ pro intellectu *pragmat.1.sub rubr.de mendicant.valid.*

7 Declara tamen firmatam regulam, non procedere vbi senex esset sagax & sapiens,cùm in tali casu cessare huiusmodi electionis fori beneficium appareat, ex dictis per *Præsid.de Franch.dec.608. Paschal.de Patria potest.par.2.cap.2.Thor.in compend.Decisio.Regni in verbo, Seni , lo secondo, tomo 1.* & recenter sequitur *Dom.Ricc.Decis.Curiæ Archiep.233.p.3.* vbi nòs adducit ad propositum in hoc loco in prima impressione Neapolitana, *Capibl. in sing.164.* qui remissiuè Præsidem,& nos pariter allegat *Viscont. in conclus. iur. in verbo, Senes, circa medium* .

7 Declarari pariter facilè posset cessare tale priuilegium, vbi senex esset robustus, ita quod sua valeret exercere negotia, prout tempore ætatis non ingrauescentis, argumento notatorũ *per D.Ricc. d.dec. 233.* vbi limitauit regulam illam,
9 quod sexagenarius non possit damnari ad triremes, non procedere quoties esset robustus, quod etiam nos allegando tenet pariter modernus *Antonin. Dian. in resolut.moral.tract.de ieiun.resol.20 pag.231.*

Pro cuius declarationis corroboratione satis cõferre videtur,nàm videmus
10 quod quartanarius torqueri potest,si robustus is sit, vt dimissa febre, suis negotijs superesse soleat, *ad textum in l.quæsitum versic.aut si quis, ff de re iudic. Giurba consil. crimin.8. num.4.* maximè si tortura sit læuis,& sine squassatis *Baiar.ad Clar.in 6.fin. quæst.64.num.74 Franc.Marc.dec.790.* Necnon senes robusti non sunt habilitandi pro causa ciuili, *Gratian. discept. forens. cap.506.*

11 Et senex robustus ieiunare tenetur, itaut sexagenarius viribus pollens, à ieiunio non excusatur,vt communis Theologorum schola, docet *Sylu. in 2.2. Diu. Thom.quæst.147.art.4.Laiman.in Theolog.moral.cap.3.lib.4. tract.8 Fagundez de præcepto Ecclesiæ cap.8.num.10. tract.4 lib.1. Azor instit moral.lib 7 par.1.cap.17.q.4.Io.de la Cruz in direct.conscient. p.1. præcept.3. art.4.dub.9. conclus 2.* & alij etiam DD. ex nostris passim .

SVMMARIVM.

1 *SEnex quis dicatur, & num 2. & 3.*
4 *Tex. in cap. quoniam frequenter , vt lite non contestata, verus intellectus datur.*
5 *Aetas septuagenaria excusat a tutela.*
6 *Sexagenarius excusatur à muneribus personalibus, & à solutione capitis, sed an ab administratione syndicatus vide num.7. vbi consultatio D.clissimi Genitoris Authoris refertur .*
8 *Septuagenarius non carceratur , vel saltem ei assignatur Ciuitas pro carcere, & ita practicari dicit Author, nu.9.*
10 *Septuagenarius testificari non cogitur .*
11 *Arbitrium Iudicis quando succedat .*
12 *Pragmatica 1. sub rubrica de pœnis,quid disponat .*

ARGVMENTVM

Senex quis dicatur ad effectum, de quo supra .

QVAESTIO XXI.

REgula certa dari non potest pro huius articuli solutione cum Doctores iuxta morem in varias se diuisere sententias.

Nam aliqui fuerunt in opinione,quod tunc quis dicatur senex,vbi annum quin-
1 quagesimum perfectè attingit vsque ad septuagesimum , vt probauit *Glosator proœm.sexti,in verbo perfectus,* vbi *Io.Andræas, & glo.in capit.1.de celebrat.missar.glo.in l.non aliter, §.vltimo, ff. de legat. 3.* idem censuit *Corasius in l precibus,n.29.C.de impub. Anan. in rubr.de delictis puerorum,col.1. Afsl.in constit.Regni,rub.37.in fine,lib.2. Gramat.dec.34 num 4*

Quod sanè fundant ex allegata *l. non aliter,§.fin.ff.de leg.3.* vbi non definitur qua ætate inter iuuenes, & inter senes quis con-

connumeretur; Et similiter pro corroboratione adaptari posset, *tex. in l. 2. §. fin. ff. de decur. l. 3. C. eod. tit. & l. fin. C. qui atat. se excus. lib.* 10. quibus iuribus probatur excedentes quinquagesimum vnum annum à muneribus personalibus esse exēptos vti senes, verùm illud in casu speciali est dispositum, non autem generaliter in omnibus, hinc oritur alia esse onera, à quibus tantum septuagenarij excusantur, vt infra dicemus; Necnon adduci potest *tex. in c. 1. de renunc.* sed ibi non definitur qua nam ætate quis senex appellari possit ille, qui ad rectoriam Ecclesiæ se impotentem dicit, vt pariter nec aperitur *in cap. nisi, §. alia, eod. allegato titulo.*

2 Præterea cæteri senserunt senem appellari septuagenarium, vt retulit *Abb. in cap. quoniam frequenter, num. 18. vt lite non contest.* vbi quod ab hac ætate infra nihil Iudicis arbitrio relinquitur, cùm satis certum sit habere esse, senem, ea quo iure passim à muneribus excusatur, *l. 3. ff. de iur. immun. § item maior, Instit. de excus. tuto.* meminit *Borrell. in summa decis. tit. de iuramento perhorrescentia, num. 25 tom. 1. Farinac. de indit. & tort. quæst. 41. num. 26. Carauità ritu* 156. verùm non concludit quoniam satis patet illum excusari, qui annum quinquagesimū excedit, ad *tex. in memor. l. 2. §. fin. ff de decur.*

3 At alij in ea residere opinione, vt qua nam ætate quis censeatur senex, debeat dependere à Iudicis arbitrio, vt scripserunt *Barbat. in cap. sedes, num. 73. de rescript. Io. Andr. Fœlyn. & Seccin. Sen. in d. cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. Bald. in sua Margarita in verbo, senex, Florian. in l. Aquilia, ff. ad leg. Aquil. Auil. in cap. Prætor, in proœm. num. 24. Menoch. de præsumptio. lib 6. præsumpt. 46. num. 25. Cened. quæst. canon. c. 16. Dom. Ricc. in Decis. Cur. Archiepisc. 234. p. 2. Gail. obseruat. 92. num. 7. lib. 1. Baiard. ad Clar. quæst. 60. num. 27. & 28. Actius in tract. de infirmit. cap. 19. num. 7. & 8. par. 1. Paris de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 7. à num. 4.* vbi quod huiusmodi arbitrium regulandum est iuxta qualitatem personarum recenter, refert *Massobrius in sua praxi habendi concursum ad Parrocch. tit. de collat. fact. elect. requisit. 7. dub. 6.*

Quorum sententiæ tanquam veriori ego in hærere sum paratus, in his casibus, in quibus nulla iuris constitutio extat, itaut vbi apertè diffinitum non est, qua nam ætate quis senex dicatur Iudi-

4 cis arbitrio relinquendum est, & ita erit interpretanda dispositio textus in allegato *cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. cap. nisi, §. alia, de renunciat.* cum alijs, vt apud *Menoch. de arbitr. Iud. casu 59. nu. 5. & 6.* & consequenter à Iudicis arbitrio dependere debet, quando quis vti senex ad electionis fori priuilegium se admitti prætendit.

5 Quare cùm circa tutelæ administrationem septuagenarius à iure pro sene habeatur, itaut excusetur *§. item maior, Instit. de excusat. tutor. l. 3. ff. de iure immunit. Glos. in l. 3. C. qui atat. vel profess. lib. 10. Perez in lib. 4. ordin. tit. 1 de los Caualleros, tomo 1. pagina 779. Dom. Reg. Constant. in l. si quis decurio, num. 10. C. de decur. lib. 10.* Ideò circa id Iudicis arbitrium versari non debere, nec posse mihi suadeo.

6 Prout nec se intromittere poterit, quando tractatur de immunitate à personalibus muneribus, quia senex quoad hunc effectum à iure sexagenarius reputatur, *l. 3. C. qui atat. lib. 10. Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 805. num. 24. Thor. in compen. Decis. Regni in verbo, senex sexagenarius, il primo, tomo 2.* vbi idem dicit quoad effectum, vt excusetur ab industria, ex *Piccol prag. in 37. de appret. Nigr. in cap. Regni porrecti, num. 27.* & ita similiter quoad effectum nè teneatur soluere capitationē, vulgò in Regno detto *la Testa*, ad textum *in l. 1. C. de Capit. Ciu. lib. 10.* iuxta decisionem Regiæ Cameræ Summariæ factam de anno 1571. die 10. Martij, referente tunc Præside Ribera, & alias prouisiones ab eadem Regia Camera expediri solitas, licet talis ætas non excuset

7 ad administratione officij syndicatus, iuxta allegata per *Caput. in tract. de Regim. Republica cap. 3. num. 90.* & apud *Thor. in compend. Decis. Regni, in verbo, Syndicus, to. 2.* vbi quod ita in officio Electatus Neapolis fuit decisum ex *Præsid. de Franch. decisio. 65 in fine*, illa ratione, nàm officium dicitur habere honorem annexum, & sic in anno 1618. scio consuluisse eximium, & veridicum I. C. magni nominis D. Io. Dominicum Nouarium meum Genitorem pro magnifica Vniuersitate Pisticij, aduersus Dominicum Labrescia, qui fuerat electus Syndicus dictæ Terræ, & prætendebat se excusare ab administratione prætextu senilis ætatis.

8 Vndè cùm septuagenarius à iure habeatur pro sene, nè carcerari possit pro debito, iuxta vulgatum *Anchar. consil.* 336.

quem sequuntur *Intrigliol. consf. 18. num. 1.*
Graff. in tract. de except. in prælud. num. 177.
Menoch. de arbitr. Iud. casu 105. num. 8. Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 243. num. 6. p. 1.
Baez de inope debitore cap. 7. vbi etiam lo-
quitur de debito fiscali, iuxta textum in
l. in metallum, ff. de pæn. Gratian. forens. discept.
cap. 328. & 506. quod ipse tanquam Re-
gius Gubernator Aierolæ, & Plagiani
seruaui in personam Baptistę de Somma,
vel saltem, vt eis assignetur palatium,
aut Camera loco carceris, vt per *Cacher.*
decis. 123. Paschal. de Patria potest. par. 2. cap. 9
num. 83. ex Becc. consil. 10. in fine, Monach. de-
9 *cis. Bonon. 68. num. 33.* aut quod assignetur
Ciuitas pro carcere, iuxta dicta per
Thor. in compend. Decis. Regni in verbo, Senex
septuagenarius, tomo 1. vbi sic refert deci-
sum per Magnam Curiam Vicariæ, &
alibi, sicque indistinctè practicaui, prout
& ita scio decisum, & practicatum fuis-
se mensibus iàm elapsis in Curia Ar-
chiepiscopali huius Ciuitatis Neapolis
in personam D. Ascanij Ramirez, ideò
circa declarationem huius ætatis, Iudex
suum arbitrium expendere non potest.

Prout & similiter, cùm habens ætatem
10 septuaginta annorum, in iure teneatur
pro sene quoad effectum, nè cogi possit
ad testificandum, *cap. si testes, §. inuiti, 4. q. 3.*
Odoffred. in l. inuiti, la prima, ff. de senibus,
cum Andr. in cap. 1. in princip. num. 2. de pace
iuram. firmand. Reg. Rouit. in prag. 8. num. 35.
de ord. Iudic. Farinac. in tract. de testibus,
quæst. 78. num. 59. vbi quod tamen Iudex
tenetur transmictere Actuarium domi;
& tunc inspecto benè compelli poterit
ad se examinandum, sequitur *Mansonius*
in tract. de Iudic. execut. lib. 1. limit. 13. nu. 18.
Ideò in tali casu Iudicis arbitrium ver-
sari non debet ad declarandum, in qua-
nam ætate dicatur quis senex.

Tunc enim succedit arbitrium Iu-
dicis, quando à lege, vel consuetudine,
11 aut statuto, & pragmatica certam san-
ctionem non habemus, & sic in subsidiũ
cum Iudicis arbitrio pauca sint relin-
quenda, vt per *Menoch. in prohem. sui tract.*
de arbitr. Iud. & à iure non statuta, nec
stilo Curiarum inducta hinc cum vigore
prag. 1. sub rubr. de pœnis, circa pœnas
12 imponendas pro delictis sint seruandæ
Constitutiones, Capitula, & Pragmaticę
Regni, illa vtique sunt seruanda, & vbi
in ipsis legibus non reperietur statuta
pœna, pœnam de iure communi dispo-
sitam sequi debemus, DD. & præcipuè
Bart. in l. Constitutionibus, ff. ad municip. Gra-
mat. dec. 28. num. 30. cum seq. & in defectũ
tantum iuris Regni vel communis, Iu-
dex suo arbitrio posset pœnam impone-
re, ex *l. sanctio legum, ff. de pæn. Abb. in cap.*
Decanus, extra de offic. deleg. glo. in cap. 1. in
verbo, Iustitia, de accusat. in 6. Isernia in cap.
si vero violator, § quicunque, num. 35. de pace
tenend. Gramat. dec. 39. num. 10. alias pu-
niri posset, & teneretur in syndicatu.

SVMMARIVM.

1 *Mercator vitur Electionis fori beneficio,*
dum tamen est in mercimonijs, nu. 2.
3 *Mercatoribus grauatis in pedagijs, & gabel-*
lis, summariè succurritur.

ARGVMENTVM.

Mercator an habeat beneficium eligendi, & variandi forum.

QVAESTIO XXII.

Regula sit affirmatiua, quod mer-
cator reponatur in numero pri-
uilegiatarum personarum, ad ef-
fectum habendi beneficium ele-
ctionis fori, *Butr. Imola, Innocent. & Felin.*
in cap. significantibus, de offic. deleg. Bellug. in
specul. Princip. rubr. 23. nu. 10. Rebuff. in Con-
stitut. Gall. glo. fin. tit. de sentent. prouis. col. 1.
vers. 5. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. in
addit. num. 24. Foller. in Constit. Regni, Statui-
mus, num. 114. & in Constitut. Regni, lege præ-
senti, Card. Tusc. concl. 273. num. 2. lit. M. An-
notat. ad Stat. Parm. in tit. de Ratione summar.
reddend. miserabil. person. versic. & quid de
mercatoribus, Aclius in tract. de infirmit.
cap. 13. num. 5. Trois. in pragm. Cursu dilatio-
num, num. 32. Perez in ll. Regni Castel. lib. 3.
tit. 1. versic. Item mercatores.

2 Declara tamen hanc conclusionem
esse veram, quando sunt in mercimonijs,
Anan. in cap. nulli Iudeo, num. 19. de Iudic.
Amat. decis. Rotæ Marchiæ 105. Cochier. de iu-
risdict. in exemptos, par. 4. quæst. 108. tomo primo,
vbi idem dicit, quãdo sunt gabellis gra-
uati ex nostro *Marta modern. Neap. in suo*
tract. de iurisdictione, cap. 21. par. 2. nàm quã-
do in itinere gabellis grauantur, tunc
possunt tanquam priuilegiatæ personæ
3 electionis fori beneficio vti, & in tali ca-
su, quando in pedagijs, & vectigalibus
grauantur summariè succurri debet,
vt scripsit *Caballin. in milleloq. 697. vers.*
quinto

quinto, vbi ad id allegat textum *in cap. si quis Roma 24. quæst. 3.* & idem sensit *Capra reg.30.num.24.*

SVMMARIVM.

1 *Mercator dicitur à merce.*
Mercator, & Negotiator sunt idem.
3 *Mercator, vt quis appellari possit, quæ requirantur, & nu.4.5.& 6.*
7 *Clericus ex vnica negotiatione non potest puniri.*

ARGVMENTVM.

Mercator quisnam dicatur ad effectum de quo supra.

QVAESTIO XXIII.

NE huius termini, siuè Mercatoris
nominis explicationem subter-
fugere videar, pro ornatu bre-
uiter suppono. Mercatorem dici
à merce, itaut emens seruos, vel aliquid
aliud, quod appellatione mercis non ve-
nit, mercator non dicitur, sed venalicia-
rius, *l. mercis appellatione, ff. de verbor signific.*
l. mandatum, ff. mandat. & ita scribit *Anan.*
in cap. in Ciuitate, sub num. 4. de Vsur. di-
cens esse vtile propter statuta, quæ lo-
quūtur de mercatoribus, & mercantijs,
Alex. in addit. ad Bart. in l. legatis, ff. de leg. 3.
& latius *Stracca de mercatur. par. 1. num. 16.*
cum seq. fol. 285. & Scaccia in tract. de com-
merc. §. 1. quæst. 1. vbi tractat, etiam si ne-
2 gotiatio, & mercatura, & negotiator, seù
mercator sint idem, & pro affirmatiua
parte concludit, ex *Fæder. de Sen. cons. 207.*
Sotus de iustit. & iure lib 6. quæst. 2. artic. 2.
& alijs ibidem relatis, de quo Regnicolę
videant *Goffred. de Caet. super Ritu Regiæ*
Cameræ in rubri. de iure Fundac. folio meo 23.
& 24.

Verum vt quis mercator appellari possit, & Mercatoris priuilegijs vtatur, plura concurrere debere mihi suadeo.

3 Et primò, quod sit matriculatus, *Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1. in vers. si elle enim est Mercande, Maranta in praxi 4. par. distinct. 9. num. 59. Card. Tusc. conclus. 209. lit. M. Præses de Franch. dec. 481* vbi apparet per defectum matriculæ, nō fuisse habitum pro tali.

4 Secundò requiritur, vt in effectu exerceat mercaturam, nàm non sufficit, quod sit descriptus, & matriculatus, nisi artē exerceat, *Bart. Bald. & reliqui in l. Schriniarios, C. de testam. milit. Signorol. cons. 246 vers. Item est aduertendum, Præsid. de Franch. decisio. 170.* quod exercitium per se ipsum & non per alium facere debet, *Aretin. in l. Schriniarios, C. de testam. milit. Maranta loco cit. & Card. Tusc. d. concl. 209.*

5 Tertiò, necessè est, quod maiorē partem suorum bonorum habeat in mercātiis, *Abb. consil. 78. lib. 1.* vbi quod status in hoc communi vsui loquendi, vel vulgarium, plenè *Alex. consil. 108. li. 4. Genuin. in cap. 1. de vita, & honest. cleric. in 6. Aretin. consil. 29. Rota Roman. diuers. decisio. 150. part. 2.*

6 Quartò, tandem opus est, quod plures actus mercaturæ exercuerit, & non vnū, cùm ex vno actu, quis non dicatur mercator, *Bald. consil. 495. lib. 1. Dec. in cap. 1. n. 29 de Iudic. Stracca de mercatur. par. 1. num. 2* vbi de communi DD. sententia testatur *Præses de Franch. dec. 65. Ruigerullant. in tracta. de Commissar. Camer. Imperial cap. 19. nu. 5 lib. 4.* vbi dicit pluralitatem negotiorum facere mercatorem, & qui multos actus mercaturæ non fecit, non potest haberi pro mercatore, *Dom. Ricc. dec. 329. par. 4.* vbi & de alijs requisitis pariter mentionem facit.

7 Inde rationabiliter aliquandò consultus respondi, Clericum ex vnica negotiatione non posse puniri per Illustrissimum Nuntium Apostolicum, ad quem id spectat, ex *Salzed. in addit. ad Diaz in pract. crim. cap. 55. & Cened. in collect. iur. canon. par. 1. collect. 37. num. 2. in fine*, quos sequitur *Graff in tract. de effect. cleric. effect. 6 num. 19.* addo & *Dom. Ricc. in praxi resolutio. 201. par. 3. & Gennen. in praxi Archiep. cap. 62. nu. 8.* dùm dicit, Clericum non posse dici negotiatorem per vnius rei emptionem, vel venditionem, sed plures actus requiri, ex *Glo. & Bar. in l. 1. §. licet, ff de Tributor. Act.* & idem reperio sensisse *Farinac. in suis fragmen. crim. in verbo, Clericus, par. 1.* iuxta quorum opinionem sæpius practicaui in ipsa Curia Nunciaturæ, in variis quippè casibus, in quibus diuersos cliētulos fouebam, & præcipuè tempore quo ibi præsidebat Eminentiss. Cardinalis Pamphilius.

Ego possum, nam non semel proprijs oculis tanquam Iudex Curiæ meretricum almæ Vrbis Neapolis eiusque districtus annis elapsis vidi obstetrices testificari medio iuramẽto aliquam esse virginem, & deinde proprio ore illę, quæ pro virgine habebantur à talibus obstetricibus affirmaruẽ fuisse corruptas, imo quædam annuit peperisse filium, & facta diligentia in loco habitationis à vicinis, fuit id confirmatum, & sic è contra alia vice quædam, quæ reputabatur deflorata ab huiusmodi obstetricibus facta meliori diligentia ab alijs eiusdem professionis fuit reperta virgo, quare illam dimisi, & castigaui denunciantem, qui prędictam tanquam meretricem accusauerat in Curia.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris gaudet fori electione, & ampla vt num. 3. sed declaratur num. 7.*
2 *Verba text. in auth. habita C. ne filius pro patre recensentur.*
4 *Scholaris dicitur stare in scholis, etiam si aliquando diuertat animo tamen regrediendi.*
5 *Scholaris adiens suam domum tempore otij, reuersurus tempore debito, gaudet omnibus priuilegijs scholaris, & vide nu. 6.*
8 *Causa studij dicitur pia.*
9 *Legatum factum pro studio dicitur pium, sic etiam pro emptione librorum.*

ARGVMENTVM.

Scholaris num Fori Electionis, & Variationis Beneficio vti possit.

QVÆSTIO XV.

1 Regula sit affirmatiua, scholarem potiri huiusmodi priuilegio electionis fori, dum in Academijs operam dat studijs, prout debere tali beneficio frui, tradunt *Lucius in tract. de priuileg. scholar. in præfat. nu. 13. Decian. cons. 14. num. 12. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. in addit. nu. 32. lib. 2. Petra ad Gramat. decis. 1. sub num. 9. Vi- ulus decis. 60. num. 5. Actius in tract. de infirmit. cap. 13. par. 1. Borrell. in summa decis. in tit. de iuram. perborresc. nu. 27. tom. 1. Capibl. de Baron. prag. 8. nu. 333. in nouiss.* vbi studentes appellat tales, eo quia extra patriam vagantur, vt literis vacent, quæ ratio non semper suadet, nec probat, cum non omnes studentes sint exteri, prout in dies videmus in almo gymnasio Neapolitano, & alibi.

2 Quorum sanè opinio corroborari potest ex dispositiõne *text. in auth. habita C. ne filius pro patre*, cuius verba sunt vt sequũtur.

Habita super hoc diligenti inquisitione Episcoporum, Abbatum, ducum, & omniũ iudicum, & aliorum procerum sacri nostri Palatij examinatione, in omnibus, qui causa studiorum peregrinãtur scholaribus, & maximè diuinarum, atque sacrarum legũ, enim professoribus hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, vt ad loca in quibus literarum exercẽtur studia tam ipsi, quam eorum nuntij veniant, & in eis securè habitẽt dignum namque existimamus, vt cum omnes facientes nostrum laudem, & protectionem omnimodo mereantur, quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius ministris vita subiectorum informatur quadam speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus, quis enim eorum nõ misereatur, qui amore sciẽtiæ exules facti de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt vitam suã multis periculis exponunt, & uilissimis sæpè hominibus, qui grauiter ferendam est corporales iniurias sine causa perferũt.

Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus de cætero tam audax, inueniatur, qui aliquam scolaribus iniuriam inferre præsumat, nec ab alterius cuiuscumque Prouinciæ delictum, siue debitum, quod aliquãdo ex peruersa consuetudine factum audiuimus aliquod damnum eis inferat scripturis huiusmodi sacra cõstitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum notaq. infamia eis ipso iure irroganda dignitate sua se cariturot in perpetuum.

Verum tamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit huius rei optione data scholaribus eos coram domino, vel magistro suo, vel ipsius Ciuitatis Episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus conueniat.

Qui vero ad alium iudicem eos trahere tentauerit, etiam si causa iustissima fuerit à tali conamine cadat.

Necnon iuuatur ex *cap. Regni inter virtutem, & cap. grande*, quæ ad id adducit Rouit.

Rouit.in rub.de scholar.doctoran.
3 Amplia firmatam regulam esse veram,
& procedere etiam in scholari existenti in
sua patria tẽpore otij, & sic æstatis animo
reuertẽdi ad studium, nam adhuc hoc ele-
ctionis fori priuilegio vti potuerit, *Bald.*
in probem.decretal.num.36. Platea in l.2.
C. de incol. lib.10. quia non requiritur, vt
in omni momẽto sit in studio, sed quod ha-
beat animum reuertendi, *Luc.de Pen.in*
l. hac lege num.14. C. de priuileg. scholar.
vbi quod si scholaris extra studium in loco
patriæ suæ moratur, dum sunt vacãtiæ, sed
habet animum regrediendi ad studium, &
delinquat in sua patria gaudebit priuilegio
scholarium, vt conueniatur coram suis Iu-
dicibus, *Archidiac.in cap.de quibusdam*
4 *in fin.37 distinct.* vbi voluit, scholarem dici
esse in scholis, etiam si aliquando diuertat
alio statim reuersurus, copiosè *Rebuff.de*
priuileg.scholar. priuileg.86. vbi per plura
5 fundamenta probat, quod scholaris adiens
suam domum iuxta de causa reuersurus ad
studium tempore debito omnia retineat
scholarium priuilegia, & recenter fundauit
Marta post hæc scripta habitus *in consil.*
144. vbi latè probauit priuilegium immu-
6 nitatis concessũ scholasticis Collegij Ghis-
leoriorum Papiensis à Pio V. nè possint cõ-
ueniri à quocunque Iudice, præterquam à
suo deputato comprehendit etiam scho-
larem domi existentem tempore otij ani-
mo reuertendi ad studium, qui ibi delique-
rit, addo *Perez in l.Castell. lib.1.tit.2.col.*
1.pag.mihi 46.
7 Declarant tamen *DD.* supradicta non
habere locum in scholari ciue nato in loco
in quo regitur studium, ita inquam vnani-
mi voce cantarũt in *l.2.in princ.ff.de verb.*
oblig. vltra *Bal. & Salyc. in antecit. auth.*
habita.
Quamuis totum contrarium in hoc sen-
tiat *Caballin.milleloq.255.* vbi suæ opinio-
nis rationem reddit, cui fortasse addi pos-
set, & alia, nam generaliter causa studij di-
citur pia, *Abbas cons.63. lib.2. Mar. Anto-*
nin.variar.resolut.lib.1.cap.6.num.3. ita
8 vt legatum causa studij pium appellarunt,
Grat. cons.142.num.9.lib.2. Ias.in l.1.in
fin.ff.solut. matrim. Rimin.Iun.cons.117.
num.13. Mascard.de probat. conclus.1177.
num. 3. quos cum alijs modernè ad id ad-
ducit *Thomasius in suis tract.de vltim.vo-*
lunt. tract.10 cap.22. vbi etiam annuit re-
9 lictum pro emptione librorum adhuc piũ
nuncupari, ex *Decian. cons.14.nu.13.lib.1.*

SVMMARIVM.

1 *PRodigus vtitur electione fori, sed quando id sit verum, num.5.*
2 *Prodigus in iudicijs equiparatur pupillo.*
3 *Decretum requiritur in alienatione rerum prodigi, sed declara vt nu.8.*
4 *Prodigus reputatur insensatus.*
6 *Prodigo quando concedatur primum, & secundum beneficium.*
7 *Prodigus quando probibetur ponere censũ super re sua.*
9 *Liquidatio instrumenti qualite fiat contra prodigum.*
10 *Progus quando testari non possit.*

ARGVMENTVM.

Prodigus An, & quando Electionis, & Variationis Fori Beneficio vti possit.

QVÆSTIO XVI.

1 REgula est, quod prodigus tanquã habitus inter miserabiles personas debet vti beneficio electionis, & variationis fori, *Coebier.in tract.de iurisdict.in exemptos par.4.quæst.108.pag.398.tom.1. Imbrian.in in tract.de primo, & secunda benefic.consid.5.nu.169.*

2 Quæ sanè regula fulcitur pariter, eo quia prodigus in iudicijs equiparatur pupillo, imò in plus etiam in priuilegijs, vt annuit *Io.de Prat.veter.in l.certi cõditio ff.si cert.petatur,* quem refert *Præses de Franch.decis.672.* & ita probat *text.in l.Fulcinius §.adeò ff.ex quib.caus.in possess.eatur,* vbi Iureconsultus loquens in iudicijs assimilatur pupillos, adultos, furiosos, & prodigos, omnesque eos, qui ope curatorum iuuantur, & ideò priuilegia concessa ipsis censentur data pariter prodigo, *Euerard. in topici leg.in loco à minor.ad furios.*

3 Vndè meritò descendit, quod in alienatione bonorum prodigi debet interuenire decretum, sicuti requiritur in venditione rerum pupilli, *Bal.in l.quincque ff.de reb.cor.Sicar.in l.si curatorem num.6. C.de in integr.restitut.minor.* vbi declarat equiparationem prodigi, minoris, & pupilli, sequitur *Simoncell.in tract.de decret.in præfat.num.76.* vbi adducit *tex.in l. is qui diceris*

ff. de

ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in l. si prædia ff. de reb. eor.

Reputatur si quidem prodigus insensatus, *Damouder. de pupill. patrocin. cap. 8. num. 44. Mascard. de probat. conclus.* 1240. cum careat voluntate, & iudicio, *DD. in l. si furiosis ff. de regul. iur.* & ideo fideiubere prohibetur, *l. is cui bonis ff. de verb. oblig.* & tutatur *Maur. in tract. de fideiussor. cap. 6. 2. part. princ. tit. 1. sect. 8.*

5 Declara tamen hanc regulam esse verã, quotiescunq; bonis interdictum est, & notoriè constet eum esse prodigum, alias secus, quia in tantum gaudet priuilegijs, in quantum pro tali fuerit declaratus, vnde

6 licet admittatur ad beneficium restitutioni in integrum, siue primi, & secundi beneficij, iuxta decis. S.C. apud *Præsid. de Frãch. decis.* 598. & 608. id tamen intelligitur, dumodo prodigus fuerit formiter declaratus, & sic interdicta bonorũ administratio *Imbrian. de primo, & secundo benefic. considerat. 3. num. 150. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 11. artic. 4.*

Hinc descendit, quod prodigus tũc à foro, & iudicio arceatur, quando bonis interdictum est, nam in hoc casu conueniri minimè posse, suadet *text. in cit. l. fulcinius §. adeò in fin. ff. ex quib. caus.* l. 1. *C. de curat. furios.* cũ similibus recollectis per *Schench. prim. iudic. tit. 8. Gotofred in sua praxi ciuil. lib. 2. tit. de inius vocand.* vbi quod prodigo non est dandus curator nisi bonis interdictum sit, *Aretin. & Oinotom. in §. furiosi inst. de curat.* vnde licet prodigo pro-

7 hibeatur censum super suis rebus imponere, id tamen est verum, quando illi interdicta est administratio, & datus curator tanquã prodigo ante, *Felic. in comment. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 18. Gencius de censib. part. 1. cap. 2. artic. 3. D. Ricc. collect.* 2986.

8 Et huc spectat, quod prodigus valet absq; decreto alienare, antequam ei interdicatur alienatio, de quo vide tamen latè *Salyc. in d. l. 1. C. de curat. furios.* & plenè *Bar. Ias. & Rip. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig. Roman singul.* 226.

9 Et hinc contra creditorem prodigum, cui mutuatum esset, vel aliter creditum ante interdictionem bonorum liquidatur instrumentum quoad rescissionem, & exequutionem realem, licet supersedeatur in exequutione personali, *Galter. de liquidat. instrum. versic. aduertat insuper ad debitorem num. 2.* vbi allegat *Rouit. in pragm. 4. de liquidat. instrum.* qui dicit decisum in S.C. inter Barone Lacignanæ, & Marchionem Pollæ, & ad materiã *Præses de Franch. dec.* 672. *Camill. de Medic. consil. 39. & Paul. Staiban. cons. 30. vol. 1.*

10 Et licet prodigo testari prohibeatur etiã de consensu agnatorum, *Connan. in comment. iur. ciuil. lib. 9. cap. 4. sub num. 4. Rimin. Iun. in princ. in ṡtitut. de donat. num.* 1375. id tamen intelligitur, dumodo ei administratio interdicta sit, *§. item prodigus institut. quib. non est permis. facer. testam. Clar. in §. testamentum quæst. 33. Cabed. decis. Rot. Lusitan. 17. par. 1. Capreol. de success. ab intest. in protheoria num* 268. *Crass. de success. §. testamentum quæst. 22. Vasq controuers. illustr. lib. 1. cap. 17. D Ricc. collect. decis. collect.* 2986. quo in casu nec ad pias causas testari valet, *Alex. cons. 18. num. 6. vol. 5. Suarez in thesaur. recept. sent. §. testamentum num. 18. Spin. in specul. testam. glos. rubr. par. 10. num. 14.* & nouissimè modernus *Thomasius in suis tract. de vltim. volunt. tract. 10. cap. 108.*

SVMMARIVM.

1 *Prodigus dicitur, qui nec finem, nec tempus habet expensarum.*
2 *Prodigalitas est bona dissipare.*
3 *Prodigo vt interdicatur administratio, qua sint necessaria, & nu. 4.*
5 *Iudex antequam declaret prodigum, quid præcedere debeat.*
6 *Descriptio prodigalitatis datur ab Authore, & num. 9.*
7 *Dare est multum laudis.*
8 *Prodigalitas cui assimilatur.*

ARGVMENTVM.

Prodigus quis nam dicatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO XVII.

1 Reputatur inquam prodigus ille, qui nec finem, nec tẽpus habet expensarum, sed omnia sua bona dissipando profundit, *l. 1. C. de curat. furios. l. as. in l. is cui de bonis nu. 2. ff. de verb. oblig.* ita vt dat danda, & non danda, *D. Thom. 2. 2. quæst. 119. à princ. Martin. de Garaual. in tract. expedio de Principes par. 2. lib. 1. discurs. 6. prope fin.*

2 Vndè cum satis prodigalitas, sit bona dissipare, ideò prodigus tanquam talis habitus

bitus remouendus est ab administratione illorum, ideoque ei datur curator, *l.eius bonis, & l.consilio §.dementis ff.de cur. furios.cap.grandi,* vbi *DD.de suppl end. neglig.pralat.*

3 Quamuis vt prodigo interdicatur administratio plura sint necessaria, quia prodigus debet citari coram Iudice ad videndū sibi interdici administrationem bonorum, adhoc vt valeat interdictio iam de eius pręindicio, cogitur *Soccin. cons.279. num.3. lib.2.Card.Tusc.conclus.865,lit.P.*vbi etiā

4 quod debent instare consanguinei,vel vicini, quod interdicatur,& præuia declaratione, quod sit prodigus debet sibi interdici, & dari curator, qui tenetur fideiubere inuentarium facere,& administrationem ex Iudicis decreto suscipere,annuens pariter debere prius constare de prodigalitate videlicet, quod male vtatur substantia sua per actus inferentes prodigalitatē, vt quia vendit, & dilapidat *l. is qui ff. de tutor. & curat.dat. ab his,* vel si de facili faceret fideiussiones,aut si recipiat pecunias ad vsuras, & si continuò dilapidat in ludis tabernis, & lupanari, & similia operatur, vide *Mascard.de probat.conclus.*515,qui scribit quod necesse est,vt testes deponant de actibus dilapidationis, & reddere debent rationem non interrogati.

5 Imò attenta theorica *Castrens. in cons.* 248.*lib.*2. Iudex antequam declaret prodigum curatoremq; det tenetur adhibere causæ cognitionem vocatis consanguineis amicis, & vicinis, & interdictio est publicanda,alias valerent contractus fortè facti per prodigum.

6 Prodigalitas autem describitur quædam mulier,quæ manu è suo capite eripit ornamenta donādi animo,& alia incipit se spoliare propria veste etiam donandi causa, propę eam resident quædam arbor arida, & arudo pariter arida, & in terra manet tumba.

7 Pro cuius ornatu reminiscendū est, quod licet dare sit multum laudis, cum id Saluator noster præceperit determinando esse melius quam accipere, vt in *Act.*20. *c.*35. ibi (Beatius est magis dare quā accipere,) tamen nō per hoc deueniendum est ad extrema, & quæcunque donare prodigaliter, vndè (Seneca) prospiciens quendā,qui omnia sua elargiebatur, & singulis gratificabat, in hæc prorupit verba. *Malè morieris tu, qui gratias virgines conuertisti in meretrices,*quasi quod diceret,dare,quod tam bonū est,& tam nobilis actus, tu quia prodigus conrumpisti tale gratiosum bonum.

8 Hinc pdigalitas assimilatur mulieri,quæ post omnium rerum suarum donationem ad illum statum se reponit, vt suas carnes denundando proprias donat vestes.

9 Prope se tenet arborem aridum, quia multoties videmus arbores siccas euadere, quando multum conantur in producendo fructus, & sic ex defectu humidi radicalis vitę principij exiccantur,taliter accidit prodigo, quia omnia conquassat, & effudit, ita vt ad talem se reducat statum, quod fame pereat, & micas colligat, vt in dies videmus in familijs magnatum,& diuitum, & apparet in (Euangelio) loquente de filio prodigo,qui omnia dissipauit, taliter quod alieno seruitio stare,& cibis immundis se nutrire coactus fuit.

Arudo arida,quæ est symbolum insaniæ, cum sit vacua,est signum,nam sæpius ad id reducitur talis, qui non discurrit de eo, quod necessarium, & temporis lapsu accidere potest.

Tuba, seù tromba prodigi captiuam famam significat, quæ per æthera, & orbem, vti tubicta resonat,quoniam per singulorū ora prodigus tanquam absq; iudicio vadit.

In (sacra scriptura) prodigalitas assimilatur mulieri omnia etiamque suas vestes donanti,ex *prouer.Salom.*6. *fili mi si sponsum deris pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus.*

Arbor arida docet, quod prodigus omnia elargiens in Oceanum miseriarum incidit,iuxta illud *Luc.*15. *& postquam omnia consumasset facta est famis valdè in regione illa, & ipse cœpit egere, & abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villā, vt pasceret porcos, & cupiebat implere vētrem suum, de filiquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.*

Tuba etiam denotat malā famam prodigi, & murmurationes, quæ quotidiè de illis fiunt,vt *Prouerb.*10.disponitur ibi *Sapiens corde præcepta suscipit, stultus caditur labijs,* cum in numero furiosorum, & insanorum reponendi sint huiusmodi, effudientes, & dissipantes bona, ad quorum acquisitionem tantum intundatur, agendū est enim sic negotium alienum, vt tuum non obliuiscaris, amico ita prodesse, vt tibi non noceat, vt apud *Senec. in suis prouerb.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Auarus reputatur miserabilis, & gaudet fori electione, dumodo talis per Iudicem fuerit declaratus, nu. 8.
2 Dolor semper fatigat auarum.
3 Auaritia dicitur idolorum seruitus.
4 Legatum factum à debitore creditori an censeatur factum animo compensandi cum debito, & quid si debitor auarus sit.
5 Contrariorum eadem disciplina, & ideò argumentum à contrario sensu est validũ, num. 6.
7 Curator datur auaro, sicuti & prodigo.

ARGVMENTVM.

Auarus An, & quando Beneficium Electionis, & Variationis Fori habeat.

QVÆSTIO XVIII.

1 REgula pro parte affirmatiua firmari debet, quod scilicet auarus, sicuti, & prodigus gaudeat huiusmodi beneficio eligendi, & variandi forum, cum satis miserabilis appellari debeat, dum in hoc merore, & miseria reperitur, & substantia sua in rebus necessarijs, prout & reliqui homines vti noluit, imo non potest ductus ab illa auiditate, itaut bona se ipsum cruciant, macerant, & percutiunt, dum habet quarumlibet, & & singularum rerum insatiabilem, & inhonestam cupiditatem, vt apud *D. Augustin. de liber. arbit. lib. 3.* taliter quod magis doleat de amissione iam partorum, quam acquirẽdorum, *Gregor. lib. 13. moral. Decian.*
2 *consf. 4. num. 15.* semper itaque auarum dolor fatigat, & cum solito timore custodiat quod tam anxiè concupiuit, & graui labore meminit acquisitum gratius intuitur au rum quam solem capit, cuius naturam optimè *Valerius maximus* explicauit *lib. 9. cap. 4.* (dum inquit) *protrabatur etiam auaritia latentium indagatrix lucrorum manifestæ prædæ auidissima metago*, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi
3 miserrima, vndè idolorum seruitus appellatu à *Cicer. lib. 2. de offic.* nullumq; vitium ipsa esse deterius docet *D. Thomas in 2. sentent. 22. distint.* & tanquam insatiabilem lupum, *Bal. consf. 301. nu. 12. lib. 1.* auaritiam esse omnium malorum radicem ex Apostolo probat *Card. Tusc. conclus. 551. lit. A.*

Quæ omnia habens in consideratione in facto rogatus dicebam conclusionem
4 illam, quod quando debitor ex causa voluntaria legat suo creditori compensandi animo cum credito non præsumitur legasse, sed vtrumque habeat *DD. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim. Corn. consf. 288. Couar. in cap. officij de testam.* cum latius notatis per *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2.* vtique non habere locum vbi testator, qui legauerat communi voce erat reputatus auarus, cum tunc animo compensandi relictum fuisse coniecturandum est.

Vltra, quæ pro comprobatione principalis regulæ remiuiscendum est, quod cum auarus, & prodigus omnes excedant ille in dissipando, & iste in retinendo sunt vtique
5 contrarij, & contrariorum debet esse eadẽ disciplina, *l. 1. ff. de his qui sũt sui, vel alien. iur. l. fin. ff. de leg. 3. l. in fundo ff. de rei vendic. l. inter stipulantẽ §. sacram ff. de verb. oblig. l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. cap. trã-*
6 *stato de consfit.* & argumentum à contrario sensu validum est, *l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, l. qui in testamento §. mulier, vbi Glos. ff. de testam. l. si procuratorem §. si ignorantes ff. mand. l. si quis locuples ff. de manum. testam. l. cõuenticula, & ibi Cyn. C. de episcop. & cler.*
6 *l. apud antiquos C. de furt. cap. qualis 25. distinct. cap. cum Apostolica de his, quæ fiũt à prælat. Tusc. conclus. 498. lit. A.* & est fortissimum frequens, & vtilissimum *Mascard. conclus. 1280. num. 65. Seff. in decis. Arag. 10. num. 15.* ita quod valere quando verba legis sunt conditionalia, asserit *Surd. de*
10 *aliment. quæst. 11. num. 3. tit. 6.* & in contractibus validum esse, quando in casu contrario viget eadem ratio, dixit *Monach. in decis. Lucens. 55. num. 20. & 23.* ante eum *Card. Tusc. d. conclus. 499. nu. 11. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 5. nu. 9. vbi nu. 10.* resoluit procedere in contractibus tam bonæ fidei, quam stricti iuris, vt etiam voluit *Euerard. in topic. legat. loc. 4.* vbi etiam asserit hoc procedere in feudis, vt procedere in statutis firmant *Portol. de consort. & fideicom. legal. cap. 36. nu. 17. & Cauall. in quæst. commun. contra commun. quæst. 336. num. 2.*

Confert præterea pro corroboratione text. dispositio in *l. & mulieri, & ibi in verb.*

verbi prodigus ff. de curator. furios. vbi dicitur, quod prodigus, & omnes omnino etiã si in edicto non fiat illorum mentio in bonis curatoris decreto priuilegium consequuntur, ergo & Auarus.

Et hanc opinionem coadiuuat pulchra Doctrina *Bald. in l. fin. C. de sentent. pass. num.* 16. vbi dum statutum sit quod patre deportato restituto recuperat ius patriæ potestatis circa administrationem omniũ bonorum filij remoto tutore dato nisi esset quærit ibi an si non sit prodigus, sed ita tenax, quod non expendit vbi opus est, an per hoc interdicatur administratio, & sectatur sententiam affirmatiuam scilicet interdici Administrationem, quia non potest negari quin committat vitium in administratio-

7 ne, vnde merito *de Ponte in suo tract. de potest. proreg. in tit. de diuersis prouisionibus fieri solitis num.* 14. *fol.* 514. firmat posse curatorem dari Auaro sicuti datur prodigo, quia sic illæ sicuti prodigus, vel alius male vtitur suis bonis, & ita est oculis omnium infestus, quod euitari debet pro quo ponderatur *tex. in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* qui inter cæteros casus ponit casum, iuxta quam sententiam votum quoquè dedisse eminentissimum virum Dom. Ioan: Dominicum Nouarium meum Genitorem Amantissimum dum casus accidisset in anno 1623. reminiscor.

8 Declara autem firmatam regulam procedere, vbicunque per Iudicem fuisset interpositum decretum, quod habentur pro auaro, talisque declaratus, & administratio bonorum interdicta, cum datione curatoris, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Auarus qualiter describatur.*
2 *Auarus, quis dicatur.*
3 *Auaritia vndè dicatur.*
4 *Pecunia, quæ operetur.*
5 *Auarus qualiter in sacra scriptura repræsentetur.*

ARGVMENTVM.

Auarus, quis nam dicatur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO. XIX.

Auarus quidem describitur homo senex capite aperto, in cuius vestibus

1 sunt signata animalia illa vulgo nuncupatæ (Rospi) qui quidem homo euomitat ex ore magnam pæcuniæ quantitatem tenendo manus simul iunctas in signum reuerentiæ sub pedibus habens mensuram vulgo compasso, & ante eum tenens altare, in quo residenc aliqua Idola, & auri, & argenti quantitas, ab vna parte ventus insufflans, & ab altera arbor eradicata, & exeneruata, ita vt radices furtum repositæ videantur.

2 Auarus igitur illæ propriè appellatur, qui non dat danda, & tenet tenenda, vnde secundum *D. Hieronymum ad Paul. Auaro sic deficit, quod habet, sicuti quod non habet*, annuens (ibidem) Auarum nil aliud esse nisi principum bursam latronum domum consanguineorum rixam, & sibilatum, sinè illudatum ab omnibus, & singulis hominibus auditum. Huic Auaritia depingitur, vt dixi Senex veste rospia ornata, cum talia sint terræ insatiabilia, (& vt naturales scribunt) sæpè sæpius non edunt timendo nè terra deficiat, prout propriè sunt isti maledicti, & peximi auari, qui vt notatur, *Ecclesiast.* 10. animam suam venalem habent.

4 Dicitur in quam Auaritia ab Aueo aues, quod idem est, quod cupio, cupis, quia auarus semper cupit, & Auaritia, quasi auens aurum, & iuxta *Isidor.* opinionem *in libro Ethimologiarum*, Auarus dicitur quasi æris, idest pecuniæ auidus.

Pingitur Senex, quia in istis multoties, & facilius solet regnare huiusmodi vitium, vt docuit *Diu. Hieronymus*, dum dixit, *Omnia vitia in sene senescunt, sola Auaritia iuuenescit*, Indè patres nè aliquid è manu exeat filios in calamitate, vel saltem iuxta eorum statum ducti non permictunt incedere auaritiæ cecitate.

Hinc miser reducitur ad standum capite aperto, manibusque iunctis in actum reuerentiæ adorans Idola, & Aurum in Altari, quæ verè, & realiter colit tanquam Deum, vt patet ex *Apostol. Ecclesiast.* 10. Ibi, *Auaritia est Idolorum aer visus*, & quem alium Auarus cognoscit, nisi pecuniam pro quo tantum insudat, & laborat, quantum iuius pro Deo, ita vt ad talem reducitur casum, vt nesciat quid aliud agere pro illa acquirenda, nec lapidem irreuolutum relinquit pro lucro faciendo, vndè optimè principum poeta, *Virgilius lib. 3. Aeneidos*, illa cantauit carmina.

Fas omne abrumpit Polidorum obtruncat, & auro,
Vt potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.

Et

Et Ouidius *Metamorph. lib. 1. Fab. 4.* in hos prorumpit versus.

Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum ferroque nocentior aurum.
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque.

4 Quot iniustitiæ, quotque extorsiones cõmittuntur, quot mendacia proferuntur, & quot periuria ob numerum facere euomuntur quas crudelitates, & asperitates in humanas iniici carnes hac de causa videmus, ita vt iustè huiusmodi assimilari possunt Grifonis, qui à parte priori sunt Aquilæ, & à posteriori Leones, sic inquam Auari mundani sunt Aquilæ superbæ summum desiderium habentes se magnificendi ob varios eorum inordinatus appetitus, ob quod miseri efficiuntur Leones, qui deuorant bona pauperum, ita vt de illis loquutum est, *in sacris Historijs Regis 2. Reg.*

Aquilis velociores, & Leonis fortiores.

Assimilatur pariter Vrso, qui ferro igneo apposito proximè oculos obcecatur, ita auri, & argenti metallo Auarus in Oceano errorum nauigando extorsionesque faciendo.

Euomitat inquam multam pecuniæ quantitatem insignum, quod miserabilis Diuus Auarus iniustè deuorauit tot diuitias in vita exemplo illius, qui stomachum, & ventrem vltra solitum, & necessarium repleuit, nam deindè euomere cogitur, vnde post mortem viribus flammarum, ignis terribilis marum tormentorum euomitabit, nihil aliud ei remanendo nisi miserias, æternasque calamitates.

Mensura, vulgò compasso, sub pedibus, quæ mensurat, potestque satis extendi est insignum, quod tale vitium extenditur vbique, omnesque vtuntur auaritiæ mensura, vt bene dixit, *Hieronym. cap. 13. omnes auaritiæ student*, & *idem 8.*

Omnes Auaritiam sequuntur.

Ventus sufflans à latere ponitur in signũ quia Auarus pro nullo acquirit, & vti est adagium pro illis, qui nesciunt pro quibus labor est, quod vento laborat, & specialiter, quod pro tali labore non expectat præmium.

Arbor eradicatus cum radicibus sursum ponitur, eo quia Auaritia est radix fons, & principium omnium malorum, & eius sectatores in mare errorum incidere.

5 In sacra autem scriptura rapræsentatur Auaritia homo cum veste plena Rospium ob insatiabilitatem, de qua loquutus est, *Dauid psalm. 100. Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam, & in Prouerb. 27. Oculi hominum insatiabiles, & Ecclesiastic. 14. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis.*

Euomet multos nummos, eo quia paciẽs *Iob. 20.* dixit, *Diuitias, quas deuorauit euomet. & de ventre illius extrahet eas Deus*, & veniet Auarus in tali calamitate, & famę vt illa canam iuxta illum, *Psal. 58.* tamen *patiẽtur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.*

Stat capite aperto manibus iunctis, quia adorat nũmos, tamquam suos falsos Deos, vti ad propositum scribit, Paul. Apost. ad Ephes. 5. Hoc autem scitote intelligentes, quid omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quidem Idolorum seruitus non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei.

Ventus à lateræ sufflans, eo quia Auarus prouento laborat, thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea Psalm. 38.

Radix desursũ arboris eneruanti ponitur in signum, eo quia pecunię concupiscentiæ singulorum malorũ radix ese est 2. *Thim. 6.* ibi *Radix omnium malorum est cupiditas.*

Stultus igitu homo, qui auaritiæ cæcitati incumbit, quia vt dicit, *D. Augustinus in Sermon.* Antequam lucretur perdit seipsum, & antequam capiat captiuus efficitur.

Taliter, quod propriarum carnium iniquus, & impius (proti dolor, & Mundi cæcitas homicida euadit, nam ad euadendam impensam suum macerat corpus noua thesaura semper cumulare intendens, itaut paruula pecuniæ summula nummos aureus, sibi videatur pro augendo, non autem ad cõburendum insatiabilem appetitũ.

Inde assimilatur inferno teste eodem *D. Augustino*, quia illud quotquot deuorauit, numquam exurit. Ita in quam operantur thesaura in posse Auari, numquam se repletum videns inflamatur lucro Auaritia, sed non extinguitur, quanto plus ascendit, tanto magis sursum ascendere ter cupit, ex quo maximam in Auaro oriri ruinam, & perniciem affirmat *D. Ambrosius de Nanprot Israelita.*

Si igitur auaritiæ cæcitas tot innumera, & diuersa mala euomit, pessimaque gignit, ab humano pectore arcenda est, alias in hoc mundo, nihil voluptatis habetur, & in alio cruciatus propter illam abundabunt.

Deserant propterea omnes auaritiam, incumbāt singuli approbatis virtutibus, quia id agendo quietem in hoc mundo, & requiẽ æternam in alio habebunt, quã Deus optimus maximus cunctis præstare ex sua benignitate dignetur. Amen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Senex gaudet fori electione, sed declara vt nu.7. & 8.
2 Senibus magna debetur reuerentia.
3 Senectus æquiparatur morbo, etiam quoad effectum dandi coadiutorem, vel ad petendam absolutionem à Papa, num.5. aut ad effectum habendi fructus, & distributiones, nu. 6. & nè comprehendatur in l. vnica, C. de mendicant. lib. 11.
4 Senio confecto licet examinare testes ad æternam memoriam sicuti, & valetudinario.
9 Sexagenarius robustus potest condemnari ad triremes.
10 Quartanarius robustus potest torqueri.
11 Senex robustus ieiunare tenetur.

ARGVMENTVM.

Senex Beneficium Electionis, & Variationis fori, an & quando prætendere possit.

QVAESTIO XX.

1 Regula est, senem scilicet tanquã de numero miserabilium personarum gaudere priuilegio electionis fori, *Io. Andr. Innocent. & Butr. in cap. significantibus, de offic. deleg. per tex. in cap. 187. distinct. Azo in summa C. quãdo Imper. Iser. in Const. Regni, Statuimus, col. 3. versic. quæ sint, alleg. tex. in l. Ciuitatibus, in princ. ff. de leg. Rebuff. in Const. Gall. tit. de sentent. prouis. glo. fin. versic. senex, Roland. consil. 76. nu. 44. lib. 1. Afflict. dec. 23. num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 66. num. 26. Scaglion. in Ritu M.C.V. 340. num. 2. Annotat. ad Stat. Parm. in rubri. de ratione summaria reddenda miserabilibus person. vers. & senes, Amat. decis. Rot. Marchiæ 107. Vinius dec. 65. num. 4. Cochier. de iurisd. in exemptos, quæst 108 nu. 7. par. 4. tomo 1. Perez in comment. ad l. Castel. lib. 1. tit. 3. versic. Item senio confecti, Masul. ad Capyc. dec. 160. D. Ricc. collect. 1623. Manson. de indic. executiu. lib 1. limit. 13. sub n. 10.* vbi nos allegat in prima impressione annuens senum statum inter miserabiles connumerari, quod affirmauit pariter *Dom. Reg. Valenz. cons. 12. nu. 17.* eiusque statùs etiam afflictionis, probat *Eccles. cap. 13.* ibi, memento Creatoris in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ.

2 Quæ quidem regula fundata videtur in eo, quia senibus maxima reuerentia debetur, *l. semper ff. ad municipal.* suntque illi digni multis honoribus & priuilegijs, de quibus latissimè *Tiraquell. de primogen. in præfat. à num. 79. vsque ad 221. Cassan. in cathal. glor. Mundi consider. 17. par. 11. Mascar. de probat. conclus. 1296. Farinac. in pract. crim. quæst. 93. à num. 22. vsque ad 41. Paleottus in speciali tract. de priuileg. senect. Pineda in vita D. Io. Baptistæ lib. 2. artic. 1. cap. 9. §. 139. & Dom. Riccius Collect. Decis. collect. 1023. 1627. & 1862.*

3 Vltra quod senectus & infirmitas, à pari procedunt, *Damhoud. in enchirid. par. in verbo, senectus;* senex infirmus dicitur, *cap. magnæ, de voto,* & senectus dicitur esse morbus, *Aelius in tract. de infirmit. c. 19.* vndè statutum loqnens de infirmis, procedit etiam in senibus, *cap. primo, § sin autem Episcopus, de cleric. ægrot. in 6. Paris cons. 29. num. 68. lib. 2. Neutzan. lib. 2. silua nuptial. num. 4. Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 805. num. 9.* affirmans *num. 29.* infirmitatem, & senectutem æquiperari ad obtinendam coadiutoriam, *cap. 1. de cleric. ægrot. in 6. Ancharan. consil. 179. Firman. de Episcop. quæst. lib. 1. Mandos. in regul. 11. Cancell. quæst. 5. nu. 2. Gonzal. in reg. 8. Cancell. §. 9. nu. 19. cum seq.*

4 Hinc sic pariter permissum est, senio confecto posse ad æternam memoriam testes examinari, quemadmodum possunt valetudinarij, & morbo laborantes, *c. quoniam frequenter, §. 1. vt lit. contest. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. vlt. nu. 2.*

5 Prout etiam senes, & infirmi æquiperantur, quoad absolutionem petendam ab excommunicatione à Sanctissimo, propter percussionem clerici, nàm licet regulariter illa sit reseruata Papæ possũt obtinere ab Ordinario, *cap. ea noscitur, de sentent. excommun. Tolet. in summa lib. 5. cap. 8. num. 2. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 28. num. 25. Graff. de effect. cler. eff. 9. nu. 160*

6 Et ita similiter senex, prout & infirmus debet habere fructus præbendæ, distributiones ordinarias, & quæ dantur pro anniuersarijs defunctorum, *Prob. in addit. ad Monac. in cap. vnico, num. 14. de cler. non resid. in 6. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 60. n. 10. Hoied. de incompatibil. benefic. cap. 17. par. 1. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 12. Trentacinque cons. 56. Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. & absent. canon. Leon in thesaur. fori Eccles. cap. 2. num. 27. par. 3. Cened. canon. quæst.*

cap. 1. num. 15. quo in loco pulchrè, & latè tractat hanc materiam, quod sanè est vorum, dummodò senex ille per prius tempore iuuentutis fuisset solitus interesse diuinis officijs, & horis canonicis, iuxta tradita *per Couarr var. resolut. lib. 3. cap 13. Mart. dec. 213. Dom. Ricc. in praxi fori ecclesʃ. resolut. 397. tomo 2.* & ita consului ad fauorem quond. Reuerẽdi D. Petri Angeli Raguci Acheruntinæ Diœcesis, aduersus Reuerendum Capitulum Nobilis, & Magnificæ Terræ Pisticij Prouinciæ Basilicatæ.

Qua de ratione videmus meritò, quod dùm senectus morbus est, ideò sub prohibitione *l. vnic. C. de mendicant. valid lib. 11.* nullatenus comprehenduntur, vt ibidem nouè tutatur *Dom. Regens Constant. in commentar. num. 9.* quod notant Regnicolæ pro intellectu *pragmat. 1. sub rubr. de mendicant. valid.*

7 Declara tamen firmatam regulam, non procedere vbi senex esset sagax & sapiens, cùm in tali casu cessare huiusmodi electionis fori beneficium appareat, ex dictis per *Præsid. de Franch. dec. 608. Paschal. de Patria potest. par. 2. cap. 2. Thor. in compend. Decisio. Regni in verbo, Seni, lo secondo, tomo 1.* & recenter sequitur *Dom. Ricc. Decis. Curiæ Archiep. 233. p. 3.* vbi nos adducit ad propositum in hoc loco in prima impressione Neapolitana, *Capibl. in sing. 164.* qui remissiuè Præsidem, & nos pariter allegat *Viscont. in conclus. iur. in verbo, Senes, circa medium.*

7 Declarari pariter facilè posset cessare tale priuilegium, vbi senex esset robustus, ita quod sua valeret exercere negotia, prout tempore ætatis non ingrauescentis, argumento notatorũ *per D. Ricc. d. dec. 233.* vbi limitauit regulam illam,
9 quod sexagenarius non possit damnari ad triremes, non procedere quoties esset robustus, quod etiam nos allegando tenet pariter modernus *Antonin. Dian. in resolut. moral. tract. de ieiun. resol. 20 pag. 231.*

Pro cuius declarationis corroboratione satis cõferre videtur, nàm videmus
10 quod quartanarius torqueri potest, si robustus is sit, vt dimissa febre, suis negotijs superesse soleat, *ad textum in l. quæsitum versic. aut si quis, ff. de re iudic. Giurba consil. crimin. 8. num. 4.* maximè si tortura sit læuis, & sine squassatis *Baiar. ad Clar. in §. fin. quæst. 64. num. 74. Franc. Marc. dec. 790.* Nec non senes robusti non sunt habilitandi pro causa ciuili, *Gratian. disceptat. forens. cap. 506.*

11 Et senex robustus ieiunare tenetur, itaut sexagenarius viribus pollens, à ieiunio non excusatur, vt communis Theologorum schola, docet *Sylu. in 2. 2. Diu. Thom. quæst. 147. art. 4. Laiman. in Theolog. moral. cap. 3. lib. 4. tract. 8 Fagundez de præcepto Ecclesiæ cap. 8. num. 10. tract. 4 lib. 1. Azor instit moral. lib 7 par. 1. cap. 17. q. 4. Io. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. præcept. 3. art. 4. dub. 9. conclus. 2.* & alij etiam DD. ex nostris passim.

SVMMARIVM.

1 *Senex quis dicatur, & num. 2. & 3.*
4 *Tex. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata, verus intellectus datur.*
5 *Aetas septuagenaria excusat à tutela.*
6 *Sexagenarius excusatur à muneribus personalibus, & à solutione capitis, sed an ab administratione syndicatus vide num. 7. vbi consultatio D. clissimi Genitoris Authoris refertur.*
8 *Septuagenarius non carceratur, vel saltem ei assignatur Ciuitas pro carcere, & ita practicari dicit Author, nu. 9.*
10 *Septuagenarius testificari non cogitur.*
11 *Arbitrium Iudicis quando succedat.*
12 *Pragmatica 1. sub rubrica de pœnis, quid disponat.*

ARGVMENTVM

Senex quis dicatur ad effectum, de quo supra.

QVAESTIO XXI.

Regula certa dari non potest pro huius articuli solutione cum Doctores iuxta morem in varias se diuisere sententias.

Nam aliqui fuerunt in opinione, quod tunc quis dicatur senex, vbi annum quin-
1 quagesimum perfectè actingit vsque ad septuagesimum, vt probauit *Glosator proœm. sexti, in verbo perfectus,* vbi *Io. Andreas, & glo. in capit. 1. de celebrat. missar. glo. in l. non aliter, §. vltimo, ff. de legat. 3.* idem censuit *Corasius in l. precibus, n. 29. C. de impub. Anan. in rubr. de delictis puerorum, col. 1. Affl. in constit. Regni, rub. 37. in fine, lib. 2. Gramat. dec. 34 num 4*

Quod sanè fundant ex allegata *l. non aliter, §. fin. ff. de leg. 3.* vbi non definitur qua ætate inter iuuenes, & inter senes quis con-

connumeretur; Et similiter pro corroboratione adaptari posset, *tex. in l. 2. §. fin. ff. de decur. l. 3. C. eod. tit. & l. fin. C. qui ætat. se excus. lib. 10.* quibus iuribus probatur excedentes quinquagesimum vnum annum à muneribus personalibus esse exẽptos vti senes, verùm illud in casu speciali est dispositum, non autem generaliter in omnibus, hinc oritur alia esse onera, à quibus tantum septuagenarij excusantur, vt infra dicemus; Necnon adduci potest *tex. in c. 1. de renunc.* sed ibi non definitur qua nam ætate quis senex appellari posset ille, qui ad rectoriam Ecclesiæ se impotentem dicit, vt pariter nec aperitur *in cap. nisi, §. alia, eod. allegato titulo*.

2 Præterea cæteri senserunt senem appellari septuagenarium, vt retulit *Abb. in cap. quoniam frequenter, num.* 18. *vt lite non contest.* vbi quod ab hac ætate infra nihil Iudicis arbitrio relinquitur, cùm satis certum sit habere esse, senem, ea quo iure passim à muneribus excusatur, *l. 3. ff. de iur. immun. § item maior, Instit. de excus. tuto.* meminit *Borrell. in summa decis. tit. de iuramento perhorrescentia, num. 25. tom. 1. Farinac. de indit. & tort. quæst. 41. num. 26. Carauita ritu 156.* verùm non concludit quoniam satis patet illum excusari, qui annum quinquagesimũ excedit, ad *tex. in memor. l. 2. §. fin. ff. de decur.*

3 At alij in ea residere opinione, vt qua nam ætate quis censeatur senex, debeat dependere à Iudicis arbitrio, vt scripserunt *Barbat. in cap. sedes, num. 73. de rescript. Io. Andr. Fælyn. & Soccin. Sen. in d. cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. Bald. in sua Margarita in verbo, senex, Florian. in l. Aquilia, ff. ad leg. Aquil. Auil. in cap. Prætor, in procem. num. 24. Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 46. num. 25. Cened. quæst. canon. c. 16. Dom. Ricc. in Decis. Cur. Archiepisc. 234. p. 2. Gail. obseruat. 92. num. 7. lib. 1. Baiard. ad Clar. quæst. 60. num. 27. & 28. Actius in tract. de infirmit. cap. 19. num. 7. & 8. par. 1. Paris de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 7. à num. 4.* vbi quod huiusmodi arbitrium regulandum est iuxta qualitatem personarum recenter, refert *Massobrius in sua praxi habendi concursum ad Parrocch. tit. de collat. fact. elect. requisit. 7. dub. 6.*

Quorum sententiæ tanquam veriori ego in hærere sum paratus, in his casibus, in quibus nulla iuris constitutio extat, itaut vbi apertè diffinitum non est, qua nam ætate quis senex dicatur Iudi-

4 cis arbitrio relinquendum est, & ita erit interpretanda dispositio textus in allegato *cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. cap. nisi, §. alia, de renunciat.* cum alijs, vt apud *Menoch. de arbitr. Iud. casu 59. nu. 5. & 6.* & consequenter à Iudicis arbitrio dependere debet, quando quis vti senex ad electionis fori priuilegium se admitti prætendit.

5 Quare cùm circa tutelæ administrationem septuagenarius à iure pro sene habeatur, itaut excusetur *§. item maior, Instit. de excusat. tutor. l. 3. ff. de iure immunit. Glos. in l. 3. C. qui ætat. vel profess. lib. 10. Perez in lib. 4. ordin. tit. 1 de los Caualleros, tomo 1. pagina 779. Dom. Reg. Constant. in l. si quis decurio, num. 10. C. de decur. lib. 10.* Ideò circa id Iudicis arbitrium versari non debere, nec posse mihi suadeo.

6 Prout nec se intromittere poterit, quando tractatur de immunitate à personalibus muneribus, quia senex quoad hunc effectum à iure sexagenarius reputatur, *l. 3. C. qui ætat. lib. 10. Gratian. forens. discept. lib. 5. cap. 805. num. 24. Thor. in compen. Decis. Regni in verbo, senex sexagenarius, il primo, tomo 2.* vbi idem dicit quoad effectum, vt excusetur ab industria, ex *Piccol. prag. in 37. de appret. Nigr. in cap. Regni porrectis, num. 27.* & ita similiter quoad effectum, vulgò nè teneatur soluere capitationẽ, vulgò in Regno detto *la Testa*, ad textum *in l. 1. C. de Capit. Ciu. lib. 10.* iuxta decisionem Regiæ Cameræ Summariæ factam de anno 1571. die 10. Martij, referente tunc Præside Ribera, & alias prouisiones ab eadem Regia Camera expediri solitas, licet talis ætas non excuset

7 ad administratione officij syndicatus, iuxta allegata per *Caput. in tract. de Regim. Reipublica cap. 3. num 90.* & apud *Thor. in compend. Decis. Regni, in verbo, Syndicus, to. 2.* vbi quod ita in officio Electatus Neapolis fuit decisum ex *Præsid. de Franch. decisio. 65 in fine*, illa ratione, nàm officium dicitur habere honorem annexum, & sic in anno 1618. scio consuluisse eximium, & veridicum I. C. magni nominis D. Io. Dominicum Nouarium meum Genitorem pro magnifica Vniuersitate Pisticij, aduersus Dominicum Labrescia, qui fuerat electus Syndicus dictæ Terræ, & prętendebat se excusare ab administratione prætextu senilis ætatis.

8 Vndè cùm septuagenarius à iure habeatur pro sene, nè carcerari possit pro debito, iuxta vulgatum *Anthar. consil. 336.*

quinto, vbi ad id allegat textum *in cap. si quis Roma 24. quæst. 3.* & idem sensit *Capra reg. 30. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Mercator dicitur à merce.*
Mercator, & Negotiator sunt idem.
3 *Mercator, vt quis appellari possit, quæ requirantur, & nu. 4. 5. & 6.*
7 *Clericus ex vnica negotiatione non potest puniri.*

ARGVMENTVM.

Mercator quisnam dicatur ad effectum de quo supra.

QVAESTIO XXIII.

NE huius termini, siuè Mercatoris
nominis explicationem subterfugere
videar, pro ornatu breuiter suppono,
Mercatorem dici à merce, itaut emens seruos, vel aliquid
aliud, quod appellatione mercis non venit,
mercator non dicitur, sed venaliciarius,
l. mercis appellatione, ff. de verbor. signific. l. mandatum, ff. mandat. & ita scribit *Anan.
in cap. in Ciuitate, sub num. 4. de vsur.* dicens
esse vtile propter statuta, quæ loquũtur de mercatoribus, & mercantijs,
Alex. in addit. ad Bart. in l. legatis, ff. de leg. 3.
& latius *Stracca de mercatur. par. 1. num. 16.
cum seq. fol. 285. & Scaccia in tract. de commerc. §. 1. quæst. 1.* vbi tractat, etiam si ne-
2 gotiatio, & mercatura, & negotiator, seù
mercator sint idem, & pro affirmatiua
parte concludit, ex *Fæder. de Sen. consf. 207.
Sotus de iustit. & iure lib 6. quæst. 2. artic. 2.*
& alijs ibidem relatis, de quo Regnicolæ
videant *Goffred. de Caet. super Ritu Regiæ
Cameræ in rubri. de iure Fundac. folio meo 23.
& 24.*

Verum vt quis mercator appellari
possit, & Mercatoris priuilegijs vtatur,
plura concurrere debere mihi suadeo.

3 Et primò, quod sit matriculatus,
*Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1. in
vers. si elle enim est Mercande, Maranta in
praxi 4. par. distinct. 9. num. 59. Card. Tusc.
conclus. 209. lit. M. Præses de Franch. dec. 481*
vbi apparet per defectum matriculæ, nõ
fuisse habitum pro tali.

4 Secundò requiritur, vt in effectu exerceat
mercaturam, nàm non sufficit, quod
sit descriptus, & matriculatus, nisi artẽ
exerceat, *Bart, Bald. & reliqui in l. Schriniarios, C. de testam. milit. Signorol. consf. 246
vers. Item est aduertendum, Præsid. de Franch.
decisio. 170.* quod exercitium per se ipsum
& non per alium facere debet, *Aretin. in
l. Schriniarios, C. de testam. milit. Maranta loco
cit. & Card. Tusc. d. concl. 209.*

5 Tertiò, necessè est, quod maiorẽ partem
suorum bonorum habeat in mercãtiis,
Abb. consil. 78. lib. 1. vbi quod status
in hoc communi vsui loquendi, vel vulgarium,
plenè *Alex. consil. 108. li. 4. Genuin.
in cap. 1. de vita, & honest. cleric. in 6. Aretin.
consil. 29. Rota Roman. diuers. decisio. 150.
part. 2.*

6 Quartò, tandem opus est, quod plures
actus mercaturæ exercuerit, & non vnũ,
cùm ex vno actu, quis non dicatur mercator,
*Bald. consil. 495. lib. 1. Dec. in cap. 1. n. 29
de Iudic. Stracca de mercatur. par. 1. num. 2*
vbi de communi DD. sententia testatur
*Præses de Franch. dec. 65. Ruigerullant. in tracta. de Commissar. Camer. Imperial. cap. 19. nu. 5
lib. 4.* vbi dicit pluralitatem negotiorum
facere mercatorem, & qui multos actus
mercaturæ non fecit, non potest haberi
pro mercatore, *Dom. Ricc. dec. 329. par. 4.*
vbi & de alijs requisitis pariter mentionem
facit.

7 Inde rationabiliter aliquandò consultus
respondi, Clericum ex vnica negotiatione
non posse puniri per Illustrissimum
Nuntium Apostolicum, ad quem
id spectat, ex *Salzed. in addit. ad Diaz in
pract. crim. cap. 55. & Cened. in collect. iur. canon. par. 1. collect. 37. num. 2. in fine*, quos sequitur
*Graff. in tract. de effect. cleric. effect. 6
num. 19.* addo & *Dom. Ricc. in praxi resolutio. 201. par. 3. & Gennen. in praxi Archiep.
cap. 62. nu. 8.* dùm dicit, Clericum non posse
dici negotiatorem per vnius rei emptionem,
vel venditionem, sed plures
actus requiri, ex *Glo. & Bar. in l. 1. §. licet,
ff de Tributor. Act.* & idem reperio sensisse
*Farinac. in suis fragmen. crim. in verbo,
Clericus, par. 1.* iuxta quorum opinionem
sæpius practicaui in ipsa Curia Nunciaturæ,
in varijs quippè casibus, in quibus
diuersos cliẽtulos fouebam, & præcipuè
tempore quo ibi præsidebat Eminentiss.
Cardinalis Pamphilius.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas habet fori electionem, etiam quod sit parua, num. 5.*

2 *Vniuersitas comprehendit pupillos, viduas, & alias miserabiles personas.*

3 *Vniuersitas iure minorum potitur.*

4 *Restitutio in integrum competit Vniuersitati etiam paruæ, num 6.*

6 *Ius patronatus in Vniuersitatibus etiam paruis ex vsurpatione præsumitur, & ideo in illius probatione forma Concilij Tridentini, est adhibenda.*

ARGVMENTVM.

Vniuersitas nũ in Beneficio Electionis, & Variationis fori vti possit.

QVAESTIO XXIV.

1 Regula sit affirmatiua, quod Vniuersitas potiatur huiusmodi priuilegio eligendi, & variandi forum in suis causis, vt constat ex *Alex. cons. 122. in fine, Menoch. de arbitr. Iud. casu 66. lib. 2. in addit. nu. 29. Carau. in ritu M.C.V. 233.* referens ita decisum per Regiam Audiẽtiam Principatus Citra, & Basilicatæ; & per Magnam Curiã Vicariæ decretum confirmatum, *Vrsill. ad Affl. decis. 257. nu. 2. Rota diuers. Rom. in decisio. 862 sub nu. 1. par. 4.* vbi sic decisum per signaturam, *Trentacinq. var. resol. lib. 2. resolut. 2. num. 35. de citat. Thor. in sua moderna compilat. decis. Regni, in verbo, Vniuersitas, tomo 1. & 2.* vbi fatetur ita decisum in Sacro Consilio, & Magna Curia Vicariæ in causa Vniuersitatis Aquauiuæ, ex *Galupp. in praxi S.C. cap. 6. nu. 58. p. 3.*

Et licet *Marchesanus* fuerit in contraria opinione *in suo tract. de commiss. par. 2. in tit. de Auocat. caus. cap. 4. num. 28 fol. meo 477.* de quo meminit *Scaccia in tract. de appellat. quæst. 7. nu. 8. versic. extende.*

Tu tamen à regula nè discedas, quæ communiter est receptam maximè in Regno, & palpabili ratione fulcitur, nam
2 ipsa Vniuersitas comprehendit pupillos, viduas, & cœteras miserabiles personas, *l. veluti, & ibi DD ff. de iustit. & iure, l. rem publicam, C. de iure Reipubl. lib. 11.* iunctis *Glo. Bart. & Luc. de Penna*, vbi Vniuersitates pupillis æquiparantur, quod pariter asseuerarunt, *DD. in l. Ciuitas, ff. si cert. pet.* latè *Cyn. Bald. Salyc. & alij in l. Reipubl. C. ex quib. caus. maior.* quia sicuti pupillus est in manu tutoris, ita Vniuersitas in manu Rectoris, Syndici, & Electorum, siuè Administratorũ (qui pace bonorũ) sunt multoties lupi rapaces, & in Vniuersitate insunt pauperes, adeò quòd Ciuitas, quæ caret pauperibus, dicitur imperfecta, *Mõtanar. in prag. 5. §. 13. n. 22. de Administrat. Vniuersit. per textum in l. 2. ff. de Nundin.*

3 Vndè meritò videmus, quod Vniuersitas, Communitas, & Ciuitas iure minorum potiuntur, vt post alios aduertunt *Rodriq. in tract. de ann. redit. lib. 1. q. 14. nu. 67. Costa de portione rath. quæst. 123. in fine.*
5 itaut restitutionem in integrum cõsequi possunt, vt per *Azon. & Glo. in d. l. res publica, C. ex quib. caus. maior. Gramat. cons. ciuil. 77. num. 7.* cum alijs cumulatis per *Sfort. Odd. in tract. de restit. in integr. quæst. 5. art. 10. nu. 69. & 70.* quod in dies practicatur in omnibus Tribunalibus, vt est notum.

5 Amplia suprapositam Regulam procedere, siuè Vniuersitas sit magna siuè minima, prout ita vidi expeditas prouisiones Magnæ Curiæ Vicariæ ad instantiam Vniuersitatis Montis Pertusij, quæ non solum est parua, sed minima, quæ quidem prouisiones mihi annis elapsis tanquam Regio Gubernatori Aierolæ, & Plagiani, dictique locis Montis Pertusij fuerunt notificatæ, vt trasmitterẽ acta ad dictam Magnam Curiam, quam præfata Vniuersitas per viam electionis fori adiuerat.

6 Videmus in quam in simili istis paruis Vniuersitatibus restitutionis in integrum beneficium competere, prout & magnis, *Abb. in cap. 1. extra de restit. in integr. Corn. cons. 148. sub num. 4. vol. 1. Frecc. de subfeud. lib. 2. vers. secunda authoritas, num. 29. Affl. in Const. Regni, in prælud. quæst. 5. num. 4.* vbi loquitur de Villa triginta focularíorum, *Trentacinq. var. res. lib. 2. res. 3. num. 3. de restit. in integr.*

Quemadmodum & eadem sollemnitas requisita per *Sac. Conc. Trid. sess. 2. cap. 9. de reformat.* in probatione iurispatronatus Vniuersitatum, requiritur etiam in Vniuersitatibus paruis habentibus ius patronatus, *Rota in vna Bononien. Iurispatronatus 20. Martij 1599. coram Gyptio, & in nullius Archipresbyteratus 2. May 1584. coram*

ram

ram Eminentiss. Card. Pamphilio, Garsia de benefic.part. 5.cap. 9.nu.102. Genuens.in praxi Cur. Archiep. cap.16.nu.6. Dom. Ricc.collect. decisio.collect.1240.& de probat.iur.patronatus resol. 101. Barbos.de potest. Episcopi alleg. 12. nu.62.par.3. Viuian.in tract.de iure patron.p.2 lib.11.cap.5.nu.75.

SVMMARIVM.

1 *VNiuersitas verè,& propriè nil aliud est, quam ipsi homines Vniuersitatis collectiuè sumpti.*
2 *Homines separatim, & singuli non faciunt Vniuersitatem,& populum.*
3 *Vniuersitas dicitur quadam persona ficta, quæ constat ex singularibus personis.*
4 *Ciues Vniuersitatem faciunt.*
5 *Ciuitas appellatur cætus hominum iure sociatus.*

ARGVMENTVM.

Vniuersitas, quænam dicatur ad finem de quo supra.

QVAESTIO XXV.

QVoniam dictum est in antecedenti quæstione, Vniuersitatem habere fori electionis priuilegium meritò hic subnectere volui, quænã Vniuersitas nũcupetur.
1 Vniuersitas igitur, nihil aliud est, quã
ipsi homines Vniuersitatis, *Glo. in l. sicut, §.1.in verbo, non debetur, in fine, ff. quod cuiusq; Vniu.nom.& in l.1.ff.de colleg. illicit. Bald.in l.7. §.1. quod cuiusque Vniuers. nom.* nam totum non differt realiter à suis partibus, verè enim propriè, & realiter Vniuersitas nihil aliud est, quam homines Vniuersitatis, *l. aut facta, §.non nunquam, n.3. ff.de pœn. Boer.in tract. de seditios.cap.fin.n.14.*
2 *& 22.* nisi enim essent homines, non
esset Vniuersitas, idem dicit *Bal.in l.5.n.9. C.de execut. res iudic.* vbi scribit, Vniuersitatem nihil aliud esse, nisi homines ipsius Vniuersitatis collectiuè sumptos, cùm homines singuli, & separatim non faciãt Vniuersitatem,& populorum, vndè Vniuersitas propriè dicitur hominum collectio in vnum corpus misticum, & abstractiuè sumptum, cuius significatio est inuencta per intellectum, *Cacher.decis.17. num.14.* quare *Castren.in l.7.nu.1.ff.quod cuiusque Vniuersit. nom.* scribit; Vniuersita-
3 tem esse quandam personam fictam, quæ
constat ex pluribus singularibus personis, & in *l.2.nu.2. ff.eodem*, dixit, singulos homines de Vniuersitate esse quasi mẽbra facientia vnum totum, quod dicitur Vniuersitas, *Mysing. obseru.78.nu.78 cent.4.* vbi verè, propriè loquendo affirmant, Vniuersitatem nihil aliud esse, quam singuli homines de Vniuersitate, qui in corpus vnum collecti illam faciunt, vti habetur etiam per *Gail. de pace publ. cap. 9. à num.12.cum seqq.*

Itaut Ciues ipsi Vniuersitatem effi-
4 ciant, *Card.in c.requisiuisti de testam. Azeued.in recopil. Hispan.lib.7.tit de los Aiuntamientos de los Concejos, in princip. rubric.* annuens pariter ex *Arist. polit. lib. 3. cap. 1.* Ciuitatem dici Ciuium multitudinem,& ex *Cicer.de somnio Scipion.* cetus hominum
5 iure sociatus Ciuitates appellari, vide
l.si quando, C.de bon. vacant. lib.10. Bertazz.de clausulis, claus.20.glo.24. Flau. Tort. ad Stat. Pap.129. a num.8.cum seq.& Losaum in tract. de iure Vniuersit.cap.1.par.1. vbi materiam exanclatam omninò habes, nec non conueniunt scripta per *Gonzal.in reg.8. Cancell.gl.37.* vbi copiosè docent, quod personarum appellatione Collegia non veniunt; & quod aliud est Collegium, siuè Vniuersitas,& aliud singulæ psonæ illius.

SVMMARIVM.

1 *SEdile representat Vniuersitatem.*
2 *Restitutio in integrum competit Collegio, siuè Sedili, nu.3. sed vide nu.4.*
5 *Minor in quibus casibus restituatur, & an pro iure futuro.*
6 *Iuspatronatus Vniuersitatum, Collegiorum,& Sedilium qualiter probetur.*
7 *Collegio Doctorum competit beneficium electionis fori, iuxta Authoris opinionem, & quare.*

ARGVMENTVM.

Collegium, siuè Sedile nùm Electionis,& Variationis fori priuilegio frui valeat.

QVAESTIO XXVI.

REgula sit affirmatiua, ea palpabili,& euidenti ratione, quia negari suaptè non

bosi, pauperes, habito respectu ad eorũ gradum, & similes, qui à miserabilium personarum numero non sunt exclusi, ideò Iudicis arbitrium maximoperè in similibus casibus versari posse, & debere mihi suadeo, prout & ita practicatur in Regijs Tribunalibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas iacens assimilatur pupillo, & ideo habet beneficium electionis fori, & restitutionis in integrum, nu.3.*
2 *Priuilegia concessa pupillis competunt & alijs qui per Administratores reguntur.*
4 *Hæreditas iacens representat defuncti personam.*
5 *Hæreditas priuilegiati gaudet priuilegio sui domini.*
6 *Qui ex fictione habetur pro tali gaudet priuilegio concessis illo tali.*
7 *Hæreditas iacens an sit persona vera.*
8 *Mortuus dicitur miserabilissima persona.*
9 *Episcopi disponunt ad pias causas pro decedentibus ab intestato.*

ARGVMENTVM.

Hæreditas iacens, num Beneficio Electionis, & Variationis Fori vti possit.

QVAESTIO XXVII.

1 Regula sit affirmatiua ea palpabili ratione, quia hæreditas tanquam iacens, videtur esse orbata domino suo, & pupillo æquiperatur, *l. 1. ff. de curat. bon. dand. l. in possessionem, ff. ex quib. caus. in possess. eatur*, quæ iura ad id expendit recenter *Palma in diuers. iur. comm. & Regni, glo. 8. n. 4. par. 2.* & ideò ad instar pupilli hoc electionis fori beneficio benè vti valet.

Regitur inquam, & hæreditas iacens per curatorem, & consequenter singulis priuilegijs, quibus potiuntur aliæ personæ, quæ per Administratores, curatores, & tutores reguntur vti poterit, ex regula vulgari ab omnibus communi calculo recepta, vt omnia priuilegia pupillis concessa censeantur etiam concessa omnibus alijs personis, quæ per Administratores reguntur, vt post plures quos allegat tutatur *Paschal. in suo tract. de patria potest. par. 2. cap. 2. nu. 92. vers. nihilominus*, recenter *Dom. Ricc. in schol. ad Tiraq. de pia causa, priuil. 142. vers. & tandem*, vbi nos allegat, & sequitur vltra Antiquiores, & ita practicari vidi in nostris Regijs Tribunalibus in varijs quippè casibus.

3 Vndè restitutionem in integrum, siuè primum, & secundum beneficium hæreditati iacenti suffragari debere vtique ex antesignana ratione dicendum est, quamuis ei datus esset curator, non obstante lapsu termini vnius mensis à die conclusionis factæ, iuxta dispositionem *prag. 16. de ordin. iudic.* vt decisum in S.C. in causa hæreditatis iacentis quond. Io. Antonij, & Ioseph. Quaranta die 4. Aprilis 1626. in Banca de Martino, nouè testatur *Thor. in Comp. Decis. Regni, in verbo, Beneficium, to. 2.*

4 Et ideò meritò in quadã causa à fortiori dicebam curatorem hæreditatis iacentis validè potuisse obtinere prouisiones à Magna Curia Vicariæ, quam per viam electionis fori adiuerat in quadam lite intentata super illa hæreditate iacẽte, cui & ipse erat datus curator per Iudicem loci domicilij, stante quod hæreditas illa fuerat relicta à persona priuilegiata, quæ potuerat huiusmodi electionis fori priuilegio vti, & cùm pro resolutione huius articuli nonnulla in medium adducere fuissem coactus, illa hic per extensum ponere extra ordinem visum non fuit, & sunt quæ sequuntur.

Rogatus de voto affirmare vtique debeo, quod siue habeatur pro vera illa opinio, quod hæreditati iacenti competat priuilegium electionis fori tanquam similis pupillo, alijsque personis, quæ per tutores, curatoresque reguntur, quod non dubito.

Siuè contraria sectetur opinio tanquã res noua, & adhuc non decisa in iure, nec tacta à DD. quos & ipse videre potui; Tamen adhuc in casu nostro breuitati, iuxta morem studendo concludo petitã electionem fori iam concessum ad fauorem hæreditatis iacentis in lite bismille aureorum iam super ea intentata benè, & iuridicè fuisse concessum, & consequẽter per Magnam Curiam confirmandum esse stante, quod olim domina dictæ hæreditatis erat persona priuilegiata, & comprehensa sub dispositione *l. vnica, C. quando Imper. & Constit. Regni, Statuimus, de magistro iustitiar.*

Ad cuius opinionis corroborationem (nè

(nè somniare videar) adduco illam irrefragabilem conclusionem passim à DD. nostris amplexam, quod hęreditas iacēs representat defuncti personam, *§. alienus, Instit. de hæred. Instit. l. non minus, ff. eod. titu. l. mortuo, ff. de fideiussor. l. hæreditas, ff. de acqui. rer. domin. l. cum hæreditas, C. deposit. Bart. in l. nouatio, ff. de nouat.* vbi quod defuncti, & nō hæredis personam representat, quod etiā approbauit *Bal. in rub. C. de success. edict.* nec id negarunt Moderniores.

5 Et cōfert, nàm in simili videmus, quod hæreditas clerici iacens gaudet priuilegio eiusdem, nè collectari possit, & nè teneatur gabellam soluere, imò nec eius executores si vendant ante hæreditatis aditionem, vt apud *Iason. in l. 1. à num. 132. ff. de leg. 1.* & practicari vidisse testantur *Diez de Mena var. quæst. li. 2. cap. 20. n. 201. & D. Ricc. in praxi fori Ecclesi. resol. 129 p. 3.* quicquid contrarium attentare voluerit *Lasarte in suo tract. de gabellis, c. 19. nu. 38.* cuius sententiam falsam supracitati vocarunt, & contrarijs peroptimè responderunt.

Vsqueque enim hæreditatis aditio nō fit, nec hæreditas est deserta, aut vacans, sed tantum iacens hæredem expectando, & non deficit persona defuncti, sed viuere fingitur, & consequenter censetur adhuc quoq; durare priuilegium, etsi personale, prout est istud eligendi forum, iuxta notata in materia fictionis plenè per *Ias. in l. si is qui pro emptore, à nu. 190. ff. de Vsucap.* vbi qui ex fictione habetur pro

6 tali, benè gaudet priuilegio concesso illi tali, vbi etiam *Bar.* agit de representatione hæreditatis iacentis, non est enim nouum quod statuta in casu verò procedant in casu ficto, si similis, & eadem ratio militet in vtroque, vt communi voce cantarunt DD. & præcipuè *Abb. & Imol. in cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* & luculenter confirmat *Gamar. in tract. de extens. num. 69.* vbi à nu. 129. probat etiam dispositionem correctoriam, in casu verò extendi ad fictum ei æquiperatum.

Indè cùm persona priuilegiata iam mortua per fictionem iuris representetur ab hac hæreditate iacente, cùm & illa sit accessoria ad ipsum defunctum priuilegiatum, & in quantum hæreditas ab ipso dependeat, nec possit dici hæreditas, nisi personam defuncti representādo, vt per *Flores Diez loco supra cit. sub num. 202.* meritò eiusdem priuilegio potiri posse affirmandum est, cùm hæredi-

7 tas ista iacens non sit persona vera sed ficta, & aliam representans sicuti homo pictus, Vniuersitas, vel Collegium, siuè Confraternitas, aut ergò representat personam futuri hæredis, & hoc nondū certum est si velit adire; aut representat personam priuilegiati defuncti, quod negari non potest, & tunc non erit persona priuata, sed priuilegiata, quemadmodū Collegium Ecclesiasticum ideò est Ecclesiasticum, quia continet sub se Ecclesiasticas, si enim aliam personarum speciem representaret, putà sęculares vtiq; illius speciei esset, & sic sæculare tale Collegium nuncuparetur, vndè dùm persona Domini hæreditatis habet tale priuilegium eligendi forum, eodē quoq; & iuuabitur hæreditas ipsa iacens.

8 Tantò fortiùs, quia defunctus dicitur miserabilissima persona, vt per *Afflict. in Constit. Regni, Instrumentorum robur, num. 23.* quem refert & sequitur *Genuen. in praxi Curiæ Archiep. Neap. cap. 78. nu. 8.* quo in loco concludit per hanc rationem, posse Episcopos tāquam protectores miserabilium personarum disponere ad pias

9 causas de aliqua moderata parte bonorum decedentium ab intestato pro eorū anima, habita ratione ad qualitatem, & facultatem eiusdem, & Regionis morem.

Quare his paucis contentus meum confirmo votum, iuxta quod executum à Magna Curia Vicariæ audiui, nàm fuerunt approbatæ prouisiones expeditæ per vnum ex Magnificis Iudicibus eiusdem, & ordinatum, quod cū effectu acta transmitterentur ad ipsam Magnam Curiam stante electione fori facta.

SVMMARIVM.

1. *Rusticus gaudet fori electionis priuilegio, & excusatur in delictis, nu. 2.*
   Sed quid procedat in rustico sagace, vide num. 3.
4. *Rusticus sagax admittitur ad tutelam, & an talis præsumantur nu. 5. Et quando dicatur sagax, num. 6.*

ARGVMENTVM.

Agricola, siuè Rusticus an Electionem, & Variationem Fori habeat.

QVAE-

QVAESTIO XXVIII.

REgula sit affirmatiua, Agricolam
siuè Rusticum connumerari in-
ter miserabiles personas, ita,
quod ei erit permissum in currē-
tibus causis vti beneficio electionis, &
1 variationis fori, vt in proprijs terminis
tradit *Marian. Soccin. in cap. cum sit genera-
le, num. 25. in fine, de foro competen.* quem re-
fert, & sequitur *Menoch. de arbitr. Iudic. in
addit. ad casu 166. nu. 28.* addimus *Muscatel.
in praxi S C, in glo. competentes, nu. 25.* & de
eorum priuilegijs vide *Renat. Choppin. in
special. tract. de priuilegijs rustic. to. 18. tracta.
diuers. fol. 90.*
Cuius regulæ fundamentum dari po-
test, siquidem rusticitati iura multum
consulunt, illamque iuuant, cùm sint
miseratione digni, nam nesciūt quidquid
agere debeāt, cùm sint simplices, & ideò
2 illi regulariter in delictis propter rusti-
citatem excusantur, vt voluit *Glo. in l. si
quis id quod, §. 1. in verbo, vel rusticitate, ff. de
iurisdict. omn. Iudic.* vbi alia iura concor-
dantia allegat, & ibi *Alex. nu. 10. Dec. n. 33
Ascia de terminat. siuè decis. 156.* loquitur
de excusatione à falsitate, latè iuxta
morem *Tiraquel. in tract. de pæn. temperand.
caus. 11.* plenè *Odd. de restit. in integr. par. 1.
quæst. 9. nu. 59.* & affluenter *Farinac. in pra-
ctica crim. in tit. de pæn. temper. q. 98. causa 11.*
vbi ampliat, & limitat hanc conclusionē,
vt etiam loquens, quando ignorantia
iuris excusat rusticum, facit in suis *frag-
mentis criminalibus p. 2. n. 300. fol. 49.*
3 Declara tamen, firmatā regulam pro-
cedere in agricolis, & rusticis grossola-
nis, non autem in sagacibus, & squatra-
tis, qui non reputantur miserabiles per-
sonæ quoad hunc effectum eligendi fo-
rum, vt in simili loquendo de excusatio-
ne à delicto, docent *glo. in l. Atleta, §. de ru-
sticis, ff. de excusat. tutor. Bald. in l. 1. in fine, C. de
inter dict. matrim. Natta cons. 497. num. 9. lib. 3
Cephal. cons. 138. n. 12. lib. 1. Bertazz. cons. 474
nu. 16. lib. 2 Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 5.
cap. 37. nu. 62. Menoch.* alios cumulans in
*tract. de recuper. possess. remed 9. num. 32. Surd.
dec. 237. nu. 12. Farinac. in praxi crimin. q. 98.
nu. 28. & 56. par. 3.* latè *Cauall. comm. contra
commun. quæst. 58.*
Et loquēdo de excusatione à præsum-
pta simulatione, & vsura, sic pariter scri-
bit *Cagnol. in l. 1. nu. 53. C. de pact. inter empt.
& vendit.* vbi quod à simulatione excu-
santur rustici, dummodò sint grossolani,
non autem sagaces, comprobant pariter
*Cardin. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 8.
tit. 25. nu. 18. & Farinac. in pract. crim. in tit. de
falsit. & simulat. quæst. 163. num. 128.* vbi ap-
pellat rusticos sagaces, qui soliti sunt in
Ciuitate versari, & ad nundinas frequē-
ter proficisci.
4 Vndè licet regulariter rustici excu-
sentur à tutela, id tamen fallit, vbi sunt
sagaces, *l. Athleta, §. de rusticis, vbi glo. singu.
ff. de excusat. tutor. §. similiter, vbi glo. Institut.
de excus. tutor. Alber. sing. 53. Mansonius de
iudic. executiuis lib. 1. lim. 17. nu. 19. fol. 404.*
5 An autem in dubio agricolæ istæ præ-
sumantur sagaces, *Sfor. Odd. de rest. in integ.
par. 1. quæst. 9. nu. 65. & seq.* fuit in opinione
affirmatiua; quia dicit ipse, quod hodie
omnes rustici sunt sagaces, & non sim-
plices sequitur *Surd. dec. 237. n. 11.*
Ego tamen totum contrarium esse ve-
rius asseuero, nam rusticitas de per se
simplicitatem vehit, & sagacitatem ex-
pellit, & ideò dicenti agricolam, siuè ru-
sticum esse sagacem incumbit onus pro-
bandi, quoniam de iure simplicitas in
ipsis præsumitur, *Viuius dec. 79. num. 35.*
& verum est dicere regulariter est ru-
sticus, ergò simplex.
6 Sed quando rusticus dicatur sagax,
Iudicis arbitrio remicti, firmarunt *Lupus
de vsur. comment. 2. §. 1. nu. 4. Menoch. de arbit.
quæst. lib. 2. nu. 58. & Farinac. d. q. 98. num. 57.
qui num. 33.* generaliter firmat, quod Iu-
dicis arbitrio relinquatur, an rusticus
per maliciam, vel per simplicitatem ali-
quid egerit, ex *Plot. de in lit. iurand. §. 10. n. 8.
in fine, & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 122
nu. 40. cum seq. Mant. de tac. & ambig. conu.
lib. 8. tit. 25. nu. 13. & 17.*

ARGVMENTVM.

Nauta an Electionem, & Variationem Fori allegare possit.

QVAESTIO XXIX.

REgula sit affirmatiua Nautam,
scilicet haberi in numero perso-
narum miserabilium, vt valeat
vti fori electionis beneficio sic
inquam tradunt in terminis *Butrius in
cap. excommunicationi, de raptoribus,* vbi pari-
ter *Marian. Soccin. Sen. num. 1. & in cap. nulli
nu. 5.*

nu. 5 de Iudais, Franc. Marc. dec 893. n. 15 p. 2. quos refert, & sequitur *Annotat. ad statu. Parm in rubr. de ratione summaria reddenda miserabilibus personis, Versic. Nauta.*

Declara tamen hanc conclusionem, posse veram iudicari, si aget pro rebus nauticis, & eo tempore, quo reperitur nauiga..., & sic est in actu nauigationis, itaut ad propriã patriã non perueneri it, at secus alias, nam aliter tale priuilegium veniret in ridiculum, quia singuli illo fruerentur, vnus enim ex ista causa, & cæteri ex alia, & sic sequeretur absurdum.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus inter miserabiles personas reputatur.*
2 *Peregrini commendantur à Deo.*
3 *Causæ peregrinorum sunt summariæ, & sine scriptis de more geruntur.*

ARGVMENTVM.

Peregrinus, vel Aduena Fori Electione, & Variatione, nùm vti possit.

QVAESTIO XXX.

1 Regula sit affirmatiua, cùm huiusmodi reponentur inter miserabiles personas ad hunc effectum, *Bar. in cap significantibus, de offic. deleg Soccin. Sen. in cap. cum sit generale, nu. 25 de foro compet. Rebuffin tentit. Franc. tit de sentent. pro. ui son glo. fin, col. 2. Versi item Peregrini, Bellug. in Specul. Princip. rubr. 23 nu. 10. Tesau decis 177.* vbi loquitur de aduena; *Foller. in Constit Regni Lege præsenti, nu 4. de iustit. & iure, Menoch. de arbit. Iud casu 66. lib 2. cent. 1 num. 15. Modera. noster Doctor Neapolitanus in su. tract de iurisd. par. 2. cap. 21. nu. 5. Annotat ad Stat Parm tit. de ratione summariè reddenda miserabil person. Versic. quid in Peregrinis. Rodriq quæst. regul to 1. quæst. 65 art 3 Burrel. in summa decision, tit de iuram. perhorrescent. num. 27. Perez in ordin. Regni Castel. lib. 3 tit. primo, pag. 463. col 1. Vers Item dicuntur Tamburrin. in tract. de iure Abbatum 4 18 quæst. 7. nu. 12. to. 1.*

2 Quæ sanè regula coadiuuatur, nàm Deus consueuit peregrinos, & aduenas commendare, vt notatur *Deuter. cap. 23.* Ibi (Facit Deus iudicium pupillo, & viduæ & amat peregrinos, & eis dat vestitum, at victum) nec non *Exod. 23.* Ibi (Peregrino molestus non eris) *& Deuther. 14* (Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei.)

Et confert pro corroboratione textus *in auth. omnes peregrini, C. commun. success.* quem ad id propriè allegat *Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. casu 66 nu. 21, lib. 2. Carau. in ritu M. C. V. 233 Præs de Franch decis. 234, nu. 4.*

3 Quare meritò videmus causas Peregrinorum esse summarias, ac sine scriptis de more geri, qui mos est seruandus *Andr ab Isern. in Constitut. Regni, in prohem. colum. 11. prope principium,* quem referendo sequitur *Riuit in pragm. 1. sub rubr de officio Baiuli,* quibus addo *Gaballum miller q 697. Versic. 3. in fine, & Perez in l. Castel. lib. 1. tit. 9 pag. 165. col 2.* nec non *Statut. Bonon. Incip. Statuimus, de causis Peregrinorum Viatorum Forensium,* vbi id explicitè mandatur, & ibi videas *Monterentium in comment,* qui plura cumulat.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus quis dicatur, & nu 2.*
3 *Forensis, & Alienigena quinam vocetur n. 4 & an differant à Peregrino, nu. 4. & 5.*

ARGVMENTVM.

Peregrinus, & Aduena quisnam dicatur ad finem de quo supra.

QVAESTIO XXXI.

Regula superius firmata pro eius dilucidatione exposcit, ut hic discutiamus quinam appelletur Peregrinus, undè notandum est, Peregrinum
1 appellari aliundè hospitem, quia ignoramus eius partes indè peregrinari, ut probatur ex *Rubr. extra de cleric. Peregrin.* & tradit *Luc de Penna in l. cùm simus, col. 5. C. de agricol. & censit lib. 11. Perez in l. Castel. lib 3. tit. 1. pag 463. col. 1. Vers. item dicuntur,* qui *lib. 1. tit. 9. pag. 163. col. 1.* annuit Peregrinos appellari, qui uisitant loca sancta ubi Christus Dominus noster natus, & passus est sepulchrum sanctum Hyerusalem, ant alia loca sancta uenient à Terris extraneis, *cap. illic 24. quæst. 3* & Romi-

pe-

petas, licet largo modo ab effectu omnes dicat etiam Peregrinos, quod procedit, siuè quis peregrinetur ex voto, siuè non, siue ex pœnitentia.

9 Vel Peregrinus nuncupatur, qui de loco sui domicilij proficiscitur animo redeundi, nam quousque ad locum non reuertatur, peregrinari dicitur, & si reddierit, peregrinari iàm destitit, ita suadetur in *l. Ciues, C. de incol. lib. 10.* Et tales non dicuntur habitare in locis, quia habitare quis dicitur in eo loco, in quo quando non est, dicitur peregrinari, verba sunt nostri *Bart. in l. 1. §. habitare, ff. de his qui deiecer. vel effuder. ex l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoscend.* ibi enim quis stat, vbi larem constituit, idest retinet vxorem suam, si quam fortè habet, & familiam confert, *tex. in l. seia, §. idem quæsijt, ff. de fundo instruct.* ibi, Non legatos eos fore, quia veluti comeantes transissent.

6 Prout & forensis nuncupatur, qui de foris, idest de alieno territorio venit, *§. si verò aliqui, auth. de quæst. collat. 7. Corn. consil. 147. num. 3. volum. 3. Decian. respons. 33. num. 37. Cardin. Tusc. concl. 410. per tot. lit. F.*

8 Et Alienigena appellatur nedum, qui in alieno territorio nascitur, verum etiã propriè loquendo nuncupatur illæ, qui alterius iurisdictioni subiectus est, *l. 1. ibi Alienigenè, vbi DD. de emancip. liber.*

9 Quem Alienigenam non differre à Peregrino, & idem sonare firmauit, *Rebuff. in Constit. Francia, tit. de sententijs prouisionalibus, glo. fin. col. 2. versic. 13. col. 3.* vbi loquitur in nostris terminis Electionis Fori.

Non tamen omnibus, qui dicunt se Peregrinos fidem esse adhibendam, annuit *Perez in l. Castell. lib. 1. tit. 9. pag. 165. col. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Captus ab hostibus reputatur miserabilis persona.*
2 *Beneficium restitutionis in integrum, competit capto ab hostibus.*
3 *Curator datur capto ab hostibus.*
4 *Bona captiuorum vendi possunt inuitis parentibus, pro eorum redemptione.*
5 *Libertas est pratiosior omni thesauro, & dicitur res inestimabilis.*
6 *Corpus liberum non est in commercio nostro.*
7 *Soluens pro alio fauore libertatis repetit.*
8 *Mandatum reintegra, non reuocatur mortuo mandante, fauore libertatis.*
9 *Bona Ecclesiæ alienantur pro redemptione captiuorum, sic & bona fideicommisso subiecta, num. 10.*
11 *Legatum libertatis dicitur fauorabilius pia causa, & legitima.*
12 *Damnati ad triremes capti ab hostibus, si redeant, num captiuitatis tempus imputandum sit.*
13 *Reuerenda Fabrica S. Petri procedit ad exactionem legati pro redemptione captiuorum.*
14 *Legatum pro redemptione captiuorum, intra quod tempus soluendum est.*
15 *Primum, & secundum Beneficium competit in causa libertatis.*
16 *Libertas dicitur Thesaurus absconditus.*
17 *Libertas semel data semper irreuocabilis est, etiam si esset adiecta conditio resolutiua, vel modus, nisi expressè sit adempta in pœnam.*
18 *Libertas etiam si sit adempta in pœnam in euentum conditionis resolutiuæ, talis conditio resoluitur in suspensiuam, nè competat libertas, nisi sequuto implemento potius, quam dici possit, quod semel data reuocari valeat.*

ARGVMENTVM.

Captus ab hostibus an habeat Fori Electionis, & Variationis Beneficium.

QVAESTIO XXXII.

1 Regula sit affirmatiua; nàm cùm captus ab hostibus reputetur miserabilis persona, meritò & ipse potenti Electionis Fori Beneficio potest, vt in terminis notarũt *Butr. in cap. significantibus, de officio delega. Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum, nu. 11. Rebuff. in Constit. Franc. tit. de sent. prouisional. glo. fin. col. 3. versic. duodecimo, Menoch. in tract. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 66. nu. 17. li. 2. cent. 1.*

2 Quæ regula iustificatur nam huiusmodi captus parificatur, & alijs priuilegiatis, eo quia illi conceditur restitutio in integrum, siuè primum, & secundum beneficium, vt in Regno nuncupatur, sicuti & cœteris priuilegiatis ita percipitur, *ex l. ab hostibus, C. ex quibus caus. maior. & ex l. ab hostibus, C. de captiu. & postliminreuers.*

3 Et quemadmodum pupillis datur tutor, ita similiter capto ab hostibus à lege prouidetur de curatore, vt est textus

formalis in *l. cùm cognatis, & l. nec eis, C. de*
captiu. & postlim. reuers. taliter, quod quo-
usque viuit apud hostes curator contra-
hit, & eius bonis acquirit, *Thomasius in tra*
ctat. de vltim. volunt. tract. 2. cap. 9. num. 58.
quod ego practicaui tanquam Regius
Gubernator Plagiani in personam Mar-
ci Hyeracis Nautæ, qui fuerat captus à
Turcis.

Vltra quod debet haberi ratio, quia
4 huiusmodi captus est priuatus libertate,
& stat sub iugo seruitutis, humanæ natu-
ræ tam exosæ, à cuius vexatione, vt libe-
rentur huiusmodi captiui sæpius per de-
legatos causarum redemptionis vide-
mus interponi decreta, quod vendantur
eorum bona etiam inuitis parentibus, vt
testatur Præses de *Franch. dec.* 190. per
textum *in §. si quis de prædictis, & ibi Glos.*
in verbo, debitis, Auth. vt cùm de appell. cogn.
sequitur nouiter post hæc scripta visus
Thor. in summa priuileg. piar. caus. priuil. 133.
& ita reperio annis non longè elapsis
fuisse seruatum pro redimendo Lutio
della Staria Regiæ Terræ Plagiani, qui
fuerat propè Ciuitatem Salerni captus
à Turcis, libertas enim est pretiosior
5 omni thesauro, eique comparari nihil
potest, nam ad cōparationem ipsius di-
uitiæ sunt paupertas, Tituli sunt parui
magnitudines minuuntur dominia vi-
dentur seruitutes, & ideò vocatur res
inestimabilis, *l. libertas, ff de regul. iur. §. fin.*
Instit. ex quib. caus. manum. non lic. ex qua
regula inferunt citandi *DD.* ibi omni
casu dari appellationem à causa liber-
tatis, *Morla in emporio iuris par. 1. tit. 2. in*
prælud. nu. 34. & ita iudicatum dicit *Ca-*
6 *bed. arrest. 75. par. 1.* quare corpus liberum
non esse in commercio nostro, probatur
in §. 1 Institut. de inutil. stipul. nec recipere
extimationem, apparet *ex l. fin. ff. de his*
qui deiecer. vel effuder. l. ex hac, ff. si quis pau-
per. fecis. dicat l. liber homo, vbi notant *DD.*
ff. de verb. obligat. & infinitam esse liber-
tatis extimationem, suadetur in *l. non est*
singulis, §. infinita, ff. de reg. iur. Soccin. Iun. con-
sil. 534. nu. 57. vol. 3 Surd. de aliment. priuil. 38.
num. 2. Vndè descendit, quod licet regu-
lariter soluens pro alio inuito mini-
mè repetat, id tamen fallit, vbi so-
lutio fiat pro omni eo, quod tangit
personæ libertatem, vel Ciuitatem,
nam potest ab inuito repetere, vt pul-
chrè docuit *Bart. in l. Sticchus, ff. de fundo,*
& instrument. legat. itaut si remiges ab
hostibus capiantur, & aliquis eo redi-
merit Fiscus pretium ei soluere tenetur,
per textum *in l. mulier quæ in opus, ff. de*
captiu. & posthlim. reuers. Bologn. in l. 1. in
princip ff. de acquir. possess. D. Reg. Constant. in
l. vnic. C. de classic. lib. 11.

Et hinc quamuis mandatum re inte-
gra morte mandantis expiret, *l. manda-*
tum, C. mandati, Guid. Pap. decis. 491. tamen
8 id cessat fauore libertatis, quia re inte-
gra morte mandantis non expirat, *l. si*
pater. in principio, & ibi glo. in verbo, fauore,
ff. de manumiss. vindict. Felyn. in cap. relatum
in 1. limit. de offic. delegat Gabriel. qui sar-
cinam DD. adducit *conclus. 2. num. 33. de*
procuratoribus, & appellatur in causa li-
bertatis, ac reclamatur *Præses de Franch.*
decisio. 684.

Itaut, quod fauore libertatis, & ad-
uersus iniquam seruitutem, & peximam
captiuitatem perplura, & multa conce-
duntur, concedique omninò debent,
quæ alias denegantur, & essent dene-
ganda, ita quod illius causam iura
multum contendere ad iuuandam fa-
teatur, *Perez in l. Castel. lib. 4. tit. 11. pag.* 94.
cons. 2 vers todos.

9 Et ideò bona Ecclesiarum Montium
pauperum, Confraternitatum, Extauri-
tarum, Hospitalium, & similium, aliena-
ri prohibita, vigore *Extrauagantis, ambi-*
tiosæ, de rebus Eccles. non alienand. benè va-
lent alienari pro redemptione captiuo-
rum, quia causa redemptionis captiuo-
rum iustificat alienationem horum bo-
norum, vt probat *tex. in §. Sanctissimus, in*
Authen. de alien. & notarunt *Ripa in l.*
obligatione, num. 54. ff. de pignor. Couarr. var.
resolut. lib. 2. cap. 16. num. 8. Menoch. de arbitr.
Iudic. casu 172 num. 16. lib. 2. cent. 2. pro-
bans vendi posse vasa sacra, per textum
in cap. Auri, 11. quæst. 2. Tiraquel. de priuil.
pia causa priuil. 103. *Marq. de Susanno in*
tract. de Iudæis, cap. 6. num 11. par. prima,
10 pariter affirmans, Ecclesiam teneri re-
dimere captiuos ab infidelibus pro eo-
rum redemptione posse vendi vasa sa-
cra, *Genuen. in practicabil. Eccles. quæst.* 394.
vt similiter pro tali causa posse alienari
bona fideicommisso subiecta, discutit
Menoch. de præsumption. lib. 9. præsumpt. 192.
num. 6. & legatum factum pro redem-
11 ptione captiuorum, & sic pro libertate
esse fauorabilius legato pro pia causa,
dixit *Fulgos. in l. Papinianus, §. quarta autem,*
ff. de inofficio. testamen. Caroc. decisio. 26. nu. 12.
Dom. Ricc. in praxi fori Eccles. resolutio. 414.
num. 12. par. 3. ante eos *Tiraquell. in suo*
tract.

tract. de pia causa, in præfat. verbo, Item legatum libertatis, versic. quin etiam, annuens pariter illud esse fauorabilius ipsa legitima, ex *Castres. in d. §. quarta*, & argumentum de pia causa ad libertatem, & è contra receptum est in iure, *Bart. in l. proximè, in fine, ff. de his quæ testament. de sent. Bald. in l. vnica, circa finem, de commun. seru. manumiss. Soccin. Sen. consil. 116. num. 24. Tusc. conclus. 334. lit. P.* quos nouissimè commemorat *Santarel. var. resol. quæst. 69. nu. 7.*

12 Hinc iustè descendit, quod si fortassè Remiges in manus hostium deueniant, captiuique efficiantur, & deinde ad nos reuertantur, & consequenter redeant in causam suam, & sic ad triremes, illis imputandum est tempus captiuitatis, prout ita in puncto tradidit Dom. Regens *Constant. in cit. l. vnica, C. de classic. lib. 11. num. 50.* qui pro corroboratione adducit textum *in l. omnes, C. de pæn.* ibi, *Sit satis immensorum cruciatuum semel fuisse supplicia, nec ij qui diũ priuati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu intra breue spatium catenarum ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur.*

Quare legatum pro redemptione captiuorum dici pium, dixit *Bald. in authent. similiter, C. ad l. falcid. Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 115. num. 13. Medic. in opusc. num. 22. Pellicc. in consuet. Auers. cap. 3. num. 386. Amat. decisio. Rotæ Marchiæ 42. num. 13.* & probatur in *l. si quis pro redemptione*, in illis verbis pijssimam administrationem, *C. de donat. & in §. si vnum ex prædictis, Authent. vt cum de appellat. cogn.* & vbique DD. trahunt disposita in libertate ad pias causas, vt notarunt in *l. proximi, §. fin. ff. de his quæ in testament. delent. Bald. in l. 2. §. 1. col. fin. C. de caducit. tollenda*, vbi plus annuit. quod Ecclesia idem est, quod ipsa libertas vigore textus *in §. vult enim, Auth. de non alien.*

Adeò, quod legatum libertatis dicitur pium, & ad pias causas factum, *Bart. in l. si cui annuum. ff. de ann. legat. Alexand. consil. 109. Valasc. decisio. 67. num. 3. Carecc. decisio. 86. num. 9. Tesaur. forens. quæstio. 37. nu. 3. in fine, lib. 4.* quod videtur probari in *l. in testamento, ff. de fideicommiss. libert. l. contra voluntatem*, ibi iura pietatis, *C. de manumiss. testament. & in l. ancillam, in fine, C. de fideicommiss. libert.* cùm dicit, impium esse differre voluntatem testatoris, quæ ad libertatem respicit, & plura specialia fauore redẽptionis captiuorum, tradunt *Loazes in §. Diui, num. 143. delegat. 1. & Surd. dec. 86. num. 5.*

13 Indè vbi esset factum legatum pro redimendis captiuis, & intra annum non fuerit executioni mandatum Tribunal Reuer. Fabricæ S. Petri de Vrbe poterit procedere ad exactionem, & recuperationem; imò illud intra semestre est exequendum per Episcopum loci Ordinarium, *§. si quis autem pro redemptione, in auth. de ecclesiast. Titul. Reg. Rom. in prag. 1. de lega.*
14 *pijs, nu. 15.* vbi etiam quod tale legatum est soluendam infra sex menses alias debentur vsuræ à die mortis, *§. si autem hæres, eodem Authent.*

15 Et ex his quoq; concludi poterit restitutionem in integrum, siuè primum, & secundum beneficium (vt vocamus in Regno) dari debere in causa libertatis.

16 Quæ quidem libertas meritò vocatur thesaurus absconditu, de quo loquutum fuisse *Isaiam* 45. mihi suadeo, dùm in illa prorupit verba, *Dabo tibi thesaurum absconditum, &c.* Et ideò pingitur ista libertas pulchri aspectus mulier, cum columba supra caput, veste alba induta, in manu tenens coronam, & in digito manus sinistrę anulum, & in pedibus thesaurum, quod est capsa plena auro, & argento, & similibus rebus prætiosis.

Ibi enim sunt veræ coronæ, vera dominia, vbi inest ista domina Libertas, illa enim Reges creat, non autem corona.

Quare meritò semper pro libertate clamandum est, & ad eius fauorem iudicare debemus, & annuere quod vbi illa
17 semel data est, semper irreuocabilis esse debet, etiam si esset adiecta conditio resolutiua, vel modus in euentu conditionis, *ad tex. in l. 1. & 2. C si aduers. libert. l. si ex causa. § fin. ff de adimend. legat. l. Imperatores, ff de manum. testam.* nisi expressè sit adempta in pœnam, iuxta *tex. in l. 1. vbi Bald. nu. 18. C. de his quæ pœna nomine.*

17 Imò etiam quoties expressè est adẽpta libertas in pœnam in euentum cõditionis resolutiuæ, illa cõditio resolutiua in suspensiuã resoluitur, itaut non cõpetat libertas nisi sequuto adimplemento potius, quam dici possit, quod semel cõcessa valeat reuocari, *Fulgos. & Castrens. in l. 1. n. 6. C. dict. tit. de his quæ pœna nomin. Rot. diuers. dec. 484. nu. 10. & seq. p. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Pauper gaudet priuilegio Electionis Fori, & amplia etiam si sit lapsus in paupertatem sua culpa, nu.3.*
2 *Causa paupertatis est priuilegiata, & pia. Pauper admittitur ad proponendas suspiciones, & nullitates absque deposito, ibidem.*
4 *Pauper à cunctis despicitur.*
5 *Paupertas est graue onus.*
6 *Patrimonium est vita hominis.*
7 *Pecunia dicitur secundus sanguis, & fideiussor futuræ necessitatis.*
8 *Diuitiæ honorem præstant, & afferunt nobilitatem.*
9 *Paupertas est inimica boni, & Nouerca virtutum.*
10 *In matrimonijs habetur ratio diuitijs.*
11 *Illustrissimus, & Excellentissimus D. Dux de Alcalà laudatur.*
12 *Numerositas familiæ illam non facit potentem, & quid si in ea sit copia diuitiarum, num.13.*

ARGVMENTVM.

Pauper an Electionis, & Variationis Fori Beneficium allegare possit.

QVAESTIO XXXIII.

1 Regula est communi calculo à DD. recepta, pauperem reponi in miserabilium personarum numero, & vti talem gaudere priuilegio Electionis fori, vt tradiderunt *Butr. in cap. significantibus, num. 22. de officio delegat.* vbi etiam *Abb. Felin. & Ioann. Andr Glos. Bald. Angel. & reliqui in l. fine autem, §. si duabus, ff. de public. Marsil. singul.* 82. *limit.* 5. *Natta consil.*590. *num.*7.*lib.*3. *Cauens. in Ritu Mag. Cur. Vicar.* 290. *num.* 76. *Belluga in specul. Princip. Rubr.* 23. *num.* 10. *Tesaur. decisio.* 177. *in principio, Troysius in pragmatica Cursus dilationum, num.* 32 *Crescent. decisio.* 16. *de priuileg. Castill. controuers. iur. lib.*3.*cap.*25.*num.*18. *Viuius dec.*222. *nu.*3. vbi refert hoc sæpè sæpius obseruasse in practica in Regia Audientia Apuleæ, vbi admisit varios pauperes ad fori electionem tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus ad instar viduæ, & pupilli, & dicit quod licet aliquando ab aliquibus Baronibus, & partibus fuerit appellatum in Magna Curia Vicariæ, & demum in Sacro Consilio prætendendo pauperes non habuisse fori electionem, tamen semper existere remissæ causæ ad eandem Audientiam, affirmans pariter ex *Benincas.* quem allegat *in tract. de paupertat. quæst.* 5. *in fine*, causam pau-
2 pertatis esse priuilegiatam, & piam, & simul gaudere omnibus priuilegijs, & immunitatibus, quibus piæ causæ ipsæ vtuntur, & consequenter pauperes non solum gaudere priuilegijs proprijs, & sic paupertati à lege concessis, de quibus *Afflict. in Constitut. Regni, Mulieres, in fine, Cauens. in Rita Magna Curia Vicariæ* 299. *num.* 9. & latius *Benincas. in speciali tracta. de priuileg. paupertat.* verum etiam fruitur priuilegijs piæ causæ datis, & elargitis, quæ copiosè enumerat *Tiraquell.* in particulari *tract.* vbi recentissimè Illustrissimus Dominus meus *Riccius* emanauit additiones, indè pauper vti miserabilis allegans suspicionem non tenetur facere depositum, seruata forma *pragmaticæ*, vt decisum, & practicatum in Sacro Consilio, dicit recenter *Gizzarell. decisio.* 84. idemque procedit circa propositiones nullitatum.

3 Amplia firmatam regulam procedere, & esse veram etiam in paupere, qui sua culpa lapsus est in paupertatem, nam quomodocumque, & qualitercumque sit pauper hoc vti potest priuilegio, *Ioannes Andreas, & Imola in cap. quæ in Ecclesiarum, de Constitut. Actius in tract. de infirmitat. cap.* 36. *num.* 5. *par.* 1. *Viuius dicta decis.* 268. *num.* 8. annuens iuxta hanc opinionem fuisse decisum, & practicatum tàm in Regia Audientia Apuleæ, & Magna Curia Vicariæ, quàm in Sacro Regio Consilio, & Regia Camera Summariæ, *Borrell. in summa decisio. tit. de iuramento perhorrescentiæ, nu.*21. *tom.*1. *Barbos. in remiss. ad ordin. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 16. qui tamen *num.* 20. declarat conclusionem cessare in paupertate callide affectata, ex scriptis per *Plat. in l.*2. *C. de cens. lib.* 11. & *Azeued. in l.*1. *num.*44. *tit.*1. *lib.*4. *nouæ recopilation.* & si regulariter noceat paupertas ex propria culpa, & vitio proueniens, *Couarr. lib.* 2. *Variar. cap.* 16. *num.* 7. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 96. *nu.* 10. *Mexia in pragm. taxæ pan. concl.* 1. *num.* 10. *cum sequent.*

Lar.

Lar. in l. si quis liberis, §. idem rescripsit, à nu. 100. ff de liber. agnoscend. Barbos. in l. maritũ, nu. 53. ff solut. matrim. Azeued. ad nou. recopil. Hyspan. lib. 1. tit. 1. l. 7. Mattiens. in l. 15. glo. 3. tit. 10. nu. 2.

Iustè quidẽ priuilegiatur in hoc pauper, quia sacræ literæ æquiperãt viduas, pupillos, & pauperes, vt per *Tiraq. in tractat. de pia causa, in præfat. versic. item relictũ viduis*, & habetur *Hieremiæ* 5. ibi, Causam viduę non iudicauerunt, causam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicarentur; vltra quod dum nõ habet quid offerat, in iudicio non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, *cap. pauper 11. quæst. 3 Gaball. in. millel. q. 676* quare *Ouidius* non sine ratione illa recitauit carmina,

Curia pauperibus clausa est dat census honores
Indè grauis Iudex, inde seuerus eques.

4 Et pauper sæpius à cuntis despicitur, & malè auditur *Roland consil. 49. n. 1. vol. 2.* cùm in hoc sæculo maximoperè venerentur temporali potentia, & diuitijs præditi, cæterique non existimantur, nec reperitur, qui velit cum paupere amicitiam coire, iuxta illud vulgare,

Cùm fueris fœlix multos numerabis amicos
Tempora si fuerin Nubila solus eris.

Ad quod etiam tendunt carmina *Homeri*

In pretio pretium nunc est dat census honores,
Census Amicitias pauper vbique iacet.

Et confert illud traditum à *Fusc. in suo tract. de visitat cap. 32. nu 2. lib. 1.* nempè

Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur,
Nummus vbi loquitur Tullius ipse tacet.
Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamque suam temperet arbitrio.

5 Ita quod vt experientia docet paupertas est graue onus, iuxta illud *Catonis*,

Infantem nudum cum te Natura creauit
Paupertatis onus patienter ferre memento.

6 Vndè èeontra patrimonium esse alteram vitam hominum, dixit *glo. pen. in l. Aduocati. C. de Aduoc. diuers. Iudic. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, Facultatum, nu. 1. in fine, C. de reuoc. donat. Gig. cons. 32. nu 36.* imò pecuniam dici hominis substantiam, tradiderunt *Cælius lib. 4 Antiquar. lection. cap. 2 Baez in tract. de inope debitore, cap. 2. num 31. Roiz decis. Rot. Lituan. 3. à num. 315. Commun. opin. diuers. in verbo, pecunia, pag. 390. lib. 1.* vbi etiam habetur, quod Iudices facilè corrumpit, & quod quemadmodũ Amor omnia vincit, id facilius possit pecunia, iuxta illud *Virgilij*

Non Amor amplius hic, sed ego ipsa pecunia vincam,

Et *Cicer. in sua ora oratione in Verrem*, annuit illum peximum virum solitum fuisse dicere, Nihil tàm Sanctum, quod non violari; Nihil tàm munitum, quod non expugnari pecunia possit, quod tamen gentiliter intelligo, cui concinit illud *Ouidij*,

Munera crede mihi placant, hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Ideoque *Philippus Macedon.* Magni Alexandri Genitor dicebat omnia expugnari Castella, in quibus onustus auro Asellus posset ascendere, diuitiarum siquidẽ cupido, & amor multorum animos, adeò vehementer secum trahit, vt pro illorũ tutela homines nullum præte vi stant laborem, nihilque intentatum relinquant, etiam si pro illarum cõseruatione oporteret se periculo mortis exponere, *Arag. 22. quæst. 11. art. 3. Stiatic. in pract. iud. cap. 24. num 22.*

7 Et pecunia dicitur etiam secundus sanguis, *Gerard. sing. 73 nu. 5. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 110 nu. 6. Matiens. in dialog. relat. par. 3 cap. 30. nu. 3.* diciturque optimus fideiussor futuræ necessitatis, *Neuiz. in sylua nuptial. lib. 2. nu. 96.* Itaut homines paupertate vilescant, *Simanch. Cathol. instit. cap. 45. num. 29. Tiraq. de nobilit. cap. 25.* vnde *Iuuenal.* in illos prorupit versus.

Nihil habet infelix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines facit.

8 Prout è contra diuitiæ honorem præstant, diuitesque cæteris præferuntur, *Cassan. in cathal. gloriæ mundi consid 27 p. 11.* nobilitatemque præstant, *Selua de benefic. quæst. 7. nu. 6. par. 3.* nec mirum cum satis sit nobilis, qui est diues, vt per *Felin. in cap. super eo, il secondo, n. 5. de testibus, Simanc. de primog. cap. 27. circa fin. lib. 1. Baez de inope debitore cap. 6. nu. 45.*

9 Quæ diuitiæ longe absunt à personis benemeritis, vt apud *Ouid.*

Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna in nocuos cladibus allicit.

Vndè *Homer.* Paupertatem inimicam boni, virtutumque nouercam esse clamitat. Illaque optima hominum ingenia, vel in totum extinguit, aut vehemẽter deprimit, iuxta pulchrum illud *Alciati* emblema,

Dextera tenet lapidem, manus altera sustinet,
Vt me pluma leuat,
Sic graue mergit onus ingenio, poteram superas
Volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.

Et vt retulit *SanaZar*,

Et genus, & virtus, nisi cum re vilior al-
ga est.

Et *Horatio* teste sapientia absque diuitijs vbique est vilipensa, iuxta illud eiusdem,

Ipse licet venias Musis comitatus Homeri,
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Et iuxta *Homeri* dictum,

Et Genus, & virtutē Regina pecunia donat.

Indè *Ouidius* hodiè ingenium, scientiaq; sine diuitijs nihil fieri testatur in illis

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro
At nunc Barbaria est grandis habere nihil.

10 Hinc quotidiè videmus, quod in matrimonijs, imò in singulis, quæ tractantur negotijs protinus ad censum fit quęstio, vt scripserunt *Lancellott. Gall. in consuet. Alex glo. viginti, quæst. 8. nu. 129. Cassan. in cathal. glor. Mundi consid. 54. par. 12. Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo. Facultatum, C. de reuoc. donat. & in tract. de Nobil. cap. 3. Ludou. decis. Perus. 66. nu. 16.*

Quod verò hisce nostris temporibus, sic miserrimis dolendum est, iam exuriūt docti, contemniturque scientia, omnia pretio comparantur, iuxta illud,

Aurum omnes victa iam pietate colunt
Auro pulsa fides auro venalia iura
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

11 Et si hodiè in hoc nostro Regno id cesset durante Imperio Illustrissimi, & Excellentissimi D. Ducis de Alcalà Proregis Vigilantissimi, qui à suis Excellentissimis Antecessoribus (prout decet) non degenerans cunctos literis præditos, (cùm & ipse inter alias innumeras virtutes, illis quoque copiosissimè sit ornatus) varijs honoribus decorare recordatur; vtinam talè imperio non esset finis, quia singuli studio vacarent, nullus pigritiæ incumberet, Regnum vbertate floresceret, & vagabundis, malisq; hominibus vacuum esset.

12 Quare ex supradictis meritò infertur quod licet regulariter numerositas familiæ illam non efficiat potentem, vt dixit *Rota in vna Lucana Iuris patronatus 5. Martij 1621. coram Illustriss. D. meo Coccino Decano*, quæ est registrata post *tract. Viuian. de iure patron. in decis. 31. fol. mihi 62. nu.* 8. eadem *Rota in Lucana iuris patronatus 2. Decemb. 1619. coram R. D. DuroZetto*, registrata in eodem *tract. dec. 27. nu. 7. fol. 51.*

15 Tamen vbi in illa adest copia diuitiarum, vtique tunc dicitur potens, itaut si habeat Iuspatronatus eius probatio facienda est cum illis sollemnitatibus, quæ requiruntur in probatione iuris patronatus potentiorum, virtute *Concilij Tridentini sess. 22. cap. 9. de reformat.* ita D. *Ricc. in tract. de nouissima probat. iuris patronatus resolut. 147. nu. 4.* tantò fortiùs, quia diuitię absolutè de perse arguunt, & in effectu faciunt & pariunt potentiam, idem in *eodem tract. resolut. 100. sub nu. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Pauper quis dicatur arbitrio Iudicis, quando reponitur, & ex quibus Iudex arbitretur de paupertate, nu. 2 9. 19 11. & 12.*

3 *Nobilis maioribus indiget diuitijs quam rusticus, cùm maiores habeat expensas.*

4 *Alimenta taxantur iuxta qualitatem personarum.*

5 *Mater rustica tenetur lactare filium.*

6 *Nobilis non tenetur vilia exercere, nec mercaturam exercere debet, nu. 8.*

7 *Pater quando teneatur alimentare filium, etiam quod ille sibi victum querere possit.*

13 *Declaratur Glo. in l. cùm de lege, ff. de probat.*

14 *Pauper quisque præsumitur, sed allegans paupertatem illam probare debet, num. 15. vbi plures illationes fiunt.*

16 *Paupertas quot testibus probetur, & num. 17. Et an id fiat cum partis citatione, nu. 18.*

ARGVMENTVM.

Pauper quis dicatur, & Paupertas quomodo probetur, ad finem de quo supra.

QVAESTIO XXXIV.

CVm in antecedenti fuerit firmatū, pauperi competere fori electionis beneficium, ideò opportunū visum est hic discutere quisnam pauper nuncupetur, & qualiter paupertas de iure veniat probanda.

Et omissis varijs *DD.* sententijs firmo
Regulam communi calculo receptam,
quod in casibus, in quibus à iure quis
non fuit reputatus pauper omninò ar-
1 bitrio Iudicis relinquendum est quisnam
propriè pauper dicatur, *Glo. in Auth. pra-*

terea

terea, in verbo, locuples, C. vndè vir, & vxor,
Alex. in l. si constante, nu. 13. & ibi pariter
Iaf. nu. 44. & Crot. num. 14. testans de ma-
gis communi ff. solut. matrim. Barbat. in cap.
sedis nu. 78. de rescript. Soccin. cons. 30. Couarr.
var. resolut. cap. 6. nu. 8. lib. 2. Annotat ad Sta-
tut. Parmæ tit. de Ration reddend miser. person.
fol. 64. latè Menoch de Arbitr. Iudic. cas 65.
num 2. Viuius in sylua commun. opin. concl. 61.
Vrsil. ad Affl. dec. 179. Surd. de aliment. tit. 9.
quæst. 35. Giurba dec 118. nu. 5. plenè Man-
gil. qui coram DD. adducit in tract. de im-
putat. & detract. legitim. quest. 138. Monach.
decis. Rot. Bonon. 21 nu. 3. Card. Caualer. decis.
Rot. 120.
2 Quiquidē Iudex attenta Bartoli theo-
rica, quam reponit in citata l. si constante,
ex duobus potissimum maximè arbitra-
ri de paupertate debet, scilicet ex qua-
litate personarum, & factorum; perso-
narum nam rusticus, & vilis reputabitur
diues cum paucioribus facultatibus,
quam nobilis, ex l. Nepos proculo, ff de verb.
significat. & l. cum condemnat. ff. de regul. iur.
glo. in l. sed si susceperis, ff. de Iudic. Angel. in
l. si verò. § qui pro rei qualitate, ff. qui satisda.
cogant. Dec. consil. 163. col. 4. Tiraq in tract. de
3 nobilit. cap 20. nu 150. nobilis enim maio-
ribus indiget diuitijs, quam rusticus, seù
vilis, cùm & illi maiorem exitum habeāt
in expensis, quia aluntur delicatis cibis,
& non cæpis, & caseo ad instar rusticorū,
glo. in l. seruis vrbanis, ff. de leg. 3. quam
nouissimè commemorat Buccaron. in dif-
ferent. Iudic. caus. ciuil. & crim. c. 100. sub. n 26
& ante eum Menoch de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 197. nu. 16. vbi alia adducit, necnon
incedunt æquester, & non pedester pro-
ut rustici, Glo. in l. 1. § idem labeo, ff. man-
dat.

Et secundum Petr. de Bellapert. Cyn. &
Bal. in Auth Adhac, C. de Vsur. rustici non
solent vinum, sed aquam bibere, sequitur
Tiraq. in tract. de nobilit. d. cap. 20. num. 140.
Cabed. decis. Lusitan. 73. sub num. 14. par. 2.
quod est notandum pro taxatione expē-
sarum ratione itineris faciendi, quoties
rusticus adducitur in testem, vel in simi-
libus, cùm secundum personarum quali-
tatem alimenta sint præstanda, Verall.
decis. 21. par. 1. & iuxta decentiam status,
vide Azor Instit. moral. lib. 2. cap. 11. par. 2.
Surd. de alim. tit. 4. quæst 18. 24 25. 28. & 29.
Molfes. in comment. ad consuetud. Neap. par. 5.
tit. de alimentis, quæst. 1. num 12. & quæst. 6.
indè esse habendam rationem nobilita-
tis in præstatione alimentorum patro-
nis egenis, firmauit D. Ricc. in praxi resol.
387. par. 3. alimenta siquidem patrono
debetur secundum qualitatem, Tiraquell.
de nobilit. cap. 20 nu. 143. Barbos. in l. maritum
nu. 5. ff. solut. matrim. Et rustica seù vilis,
5 tenetur lactare filium, tanquam mater,
l. pen. C. de patr. potest. Surd. de alim. tit. 1. q. 14.
Valasc. decis. 92. quod secus est in nobili,
Bald. in l. alimenta, C. de negot. gest. Azo in
summa, C. de patria potest. in fin latè Surd. in
tract. de aliment. tit. 7. quæst. 13. col. 1. Paleott. in
tract. de not. & spur. cap 48 Paschal. de patria
Potest. cap. 3. à num 48 cum seq. par. 2. Et no-
6 bilis non tenetur vilia exercere, Crot. in
alleg. l. si constante, col. 4 vndè descendit,
quod licet pater non teneatur alimenta
7 præstare filio sibi victum quęrere valēti,
l. si quis à liberis, § sed si filius, ff. de liber. agno-
scend. Bar. in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11.
id tamen cessat, vbi pater esset nobilis,
nam non poterit dicere filio, vade ad li-
gnonizandum, colendū agrū, vel ad aliā
artem exercendam, cum dedecus sit filio
similia agere, Panor. in cap 2. col. de conuers.
in fid Lup. in repetit cap. per vestras, § 23. n. 6.
de donat inter vir. & vxor. Couarr. de sponsal.
cap. 8. § 6. nu 9. par. 2. videmus inquam
8 nobili non conuenire mercaturam exer-
cere, l. nobiliores, vbi Bald. C. de commerc. &
mercat. Mysing. obseru. 54. cent. 6. de quo vide
Annam in cons. 34. lib. 1. & Paschal. in tract.
de patria potest. cap. 2. à nu. 44. par. 4. vnde ra-
tionabiliter euenit, quod Episcopus ha-
bēs aliquid erogare inter pauperes, po-
terit in nobilem erogare, qui dato quod
non sit mendicans, tamen secundum cō-
ditionem suæ nobilitatis comodè viue-
re non potest, iuxta conditionem suę no-
bilitatis, nam necesse est vt bona, quæ
possidentur conueniant qualitati, & cō-
ditioni personæ, nàm alias etiam multa
possidens dicitur pauper, & quod ei le-
gatur, censetur ad pias causas relictum,
Menoch de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. n. 8.
Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 605. num. 30.
Idemque esset si quis haberet plures fi-
lias ad maritandum, ita puntualiter in
vtroque casu, Bal. in l. si quis ad declinandā,
col. 2. per tex. ibi C. de Episcop. & cleric. Crot. in
alleg. l. si constante, nu. 15. ff. solut. matrim. Tira-
quel. de nobilit. cap. 20. nu. 148. quos referen-
do sequitur Perez in ordinat. leg Castel. lib. 3
tit 1. pag. 460 col. 2. & pag. 463. col. 1. in fine,
vbi loquitur de puella nobili, quæ non
potest secundum eius conditionē nubi,
& D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 190. sub nu.
14. par. 4. pag. 248. col. 1. in fine, qui duo af-
fir-

firmarunt item, quod alio modo ex qualitate personæ Iudex de paupertate arbitrari debet, vt si degat in hospitali, quia tunc dicitur ea maxima laborare paupertate, ex *Bal. in cit. l. si quis ad declinandam*, vel si vadit ostiatim mendicando, iuxta ea quæ notarunt *Canonistæ in cap. Odoardus, de solution. Bald. in Authen. sed noui iure, nu. 2. C. de act. & oblig. Alex. in d. l. si constante*, quæ nouissimè sequitur *Buccaron. in different. inter Iudic. ciuil. & crimin. cap. 100. nu. 26.*

10 Ex qualitate verò factorum, Iudex arbitrabitur quem pauperem, videlicet si oneri iniuncto inseruire non valet, sed pro alimentis necesse habet sibi victum quærere, *l. paupertas, iuncta glo. ff. de excusat. tutor.* & ita decisum refert *D. Ricc. d. decis. 190 part. 4. in fine*, & vide *Affl. dec. 179. & Cæsar. de Graff. decis. 1. de success. ab intest.* affirmantes illum dici pauperem, qui nō habet vnde succurrat illi causæ, & effectui, cuius respectu appellatur pauper, & inops.

11 Præterea discernitur ex eo, quia fortassè suis bonis cessit, vt docuere *DD. in Auth hoc si debitor, C. de pignor. Innocent. in d. cap. Odoardus. de solut. Alex. in d. l. si constante, num. 13. Aretin. in §. item si quis in fraudem, col. 1. Instit. de act. Buccaron. de different. inter Iudic. ciuil & crimin. d. cap. 100. nu. 26.* vbi idem dicit si probetur discalciatum incedere, vel bona fuisse confiscata, ex *Seraphin. dec. 33. par. 1.* & alijs modis de quibus *Beninčas. in tract. de paupertate, quæst. 6.*

12 Similiter paupertas probari potest per discussionem nuntiorum, siuè baiulorum, vel iuratorum referentium tot esse in bonis, & tot esse in debitis; sic & per librum æstimi, & apprettij, iuxta *Glos.* doctrinam in *l. cum de lege, ff. de prob.* quam communi calculo esse approbatā testatur *Alciat. de præsumpt. regul. 3. præs. 20.* & ita tutantur *Iaso in §. item si quis in fraudem, instit. num. 70 de act. Curt. Sen. cons. 27. col. 2. nu. 17.* vbi dicit de communi *Afflict. dec. 377. nu. 2. D. Ricc. decis. 190. circa finem*; vbi etiam dicit esse notandam, *Glo. in §. hinc nobis, in Verbo substantiam, Auth. de hæred. & falcid.* firmantem, quod testis carens tot bonis, quantum causa valet super qua deponit non censetur idoneus, & consequenter eius fidem ob paupertatem diminui, vt ibi quoque scribit *Bar.* sequuntur *Angel. consil. 15. nu. 3. lib. 3 Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem, num. 16. ff. de quæst. Socci. regul. 289 lim. 3. Roman.* in sæpius citata *l. si constante, in princip. Couarr. Var. resolut. cap. 6. nu. 8. lib. 2.* vbi plures alios supradictam *Glossam* magnificare annuit.

Et quamuis falsam esse illius opinionem asseuerauerint *Ias. in l. 1. ff. qui satisd. cogant.* & alibi *Dec. cons. 163. col. 4.* itaut magis communem opinionem aduersus illam esse meminerit *Crot.* sępius memor. *l. si constante, lect. 1. nu. 19. & lect. 2. nu. 25.*

13 Tamen *Perez in l. Castel. lib. 3. d. tit. 1. pag. 461. col. 2.* dicit aduertendum pro cocordia, nam *Glosa* illa est vera si benè intelligatur, quia loquitur quoties in causa concurrunt testes pauperes cum alijs diuitibus, in tali casu maior fides est adhibenda diuitibus quam pauperibus, nam tunc aliqualiter paupertas debilitat fidem ipsorum testium, ex *gl. in l. 3. in princip. ff. de testibus, Aretin. cons. 13. num. 16.* qui in simili casu intelligit dictam *l. 3. ff. de testibus*; At quando concurrerent solum testes pauperes, eo casu credendum est testi pauperi, si esset persona honesta, & legalis, hocque arbitrabitur Iudex, & cum hoc distinctionis federe sumendum esse sensum, alleg. *Glosæ* ait ex *Crot. in cit. l. si constante, lect. 2. num 54. & Fabian. de Pep. in repetit. Auth. præterea, nu 79. & seq. C. Vnde Vir. & Vxor.* de qua materia vt vnum allegando omnes allegare videar est legēdus *Farinac. in suo tract. de testibus, tit. de opposit. contra personas test q. 51.*

14 Quibus sic discussis aduertendum est, quod licet pauper quisque præsumatur nisi probetur contrarium, *l. si Verò, §. qui pro rei, Vbi glo. Bart. Castrens. & Angel. ff. qui satisd. cogant.* latè *Beninc. as. in suo tract. de pauper. quæst. 3.* abundè *Mascard. de probat. conclus. 525. Cened.* qui alios refert *Collect. 27. ad ius Canon. num. 13. par. 1.* recenter *Maur. Aretin in tract. de fideiussor. cap. 1 nu. 3. sect. 3.* cùm illa sit naturalis, & qualitas diuitiarum repugnans naturæ, & aduentitia, iuxta tradita per *Ludou. dec. Perus. 33. n. 20.* & ideò non creditur nisi probetur, nam diuitias asserens in aliquo loco præsupponit mutationem, de eo quod naturaliter euenit, cum quisque nudus nascatur & mutatio nō præsumatur, nisi probetur *l. 3. ff de probat.* latè *Mascard. de probat. conclus. 1078.* quod eò fortiùs haberet locū, si quis niteretur ex aliqua lege, dispositione, pragmatica, siuè statuto, vt se fundaret in diuitijs, nam tali casu à fortiori paupertas præsumeretur, quousq; de diuitijs constaret, nec posset sequi legitima

tima condemnatio, nisi perfectè qualitas diuitiarum requisita à statuto, & dispositione probata fuisset, cùm talis qualitas expressa principaliter dicatur causa actionis, vt plenè post antiquiores firmauit *Bertazz. consil. crim. 244. nu. 3.*

15 Nihilominus eam allegans in iudicio tenetur probare, vt per *Glo & DD. in cit. l. si vero, §. qui pro reo, Innocent. & alij in cap. super his, de Accusat. Lancellot. Gall. super consuet. Alex. glo. solidos, quest 6. num. 83.* paupertas enim, vel diuitiæ, vbi sunt intentionis agentis obligatur eas agens illas probare, & sic fundans se in paupertate, vel diuitijs obnoxius est ipsas verificare, *Glo. in cap. in præsentia, in vers. quæro de probat. Florian. in l. ei incumbit, ff. de probat. col. 2 Franc. in cap. semel malus, circa med. de regul. in 6. Alber. Castrens. & Soccin in l. si creditores, ff. de priuil. credit. Dec. cons. 120. sub n. 3. Afflict. & Vrsil. dec. 377. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 17. sub num. 4.* vbi testatur de communi, & indubitata opinione *Benincas. in tract. de pauper quæst 6 nu. 2.*

Vndè petens admitti ad beneficium *cap. Odoardus*, nõ auditur nisi probet paupertatem, propter quam dictum beneficiũ conceditur, *Caualer. decis. Rot. Rom. 514.* vbi sic iudicatum testatur.

Et hinc intendens se facere admitti tanquam pauperem ad legatum factum egenis, & pauperibus, vel vti patronus pauper prætendens alimenta à Beneficiato, cogitur se talem probare; imò summam ægestatem probare debet, *Rota in vna Regiensi Prioratus 1. Iulij 1596. coram R. P. D. Penia, vt in decis. diuers. 594. par. 4. D. Ricc in praxi resolut. 279. par. 3. Barbos. in collect. DD. in cap. nobis, num. 1. de iur. patron.* licet ex *Bertazz consil. crim. 249.* supradicta cessent, quoties quis adduceret paupertatem excipiendo, vt exempli gratia, si quis ageret contra Antonium, tanquam aduersus diuitem, & ille exciperet de paupertate, nam satis paupertas dicetur ex quo excipiendo deducitur comitante legis præsumptione.

16 Quæ quidem paupertas sufficienter probatur per duos testes, vt consuluit *Alex. cons. 37. vol. 7.* & ita iudicauit *Rota Romana* ad effectum, vt referuentur expensæ in fine litis, vt patet *in decis. 271.* quam sanè decisionem de plano, & absq; scrupulo procedere existimarem, vbicumque paupertas probaretur per testes verisimiliter deponentes, tanquam de ea informatos, vnde tunc ipsi duo testes super præsenti re instructi recipiendi, & admittẽdi essẽt, & sic hoc casu paupertas tutè, & euidenter probaretur per vicinos, *Angel. in §. hinc nobis, col. 1. Auth. de hæred. & falcid. Alex. in l. 1. col. 9. ff. si cert. petat.* qui possent deponere illum habere, nisi talia bona, quod si plus haberet ipsi scirent, vt per *Roman. cons. 295. num. 9. Couarr. lib. 2. var. resolut. cap. 6. num. 8.* plenè *Gratian. lib. 4 discept. forens. cap. 660.* quem in hac materia paupertatis, vide *libr. 5. cap. 907.*

17 Sed quotiescumque paupertas esset necesse, quod probaretur per testes de visu, tunc sunt qui affirmarunt, posse illã facilè per famam verificari, & probari, vt apud *gl. in l. 2. C. quando fisc. vel priuat. Bald. in Auth. quod locum, C. de collat.* licet *Nicol. de Neap.* contrarium affirmet *in l. paupertas, ff. de excus. tutor.*

Vndè *Bart.* in millies alleg. *l. si constante.* tutius super hoc procedendo *quæst. 2.* constanter affirmat, quod vbicumq; ageretur de modico præiudicio, tali casu paupertas benè probatur per famam publicam, at secus si de magno præiudicio agatur, quia tunc à Iudicis arbitrio descendere deberet, vt ibi etiam testantur de communi, *Alex. Imol. & Ias. Dec. cons. 120. num. 3. part. in §. sed propter paupertatem, Instit. de excus. tutor.* recenter *Buccaron. in different. inter Iudic. Ciuil. & Crimin. cap. 100. sub nu. 27.*

18 Vltra quæ tandem velim scias, quod licet pauper teneatur probare paupertatem, id poterit agere summariè absq; partis citatione, *Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 36 Mexia in pragm. taxæ pan. concl. in 44. Cened. in Collect. ad ius Can. collect. 27. nu. 13. lib. 1 1. Barbos. in remis. DD. ad ord. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 5. nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Amore captus dicitur miserabilis persona.*
2 *Amor vocatur Furor, & priuat à deliberatione, nu. 4.*
3 *Vitia in Amore regnantia, Author enumerat.*
5 *Osculans mulierem nimio amore ductus, non punitur pœna pragmatica Regni, de Osculantibus Mulieres.*

A R-

ARGVMENTVM.

Amore captus nùm Electionis, & Variationis Fori priuilegio vti possit.

QVAESTIO XXXV.

Regula fit affirmatiua, siquidem ex cæcatum amore reputari inter miserabiles personas, maximè miserabilem non est qui negare valeat, vndè tanquam talis habet priuilegium electionis fori, vt in terminis proprijs recenter scribit *Dom. Ricc. in collect. dec. collect.* 2117. *par.* 6. vbi hûc nostrum locû allegat in prima impressione Neapolitana.

2 Quę fanè regula eo fundamento iuuatur, nâm Amor vocatur furor, & Amore captus dicitur furiosus, illique assimilatur, *cap. cùm in iuuentute, de præscript. §. illud, Auth. quib. mod. effic. legitim. Tiraq. de pœn. tempor. causs.* 4. *Boer. dec.* 23. *nu* 75. *&* 76. *Neuizant. in Sylua Nupt. lib.* 1. *n.* 109. *Tusc. concl.* 327 *nu.* 2. *lit. A.* Indè *D. Hieron.* de hoc affectu loquens côtra Iouinianum, scribit, quod Amor formæ rationis obliuio est, & insaniæ proximus fædum, maximeque conueniens animo sopiti vitium turbat côsilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas trahit, quærulos iracundos temerarias durè imperiosas, similiter blandus omnibus inutiles facit.

Et *Plato lib.* 3 *de re publica*, illa protulit verba, Voluptate venerea nulla vehementior, nulla furiosior, & *Cicer. lib.* 4. *Tuscul. quæst.* ait maximè ad mouendum esse, quantum sit furoris amoris, & omnibus perturbationibus nulla vehementior, & *Virgilius lib.* 4. *Aeneidos*, illa cantauit carmina.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.

Et *Ouid. in epistol. Halenæ ad Paridem*, alia recitauit similia nempè,

Qua licet, & possum luctor celare furorem, Vndè *Plautus in Montellaria scripsit*, quod vbi Amor aduenit in cor hominis, & is vsque impressus permanauit, & cor permanescit simul Res, Fidem Famam, virtutem, Decusque deserunt homo fit modo nequior.

3 Imo secundum *Terent. in Eunuch.* in Amore hæc omnia insunt vitia iniuriæ suspiciones, inimicitiæ induciæ bellum pax rursum incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilum agas, quã si des operam, vt cum ratione insanias.

4 Taliter quod amor priuat à deliberatione, *Palat Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 28. *nu.* 6. *Oter.* qui plura huius farinæ cumulat, *quæst.* 30. *par.* 3. *Dom. Ricc. decis. Cur. Archiepisc.* 155. *par. tertia,*

5 vbi decisum refert, clericû nimio amore ductum ad osculandam mulierem nô incurrere pœnam ordinariam, ex *Gram. consil.* 48. *Menoch. de arbit. Iudic. lib.* 2. *cas.* 287. *nu.* 7. *in fine, Peguer. dec.* 7. *num.* 8. *Farinac. in pract. crim. tit. de delict. carn. quæst.* 142. *n.* 170. *Giurba* recenter *cons. crim.* 47. *nu.* 16. quod notandum est ad intellectum, & ornatum *pragm. Regni* 1. *sub rubr. de Osculantibus mulieres*, circa quam ad hunc effectum multa allegaui, quæ per extensum sub meo nomine impressit Illustriss. *D. Ricc. in collect. decis. collect.* 2706. *par.* 7. & Amorem excusare in crimine raptus, dixit *Bursi cons.* 445. *nu.* 13. *Farinac. in pract. crim. d. q.* 98. *nu.* 87. annuens idem procedere quoad excusationem famosi libelli, *Clar. in pract. crim. §. fin. q.* 60. *n.* 7.

Hinc si quis amoris furore perturpatus, videlicet offensione, aut zelotipia, vel desperatione, aut nimio desiderio aliqua dixerit, vel fecerit hæreticalia defendi, quandoque poterit, & excusari nê hæreticus esse credatur, vt per *Alber. in rubr. C. de malefic. circa finem*, qui sic in Romana Rota decisum testatur *Symanch. Cathol. Instit. tit.* 17. *nu.* 44. latè, & perbellè *D. Ricc.* virtute, & doctrina nulli comparandus in sua *praxi fori eccles. resolut.* 672. *par.* 1 vbi *nu.* 11. annuit ex *D. Augustin. lib.* 10. *de Ciuitate Dei*, quem sequitur *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 96. inuocantem Demonia ad amorem mulierum prouocandum non dici hæreticum, sed potius superstitiosum; amoris enim vis magna est, & plura, atq; plura operatur, itaut infamis, & turpis persona non reputetur mulier, quæ nimio amore ducta, amanti sui copiam facit, & ob id à testatore institui posse fratribus, vel sororibus præteritis, ad *l. fratres, C. de inoffic. testam.* ità *Faber in §. fuerat, Institut. de inoffic. testam. Mascard. de prob. concl.* 1063. *nu.* 7. *Caroc. decis. c.* 24. *n.* 1. *Farinac. in pract. crim. d. q.* 98. *nu.* 86.

Præterea pro corroboratione validè confert, nam videmus amantem æquipe- rari

rari ebrio, *Glo. in §. fin. Instit. de success. sublat.* & ibi DD. *Simoncell. in tract. de decret. in praefat. num. 75.* vbi ex multis firmat requiri decretum Iudicis in contractu illius, qui est amore captus.

Et tandem, nam aequiperatur prodigo, qui enim amat, neque finem, neque modum in expensis habet, & bona sua dilapidando profudit, itaut *Vinius in addit. ad decisi 521. nu. 34.* concludit, quod sicuti furiosis, & prodigis datur curator *l. 1. C. de cur. furios. §. furiosi, Instit. de curat.* Ita pariter capto amore cupidineo, & lasciuo, quod annis non longè elapsis audiui fuisse practicatum per Magnam Curiam Vicariae in personam cuiusdam Equitis Neapolitani, quem ex causa nominare praetermitto.

Prout in simili huiusmodi personis amore captis non denegandum esse primum, & secundum beneficium in eorum causis ex supradictis apertè patet, & saepius in discursu habito cum eloquentissimis Viris communi voto conclusum fuit.

Quare Amoris furore correptum, si fractis exilij finibus ad locum, à quo exulatus fuerat reus venerit Amoris gratia excusandum esse, tutò quidem firmari poterit, de quo nouissimè *Giurba consil. crim. 47.* vbi plura in hac materia adducit, & tandem decisum refert per M.R.C. quod exulatus exulet à Regno pro residuo temporis, quod tunc supererat ad complendum exilium.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad carceres habet fori electionem, & amplia vt nu. 9.*

2 *Carcer dicitur pexima mansio, appellatur squallor, & cruciatus corporis, & de iure canonico loco mortis succedit, nu. 5.*

3 *Appellari semper potest à praecepto de capiendo aliquem carceratum.*

6 *Diuturna carceratio prohibetur.*

7 *Tempus carceris excomputatur in tempore exilij, & minuit poenam, & quando succedat loco poenae, ibidem.*

9 *Liberatio carceratorum dicitur pia.*

10 *Carcer dicitur omnis locus, ex quoquis liberè discedere non valet, & num. 11. 12. & 14.*

13 *Nobilis domi retentus dicitur carceratus, & potest petere alimenta ab eius creditore, num. 16.*

16 *Extensio fit in fauorabilibus, licet lex taxatiuè loquatur.*

17 *Aequiperatorum eadem est dispositio, & quando id non sit verum, ibid.*

18 *Grauatus in vno, debet in alio releuari.*

19 *Doctoratus est dignitas, & trahit nobilitatem.*

20 *Chirurgus dicitur nobilis quoad poenas.*

21 *Viuens nobiliter, tanquam nobilis tractatur.*

ARGVMENTVM.

Damnatus ad carceres, Num Electionis, & Variationis Fori priuilegio gaudeat.

QVAESTIO XXXVI.

1 Regula sit affirmatiua, quod huiusmodi damnatus ad carceres habeat fori Electionem, & Variationem, vt docuit *Bar. in tract. de carceribus, in fine*, iuxta cuius theoricam scripsere *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 66 in addit. Foller. in Constitut. Regni, Lege praesenti, num. 12. de iustit. & iure, Perez in l. Castel. libr. 3. tit. 1. vers. Item carcerati, Cardin. Tusc. conclus. 273. num. 2. lit. M.* vbi quod sunt miserabiles personae, sequitur *Annotat. ad Statut. Parm. in tit. de ratione reddenda summariè miserabilibus personis, versic. carcerati quoque*, allegat textum *in l. si quis ad declinandum, C. de Episc. & cleric. & ibi DD. Roias singul. 49. num. 9. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 4.* addo *Mascard. de probat. conclus. 1065. & Roderic. quaest. regul. tom. 1. quaest. 65. art. 3.* quos recèter allegat *Tamburrin. in tract. de iure Abbat. disp. 15. quaesit. 7. nu. 12. to. 1.*

2 Quae sanè regula iustificari potest, vt talis habeatur inter miserabiles personas, cùm carcer dicatur mala, imò pexima mansio, atque penalis, speciesque seruitutis, *Glo. in l. si hominem apud se, in vers. extensum, ff. depos.* & probatur in *l. item apud Labeonem, §. quaestionis, ff. de iniur. Aretin. cons. 192. nu. 3. vol. Neuizant. cons. 52. num. 9. Eugen. cons. 76. num. 159. Card. Tusc. concl. 79. lit. C. Roland. cons. 57. nu. 40. volum. 3.* appellaturque squallor, *l. 2. C. de custod. reor. Mantua consil. 266. num. 6.* & dicitur cruciatus corporis, *Natta cons. 319. Magon. decis. Lucens. fin. num. 13. Guazzin. de defens. reor. cap. 4. defens. 5.* aliaque incommoda

da affert carcer, *Præses de Franch. dec. 317. num. 4. Caualcan. in tract. de bracchio Regio par. 2. num. 93.* ipsaque carceratio grauamen continuum, infert *cap. super eo, il secondo, notab. 2. extra de appellat.* & ob id appellandi tempus, nec transire dicitur, vt ibi scribit *Franc. num. 4. Baiard. ad Clar. in pract. crimin. quæst. 46. num. 5. Guid. Pap. decis. 236. Gomez. variar. resolut. part. 3. delit. cap. 10. num. 10. Cardin. Tusc. conclus. 90. lit. C. num. 5.*

3 Vndè si à præcepto de capiendo aliquẽ carceratum non sit appellatum infra decem dies potest continuè. & quotidiè appellari, *Bald. in l. 2. nu. 7. C. de Episc. Aud.* refert, & sequitur *Iaf. in l. ita demum, nu. 5. C. de procurat.* & sic carceris iniustitia semper excipi potest, *Seraphin. in tract. de priuil. iuramenti, priuil. 132. num. 9. Farinac. in pract. crimin. quæst. 34. num. 180. Marius Antonin. var. resol. lib. 3. cap. 29. num. 20.* maior inquam pœna reputatur stare in carcere, quam laborare in agro, vel in quolibet alio publico opere, *Franc. in cap. quamuis, versic. in glo. secunda, extra de pœn. in 6.*

5 Vndè meritò de iure canonico carcer successit loco mortis, cùm & illa sit maior pœna, quæ infligi possit, *cap. penul. & fin. de hæretic. Crescent. decisio. 9. num. 4. de probat.* cùm per illam non minus atrox inferatur iniuria, quam mortis, *Eugen. consil. 76. num. 161.* & ideò carcer de ipso iure canonico datur in pœnitentia, *Cap. nouimus, de sentent. excommunic. cap. pen. de hæret. cap. quamuis, de pen. in 6.* per quam rationem nouissimè, probat *Marta de success. par. 3. quæst. 14. art. 2. num. 21. tomo 1.* clericis damnatis ad carcerem non impediri testamenti factionem.

6 Et hinc videmus diuturnam carcerationem prohiberi, cùm aut carceratus meretur pœnam, & debet puniri, vel non & est liberandus, *l. fin. C. de custod. reor. Anchar. cons. 253. Cardin. Tusc. d. concl. 79. nu. 8.* non enim carcerandus est quis, nec inquirendus si puniendus non est, *Bar. in l. si quis, §. si matri, C. vt nem. priuat. Curt. in l. vbi C. de transact. Clar. pract. crim. §. homicidium, versic. alia quoque, Antonin. var. resolut. lib. 3.*

7 *cap. 32.* & ideò maxima suadente ratione tempus carceris post sententiam computatur in tempore exilij, *l. omnes, C. de pœn: Præses de Franch. decisio. 317.* vbi decisum in S. C. refert *Cabal. resol. crim. cas. 142. Viuius decisio. 201.* vbi testatur ita decisum pluries in Audientijs Barij, & Apuleæ, *Dom. Ricc. decis. Cur. Archiep. 45. par. 2* vbi quando id locum habeat doctè declarat, prout in damnatis ad triremes ad remigandum, firmat *Villadieg. for. iudi. lib. 2. tom. 5. li. 9. nu. 9. Regens Rouit. in prag. 1. num. 5. de releg. Giurba consil. crim. 30. in fine, Muta super prag. Siciliæ 33.*

8 Quare rationabiliter carceratorum liberatio maximè pia causa, dicitur *l. si quis pro redemptione, vers. piissimam, C. de donat. Bald. in l. illud, C. de sacros. eccles.* & ibi *Castrens. num. 3. Tiraq. de leg. connub. glo. 8. in fine à num. 288. Rota Rom. diuers. decis. 63. n. 5. par. 2.* ex hoc concludens, posse filium exhæredari nisi liberauerit patrẽ à carceribus, item si ex captiuitate illum non redemisset, *glo. in cap. quinta vallis, in verbo exhæredaret, propè finem, versic. patrem, de iure iurando,* cùm qua transeunt ibi *Doctores, Benedict. in cap. Rainutius, versic. præterea, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 268. de testam.* itaut etiam inuitis filijs possint vendi bona pro redimendo patre captiuo, *§. si quis, de pradictis, authent. vt cũ de appellatione cognoscitur, Muta super consuetud. Panormit. cap. 56. num. 14.* & alij recentiores passim.

Indè ego in varijs casibus (tempore quo Regia officia exercui) semper in sententia proferenda habui rationem longinquitati carceris, iuxta theoricam *Cyn. & Odofred. in l. omnes, C. de pœn. Plat. in l. si quis, C. de commet. lib. 11. Farinac. in pract. crim. quæst. 100. à nu 85. Tesaur. dec. 76 nu. 2. Muta dec. 80. nu. 9.* & propterea multoties in delictis parui momenti carcerem debere cedere in pœnam decreui, prout & Magna Curia Vicariæ in hac Ciuitate Neapolis facere solet, ex *Bursat. cons. 445. Magon. decisio. Lucens 50. num. 108. Caball. in resolut. crimin. casu 142. Viu. dec. 504. nu. 25. Capibl.* posthæc script. habitus *super prag. 19. cap. 94. nu. 6. tomo 2.*

9 Amplia firmatam conclusionem esse veram, siuè quis sit condemnatus ad carceres publicas formaliter, siuè ad alium locum, etiam quod sit domus propria, pro carcere assignata, nam adhuc supposita regula habebit locum, eò quia

10 carcer dicitur omnis locus à quo pro velle aliquis exire prohibetur, *Glo in l. qui neque, in verbo, custoditur, ff. de verb sign. Angel. de malefic. in verbo, qui Index nu. 16. Boer. dec. 215. nu. 15. Caualc. decisio. 14. par. 5. Azeued. in l. is, num. 13. tit. 6. lib. 3. recopilat. Caball. resolut. crim. cas. 8. num. 14.* annuens *casu 212.* quod si quis domi retineatur

11 carcer tamen domus illa reputatur, sequun-

quuntur *Rimin Iun.conf.738.Gam.dec.318. Card.Tusc.conclus.87.nu.3.lit.C. D.Ricc.deci. Cur. Archiep.226.par.2.* imò arrestatus de
12 non recedendo datis fideiussoribus censetur carceratus, *Guid.Pap.dec.253.& dec. 563.Masull.ad Capyc.dec.154.nu.3.* recenter *Giurba* post hæc scripta habitus *cons. crimin.34.* vbi exactè discutit si retentus domi pro carcere sub fideiussione se indè non exiturum, si exijt, & breui spontè reuertatur, an propter sui temeritatem fideiussionis pœna plectendus sit ob Iudicis contemptum, vel potius excusandus, de quo videndi sunt pariter *Vulpel. cons.139.Genuen.in praxi Archiepisc. cap.34. Farinac.in pract.crim.quæst.30. nu.77. & seq. & Mastrill.dec.259.*

Ex cuius ampliationis viribus in quadam facti contingentia de anno 1612. pretendi, domi retentum ob debitum ad instantiam sui creditoris, potuisse petere alimenta, ac si carceratus fuisset sub claue, quam sanè opinionem per hęc formalia verba sustinui videlicet.

Quæritur, vt Nũ Nobili pauperi carcerato, & posito in domo pro debito ciuili sint administranda alimẽta per eius creditorem, sicut tenetur præstare carcerato in vinculis publicis. Et casus occurrit inter Magnif. Mauritium Solibonam Doctoratum in Chirugia, & Io. Nicolaum Marittam creditorem, qui prætendit non esse obligatum administrare alimenta ipso Mauritio, dùm ad instantiam suam non retinebatur in carceribus publicis, sed in sua propria domo, quam solitus erat habitare per præteritum.

Sed ego, qui partes huius Mag. Mauritij debitoris sustineo, prætendo omninò esse subministranda dicta alimenta, non
13 obstãte, quod in domo sua detineretur, quia nobilis in domo detentus carceratus est, tanquam si esset verè, & realiter in carcere publico, ad textum singularẽ in *l.qui neque, §.solutum, ff.de verbor. signific. Palat. in rubr.de donat.inter vir. & vxorem, ex nu.14.* vbi quod satis Iudicem satisfecisse ait, vbi per palatium habilitat nobilem, *Auend.de exeq.mand.Reg.cap.5.à nu. 21.par.2.* & carcer dicitur domus in qua quis retinetur, *Giurba cons.crim.34.num.1.* & sic qui de carcere ducitur in camerã cum custodibus verè carceratus appellatur asseuerat, *Marsil.in cons.125.num.47.* & fatetur *Surd.in suo tract.de aliment. tit. 9. quæst.17 num.19.* vbi hanc firmat opinio-
14 nem, & eodem modo, qui est positus in domo, seu alio loco sub custodia carceratus dicitur, *Calcer.de Haeretic.cap.10.n.3. Guid.Pap.sing.849. num.3.* nam qui nequit ire quo vul carceratus dicitur, *l.in eadẽ, §.in vincalis, ff. ex quib.caus. maior. Bouadil.in polit.lib.3.cap.5.nu. 10. Franc.Marc.dec.377.* antè eos *Dec.cons.218 nu.5.* Vndè stante statuto quo quis carcerari debeat pro debito, si aliquis nobilis veniat carcerãdus, vtique iuxta statutum factum fuisse dicitur, si ei assignatus sit locus puta, palatium, vel Ciuitas, vt per *Ang.in l.qui in carcerem, ff.eo quod met. caus. Tiraq. de nobilit.cap.20.nu.29.Palat.in rubr.de dnat inter vir.& vxor.§.9.nu.13.Gerard.de Petra sancta sing.30. Costa in memor.in verbo, Carceres, Monteleon.in praxi 3.p.5.p.q.2.nu.13.* conferunt plena manu, tradita *in q.for.138. li.1.* vbi omninò est videre, nè bis idem repetamus, in tantum quod in materia Ritus M.C.V. quo cauetur vt debitor citatus super tenore instrumenti non audiatur nisi in vinculis, vel facto deposito, Nobilis carceratus dicitur, si ei assignetur tota Ciuitas pro carcere, vt ibi doctè notat *Bartholom.de Capua*, quamuis in praxi non seruetur.

Quare, stante pro vero, quod Nobilis carceratus in domo, sit vere carceratus,
15 tanquam si esset in publicis carceribus, constanter tenendum est, quod creditor tenetur illi alimenta subministrare eodẽ modo, quo carcerato in vinculis publicis, & si recuset præstationem benè poterit Iudex illum relaxare, prout ita reperio iudicatum per Senatum Lusitaniæ apud *Phœbum in dec. 3. tom. 1.* qui in terminis nostris loquitur, licet post hæc scripta habuerim.

Et licet per Aduocatum Magnifici Io. Nicolai creditoris opponeretur præfatam *Gl.* à qua omnes hanc conclusionem sumpserunt, dico *de gl.in cit.l.fi.C.de erogat.milit.annon.* esse nimis exorbitantẽ à iure, & ideò non potuisse extendi ad alios carceratos, quam ad illos qui in publicis carceribus detinentur, ad textũ *in cap.quæ à iure, de reg.iur.in 6.*

3 Ego tamen replicando respondeo, quod licet illius *gl.* opinio, & doctrina esset exorbitans à iure, Tamen, cùm in vtroq; casu daretur similis ratio, & alimentorum materia sit pia, & fauorabilis *Lomela* vbi communiter *DD.ff.de aliment.* L leg.

leg. latè Gig. de pens. quæst. 51. & plenè Surd.
de alim. priuil. 1. Viscont. in conclus. iur. in ver.
pia causa, Barbos. de potest. Episco. alleg. 82. n. 18
par. 3. ex rationis identitate poterat ex-
tendi de vno carcerato ad alium, & erit
verat comprehensio, ad textum in l. illud,
cum glo. in verbo alia, C. de sacros. Eccles. Bar-
bos. in l. si constante, in princip. num. 97. ff. solut.
16 matrimon. extensio enim in materia fauo-
rabili, benè fit, licet lex taxatiuè loqua-
tur, si adsit paritas rationis, Glo. in l. illicò,
in verbo, aliam causam, C. de sacros. Eccles. Ro-
man. in Auth. similiter sub nu. 16. C. ad l. falc.
Rip. in l. si constante, nu. 86. ff. solut. matrim. &
diximus in tract. de priuil. miserab. personar.
priuil. 36. vbi meritò firmauimus exten-
sionem fieri in fauorem miserabilium
personarum, licet lex taxatiuè loqua-
tur.

Vltra quod dùm vt supra dicebam
carceratus domi, & in carceribus publi-
cis æquiparentur in iure, quia quoad no-
biles nullus alius carcer inuenitur quam
domus sua, iuxta sententiam Tiraq. de no-
bilit. cap. 20. nu. 30. & seq. qui allegat textũ
in l. 1. ff. de custod. reor. Ideò tanquam ca-
sus æquiperati lex licet exorbitans ex-
tenditur de vno ad alium, ita glo. in l. quod
vero, ff. de leg. & in l. si quis seruo, C. de part.
Couarr. in cap. Raynaldus, §. 3. nu. 6. de testam.
Felician. de censib. lib. 1. cap. 3. nu. 7. Gamar. de
leg. extensione, nu. 133. Gom. in l. 4. Thaur. nu. 7.
Barbos. in d. l. si constante, nu. 98. vbi num. 100.
firmat legem exerbitantem extendi ad
casum, qui sub verbis latè sumptis com-
prehendi potest, l. filiam habeo, ff. ad maced.
17 & idem est etiam in lege pęnali, Gama
de sacrament. præstand. quæst. 1. n. 7. quia æqui-
peratorum eadem est dispositio, l. 1. ff. de
leg. 1. Glos. in cap. si postquam, §. fi. de elect. in 6.
Menoch. de arbit. Iud. casu 88. nu. 8. Antonin.
var. resolut. lib. 3. resol. 25. nu. 18. plenè Tusc.
conclus. 308 lit. E. & ab æquiperatis validũ
est argumentum, Menoch. cons. 32. num. 17.
Gratian. discept. forens. 298. num. 70. quod ta-
men procedit in casu æquiperato. l. stic-
chus ff. de manumiss. testam. Surd. de aliment.
tit. 9. quæst. 1. nu. 9. & in cons. 393. nu. 36. Mo-
lin. de rit. nupt. lib. 5. q. 46. nu. 26. quando sci-
licet est similitudo in eo, in quo fit ęqui-
peratio, Surd. decis. 119. num. 16. & 21. Se-
raphin. in dec. 288. nu. 5. lib. 1. licet non ha-
beat locum in correctorijs, Pereira de po-
test. eligendi, cap. 7. nu. 5. Monach. in decisi. Lu-
cens. 49. num. 13. nec sumitur vbi militat
ratio diuersitatis, Surd. cons. 50. n. 25. quia
à diuersis minimè fit illatio, l. fin. in fine,
& ibi Bart. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli
vbi etiam Bar. ff. de minor. l. naturalem, §. ni-
hilominus, ff. de acquir. possess. Antonin. con-
cordantes adducens lib. 1. var. resolut. 106.
num. 42. nam diuersa ratio reformat actũ
l. interpositas, C. de transact. & consequentia
non fit à remotis, l. non hoc, C. vndè co-
gnat.

Nec minus obstare affirmo, id quod
pręsupponit pars, scilicet, quod dùm Ma-
gnif. Mauritius non est Nobilis, sed Chi-
rurgus, debet in vinculis reponi, adhoc
vt ipse teneretur alimenta pręstare, & sic
quod dum ipse grauabatur in vno scili-
cet, quia non videbat debitorem suum
in vinculis publicis debebat saltem rele-
uari in isto, nè teneretur ei alimenta sub-
18 ministrare, ex vulgata regula, quod gra-
uatus in vno debet in alio releuari, l. cum
qui, ff. de iur. iur. l. iure succursum, ff. de iu. dot.
l. secundum naturam, ff. de regu. iu.

19 Respondeo inquam Doctoratum esse
dignitatem, Bar. in l. 1. per illum textum
in verbo Theophilum virum Clarissimum, C. de
nouo codice faciend. Alex. in l. centenario, n. 13
versic. & quod Doctor, ff. de vulg. & pupill.
Azeued. in l. 2. tit. 18 lib. 8. Recopil. num. 108.
Anna alleg. 122. nu. 3 Franc. dec. 164. num. 3.
ita quod Doctor debet Dominus appel-
lari, Auth. habita, propè fin. cum ibi not. per
glo. in verbo, coram Domino. C. nè filius pro pa-
tre, Luc. de Penn. in l. mulieres, col. 2. versic. qui-
nimmò C. de dignit. lib. 12. & per doctoratũ
nobilitas acquiritur, l. 2. § fin. ff. de excusat.
tutor. Glo. in l. prouidendum, C. de postul. Bart. in
l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. imò attenta
Cyni sententia in l. prouidendum, n. 2. C. de po-
stul. magis commendandus est, qui nobi-
litatem propter meritum scientię acqui-
rit, quam ex nobili genere ortus, sequun-
tur Alex. in cons. 94. nu. 2. vol. 1. & Viuius in
sua Silua commun. opin. conclus. 197. num. 31.
Tantaque est Doctorum eminentia, quod
possunt propria authoritate ingredi
consistorium Principis, & Cameras quo-
modocunq; Officialium quãtumuis ma-
iorum vsque ad eorum secreta, qui te-
nentur eos honorare, & inuitare ad se-
dendum, alias caderent in pœnam, ad te-
xtum in l. fin. C. de offic. diuers. Iudic. per quã
ita firmat Card. in clem. 2. de magistr. Luc. de
Pen. in l. sacris, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 10.
Vndè propter eorum magnificentiam
multas habent prærogatiuas, de quibus
latè apud Leunoder. in special. tract. de priuil.
Doctor. & præsertim, quod pro debito
carcerari non possunt, vt refert Gomes. in

§. 1.

§.1.nu.65.Instit.de act. plenè *Couarr.in lib.2 var.resolut. cap.1.n.4.& seq. Läderch.cons.30.* plenissimè *Farinac.in tit.de carceratis q.27. à nu.77.cum seq.Pascal.* qui alia colligit *de patria potest.par.2.c.5.à nu.68.*

20 Quæ quidem dignitas, & nobilitas benè consideratur in personam Chirurgorum Doctoratorum in Chirurgia, ex latè traditis per nostrum Præsidem *de Franch.in sua decisio.562.* vbi meritò refert decisum per Sacrum Consilium tales Doctoratos in Chirurgia assequi dignitatem, itaut in genere pœnæ iudicẽtur nobiles, quia Chirurgia est pars Medicinæ, & Chirurgici appellantur Medici, qui pariter habent dignitatem, & sunt nobiles, ad tradita per *Tiraq.* plenè in *tract.de Nobilit. cap.31.nu.41.& nu.522. Boer.dec.22.nu.11.*

Vltra quòd probabat, quod licet ipse
Mauritius fuisset plebeius à natiuitate,
tamen postea semper vixit nobiliter vsq;
ad istud tempus, & ideò tanquam nobi-
21 lis debebat reputari, ad tradita per
Phœbum in decis.limit.14.tom.1. vbi ille, qui
fuit plebeus à natiuitate, & postea vixit
nobiliter fit exceptus à solutione tribu-
ti, conferunt latè tradita per *Annam in
consil.34.lib.1.* vbi quod hoc nobilium
priuilegium circa pœnas infligẽdas, ex-
tenditur etiam ad populares honestos,
vt dixerunt pariter *Bart.in l.capitalium,
§.serui, ff.de pœnis, Felyn.in cap.cum quidam,
col.3.de iur.iur.* quos refert *Lopez in rub.de
donat.inter vir.& vxor.§.9.nu.19.* quod in-
concussè in Regno seruatur, & ita est in
viridi obseruancia, ita quod illum, qui
fuit plebeius à natiuitate, & postea vi-
xit nobiliter esse tractandum vti nobilẽ,
& ideò esse exeptum à solutione tribu-
ti, decisum dicit *Phœb.dec.4.*

Quare per Magnif. Iudicem fuit interpositum decretum, quod alimenta subministrentur ipsi Doctori Chyrurgo, alias quod licentietur.

SVMMARIVM.

1 *Damnatorum ad Triremes maxima est miseria.*
2 *Damnati ad triremes amiserunt Ciuitatem, & libertatem, & mortuo æquiperantur.*
3 *Fiscus ex persona damnatorum ad triremes, an aliquid acquirere possit.*
4 *Damnatus ad triremes an sit insuccessibilis:*

ARGVMENTVM.

Damnatus ad Triremes, Nùm Electionis, & Variationis Fori Beneficio gaudeat.

QVAESTIO XXXVII.

REgula est pro affirmatiua parte
constituenda, vt valeat frui hu-
iusmodi priuilegio Electionis
Fori, cùm damnatorum ad tri-
1 remes infinita sit propè modũ miseria,
nàm instar iumentorum omni requie, &
refrigerio carent, & ad continuos, gra-
uissimosq; labores verberibus adigun-
tur, & interim pascuntur pane angustiæ,
& tribulationis aqua, ac tandem adhuc
viuentes quandam quasi gehennam non
apud inferos, sed apud superos patiun-
tur, vt dicit Eminentiss. Cardin. *Bellarm.
in suo tract.de gemit.Columb.lib.2.cap.8.vers.
restat miseria, pag.233.* refert, & sequitur
Castill.dec.Rot.Sicil.37.in addit.lib.1.

2 Et cùm eorum libertate sint priuati,
Ciuitatemq; amiserint, vt iuribus pro-
bat *Trentacinq.resol.1.sub nu.7. tit. de morte
natur.* miserabiles appellari debent, vn-
dè illos mortuis æquiperari, annuit *Ma-
strill.dec.167.nu.2.* firmans per hoc Fiscũ
3 ex eorum persona nihil acquirere, sed
id, quod ipsi capere non possunt acqui-
ritur alijs, quod illud fuissent habituri,
ex *l.1.vbi DD. ff.de hæred.instit. Clar.in §.
testamentum, quæst.22. Farinac.in pract.crim.
q.102.n.160. Peregr.de iure Fisci, lib.3.tit.4.*
qui tamen id dicunt verum in condem-
nato ad remigandum in perpetuum, non
autem ad tempus, sequitur *Mastril.d.de-*
4 *cis.167.nu.12.* quo in loco tractat articu-
lum si condemnatus perpetuò ad remi-
gandum super Triremibus sit insucces-
sibilis, de quo pariter vltra alios, vide
Castil.cit.dec.37. vbi discutit si possit fa-
cere testamentum, & contractus inter
viuos, & nos alias diximus *in tract.de pri
uilegijs incertorum, & malè ablatorũ, priu.33.*
& recenter tractat *Marta de success. p.3.
quæst.14.art.3.tom.1.* vbi etiam quod pœ-
na damnati ad Triremes quoad effectũ
æquiperatur morti naturali.

SVMMARIVM.

1 *Relegatus, & deportatus miserabilis dicitur.*
2 *Condemnatus ad relegandum, si fuerit post condemnationem in carceribus detentus, id tempus erit in relegatione computandum.*

ARGVMENTVM.

Relegatus, vel Deportatus in Insulam, Fori Electione, & Variatione, An vti possit.

QVAESTIO XXXVIII.

1 Regula sit affirmatiua, quòd relegatus, & in Insulam deportatus gaudere debeat beneficio Electionis Fori, cùm & illi à numero miserabilium personarum non sint exclusi, satis quidem miserabiles nuncupari possunt, dùm à loco assignato recedere non valent, ita quod eorum libertate (quæ in hac mundi machina singulis rebus prætiosior est, *l. libertas, ff. de regul. iur.*) orbati videntur.

Malè enim quis viuere dicitur, dùm absq; libertate viuit, & indè meritò videmus, quod si quis post relegationis
2 condemnationem detentus fuerit in carceribus id tempus in relegatione erit excomputandum, *Bursat. cons. 445. num. 19. Tiraq. in tract. de pœn. temper. caus. 41. Præs. de Franch. dec. 317.* quos recenter commemorãdo prosequitur *Giurba in cons. crim. 30. in fine*, iuxta quam sententiam ego tanquam Iudex Regius Ciuitatis Amalphiæ practicaui in causa Io. Baptistæ de Ambruoso Casalis Puierolæ eiusdem districtus Actuario Camardella.

SVMMARIVM.

1 *Demoniacus reputatur miserabilis persona.*
2 *Demoniacis non possunt ordinari, & quid si tale morbus superuenerit, nùm ad alios ordines ascendere valeant, n. 3.*
4 *Demoniatus delinquens an puniatur.*

ARGVMENTVM

Demoniacus Nùm Electionis, & Variationis Fori Beneficio iuuetur.

QVAESTIO XXXIX.

1 Regula sit affirmatiua, vt huiusmodi oppressus à demone gaudeat Electionis, & Variationis Fori Beneficio, cùm satis in miserabilitate stare videatur, dùm opprimitur quotidiè ab illa pexima bestia humanæ prolis antiquo hoste; æquitas enim suadet, vt decoretur priuilegio, sicut & pœnis, tormentisque abundat.

Vltra quod taliter obsessus à Demone inter infirmos reponitur, itaut morbo laborare censeatur, & corpore vitiatus nominetur, & ideò videmus quod
2 tales demoniaci nequeunt ad clericatus gradum ascendere, *cap. maritum, & cap. communiter, & ibi glo. 1. cap. clerici 33. distinct. Aluar. Pelag. de plant. Eccl. lib. 1. cap. 48. lit. F. Henriq. in summa li. 14. c. 8. n. 8. li. A*
3 Imò qui post promotionem sunt à demonibus obsessi, tandiù erint ab eorum officijs ordine, & loco suspensi, quousq; per vnius anni spatium per discretionẽ Episcopi inueniantur ab huiusmodi calamitate liberati, & alieni, *Glos. in d. cap. communiter, Maiol. de irregul. li. 2. cap. 15. n. 3. Tolet. in summa lib. 1. cap. 59. nu. 3. & 5. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 9. n. 12.* licet non desint, qui fuerint in opinione nunquam fas esse illis ministrare etiam postquam à demonum obsessione fuerunt liberati, vt per *Nauar. in manual cap. 27. nu. 203. Borgas in tract. de irregular. tit. de corpore vitiatis, nu. 17. Campanil. in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 17. nu. 189.*

Et secundum *Bellect. disquisit. clerical. tit. de disciplin. cleric. §. 7 nu. 41.* in ordinibus minoribus constituti à demone vexati nunquam ascendere debent ad maiores ordines, ex *Glo. in cap. clerici 33. distinct.* Verum id ab Ordinariorum arbitrio dependere debere mihi suadeo verius, qui quidem iuxta factorum qualitatem prudenter se gerere debent.

Et à demonibus obsessos esse ineligibiles passiuè ad prælaturam colligitur, ex *cap. maritum, & in c. Clerici, 33. distinct.* & aper-

& apertius probatur in *cap. vsque adeò, eadem distinct.* vbi redditur ratio, Nam si in tali munere positis aliquid propriè infirmitatis occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, vbi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari.

4 Sed modo crimen commissum per obsessum à Demone, ita sit tribuendum Demoni obsidenti, vt nullum de eo crimine sumendum sit ab obsesso, declarat *Griuell. decisio. Senatus Dolan.* 33. vbi facti seriem enarrat, & de istorum Demonum potestate verba facit, ex cuius dictis ego sum in opinione nō posse puniri taliter obsessum, cùm in dubio præsumatur fecisse impulsu demonis, & tempore quo non erat in se, quod secus puto, quoties aliter ex circumstantijs, & coniecturis appareret, itaut maximè Iudicis arbitrium versari debere sum voti, prout & ita, dùm in facto meum requireretur consilium in hanc deueni sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Decoctus habet fori electionis priuilegium, sed declara, vt nu.4.*
2 *Pœna plures contra decoctos sunt statuta.*
3 *Decoctus excluditur à cessione bonorum.*

ARGVMENTVM.

Decoctus An & quando Electionis & Variationis Fori priuilegio potiatur.

QVAESTIO XXXX.

1 Regula firmatur pro affirmatiua parte, quod decoctus scilicet habeat beneficium Electionis Fori, vt in terminis notauit *Dom. Reg. Tapia in Constitut. Regni. Statuimus,* quem refert, & sequitur *Capibl. in prag. 8. n. 3. de Baron.*

Cuius sanè conclusionis ratio assignari potest, cùm satis in miserabilitate constitutus videatur decoctus, dùm iactum habuit in suis bonis, quæ quidē bona sunt secundus sanguis, imò primus appellari debent, cùm absque illis maximè hodiernis tēporibus viuere quisq; nequeat, vt latius in hoc eodem opere tractauimus hac eadem *sect.* loquendo de paupere *q.* 33.

2 Licet contra huiusmodi decoctos tanquam infames plures pœnas esse statutas, referat *Boer. dec.* 215. *n.* 5. *& seq.* qui in *dec.* 349. *ante nu.* 11. fuit in opinione tales

3 esse exclusos à beneficio cessionis bonorum, sequuntur *Brun. in tract. de cess. bonor. in* 3. *quæst.* 4. *par. princip. per tot. & Maxil. in Consuet. Bar. in tit. de cess. bonor. nu.* 34. *Stracc. de mercat. tit. de decoct par.* 3. *nu.* 8. *& sequen. Farinac. de delict. & pœn. q.* 26 *n.* 26.

4 Declara tamen suppositam conclusionem esse veram, dumodo decoctio non sit affectata, prout quandoque, imò vt plurimum agere solent mercatores, & negotiatores (pace bonorum velim sit dictum) qui fraudandi causa creditores decoctionem fingunt, & deindè cōcordantur cum illis soluendo de magna quantitate minimam, iuxta illud quod vulgò circumfertur (dall'vna all'acino) huiusmodi enim tanquam fraudulenti ab omni iuris, & hominis beneficio excludendi sunt, vti indigni, alias decoctio eis loco mercaturæ deseruiret, quia non solum bona; verum etiam, & iuris beneficia lucrifacerent, appellari inquam possunt huiusmodi latrones famosi, ex dictis per *Sess. decis. Rot. Aragon.* 102. & ideò puniendi iuxta casum in Hispania decisum, de quo meminit *Gizzarell. decis.* 80. *in nouissim. edit. lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Ebriosus connumeratur inter personas miserabiles, & ad ordines non ascenditur, nu.4.*
2 *Delictum ab ebrio commissum regulariter nō punitur.*
3 *Ebriorum nulla ratio, & nullus consensus.*
5 *Ebrius ex fideiussione non tenetur, & an faciat testamentum, ibid.*
6 *Religiosus solitus inebriari non potest eligi Superior, & ita consuluit Author.*

ARGVMENTVM.

Ebriosus, siuè solitus inebriari, Num Beneficium Electionis & Variationis Fori prætendere possit.

QVAESTIO XLI.

Regula sit affirmatiua, cùm inter miserabiles personas ebriosus connume-

1 rari debeat, & consequenter tanquam talis valet fori Electionis priuilegio vti, ad instar gaudet restitutionis in integrum beneficio, vt per *Maurit. in tract. de restitin integr. cap. 394.* quem commemorat *Sfort. Odd. in simil. tract. q. vndecima, par. 1.* priuatus siquidem censetur iudicio, dùm quis est in ebrietate, vbi enim est ebrietas, ibi & furor est, *cap. venter 35. distinct.*

2 Indè videmus, quod omne delictum quantumuis graue, & atrox durante ebrietate commissum extraordinaria pœna punitur, & sic mitius *cap. sanè*, & ibi *Glo. 15. q. 1. cap inebriauerunt*, *ead. caus. & quæst l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit.* plenissimè *Tiraq in suo tract. de pœnis temperand. caus. 6. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 326. Farinac.* latissimè *in pract. crimin. in tit. de pœn. temper. q. 93.* vbi ampliat ex plurium DD. authoritatibus, hanc regulam esse veram, & procedere in quacumque specie delictorum, & sic in crimine blasphemiæ in homicidio, mutilatione membrorum, in pœna pacis, seù cautionis ruptæ, ac etiam annuit esse veram in pœnis statutarijs, ex *Bald. in cap. crapula, de vita, & honest. cleric.*

Et ebriorum inquam nulla ratio nullus consensus, nec vllum vitæ gerendæ consilium, cùm ebrietas mentis exilium

3 inducat, *cap à crapula. de vita, & honest. cleric. Gail. obseru. 110 lib. 2. nu. 23.* vndè matrimonium contrahere prohibentur, *Dec. cons. 112. Couarr. de sponsal par. 2. cap. 2. §. 1. in fin. Medic. in tract. Mors omnia soluit*

4 *par. 1. nu. 118.* nec ad ordines promoueri debet, *Specul. de dispensat. § iuxta, vers. item scias*, nec contrahere possunt etiam cum iuramento, *cap vnusquisque, & ibi Glo. in verbo ebrius, 22 quæst. 4. Bar. & Alexand. in l. dolum, C. de dol. Rom. in l. 1. ff. de verb. oblig. Panor. in cap. fin. de maledict.* vbi quod confessio ebrij sibi nô nocet, sequitur *Maur. de fideiussor. cap. 9. n. 7. par. 2. princ. tit. 1. sect. 8.*

5 vbi etiam, quod ebrius ex fideiussione non tenetur, & ebrio testamentum condere vix permictendum esse, voluit *Spin. in specul. testam. in glo. rubr. 11. num. 12. & 13.*

6 Quemadmodum Religiosos solitos inebriari, non posse eligi in Superiores, probauit *Fr. Sigismundus à Bononia in suo tract. de elect. par. 2. cap. 4. dub. 80, nu. 8.* & me consulente fuit vna vice seruatum per quosdã Religiosos, qui ex capite quasi quotidianæ inebriationis excluserunt quendam Fratrem ab officio, ad quod iam electus fuerat, nam consito quod Superiores maiores de hoc defectu, quod ipse electus patiebatur, fuit mãdatum de nouo esse congregandum Capitulum, & alteram celebrari electionẽ, prout cũ effectu fuit facta in anno 1617 de mense Septembris.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus reputatur miserabilis persona, quia mente caret, nu. 2.*
Et gaudet Fori Electione, nisi habeat dilucida interualla, nu. 11.
3 *Furiosus dicitur infans, & nequit matrimonium contrahere.*
4 *Decretum requiritur in alienatione rerum furiosi.*
5 *Canonicus in pupillari ætate ex dispensatione Pontificia promotus, non habet vocem in Capitulo.*
6 *Priuilegia minoribus concessa furiosis communicantur.*
7 *Sententia lata aduersus aliquem non mandatur executioni, si ei furor superuenit.*
8 *Carceratus graui morbo grauatus est relaxandus sub cautione.*
9 *Mente captus, demens, & furiosus idem sunt.*
10 *Freneticus habetur vti furiosus.*
12 *Furiosus præsentare in iure patronatus prohibetur, ac secus si habeat dilucida interualla, idemque est in renunciatione beneficij facta à furioso, nu. 15.*
13 *Furiosus dotare non potest, nisi tamen habeat dilucida interualla, sicque dicitur de testamente furiosi, nu. 14.*
16 *Furiosus fideiubere prohibetur, habens tamen dilucida interualla fic.*
17 *Actus facti ab habente dilucida interualla, an censeantur facti tempore sana mentis.*

ARGVMENTVM.

Furiosus, Mentecaptus, Freneticus, An & quando Electionis, & Variationis beneficio vti possint.

QVAESTIO XLII.

1 Regulariter Furiosus reputatur miserabilis persona, & ideò admictitur ad beneficium Electionis Fori, ita In-

Innocent. in cap. significantibus, de offic. delega. Marchesar. in tract. de commiss. tit. de Auocat. caus. par. 2. §. 2. num. 51. Cala in tract. de modo articulandi, & probandi, glo. 1. n. 193. Amat. decis. Rot. Marchiæ 105. num. 5. Dom. Ricc. in collect. decis. Collect. 300. vbi allegat *Præsid. de Franch. dec.* 598. recenter & sequitur *Cochier. in tract. de iurisdict. in exempt. q. 108. par. 4. tom. 1. Capibl. in prag. 8. nu. 233. par. 1. de Baronibus.*

Sed nè sola authoritate contentus
esse videar iungo rationem illam, quia
satis in miserabilitate stare videtur, dùm
2 intellectu, & mente caret, nescitq; quid-
quid agit, *l. in negotijs, ff. de regul. iur. l. si
quis alicui, ff. de acquir. hered.* latè *Ludou. de-
cisio. Perus. 1. nu. 12.* & caret voluntate *l. fu-
riosi, ff. de regul. iur. Martius decis. Senens.
examin* 9. qui alia cumulat, vndè si offen-
dant clericum, vel aliam Ecclesiasticam
personam in excommunicationis labē
non incidunt, *clem. furiosus, de homicid. Al-
uar. in specul. iur. Pontific. cap. 35. cas. 10. Sayr.
in Thesaur. cas. conscient. lib. 3. cap. 26. num. 2.*
asserens istam esse communem opinio-
nem, & excusantur etiam à pœna tem-
porali, latè *Tiraqu. de pæn. temper. caus. 2.
Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 3. Menoch. de ar-
bit. Iud. casu 325. Cauall. commu. contra comm.
q. 33. Baiard. in addit. ad Clar. in pract. crim.
3 quæst. 69. nu. 29. cum seq.* indè irregularitas
non incurritur ex mutilatione, siuè ho-
micidio patrato à furioso, *Maiol. de irre-
gular. lib. 5. cap. 48. num. 11. Auil. de censur.
par. 7. rubr. de homicid. casuali disput. 6. sect. 1.
dub. 12. Henriq in summa lib. 14. cap. 15. §. 7.*
Quid enim sunt furiosi, nisi infantes, *l. in-
fans, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* hinc enim
sicut infans non potest contrahere ma-
trimonium, ita & furiosus, *cap. dilectus, de
sponsal. cap. neque furiosus 33. quæst. 77. Tesaur.
decis. 130. Mar. Antonin. var. resolut. cap. 43.
Seraphi.* qui sic testatur decisum in Rota
decis. 228. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 1. p. 2.
& furiosus profitendo in Religione
non obligatur, nisi factus sanæ mentis
rathum habuerit, *cap. sicut de regul. Boer.
dec. 23. nu. 69. Azor instit. moral par. 1. lib. 12.
cap. 29. n. 5. Sanchez in summa lib. 4. cap. 1. n. 3.
to. 1. Rot. diuers. dec. 129. par. 2. Vecch. in praxi
Nouit. disp. 13. dub. 3. nu. 10.*

4 Et hinc necessarium est decretum in
alienatione rerum furiosi ad instar alie-
nationum rerum pupillarium, vel mino-
rum, *l. orationis, C. de curat. furios.* vbi *Salic.
l. qui neque, §. 1. & in l. si prædia minoris, ff. de
rebus eorum.*

5 Vndè sicut Canonicus in pupillari ęta
te ex dispensatione Pontificia promotus
in Capitulo vocem non habet, *Selua de
benefic. par. 2. arresto 22. nu. 26.* propter Iu-
dicis discretionis defectum, *cap. ex eo, de
elect. in 6.* latè *Bias. in direct. elect. par. 1. c. 16.*
ita pariter ex eadem ratione furiosus
eligere non potest, *Glo. & DD. in d. cap. ex
eo, Petr. Greg. de elect. cap. 8. nu. 2. Mandagott.
de elect. nonor. Prælat. cap. 7.*

Prout neque ad dignitates, & Præla-
turas ascendere potest, *cap. Petrus 30. dist.
cap. quamuis 7. quæst. 1. cap. constitutionem, vbi
glo. in verbo intellectu, de verbor. signif. in 6.
Azor instit. moral par. 2. cap. 4. q. 14. Rota de-
cis. 190. p. 2. in recent.*

6 Et singula priuilegia minoribus con-
cessa furiosis pariter tributa esse cen-
sentur, *Bal. in l. iubemus, q. 3. C. de sacros. Ec-
cles. Bar. Bal. & Imol in l. qui neque, ff. de reb.
eor. Glo. in l. 2. versic. ad agnatum, C. de curat.
furios. Alex. cum Bar. in l. Iulianus, §. Adeo,
lit. G. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Barbat. cons. 42.
vol. 1.* cum alijs quos congerit *Simoncell.
in tract. de decret. in præfat. num. 73. pag. mi-
hi 14. Commun. opin syntag. vol. 4. fol. meo 119.*
vbi allegat *Damhouder. in Enchirid. parium
aut similium in verbo, furiosus.*

Quapropter meritò tanquam Regius
7 Assessor Ciuitatis Minorum iudicaui
sententiam latam aduersus Iulium Ra-
magliam ad exulandum per annū tem-
pore quo erat sanæ mentis, non esse exe-
cutioni demandandam, stante quod su-
peruenerat furor, itaut pro mentecapto
reputaretur ab omnibus, vltra fidem
Medici corā me præsentatam, prout &
ita notarunt *Bertran. cons. 462. vol. 4. Duen.
regul. 259. num. 3. Coler. de process. execut. c. 3.
num. 154. par. 3.* & recenter *Monach. decisio.
Bonon. 68. nu. 23.* & vide *Tusc. concl. 548. lit. F*
quare illum licentiandum mandaui, sub
cautione tamen data à quodam eius
fratre, quod si fortè in pristinam salutē
redierit seruaret exilium.

Pro qua decisione confert in simili,
nam videmus, quod si carceratus sit gra-
8 uatus graui morbo, Iudex debet à car-
ceribus dimictere sub cautione, prout
passim seruatur in Regijs Tribunalibus,
& si fortasè reperiretur pro causa ci-
uili detentus adhuc debet relaxari cum
idonea cautione, vel de redeundo quan-
do conualuerit, aut de soluendo, & con-
cordando partem infra dies arbitrio
suo; quod si non habeat fideiussorem,
vel ille non sit idoneus sit præceptum,
cre-

creditori, quod recipiat debitorem in-
firmum in eius domo, vel alibi, & quod
subministret necessaria, si aliundè non
habeat vndè se substentet, & si fortasè
creditor non curauerit id agere Iudex
debet dimictere debitorem sic infirmũ
ad Hospitale, vel illum consignare ali-
cui, & si non idoneo, vt seruari in Magnã
Curia Vicariæ, testatur *Mazzia in addit.*
ad Franc. Ant. de Iudic. Rober. in pract. de li-
quid. instrum. consid. 4. nu. 72. & ex alijs no-
tauit *Farinac. in pract. crimin. in tit. de carce-*
ribus, & carceratis, q. 33. num. 77. quod ego
practicaui tanquam Regius Guberna-
tor Aierulæ, & Plagiani in causa Io. Ba-
ptistæ de Ruocco, qui detinebatur car-
ceratus ad instantiam Michaelis Cinqui
pro debito ducatorum centum sexagin-
ta quatuor, nam dum graui morbo, vul-
gò nominato *puntura* esset grauatus, stã-
te quod erat pauper, expediui manda-
tum dicto Michaeli, vt illum reciperet
in eius domo, & quia neglexit id agere,
nè ex defectu medicamentorum, & alio-
rum necessariorum periret, transmisi
illum in Ciuitate Salerni ad Hospitale
Sancti Nicolai, vbi pariter post plurium
dierum numerum vita cum morte com-
mutauit, & sic creditor vno, eodemque
tempore credito, & debitore priuatus
fuit.

Amplia firmatam regulam esse verã,
& procedere quoque in mentecapto, &
9 demente, eà ratione, nam quæ dicuntur
de furioso habent locum in mẽte capto,
Glo. in §. furiosi, Instit. qui testam. facer. poss. &
in d. l. ratio nis, C. de curat. furios. Bal. in l. hu-
manitatis, versi. venio ad quartum, C. de nupt.
plenè *Fabian. de Monte in suo tract. de empt.*
& vendit. in 4. quæst. princ. num. 22. cum seq.
Vndè meritò furiosus, demens, & mente
captus simul coniunguntur in *l. cam de-*
mentis, C. de Episcop. Audien. & in l. si prædia
ff. de rebus eorum; quòd requiritur in ex-
timatione dotis, quæ fit quando filia
mentecapti matrimonium contrahit, est
necessarium pariter, vbi filia furiosi nu-
bit, quia Iudex cum consanguineis iuxta
personarum qualitatem illam decerne-
re debet, *l. si furiosi, & ibi Bald. C. de nupt.*
Duen. regul. 184.

Amplia similiter, illam esse veram in
10 frenetico, cùm & ipse pariter discretio-
ne careat, & consequenter tractari de-
bent vti furiosus, & sic electionis Fori
beneficio vti valet, prout & alijs priui-
legijs furiosi, quibus & minores, ita

quod in alienatione rerum ipsius, requi-
ritur pariter decretum Iudicis, *Simoncel.*
in tract. de decretis, in præfat. nu. 74. & ego
practicaui tanquam Regius Assessor Ci-
uitatis Minorum de anno 1628.

Declara tamen regulã suprapositam non
11 habere locum in eo, qui habet dilucida
interualla; quia non gaudet Fori Ele-
ctione, cùm non habeatur vti furio-
sus.

Quæ sanè declaratio probatur à si-
mili, nam videmus, quod licet furiosus
præsentare in iure patronatus prohi-
12 beatur tamen, si habent dilucida inter-
ualla benè posset id agere, *Lambert. de iu.*
patron lib. 1. par. 1. in 5. quæst. principali, art. 4.
sub nu. 2. & latius *in art. 17. Citadin. in eius-*
dem nominis tract. q. 14. par. 7. Peregr. dec. 100.
num. 7. & hinc licet furiosus non possit
13 dotare, tamen quando habet dilucida
interualla poterit id facere, *l. cum alijs,*
C. de cur. furios. Mant. decis. Rot. Rom. 2. prout
14 idem asseueratur de testamẽto furiosi,
quod licet non valeat, *§. furiosi, Instit. quib.*
non est permis. facer. testam. l. furiosum, C. qui
testam. facer. poss. etiam quod ad pias cau-
sas, testetur *Burg. de Paz cons. 12. spin. de te-*
stam. glo. 10. num. 7. Crass. in §. testamentum;
quæst. 17. Viu. dec. Perus. 1. num. 2. nec recon-
ualescit adueniẽte sanitate, *Canal. comm.*
contra commun. quæst. 11. nu. 3. id tamen fal-
lit, vbi habet dilucida interualla, *Viu. in*
Silua commun. opin. conclus. 544. Molfes. in
summa tract. de contract. tit. 13. cap. 2. num. 77.
Gall. in tract. de except. par. 2. tit. 1. except. 7.
à nu. 20. Tesaur qq. forens. 34. lib. 3. Phebus
decis. Lusit. 78. Martius decisio. Senens. dec. 17.
Negresdos in introduct. vltim. volunt. lib. 1. c. 7.
num. 10. cum seq. Sicque similiter vide-
mus, quod licet renunciatio beneficij
15 facta per furiosum, vel mentecaptum
sit nullius roboris, possitque ad renun-
ciantis libitum reuocari, si sanæ mentis
efficiatur, *Archidiac. in cap. quod autem,*
nu. 17. quæst. 2. Paris. de resignat. benef. quæst. 8.
num. 7. & 8. Tamen si renunciatio fuerit
facta ab eo, qui habebat dilucida inter-
ualla, tunc cessaret furoris impedimen-
tum, validaque esset renunciatio, ad te-
xtum *in cap. quamuis,* & ibi etiam *Turre-*
cremat. 7. quæst. 1. Et hinc furioso licet fi-
16 deinssionem lex exercere vetet cum
nullius actionis, seu negotij capax sit,
gl. 2. §. furiosus, ff. de iur. Codic. §. furiosus, Instit.
de inutil. stipul. tamen id intelligitur de
furioso, qui continuo furore grauatur,
at secus de habente dilucida interualla
vt

vt apud *Maur. in tract. de fideiuss. cap. 8. p. 2. princip. tit. 1. sect. 8.*

17 Sed an actus factus ab habente dilucida interualla censeatur gestus tempore furoris, vel sanæ mentis, latè declarat, vt alios omittam *Farinac. in fragm. crimin. in verbo, furiosus, qui semel, par. prima, Marta de success. par. 4. quæst. 1. art. 2.* vbi loquitur, si testamentum præsumatur factum ab homine sanæ mentis; & cùm mihi accidisset dubitari circa hunc articulum, fui in voto quendam contractum factum per Marcellum Sarappam communiter reputatum furiosum habentem dilucida interualla præsumendum esse gestum tempore sanæ mentis, dùm ille erat sic bene factus, vt ostenderet non esse gestum à demente, & saltem stultitiam non suscipiebat, sed cōgruebat homini sanæ mentis, ex *Bal. in l. furiosum, C. qui testam. facer. poss.* & ibidem alij *Menoch. de præsumpt. cap. 4. nu. 66. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5.* vbi copiosè præsumptio siquidem sanæ mentis resultat ex contractibus prudenter factis, *Paris. cons.* 888. *nu.* 62. *Boer. dec.* 23. *num.* 70. quos recollegit *Ramonius consil. decis.* 2, *nu.* 35.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet præsumitur sanæ mentis, & ideo qui non fuit furiosus, talis non præsumitur, nu.* 2.

3 *Furiosum aliquem dicens esse, id probare tenetur.*

4 *Testibus deponentibus de sana mente magis creditur, quam de furore.*

5 *Signa ostendunt signatum.*

6 *Res dicitur esse illius, cuius est signum.*

7 *Insignia, & arma inscripta in aliqua cappella, an probent ius patronatus.*

8 *Signa furoris enumerantur ab Authore vsq; ad nu.* 13.

14 *Furoris existentia est probanda tempore actus.*

ARGVMENTVM.

Furiosus. An quis præsumatur, & qualiter probetur Furor ad effectum de quo supra.

QVAESTIO XLIII.

1 Quæ ad finem præcedentis quæstionis scripsi, efficiunt, vt hoc loco explicem, An & quando quis furiosus præsumatur, & qualiter veniat probandus furor,

Regula igitur sit, quod quilibet præsumitur sanæ mentis, cùm propriè ipsius naturæ præsumptio sit, vt sensus, & ratio naturalis in homine præsumatur, *Bartol. Bald. & Castrens. in l. nec Codicillos, C. de codicill. Imol. in l. in illa, num. 7. ff. de verbor. oblig. Bal. in l. 1. C. de curat. furios. Vinius dec. 377. Dom. Ricc. in collect. dec. collect.* 157. vbi ad plures casus decisos de more infert.

2 Vndè quotiescunque constat eum, de quo quæritur, furiosum antea non fuisse, neque hodiè præsumendum esse furiosum, notarunt *Glo. in cap. fin. in verbo compotem de success. ab intest. Bar. in l. filium, ff. de acquir. hæred. Bald. in l. quidam, notab. 2. ff. de condit. Instit. Zabarell. in clem. pen. q. 2. de homicid. Soccin. Sen. consil. 42. lib. 1. Paris cons. 88. nu. 8. lib. 3. Perez in lib. 5. ordin. Hispan. tit. 2. pag. mihi 63. Paris de resign. benef. lib. 3. quæst. 8. num. 11. cum seq. Farinac. in suis fragment. criminal. in verbo, furiosus qui semel, par. 1.* quo in loco plena manu discutit si semel furiosus semper talis præsumatur,

3 Indè qui furiosum aliquem esse dixerit id ei onus probandi incumbit, *Fulgo. in cit. l. nec codicillos, C. de codicill. Bald. cons. 347 num. 3. volum. 3. Specul. in tit. de probatio. §. 1. nu. 19. Soccin Sen. consil. 61. post num. 13.* vbi optimè probat eos, qui super furore suæ intentionis fundamenta iacent eundem furorem probare debere, *Ruin. cons. 67. li. 1. Boer. dec. 23. n. 63. Tusc. concl. 541 & 543. lit F.*

4 Quare magis credi testibus attestantibus aliquem esse sanæ, quam insanæ mentis, cùm attestationes illæ conueniant naturæ, & ipsi iuri communi, voluerunt *Corn cons 219. col. pen. lib. 1. Soce. Iun. cons. 133. num 15. lib. 1. Decian. consil. 127. num. 35 lib. 3.* & alij Moderniores passim.

5 Verū, quia furor probatur ex signis, nam signa ostendunt signatum, *l. 1. §. si intelligatur, ff de edilit. edict.* sicut stigmata ostendunt militem, habitus clericum, purpura Regem, stola Sacerdotem, toga Officialem, cuculla Monachum, & marca mercatorem, vt ait *Bald. in cap. causam num. 2. extra, de probat.* vbi etiam *Felin, notab. 4.*

notab.4. & Dec.num.4. notab.3. col.1. & res
6 præsumitur esse illius, cuius est sigillum quo signata sunt, *l.stigmata, C.de fabricens. lib.12. Afflict.dec.23.nu.3. & 4. Mascard.de probat. conclus. 91. & 157. & conclus. 551. Menoch.de præsumpt.lib.3.quæst 64. Gonzal. in regul.8.Cancell.glo.60.nu.62.cum sequent. Maranta consil.129. Anna alleg.110. Dom. Ricc.collect.decis.coll.1798. & 1847. Auend. de exeq.mand.cap.16.par.2.* vbi plures casus recollegit, ex quibus signa demonstrant effectus signantis, *Cur.Philippic.p.2. lib.1.cap.7.num.*13.asserens *num.16.* quod si apud duos sit conuentio super rebus, quæ ad eos pertinent, eo quod eodem sigillo ambo vtuntur, possidenti bona signata sunt adiudicanda. Verum si for-
7 tassè non essent apud eos, sed penes tertios, tunc diuiduntur inter cõtendentes, & hinc insignia, & arma inscripta in aliqua Cappella concurrentibus aliquibus adminiculis, probant ius patronatus; *Cauale.dec.17.nu.15. Leon in thesaur. fori eccles.cap.6 nu.4. Garsia de benefic.par.5. cap.9. num.91. Barbos. de potest.Episcopi allegat.72. Dom.Ricc.de probat.iur.patro, res.31.*

Quare (vt ad materiam nostram reuertamur) meritò refert *idem Ricc. decis Cur. Archiepisc. 1.par.2.* decisum in dicta Curia personam exhibendam esse ad finem percipiendi si signa furoris ostenderet ad effectũ separationis thori quod me consulente fuit seruatum per Curiam Archiepiscopalem Amalfiæ, ideò visum est hic reponere aliqua signa quibus probatur, quem esse furore agitatum.

8 Primum furoris signum est, quando quis proijcit lapides per vias, nàm illũ furiosum, & dementem præsumi, scripserunt *glo.in l.si cum dotem, § si maritus, ff. solut.matrimon.* vbi etiam *Bald. & Angel. Dec.cons.448.nu.33. Crauett.consil.5.q.1. n.7. lib.3. Gram.cons.16.nu.11.in crimin. Decian. cons.126.nu.30.lib.3. Rozius decs.Lituaniæ 1. nu.11. Pacian.de probat.lib.1. cap.43.nu.25. Rota Rom.diuers decis.107.par.2. Raudens de Analog.cap.30.num.143.* qui id intelligũt quando absque causa lapides proijciũt, cùm interdum contingat sanos mente proijcere, vt quandoquis cum alio contendit, & se, suaque defendere conatur, vnde testes cauti esse debent, quando de huiusmodi signo, & coniectura attestantur, videlicet quod deponant talem proijcere lapides per viam more insani, & quod sanus mente id non egisset, & similis est coniectura, quandoquis via lutosa incedit, cùm bona possit incedere, vt respondit *Menoch. consil.82. nu.218. lib. 1.*

9 Secundum signum est, quando quis per vicos more insanorum loquitur, vel vadit deridendo, *l.absque vitio, ff de edilit. edict. Ang.in l.si cum dotem, ff.solut.matrim. Dec. & Ias.in l.qui furiosum, C.qui testam. facere poss. Signorol.cons.155.nu.4. Rot.alleg.decisio.108.nu.5.*

10 Tertium signum est, cùm quis loquitur verba inordinata, & similia, quæ ab homine sanæ mentis loqui non solent, is enim demens, vel furiosus præsumitur, *cap. legibus 93. distinct.* quod fatuus fatua lobuitur. *Glo.in cap.Gonsaldus 17. q.2. Crauett.cons.59.nu.6.lib.3. Menoch.d.cons.82. n.230. Suarez alleg.1.n.3. & 4. Surd.cons 89. nu.24.lib.1.*

11 Quartum signum est, quando quis reputatus est pro furioso, vel demente, *Alex.consil 54.nu.4.lib.1. Dec.d. l.qui furiosum, nu.30. Gram.cons.crim.26.nu.13. Crauet. cons.591.lib.3. Paris cons.87.lib.3. Hercul.de negatiua nu.157. Tusc.d.concl.541. num.42. & 43. lit.F.* Cõis enim reputatio gignit veritatem, prout communis error facit ius, vulgata *l.Barbarius, ff.de offi.præsid.* ad cuius ornatum latè *Valer.in different. inter vtrumque forum, in verbo nullitas,* vbi ad plura practicabilia infert.

12 Quintum signum est, vbi is taliter habetur, & probatur à Medicis, & peritis, vt respondit *Crau.cons.191.num.5.lib.3.* & voluit *Rota decisio. 107. num. 6. & 7. par.2.*

13 Sextum furoris signum sumitur, eo quia datus est curator alicui, tanquam tali, *Salyc.in l.cum te, C de probat. Alex.cons. 92.nu.4.lib.5. & cons.147.num 9.lib. 7. Corn. cons.21.nu.10 lib.1. & cons.32 num 7.lib.2. Lap alleg.25.post num.2. Nauarr.in c.si quando sub nu.1.de rescript. Dec.cons.448.num.14. & 35.* qui sic ècontra arguit aliquem præsumi, & censeri sanæ mentis, quando ab eo actus gestus fuit confirmatus authoritate, & decreto Superioris, qui alioquin passus non fuisset illum aliquid agere si furiosum, vel dementem cognouisset, sequuntur *Paris.d.cons.88.nu.34.lib.3 & Boer.dec.23.nu.80.* Verùm coniectura hæc non sumitur à persona eius, qui arguitur furiosus, sed à gestis aliorum.

Quam materiam habet latius apud *Mascard de probat. concl. 826. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.5. Menoc.de præsump. lib.6.*

lib.6.præsumpt.45.Vin.alleg.dec.177. & vide *Farinac.in fragm.crim.in verbo furiosum,p.1* vbi nouissimè recenset plures furoris species, item in verbo, *furor*, vbi discutit per quem, & quomodo probandus sit furor, pariter in verbo, *Furoris signa*, vbi furoris signa, & probationes scribit, etiã in verbo, *Furor quibus modis probetur*, quo in loco reperies si furor excludatur per assertionem Notarij dicentis, Testatorẽ esse sanæ mentis, & quibus alijs modis seu signis sana mens alicuius probatur, dicatur, & vide eundem in verbo, *Furorem probari*, vbi tractat, An & quomodo furor per testes probetur.

14 Vltra quæ notabis, quod adhoc vt furiosus, vel non furiosus quis dicatur, necesse est probari tempore actus illum furiosum fuisse, testemque sui dicti rationem reddere, etiam non interrogatũ, & quod standum est magis deponentibus de sana mente, ita *Vrsill. in Addit. ad Afflict.dec.365.nu.3.* vbi sic in Sacro Consilio decisum testatur sequuntur *Viuius in sylua commun. opin. concl.544. & D.Ricc. collectan. Decisio.collect.1557.* & alios omittam.

SVMMARIVM.

1 *Fatuus dicitur miserabilis persona, & reputatur minor, & in alienatione eius bonorum requiritur Iudicis decretum, nu.2.*
3 *Fatuus testari nequit.*
4 *Fatuitas debet esse vera, & grauis, vt operetur, nu.5.*
6 *Fatuo competit primum, & secundum beneficium.*

ARGVMENTVM.

Fatuus An vti possit Electionis, & Variationis Fori Beneficio.

QVAESTIO XLIV.

1 Regula firmatur, Fatuum reponendum esse inter miserabiles personas, & consequenter gaudere debere Electionis Fori Priuilegio, *Capibl.in prag.8.n.233 par.1.de Baron. ex Franc.dec.608.* eadem ratione, quia caret iudicio, & discretio-
2 ne, vndè reputatur tanquam minor, ita vt si extant alienanda eius bona requiritur decretum Iudicis, ac si minoris res alienandæ essent, *Simoncell.in tract. de decretis in præfat. num 74. vers decimo requiritur, pag.mihi 14.* & fatuo datur curator, *l.2.ff. de postul.Viuius in addit. ad decisio.521. num.33.*

3 Hinc illos testari non posse, patet apud *Cabed.decisio Rot. Lusit.97.nu.5.par.1.* reddendo rationem, quia non sunt rerũ manum Domini, & à curatoribus regũtur, *l.2.ff.de postul.l.vinum, ff.de cur. furios.* sequitur *D. Ricc. collect. 2965.* vbi secus euenerit, si is tantum sit stupidus, aut stolidus, & simplex, si tamen habeat aliquem verum intellectum animi iudicium, quia iste testari poterit, ex communi DD. sententia, de qua *Gomes. lib.1. Variar.resolut.cap.6.num.2.Simon.de Prat.de interpret. vltim.volunt.interpr.6.dubit.prima, num.21.*

4 Declara tamen procedere, vbi fatuitas esset vera, non autem ficta, cùm aliquando sapientes simulent insaniam, vel ad euitandam pœnam, velut consequantur aliquem eorum intentum, vt refert *Alber.in diuers.ff.de offic.prætor.Boer.dec.23. num.42.in fine, Martius examin.9. fol.124. inter decis. Rotæ Senens.* vbi idem dicit,
5 quando fatuitas esset adeò læuis, quod non auferret animi iudicium, & rectum sensum, vt quando quis est solum minus perfecti ingenij, vel intellectus, nàm tũc ista fatuitas, vel potius leuitas non æquiperatur furiæ.

6 Quæ omnia sunt consideranda, quando fortasse huiusmodi peterent primum & secundum beneficium, quod illis competere non est dubitandum, prout tali beneficio succurri debere, notauit *Imbrian. in tract. de primo, & secundo beneficio consid.3.nu.145.*

SVMMARIVM.

1 *Fatuus dicitur, qui non caret intellectu, licet integrum animo vigorem non habeat.*
2 *Fatuus dicitur, qui fatua loquitur, & omninò desipit, nu.4.*
4 *Fatuitas quandoque leuis, & quandoque grauis.*

ARGVMENTVM.

Fatuus quis nam dicatur, ad finem de quo supra.

QVAE-

QVAESTIO XLV.

1 REquirit firmata Regula, quod hic videamus quis nam verè appellari possit fatuus, quare notandum est, quod talis vocari potest, qui non caret intellectu, licet integrum animi vigorem non habeat, vt post plures quorũ doctrina vtitur, affirmat *Dec. in l. furiosum, nu. 8. C. qui testam. facere poss.* & videndus est etiam *tex. in cap. legimus, 9. distinct.* vbi dicitur fatuum esse, qui fatua loquitur, quasi quod
2 fatuitas consistat in loquela, & non in operibus, ex allegatis per *Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 43. nu. 11.* vbi probat in hoc cognosci fatuum à stulto, quia fatuus cognoscitur ex verbis, stultus autem ab operibus, & *num. 12.* Dixit leuius esse, quem esse stultum, quam fatuum, & idem dixit *Menoch. de præsumptio. lib. 6. præsumpt. 45. num. 9.* vbi propterea, quod fatuus est is, qui omninò desipit, verò, qui aliquid sapit, uide etiam ad hanc materiam *Cardin. Tusch. in lit. F. conclus. 539. num. 25. & seqq.* ubi probauit fa-
3 tuitatem, quandoq; leuem, & quandoq; grauem, fatuumque, quem esse, quandoque in totum, &, quandoque non in to-
4 tum, & quod fatuitas à principio, quandoque est leuis, & postea ex tempore augetur, prout in dies quidẽ uidemus. & multi insignes Medici huius inclytæ Ciuitatis Neapolis me certiorem fecerunt in discursis, quandoque cum eis habitis, & ad materiam uidendus est, *Menoch. in tract. de arbitr. Iud. cas. 529.*

SVMMARIVM.

1 *Lunaticus reputatur miserabilis persona.*
2 *Decretum Iudicis requiritur in alienatione bonorum lunatici.*
3 *Lunaticus non potest ordinari.*
4 *Primum, & secundum beneficium competit lunatico.*

ARGVMENTVM.

Lunaticus Num Fori Electionis, & Variationis priuilegium allegare possit.

QVAESTIO XLVI.

1 REgula sit affirmatiua, eò quod Lunaticus in miserabilium personarum numero reponẽdus est, & ideò tanquam talis huiusmodi Electionis Fori Priuilegio gaudere debet, lunaticus siquidem caret discretione, itaut habeatur tanquam furiosus, & minor, vndè benè fruitur ipsorum prærogatiuis, quare in aliena-
2 tione bonorum ipsius requiri pariter decretum Iudicis, ac si vendendæ essent res minoris, vel furiosi, constat apud *Simoncell. in tractat. de decret. in præfation. nu. 74.*
3 Et cùm vt diximus lunaticus discretionem non habeat meritò ordinari prohibetur, *cap. maritum, & cap. communiter,* & vtrobique *Gl. 33. distinct. Aluar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 48. Nauar. in suo manual. cap. 27. num. 203.* & post alios prosequitur *Reginal. in praxi fori penitential. lib. 30. tract. 2. nu. 30. cum seq.*
4 Indè infertur huiusmodi, posse & deberi concedi primum, & secundum beneficium, siuè restitutionem in integrũ, prout cum effectu ego tanquam Regius Iudex Ciuitatis Amalfiæ, volui practicare in causa Sabatelli de Hyacinto, qui hoc persepè laborabat morbo, quem mandaui esse admictendum ad petitum beneficium, prout cum effectu fuit admissus die 17. Augusti 1618. Camardella existente Actuario, illique est dandus curator.

SVMMARIVM.

1 *Lunaticus dicitur, qui in interlunio genitus fuit, vel cuius mens propter Lunam suum non facit officium, nu. 2.*
3 *Laborans morbo Lunæ, quid agat tempore Lunæ.*

ARGVMENTVM.

Lunaticus quis nam dicatur, ad effectum de quo supra.

QVAESTIO XLVII.

QVia conclusimus lunaticum reputari miserabilem personam, ideò pro de-

declaratione notare debemus lunaticũ illum appellari, qui in interlunio genitus fuit, cùm Luna ipsa mutabili, defectum, atque mutabilitatem patitur, menteque abalienat, itaut insanat, *Maioll. in suo tract. de irregularit. cap. 16. lib. 1.* quem refert, & sequitur *Vsuald. in candelabr. aur. in tit. de irregul. ex defect. corpor. pag. mihi 542. col. 2. nu. 5.*

2 Et secundum *Straciam in tract de mercatur. par. 3. nu. 23.* lunaticus dicitur ille, cuius mens propter Lunam suum non facit officium, per textum quem allegat *in l. laborem, §. aliquando, ff. de edilit. edicto.*

3 Videmus inquam, huiusmodi morbo laborantem tempore Lunæ mille facere motiua, sensum non habere, insanum à cunctis reputari, in terram se proijcere, virtutem quasi perdere, calore carere, & aliquando quasi mortuum non loqui, nec vllos viuæ creature actus gerere.

SVMMARIVM.

1 *Conuersus ad fidem reputantur miserabiles persona, & gaudet Fori Electione, sed declara, vt n. 4. & 9.*
2 *Mulier conuersa ad fidem, an possit petere dotem ab Episcopo.*
3 *Iudæa nouiter baptizata dicitur miserabilis persona, & gaudet fori Electione.*
4 *Conuersus ad fidem nouiter, Neophitus appellatur, quasi nouus in fide.*
5 *Miles quousque dicatur nouus.*
6 *Mancipia noua dicantur, quæ anno nondum seruierunt.*
7 *Vxor noua vocatur, intra annum nuptiarum.*
8 *Vinum nouum dicitur intra annum.*

ARGVMENTVM.

Conuersus ad Fidem, Electionis, & Variationis Fori Beneficio An vtatur.

QVAESTIO XLVIII.

1 Regula sic affirmatiua reputari scilicet tales conuersos ad Fidem miserabiles personas, ita quod valent vti Beneficio Electionis, & Variationis Fori, vt tradunt *Anan. & Innocent. in cap. Iudæi, de Iudæis, DD. in cap. significantibus, de officio delegati, Marquard. in suo tract. de Iudæis, par. 3. cap. 8. nu. 2. in princip. vers. & hoc specialiter, Amat. decis. Rotæ Marchiæ 207. sub num. 7. Cochier. de iurisdict. in exemptos, par. 4. q. 108. Capiblanc. de Baron. prag. 9. nu. 333. in fine, Rodriq. quæst. regul. tom 4. quæst. 65. artic. 3. Tamburrin. in tract. de iure Abbatum, quæst. 15. quæsit. 7. num. 12. tom. 1. Annotat. ad Stat. Parm. in Rubrica de ratione summaria reddenda miserabilis personis, vers. conuersi ad fidem,*
2 subdens, quòd si conuersa fuerit mulier, poterit petere dotem ab Episcopo, saltem in bonis inter pauperes distribuendis, vel ab eo, qui habet potestatem distribuendi, cum eius arbitrio remittatur, allegat *Marquard. antesignaeo capit. 8. num. 2.*

3 Vndè meritò Iudæas nouiter baptizatas miserabiles personas, quoad effectum Electionis Fori Beneficium appellant, *Felyn. cit. cap. significantibus, n. 8. in fine,* refert, & sequitur *Trentacinq. variar. resol. lib. 2 in tit. de citat. resolut. 2. nu. 36. addo Rebuff. in Constit. Franc. in tit. de sentent. prouisional. glo. fin. col. 4. vers. decimo quarto, Menoch. de arbitr. Iudic. in addit. ad cas. 166. num. 30. Barbos. in remis. DD. ad ordinat. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 1. §. 3. nu. 19.*

Ita quod mulierem Iudæam conuer-
4 sam ad fidem potiri priuilegio dotis annuerunt *Abb. Præposit. Anchar. Hostien. Prapos. & Alex. de Neuo in cap. gaudemus, de diuort.* quos recenter *Ricciul. in tractat. de iur. personar. lib. 2. cap. 48. num. 12.* refert.

Ex quorum Doctorum numero apertè patet hanc opinionem esse communiter receptam, & ideò ab illa recedendum non est.

Miserabiles quidem appellari possunt, dùm se omnibus bonis spoliant, sed felicissimi, & beati, dùm mediante baptismo fidem nostrum agnoscunt, & paradisi gloriam sperant, ex quo tanquam propter adeptam sacri baptismi dignitatem esse honorãdos, annuunt *Montal. in 2. glo. tandi. 30 tit. 1. mm. Vaneg. par. 1. tit. las differentias de libros, lib. 3. del officios, & vsos de la razon. cap. 9. Suar. commun. opin. tom. 1. lib. 1. tit. 16. nu. 17.*

4 Declara tamen hoc priuilegio posse vti per annum à die baptismi, non amplius, quoniam isti nouiter conuersi ad fidem, appellantur *Neophiti, cap. sicut 48. distinct.* quasi noui in fide, *Turrecremat. 48 distinct. in summa nu. 2.* & secundum *Ric-*

ciullum in special. tract. de Neophitis cap. 10. Tales dicuntur noui Christiani intra annum à die baptismatis computandū,
5 post annum verò sunt computandi inter Christianos antiquos, exemplo militis, qui dicitur nouus quousque anno completo non militauerit, illo autem elapso inter veteranos computatur, *l. qui cum vno, §. fin. & l. commeator, versic. Tyroni, ff. de re milit. Boer. dec.* 260. vt etiam mancipia
6 nostra appellantur, quæ anno nondum seruierunt, *l. fin. §. quoties, vers. sunt autem, ff. de public. & vectig. Zabarell. cons. 34. sub nu.* 3. vt pariter nouus appellatur Ciuis intra annum, *Ias. in l. 1. sub num. 70. C. de sacros. Eccles. Curt. Sen. conf. 27. num.* 18.
7 & noua vocatur vxor intra annum nuptus, *cap. 1. 35. quæst 8. vbi gl. Bertach. in tractat. de gabell. par. 7. quæst. 32. num.* 55. qui etiam nouum appellat Crisma, quod nō excedit annum, *c. literis. de consecrat. dist.* 3. & pariter vinum nouum dicitur intra annum, *l. metus, ff. de tritico, vino, & oleo legat.*

Sed hæc licet sint vera, prudens autē Iudex suo vti potest arbitrio circa concessionem huiusmodi priuilegij iuxta facti, & personæ qualitatem etiam post annum, & annos, prout Deus inspirabit.

Declarat pariter præfatam regulam *Anania in cap. Iudai, num.* 8. procedere, quando sunt pauperes, vt pariter eum referendo sequitur *Amat. d. dec.* 105.

Sed ego talem sententiam, non putò veram, cùm pauperes expressè potiantur huiusmodi electionis fori priuilegio, & si hoc esset, qualitas illa conuersionis ad fidem nihil operaretur, & seruiret de vento, & ideò declarationi non esse inhærendum, affirmo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia gaudet fori electione, quia reputatur miserabilior inter miserabiles, quoad priuilegia, nu.* 2.
3 *Argumentum de pupillo ad Ecclesiam, valet.*
4 *Ecclesia vtitur iure minorum.*
5 *Ecclesia eligit forum tam si agat, quàm si non, imò etiam si agat ad distractum, nu* 6.
7 *Agens ad distractum rei forum sequitur.*

ARGVMENTVM.

Ecclesia Nùm Beneficio Electionis, & Variationis Fori fruatur.

QVAESTIO XLIX.

Regula sit affirmatiua, Ecclesiā scilicet habere hoc priuilegium eligendi forum, vt tradiderunt *Rebuff. in Constit. Gall. tit. de sentent. prouision. glos. fin. num. 5. Afflict. num. 16. & Andr. ab Isern. in Constit. Regni, Statuimus, nu. 3. de offic. Magistr. Iustit.* vbi iuxta hanc opinionem decisum refert in Sacro Consilio, & fuisse factam declarationem, quam annuit esse in registris, quando Rex Robertus erat sui Genitoris Vicarius, *Tesaur. dec. 177. num. 1. Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 66. num. 25. lib. 2. Cumia in ritu M. C. Sicil. 38. num. 471. Viuius dec. 521. nu. 3. Modernus noster Doctor Neapl. in tract. de iurisdict. cap. 21. nu. 5. par. 2. Trentacinque variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 34. Montalegr. in praxi exercit. act. lib. 1. cap. 9. num. 350. Dom. Ricc. in collectna. 2303. in fine,* & alij DD. communiter, iuxta quorum opinionem quotidiana viget praxis.

Et licet contrarium voluerit attestari *Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 5. versic. verum de Ecclesia,* vt refert *Borrell. in summa decisio. tit. de iuram. perhorrescentia, num. 28. tom. 1.*

Tu tamen à regula, quæ est verior, & à praxi communiter approbata, nè recedas Ecclesia, inquam miserabilior inter personas miserabiles quoad priuilegia reputatur, vt per *Gram. in Const. Reg. Iusti,* quem refert, & sequitur *Balzaran. ibid. nu. 9. Genuen. in pract. Eccles. quæst* 436. & pauperum, miserabiliumque personarūm priuilegio vtitur, *Viu. dec. 521. nu. 3. Castill. dec 198. nu. 8. p. 2.*

3 Et argumentum de pupillo ad Ecclesiam valet, *Cantiuncul. in 21. specie loci à simili Antonin. var. resolut. lib. 1. resol fin cas. 44. Genuen. in practicabil. eccles. quæst. 276. nu 2.* quia Ecclesia æquiperatur pupillo, *glo fi. in l. si procurator, ff. de iure fisci, Bald. & Bolognett. in l. Ciuitas, ff. si cert. petatur, Perrect. ad extrauagant. Ambitiosæ, in verbo quicquā, num. 23. de reb. Eccles. non alienand.* itaut
4 iure minorum vtatur, *Cacher. dec. 86. Menoch.*

moch. de Arbitr. Iudic. quaest. 34. Cardin. Tusc. conclus. 284. nu. 29. lit. L. & conclus. 241. nu. 3. lit. M. Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. consider. 4. nu. 7. antè eos latius Tiraquel. de priuileg. pia causa priu. 142.

Et hanc tenendo opinionem illam

5 amplia sequentibus modis: Et primò, procedere & habere locum tàm si Ecclesia agat, quàm si non, iuxta tradita per Capyc. decis. 160. Foller. in cap. Regni, quoad decretum, nu. 13. Dom. Regens Tappia in cit. Constitut. Regni, Statuimus, nu. 21. Carauit. in ritu 133. n. 1. & seq. Prases de Franchis decis. 234. num. 4. Calà in tract. de modo artic. & proband. glo. 1. §. 1. nu 100. Vasq. controuers. illustr. lib. 2. cap. 5. num. 1. Dom. Ricc. in collect. decis. 86. Thor. in compend. decis. Regni, in verbo, Ecclesia, an habeat fori Electionē, il secundo, tom. 1. & ita seruatur in praxi in Regijs Tribunalibus.

6 Amplia secundò, illam esse veram etiam si Ecclesia agat ad distractum, nam pariter fruitur electione, & Variatione fori, vt apud Petrum in addit. ad d. decis. Capyc. 160. allegat Innocent. in cap. cum sit generale, de foro compet. Roman. sing. 113. & hanc opinionem pariter sequitur Dom. Ricc. in collect. dec. 309. circa medium. versic. Item Ecclesia; licet regula sit quod

7 agens ad distractum sequatur forum rei, iuxta terminos textus in l. 2. C. vbi, & apud quem, & iuxta hanc opinionem vidi expeditas prouisiones per Magnam Curiam Vicariae ad instantiam Parochi Ecclesiae Sancti Matthaei Regiae Terrae Aierulae contra Matthiam de Acampora.

SVMMARIVM.

1 Pia causa habet priuilegium eligendi forum.

2 Pia causa, & Ecclesia aequiperantur.

3 Ecclesia appellatione continetur omnis locus pius, & nu. 5.

4 Bona locorum piorum non possunt alienari absque sollemnitatibus.

6 Ecclesia potitur beneficio restitutionis in integrum, sic etiam & pia causa, nu. 7.

8 Legata pijs causis possunt solui Ecclesiae, Confraternitati, & Hospitali, & è contra.



ARGVMENTVM.

Pia Causa, An gaudeat Beneficio Electionis, & Variationis Fori.

QVAESTIO L.

1 Regula sit tale beneficium Electionis, & Variationis Fori competere etiam piae causae, vt in proprijs terminis recenter aduertit D. Ricc. in Schol. ad Tiraquell. de pia causa priuileg. 140. & 142. vbi ad id nos allegat in prima impressione Neapolitana, & ita seruatur in praxi apud Regia Tribunalia huius Clarissimae Ciuitatis Neapolis.

2 Quae sanè opinio ratione non caret, siquidem pia causa, & Ecclesia in iure aequiperantur, cap. requisisti, §. secus autem, de testam. Barbat. in cap. fin. eodem tit. itaut priuilegia Ecclesiae concessa competunt pariter, & piae causae, & illa gaudet eisdem beneficijs, & praerogatiuis, quibus & Ecclesia vtitur, Io. Andr. Ancharan & Domin. in cap. 1. de in integr. restit. in 6. Innoc. in cap. relatum, & ibi etiam Panorm. col. fin. de testamen. idem Panorm. in cap. nulli, antè finem, de reb. Eccles. non alien. quos refert, & sequitur Tiraquell. de pia causa d. priu. 140. vbi assignat rationem, quia est eadem vtriusque ratio, nam Ecclesia sua priuilegia habet propter animam, & contemplationem Dei, Medic. in opusc. 4. n. 15. vnde appellatione Ecclesiae continetur omnis locus pius, Rocch. de Curte in tract. de iure patron. in verbo, Ecclesia, num. 10. Dom. Ricc. decisio. Cur. Arcgiepisc. 147. nu. 8. part. 1.

4 Hinc enim videmus, quod eadem requiritur sollemnitas in alienatione rerum piae causae, quae in rerum Ecclesiasticarum alienatione est necessaria Panormi. qui dicit id esse semper notandū, & Barbat. Hostiens. Imol. & Io. Andr. in cap. nulli, de testam. per tex. in §. quia vero, Authen. de non alien. & Auth. hoc ius porrectū, C. de sacros. Eccles. Anchar. cons. 274. colum. 1. Castrens. cons. 269. col. 1. lib. 1. Franc. qui id dicit singulariter in cap. 1. col. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. quibus iungo Medic. in opuscul. 4. num. 29. & Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. 6. num. 5. vbi ad id allegat Gabr. concl. 2. num. 4. & 9. de pia causa, & Rodan.

dian.in rub.de reb.Eccles. non alien. num.62. pag.52. & addo Tiraquel.de pia causa, priuileg.137. vbi firmat non malè inferri ab
5 alienatione rerum Ecclesiæ ad alienationem rerum piæ causæ, quia Ecclesiæ sub nomine qualibet pia causa venit, Filiucius de stat. clericor. tractat. 44. capit.4. num.19.

6 Et hinc pariter ficuti Ecclesiæ restituitur in integrum ratione læsionis, cap.1.de in integr.restitut. Cappell. Tholos.decisio.54. Benintend. dec.85. Odd.de restitutio. in integr.quæst.3.art.4.par.1. Cardos. in praxi Iudic.& Aduoc.in verbo, Ecclesia, num.35. D.Ricc.in praxi fori Eccles. res.188. par.1. in
7 secunda edit.sic etiam,& pia causa,vt voluit Io. Andr. in d.cap.1. & 2. vbi Imol. & Domin.de in integr.restit.in 6. Aretin.in l.1. col.fin C.de sacros.Eccles. priu.12. Ancharan. in cap.nulli, de reb.Eccles.non alien. Roman. sing.44. Tiraquell.de pia causa priu.138. Mastrill.decis Sicil.110.nu.3.

8 Quare meritò pijs causis relicta solui possunt Ecclesiæ, & èconrà, tantò fortiùs, quia illa posse solui Hospitalibus, & Confraternitatibus absque authoritate Episcopi erectis, notarunt Tiraquel.de pia causa in præfat. vers.Item relictum Hospitalibus, Valasc.dec.10. num 38. Aegid. in repet. l. prima, C. de sacrosanct. Eccles. quos nouè refert,& sequitur Barbos.in tract.de offic.& potest.Episc.alleg.75.nu. 38. par.3.

SVMMARIVM.

1 Piæ causæ nomen, quando habeatur.
2 Fauor Animæ vbi respicitur, dicitur pia causa.
3 Legatum factum pro Anima consanguinei, an dicatur pium,& nu.4.5.& 6.
7 Testamentum ad pias causas, quando dicatur.
8 Alimentorum causa dicitur pia, & quare, num. 9.
10 Iudex Ecclesiasticus adiri potest pro consequendis alimentis, sed quando, nu.11.
12 Argumentum de dote ad piam causam valet.
13 Dotis causa dicitur pia, & quando secus, num. 18.
14 Stipulari alteri fauore dotis, & pia causa, quis potest.
15 Mandatum reintegra fauore dotis non expirat, & in tali causa proceditur de bono, & equo,nu.16.
17 Verba enunciatiua probant fauore piæ causæ, & fauore dotis.
19 Reuerenda Fabrica Sancti Petri de Vrbe, quando se intromittat in legatis factis pro dotibus puellarum.
20 Refectio pontium & viarum,respicit publicã vtilitatem.
21 Legatum pro refectione pontis, dicitur pium, sic etiam vbi est factum pro refectione Ciuitatis, pro fabrica Cappellæ, pro erectione Campanilis,& similium,nu.22.& pro monumento,nu.23.
24 Funeris impensa facta pro paupere animo non repetendi censetur facta.

ARGVMENTVM.

Pia Causa, Quænam dicatur, Ad finem de quo supra.

QVAESTIO LI.

Consentaneum est, & maximoperè congruit, quod cùm supra conclusum fuerit,piæ causæ priuilegium eligendi,& variandi forum competere, hic etiam,& aliqua circa piæ causæ materiam, vltra alibi enunciata, quam breuiter disserere.

Regula igitur sit, quod vt piæ causæ nomen aliquid habere possit, pietatem
1 continere debere, non solum nomine, sed etiam & effectu,& sic substantialiter l.cùm hi,§.sed personarum,& §.si in annuis ff. de transl.l.1.C.de mendicant.valid. lib.11.& successiuè est omne illud,quod respicit vtilitatem Ecclesiarum, Monasteriorũ, Montium pietatis, Hospitalium, Confraternitatum,Extauritarum,Montia,& aliorum similium locorum piorum, mõtiũ pauperum,& miserabilium personarum, aliorumque operum charitatis,vtputà Studij, libertatis,& incertorũ,& maleabatorũ, Siluestr. in summa, in verb.legatum,il quarto,Card.Tusc.concl.106. lit L. Simon de Petr.de interpretat.vltim.volunt. li.4 dub.1.Mangil.de imput. & detract. legitima,quæst.120. & plenè Tiraqu. qui de his omnibus discurrit de priuileg.piæ causæ,in præfat.

2 Itaut vbi fauor animæ respicitur pia causa insurgit, indè quoties testator aliquid pro anima erogat piam causam vtique

vtique respicit, cùm omne relictum pro illa ad piam causam legatum censeatur, *§.si vnum de prædictis, Auth. vt cùm, de appellat. cognosc. Glo. & Bald in l. illud, C. de sacros. Eccles. Castrens. cons. 167. nu. 4. lib. 2. Gabr. conclus. 1. nu. 11. de pia caus. Intrigl. sing. 67 num. 139. lib. 3. Brunor. à sol.* qui concordantes citat *in suo compend. resolut. in verbo, legatum pro anima, Rota diuers. decis. 74. par. 2. Crass. in §. testamentum, quæst. 17 nu. primo, Spin. de testam. glo. 31. nu. 40. Bonacin. de testam. puncto 5. nu. 4. Muta decis. Sicil. 41. n. 33.* & ideò omne relictum pro anima debetur à quocumque successore, adhibita tamen sollemnitate, *Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiss. Pellicc. in consuet. Auers. cap. 3. nu. 393.*

5 Quod adeò est verum, vt locum habeat etiam si fieret ad fauorem consanguineorum, dummodò re vera egeant, & in statu suo cūmodè viuere nequeāt, per *Glos. notabil. in cap. 2. de sepultur.* non enim sufficit si exprimatur fieri pro anima; sed re vera debet concurrere paupertas moralis legatarij, vt larius discutit *Tiraquell. in speciali tractat. de pia causa in præfat vers. item relictum pro anima, Nauarr. de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 26. num. 4. Sanchez de matrimon. lib. 1. disput. 4. nu. 10. Molin. de rit. nupt. quæst. 13. nu. 32. li. 3. Lopez de contract. cap. 40. lib. 2.*

4 Hinc est, quod si fieret legatum consanguineis non expressa causa pia, vel pro anima intelligitur potius factum consanguinitatis fauore, & contemplatione, quam ratione piæ causæ, *l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excus. tutor. Simon de Prat. in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. 4. dub. 1. Surd. decis. Rota Mant. 322. num. 16. Prases de Franch. dec. 565.* vbi in facti contingentia ita decisum testatur etiam dùm aderat præsumptio paupertatis, quæ non fuit in actis probata, & ideò determinatum fuit, Iudices Reuerendæ Fabricæ non posse cognoscere de hoc legato, quia non erat ad pias causas, sequitur *Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 13. c. 5 n. 156. to. 2.*

5 Licet & non desint, qui magis equam secuti sunt sententiam, vt in dubio legatum factum consanguineo pauperi censeatur pro anima, & intuitu pietatis relictum, & non ratione consanguinitatis simpliciter, vt apud *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 25. & seq. & lib. 12. tit. 17. nu. 30. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. nu. 9. Tesaur. forens. quæstio. q. 44. sub nu. 2. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 605. num. 28. & seq. Quarant. in summa Bullar. in verbo, Fabrica Sancti Petri de Vrbe, Genuen. in practicab. eccl. q. 573. ? circa n. 20.* recenter *Thor.* qui sic ait decisum per Iudices Reuerendæ Fabricæ huius Ciuitatis Neapolis in legato facto à quōdam Francisco Rauascherio, penes Actuarium Trabucchum in *summa priuileg. piarum causar. priuil. 175.* de quo vidēdus etiam *Dom. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 381. par. 2.*

6 Indè primam opinionem veram nuncuparem, quando legatum esset factum consanguineo diuiti, vel amico diuiti, nam tunc non censetur ad pias causas, sed contemplatione consanguinitatis, vel amicitiæ, vel alterius non piç causç, *Caphal. cons. 216. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 1177. nu. 13. Grat. cons. 9. num. 29. & 31. lib. 2. Bellon.* qui sectatur de communi *cons. 16. nu. 2. Mangil. de imputat. & detract. legitimæ quæst. 120. n. 1. Thomas. in tract. var. de vltim. volunt. tract. 10. cap. 9. num. 145.* vbi quod duo requirūtur ad esse piæ causæ nempè pietas personæ, & quod causa pietatis fiat, ex *Bal. in l. illud, num. 1. C. de sacros. Eccles. & Sanchez de matrimon. lib. 1. d. disput. 4. num. 9.* addo *Santarell. variarum resolut. lib. 1. resol. 62. nu. 2.* & legatum dici pium tàm actenta causa, quàm qualitate personarum, cui fit, dixit *Menoch. de præsumpt. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 115. nu. 2. eminentiss. Cardin. Caualer. decis. Rot. 27 num. 2.*

7 Notabis tamen, quod testamentum, in quo relictum est aliquid consanguineo pauperi, si aliter valere non potest sustinetur tanquam factū ad pias causas, *Mascard. de probat. conclus. 1176. nu. 17. Surd de aliment. tit. 8. priuil. 1. nu. 17. D. Reg. Valenz. cons. 10. num. 14.* licet regulariter testamentum tunc ad pias causas dicitur pertinere, quando legata pia maiorem substantiæ testatoris partem absorbent, *Cæsar de Graff dec. 5. de testament. Thomas. in tract. de vlt. volunt. tract. 10. tit. 2. cap. 33.*

8 Alimentorum etiam causa dicitur pia, & fauorabilis, *l. mela, Ibi (pietatis intuitu) vbi notant Glo. Bar. & reliqui, ff. de aliment. & cibar. legat. l. sancimus, C. de sacros. eccles. §. aliud, Auth. vt cùm, de appel. cognosc. l. cùm hi, §. in annis, ff. de transact. l. si quis Titio, ff. de leg. 2. latè Gigas de pension. quæst. 51. Crauett. cons. 199. n. 10. Menoch. cons. 72. n. 13. Afflict. dec. 257. Card. Mant. de tacit. & ambig.*

big.conuent.lib.13.tit.12.num.1.Vital.in tractat.de.clauf.tit.An renunciari possit iuri alimentorum, vbi infert, quod cuique de populo, licet postulare pro alimentis, *§.fin autem hoc facere, versic.autem scimus*, (Ibi omni alij) *in Auth.Eccles.tit.Corduba*, qui concordantes adducit in *l.si quis à liberis §.vtrum, nu.1.ff.de liber. agnoscend.* cùm ita seruetur in pijs causis, *Falyn.in cap.fin.de accus.Roman.cons.428.n.11.Santarell. 2.par. resol.lib.1.resol.69.num.6.* taliter, quod valet argumentum de alimentis ad pias causas, *Cantiunc.in topic.leg.in 14.specie loci à simil.*

9 Cuius principalis conclusionis ratio assignatur per *Surd.in tract.de alimen priuileg.1. num.2.* quia ad piam causam iudicatur, quod relinquitur modo pro subleuanda anima cuiuscunque Catholici, sed etiam pro subleuando animato corpore, vt inquit *Bald.in auth.similiter, num.2.C.ad leg.falcid.* at corpus animatũ non potest aliter eleuari quam per alimenta, *Glo.in l.si cui annum, ff.de ann. legat.*

10 Hinc videmus, quod pro alimentis cõsequendis potest adiri Ecclesiasticus, *cap.significantibus, de offic.deleg.Bar.in l.solent ff.de alimen & cibar.leg.nu.13.Gemin.in c.si quis deliquerit*, vbi etiã *Prapos.in fin.dist.30. Molin.de Hispan.primog.lib.2.cap.15.n.76. Surd.* plenè *de aliment.priu.9.Gutt.practic. quæst.cap.44.lib.1. Gratian.discept.forens.li.1 cap.60.nu.30.cum seq.& cap.154.n.10. cum sequent.* nàm in relictis ad pias causas Iudex Ecclesiasticus benè procedere potest, *Glos. in cap.relatum, de testam.* vbi etiam *Abb.Imol.Barbat.& Couarr. nu.13. Tiraquel.de priuil. pia causæ priuil. 149.* vbi quod quando versatur causa pietatis Episcopus habet iurisdictionem in laicos, ex *l.1.& ibi Bald.C.de Episcopal.Aud. cap.1.& 2,87.distinct cap.super quibusdam, in fine, de verbor.signific.* cùm latius notatis per *Barbos. in suo tract. de offic. & potest. Episcop. alleg. 82. par.3.* vbi plenè ex isto axiomate ad plurb infert corollaria, & Ecclesiasticum posse cognoscere de alimentis filio spurio debitis, tutantur *Santarell.var.resol.par.1.quæst.34. & Diana*, qui alios citãt *in resolut.moral. tract.de immunit.Eccl.res.85.*

Declara tamen, supradicta procedere vbi alimenta sunt relicta pauperi, se-
11 cus si diuiti, quia communi calculo distingunt DD. legatum alimentorum dici pium, quando fit pauperi, secus si diuiti, argum.*tex.in d.§.aliud quoque ibi egenis alimenta impendant, Authent.vt cum de appell.cognosc.l.hi singulos, ff.de transact.§.interdicimus, de eccles.titul. l.sancimus, C.de sacrosanct.Eccles.* qui loquitur de laborantibus famæ, & ita in proprijs terminis notarunt *Bart.in l.alio, nu.4. & 5. ff.de aliment.& cibar.leg.& in tract. de alim.nu.14. Imol.Ang.& Alex.in l.Diui, ff.ad l.falcid.* annuentes id procedere quamuis testator exprimat se relinquere amore Dei, latè *Surd.de alimen. priuil.1. num.3. & 9. Barbos.in l.1.par.1.num.55. ff solut. matrim. Modern. in tract. de cognition. per viam violentiæ, quæst.13. num.12. & quæst. 21. par. 2. Brunor.à Sol.in compend.resol in verbo, legatum alimentorum, Dom.Reg.Valenz cons.10. sub nu.9.Mangil.de imputat.& detract legitime quæst.121.Thomasius in tract.var.vltimar.volunt.tract.10.cap.16.tit.1.* videndus omninò *Cened.canon.quæst.cap.14.* vbi alias qualitates adhuc esse necessarias tutatur, nempè quod sit pauper tempore quo trahit laicum ad iudicium, & quod alimenta, quæ petuntur non sint præterita, sed præsentia, vel futura.

Sed quia argumentum validum de
12 alimentis ad dotem, *Euerard.in topic.leg. loco 29.Pereira quæst.forens.cons.1.nu.33. Seraphin.dec.447.num.7. Sanch. de matrimon. disput.26. lib.4.* & èconuerso valet argumentum de dote ad alimenta, *Molina de primogen.Hispan.cap.15.nu.8.lib.2.Menoch. de præsumpt.lib.4.quæst.191.num.2. Mysing. in tract.de ritu nupt.quæst.46. num.10.lib.3.* taliter, quod dos, & alimenta æquiperantur, *Glo.in l ob as, C.de prædijs min.Bar. in l.si nu.7.ff.quib.vt indig. Xuarez in l.quoniam, limit.2.C.de inoffi.testam.Tiraq.de iure primog.q.52.à nu.4.Brunor.à Sol. in suo comp. resol.in verbo, Dos, il duodecimo, Card.Mant. de tacit & ambig.conu.lib.12. tit.16. nu.17.* cùm dos succedat loco alimentorum, *Surd.de alim.tit.9.q.1.nu.14.*

13 Ideò ad instar alimentorũ dotis causa quoque dicitur pias, & fauorabilis, *l.cùm his §.si in ea opinione, ff de cond.indeb.* & ibi copiosè, *Ias.in §.si mulier, n.1.Alex. in l si cùm dotem, §.eo autem tempore num.50. ff.solut.matrim.Benedict. in cap. Raynutius, in verbo sobolis, num.5.de testam.Spin.in specul. testam.glo 10. num.21.Dom.Ricc.* qui alios adducit *decis.Cur.Archiep.Neap.206.nu.3. par. 2.* & copiosius diximus *forens. quæst. 47. lib.1.* vbi in materia Electionis Fori propriè est discursus, siuè sit dos carnalis matrimonij, siuè spiritualis, putà pro

Mo-

Monacatu, quia semper est pium, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. Cardin. Caualer. dec. 27. num. 4. Sancarel. var. resolut. lib. 1. resol. 68. num. 12.* dos inquam piæ causæ æquiperatur, *Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 242. num. 4. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 18. Gratian. discept. forens. 700. nu. 11.* & è contra dotis priuilegia pijs causis, competunt *Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuil. 115.* vbi ideò firmat, quod in dote mulieri absenti ex contractu inter alios inito ius, & actio quæritur sicuti, & piæ causæ, per *l. 1. §. accedit, C. de rei vxor. act. l. fin. C. de iur. dot. Bar. consil. 123. Castrens. consil. 52.* latè *Decius cons. 35.*

14 Indè fauore dotis, sicuti, & fauore piæ causæ potest quis alteri regulariter stipulari, de quo vide *Tiraquel de priuil. piæ causæ priuil. 114.* & notant *Surd. de alimen. tit. 8. quæst. 73. nu. 8. & Coccin decisio. Rot. 435.* affirmantes idem fauore alimentorum,
15 & fauore dotis, mandatum etiam re integra morte mandantis non expirat, *Cremens. sing. 143.* copiosè *Trentacinq. var. resolut. lib. 2. resol. 10. num. 12. de procurator.*
16 sicut & fauore piæ causæ, & sic vti in pia causa proceditur de bono, & Equo, ita pariter in causa dotis, *l. iure succursum, §. fin. ff. de iur. dot. Caroci. decis. 131. num. 2.* similiter vti sententia pro pia causa non recipit dilationem, sic & sententia fauore dotis, itaut illa sit exequenda, non obstante appellatione, *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. num. 8. Cacher. decis. 25. num. 20. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4 nu. 829.* & ali apud *Gratian. discep. for. lib. 4 cap. 665.*

17 Et ideò verba enunciatiua, quæ probant fauore piæ causæ, probant etiam fauore dotis, *Put. decis. 419. lib. 1. Verall. decis. 288. part. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 2. tit. 7. num. 15. Trentacinq. var. resol. lib. 1. resol. 2. num. 76. de verb. significat. Tusc. conclus. 652. nu. 4. Raudens. cons. 22. n. 38 vol. 1.* & dos sicuti, & pia causa habet priuilegium in actione personali, *l. assiduis, l. qui potior. in pig. Bar. in l. priuilegia ff. de priuileg. credit. Sayr. in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 10. nu. 14.* Prout & donatio ob ingratitudinem non reuocatur fauore dotis, sicuti ex fauore piæ causæ, *Pinel. in l. 1. p. 3. n. 6. de bon. mat. Gam. decis. Lusit. 163. D. Ricc. collect. decis. 197.*

18 Declara tamen, legatum dotis non dici pium, quando fit ab illis, qui tenentur dotem soluere, vt sunt parentes, nam dùm dicitur solutio pretij debiti vtique pietas excluditur, vt est notum, ex terminis, & notat *Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 13. c. 5. de Vlt. Vol. nu. 160. tom. 2.*

19 Et ideò in facto dicebam Reuerendam Fabricam Sancti Petri de Vrbe, quæ solet se intromictere pro adimplemento legatorum factorum pro dotibus puellarum, vt latè per *Dom. Ricc. in praxi resolut. 370. to. 2.* in huiusmodi casu non potuisse manus apponere.

Prout nec pium affirmant esse, nisi quoties legatum puellæ in necessitate constitutæ esset factum, *Ober. dec. 44.* quia requiritur, quod fiat pauperi, *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 28.* & tunc dotis legatum censeri debet in causam piam, *Romul. in tract. de testament. præcept. bon. extra famil. alien. num. 129.* itaut etiam Episcopus loci Ordinarius, & eius Curia ad instantiam legatariæ pro recuperatione possit imponere manus, & eriit Iudex competens, *Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 44. nu. 10. & lib. 3. q. 29. n. 30. Robadill. in politic. cap. 57. nu. 10. in fin. & in glo. lit. C. lib. 2. tom. 1. Cened pract. quæst. cap. 37. nu. 7. Modern. de cognit. per viam violentiæ, quæst. 12. n. 4. Dian. in suis resolut. moral. tract. de immun. Ecc. res. 116. vers. sed quidquid sit.*

20 Et quoniam viarum, pontiumque refectio publicam respicit vtilitatem, quia vbi vtilitas publica ibi & pietas, & ideò quod in pontium, viarumque reparationem tendit vtique pium censendum est, & fauorabile, *c. ... de immunit. eccles. l. 2. x. penult. ff. de don. l. ad instructionem, C. de Episc. & cler.* vbi fauore refectionis pontium, nullum priuilegium eximit ab hoc onere, de quo latè loquuntur *Aluarez in thesaur. Christian. Religion. c. 36 & Graff. de effect. cler. effect. 7. num. 203. cum seq. Mexia in prag. taxæ panis concl. 5. à n. 70. Dian. in resolut. moral. tract. de immun. Eccles. resol. 75. & Nouar. frater in l. vtilitas publica C. de primip. lib. 12.*

21 Hinc legatum factum pro refectione viæ, pontis, fontis, & similium, licet incertum foret pium appellarunt, *Vbald. de canon. Episc. cap. 10. nu 4. Addit. ad Capp. Tholos. dec. 215. nu. 3. Mangil. de imput. & de tract. legitima quæst. 120. sub nu. 15. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 188. num. 4.* vbi annuit incertum dici si legauit in refectionem pontis, vel viæ, non expressa quantitate, quia tũc Iudicis arbitrio extimabitur, iuxta quantitatem patrimonij, *Tiraquel. in præfat. sui tract. de priuil. piæ causæ, versic.* item

item legatum factum ad constructionem, *Intrigliol.sing.97.nu.148.lib.3.* & de relicto pro refectione, & reparatione Ecclesiæ, *Barbat.cons.26.lib.3.Surd.cons.62 num.5. & seq.* & de legato pro reparatione Ciuitatis,
22 vel eius custodia, aut fortificatione, & quidquid fit, ad publicam vtilitatem dixerunt, *Bald.in d.auth.similiter, num. 3. C.ad leg.falci.Menoch.de præsumpt.præs.115, nu.23.* & alij apud *Thomas.in tract. de vlt.volunt.tract.10.tit.1.cap.27.* qui *cap.20.* idem affirmat de relicto pro fabrica Cappellæ, pro vestibus sacris, pro erectione, vel reparatione campanilis, luminarijs cereis, & similibus, ex *D. Ricc. in praxi fori Eccles.resol.337.num.15.tom.3. Bonacin.de testam.punt.5. num.4.* refectionis siquidem Ecclesiarum, & Cappellarum dicitur pia.

23 Et pro monumenti, constructione legatum factum adhuc dici pium, annuerunt *Menoch. dict. præsumpt. 115. nu.25.Intrigliol.d.sing 97.num.150.Molfes.in summa tract.13.cap.5.n.170.tom.2. Mangil. de imput.& detract.legitima cit.q.120.nu.24. & seq.* vbi reportat hinc scripsisse *Afin. in l. vel quæ pater, ff.de religios.& sumpt.fun.* quod cum sepulchra religiosa sint diuini, & non humani iuris, *§. nulli, Instit. de rer.diuis.l.locum, de religios. & sumpt. funer.* quemadmodum est pium cadauera sepelire, sic & insepulta relinquere inhumanum, & iniuriosum est, *l. quod si nulla, ff.de relig.& sumpt.funer.* & ideò legatum sepulturæ continere causam piam, meritò colligitur ex *l.si quis, §.interdum, ff.de relig.& sumpt.funer.* ibi, Quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funeratur, *l.pro harede, ff. de acquir. hæredit.* ibi (Vt pietatis causa) de qua materia latè nouissimè *Sauorius var.resol. tit.2. de prisco, & recenti funerandi modo,* vbi per varia capita de ea discurrit.

24 Inde funeris impensa pro paupere facta pietatis intuitu censetur non animo repetendi, at secus si pro diuite facta esset, *Mantic.de coniect.lib.13.tit.11.in fine, Thomas.in tract.de vlt.vol.d.trac.10.ti.1.c.31* quod ego practicaui vti Regius Assessor districtus Amalphiæ in anno 1629. dùm casus ex facto accidisset.

SVMMARIVM.

1 *Clericus inter personas miserabiles reponitur, & est de numero pauperum, taliter, quod legatum pauperibus distribuendum, potest clericis distribui.*

2 *Clericus habet electionem fori, etiam si sit prima tonsura initiatus, nu.2.*

Sed an tunc requirantur requisita Concilij Tridentini sess.24.cap.9. de reform. negatiuè docet Author nu.6.

Et etiam si sit coniugatus, & saluaticus, num. 12. & 13.

Licet illam non habeat pro bonis proprijs, num.17.

Sed benè pro patrimonialibus, nu.18.

Et pro fructibus beneficiorum, nu.20.

Et quid si Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nu.26.

4 *Initiatus prima tonsura dicitur clericus, & gaudet singulis priuilegijs clericalibus.*

5 *Foriudicationis sententia suspenditur per exceptionem clericatus.*

7 *Limitata dispositio limitatum parit effectum, & extenditur secundum limites adiectæ dispositionis.*

8 *Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam non datur.*

9 *Exclusio inducta à statuto non extenditur nisi ad expressum.*

10 *Clericus gaudet beneficio cap. Odoardus, quamuis non incedat in habitu, & tonsura, nec diuinis inseruiat, vel beneficium habeat, sicque etiam in priuilegio canonis concluditur, nu.11.*

14 *Electio fori competit clerico, non solum si sit offensus in propria persona, sed etiam in agendo pro iniuria facta consanguineis.*

15 *Iniuria facta vni de familia censetur facta toti familiæ.*

16 *Frater pro honoris proprij defensione occidens post longum tempus stupratorem sororis, extraordinaria pœna punitur.*

19 *Alienatio bonorum patrimonialium interdicta est clericis.*

Sequestrantes fructus bonorum patrimonialium incidunt in Bullam Cenæ, can. 17. ibidem.

21 *Beneficiatus tenetur de fructibus restaurare Ecclesiam.*

22 *Fructus beneficiorum sunt bona Ecclesiastica.*

23 *Clericus bigamus quis dicatur, & quibus priuilegijs careat.*

24 *Dispensatio quoad bigamiam, à quo sit impartienda.*

25 *Ordinans bigamum qualiter pecc t.*

27 *Episcopus dicitur caput Cleri, nec comprehenditur sub generalitate, nu. 28.*

Et dicitur esse in culmine dignitatum, n.29 & 30.

31 In

31 *In generali locutione non veniunt persona magna authoritatis.*

32 *Clerici exempti non veniunt clericorum appellatione.*

33 *Beneficium curatum non venit sub nomine beneficij in dispensationibus, nec dignitas, nec Ecclesia Cathedralis, aut prebenda.*

34 *Ciuitas non venit appellatione diœcesis in materia odiosa.*

35 *Regularium appellatione in odiosis, non veniunt Prælati Regulares.*

36 *Religiosi in odiosis appellatione Clericorum nō veniunt.*

37 *Interdictis Clericis, non censentur interdicti Regulares.*

38 *Canonici in odiosis non veniunt appellatione clericorum, & econtra, n. 39.*

40 *Canonici tantum absentes pro seruitio Episcopi possunt percipere distributiones quotidianas.*

41 *Canonici Neapolis possunt benedicere corporalia vestes paramenta, & alia ad missæ sacrificium necessaria.*

42 *In Ecclesia Cathedrali Neapolitana adsunt Canonici insigniti Titulo, & nomine Cardinalium.*

43 *Bulla Pij V. reuocauit titulum Cardinalium Canonicis.*

44 *Clerici pro bonis Ecclesiæ, vel patrimonialibus in tantum habent Fori Electionem, in quantum adest violentia, rapina, vel fraus.*

45 *Cursores, siuè Nuntij Curiarum Ecclesiasticarum, si sint laici, non possunt pro eorum causis eligere forum Principis, licet benè gaudeant priuilegio Fori Ecclesiastici.*

ARGVMENTVM.

Clericus An, & Quando Fori Electione, & Variatione vti possit.

QVAESTIO LII.

1 REgula est ab omnibus communiter recepta, quòd Clericus inter miserabiles personas reponantur, vt apud *Butr. & Innoc. in cap. significantibus, de offic. deleg. Graff de effect cleric. in prælud. num. 42. Viuian. in praxi iur. patron lib 6. cap. 2. nu 92.* & illos esse de numero pauperum, probatur in *cap. quod autem 23. q. 7. & in cap. sacerdos 1. quæst. 2.* Itaut si testator mandet, quod aliquid dispensetur inter pauperes, executores possunt illud dispensare etiam clericis.

2 Quare clericum habere fori electionem communi voce cantarunt DD. *in cap. cùm sit generale de foro competen. Fælin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 4. de constitut. Villalob. in lib. commun. opin in verbo, clericus, Carauit. in Rit. M. C. V. 67.* vbi testatur pluries decisum in Collaterali *D. Reg Tap. in Constitut. Regni, Statuimus, nu. 29. de offic. Magistr. Iustit. D. Ricc. collect. decis collect. 86. Genuen. in practicab. eccles q. 634. tricen. 22. Borrell. in summa decis. tit. de foro compet. nu. 137. tom. 1. Calà de modo artic. glo. 1. num. 87. Addit. ad Capic. dec. 160. in princ.* & de iure Regni est sancitum, vigore *Ritus M. C. V. 233.* qui loquitur generaliter, clericum habere fori Electionem agendo ciuiliter, vel criminaliter, qui ritus hodiè est in viridi obseruantia apud Regia Tribunalia.

3 Amplia hanc conclusionem esse veram, etiam in clerico minoribus ordinibus, imò in prima tonsura initiato, cū clericorum appellatione veniant etiam qui solum tonsuram adepti sunt, *Bald in l etiam, col. 4. versic & ideò clerici non possunt, C. de except. rei Iudic Lap. de libert eccl. q. 2. in princ. Calcan. cons 70. nu 79. Corsect singul. 12, Roland* qui alios adducit *cons 4. nu 16. li. 1. Boss. in tit. de foro compet. sub nu. 127.* & pri-
4 ma tonsura initiatus, dicitur clericus, *Ceruant in l. 5. Tauri n. 13. & seq. Vulteus in tract de feud. lib. 1. cap 9. nu. 6. Germon. de sacror. immun nu. 76. Graff de effect. cler. in prælud. nu. 301.* vbi quod huiusmodi clerici primæ tonsuræ gaudent singulis, & omnibus priuilegijs clericalibus, tanquam personæ ecclesiasticæ, quam appellatione veniunt, & ipsi *Alber in suo dictionar. in verbo, ecclesiastica persona, Antibol. in tractat. de muner. §. 4. nu. 52. Marta decisio. 24.* vndè foriudicationis sententia, quæ suspenditur per exceptionem clericatur, iuxta praxim, de qua *Præs. de Franch. decisio 329.* vbi quod scripturę clericatus ponuntur extra processum, & supersedetur in foriudicatione, procedit etiam in simplici clericatu primæ tonsurę exhibita fidem clericatus, & fide seruitij, vt pluries fuisse decisum tàm in S. C. quàm in Iuncta Regiæ Iurisdictionis audito Fisco, dicit *Rouit. in pragm. rubr. de sentent. foriudicat. n. 11 in vlt. impress.*

Et in hoc velim aduertes, quod licet vigore *S. C. Trident. sess. 24. cap. 6 de reform.*

vt

vt huiusmodi clerici gaudere possint fori priuilegio necessè sit, quod in habitu, & tonsura incedant, & sint adscripti alicui Ecclesiæ, vel Seminario, cui inseruiant de mandato Episcopi, vel sint beneficiati, de quo nos latius loquuti fuimus in *prag. 1. de cler. seù diacon. saluat. & in opusc. noui iur. Pontific. conclus. 2. & 3. de foro competenti.*

Tamen id non est necessè, in casu de quo loquimur, nam Concilium disponit hæc requisita esse de substantia, quoties clericus intendit se facere conuenire apud Iudicem Ecclesiasticum, & se eximere à iurisdictione laicali, & consequenter non potest eius dispositio adaptari ad casum nostrum, prout & ita obtinui in causa Clerici Io. Angeli Buonocore, qui per viam Electionis Fori, tanquam vulneratus à Michele Landro adiuerat Magnam Curiam Vicariæ, nã non obstante, quod non fuissent probata Concilij requisita fuit admissa Electio fori per ipsum facta pro quærela exposita aduersus prædictum Michaelem.

Quæ sanè opinio ratione non caret; siquidem quando Sacrum Concilium Tridentinum disponit, vt supra, certè corrigit ius commune, quo actento clericus in minoribus gaudet priuilegio Fori, etsi non habeat beneficium, nec diuinis inseruiat, vt est notum, vndè tanquam correctorium iuris communis strictè debet intelligi, non autem laxari, post antiquiores *Surd. cons. 416. num. 6.* & cùm disponat circa illum casum tantùm limitatiuè debet intelligi, & consequenter limitatum producere debet effectũ,
7 quia limitata dispositio, limitatum parit effectum, *Seraphin. dec. 911. nu. 2.* & dispositio limitata, minimè extenditur, *Cardin. Tusc. concl. 494. lit. D.* nisi secundum limites adiectæ dispositionis, *l. nomen, §. fin. ff. de iur. & facti ignor.* cum concordantibus.

8 Et extensio de casu ad casum, prout de persona ad personam non est permissa, *l. si quis ita, § penult. ff. de testam. tutel. Aret. in l. Gallus, §. quid si tamen, col 5. ff. de liber. & posth. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. num. 8.* maximè, quando ex extensione venit præiudicium tertio, & diminuitur priuilegium, & commodum, quid priuilegiatus ipso iure habet, prout in casu nostro, casus siquidem omissus à
9 Concilio, habetur pro omisso, *Cephal. cons. 26. nu. 16. Nacta cons. 469. num. 9. Magon. decis. Florent. 147. nu. 9.* probans exclusionem inductam à statuto, non procedere, nisi in casu, & persona expressa, *Menoch. cons. 197. num. 7.* dicens, quod statutũ includens vnam personam, aliam excludit, quasi quod vnius inclusio, alterius sit exclusio, *ex l. cùm prætor, ff. de iudic.* cùm latius notatis per *Card. Tusc. concl. 71. li. I.* statutum enim, siuè pragmatica lex, & similia sunt seruanda, pront iacent, nec actenditur ratio, sed casus formaliter dispositus, nec facienda est extensio ob rationis similitudinem, vt fundauit *Lanar. cons 61.* noluisse inquam Concilium præsupponendum est comprehendere hunc, vel similem casum, dùm tantum statuit seruanda esse mentionata requisita ad effectum, vt valeat clerici in minoribus, vti priuilegio Ecclesiastici fori, quoniam lex id noluisse præsumitur, cùm facilè id exprimere potuisset, & nõ expressit, iuxta tradita per *Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauar in prohem. n. 150.* si enim voluisset, expressisset, vt plenè per *Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, Libertus, C. de reuoc donat. Gonzal. in Reg. Cancell. gl. 9. §. 1. à num. 33.* Ergò tanquam casus omissus ab ipso, intelligitur secundum ius commune, & antiquum, *l. si verò, §. de viro ff. solut. matrim. l. commodissimè, ff de liber. & posthum. Girond. de priuileg. num. 556. & nu. 886.*

Quæ fundamenta, & rationes iuuantur, ex qua declaratione Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium lata 18 Decembris de Anno 1595. per quam fuit dictum, dispositionem Concilij nuper citata *sess. 24. cap 6. de reformat.* non habere locum, quoties clerici in minoribus vellent vti beneficio
10 *Cap. Odoardus*, siquidem huiusmodi illo frui possunt, & si in habitu, & tonsura non incedant, nec diuinis inseruiant, & beneficio Ecclesiastico careant, vt testatur *Zipens. in suo iure pontificio nouo lib. 2. tit. de foro competenti num. 32.* sequitur etiã posthæc scripta, habitus *D. Squillat. Canonicus meritissimus Ecclesiæ Neapolitanæ meus Amicus in tract. de priuileg. clericor. cap. 10. sub nu. 12.* vbi nos allegat, *& cap. 12. sub nu. 8.* & latè eum *Sanchez in summa Theol. moral. lib. 7. cap. 13. n. 35. to. 2.*

Et ego pluries, atque pluries consului aduersus opinionem *Neus Zant. cons. 19. Bertacc in suo repert. in verbo Clericus prætextu ciuili, fol. mei 351. Benincas. in tract. de pri-*

priuil.paupert.in 8 special.iudic. nu. 13. Costa de remed.subsid.remed.29.n.4.Felic.alleg. 37. nu.2.par.1.Graff.de effect.cleric.effect.7.nu.4. qui ad id allegat inter alios, *Surd.consil. 259.num.24 lib.2.Molin.de contract disp.571 nu.13.Farinac.in sua pract crimin.q.17.n.69. Rob.à Vall.cons.16.nu.11.lib.4.Couarr.lib.2. Var.resol.c.1.num.9. Gutt.de contract. iuratis cap.17.num.10.Carpan in Stat.Mediol.c.167. nu.50. Suarez de Pax in sua praxi p.3.lib.2. cap.Vn.nu.4 Genuen.in praxi Cur. Archiep. cap.3.nu.3.Paschal.de patr.potest.p.2.c.9.n.32 Mausen.de caus execut.lib.1.limit.14.nu.12.* qui omnes vno ore fatentur clericos in minoribus, vt valeant vti tali beneficio Capit. Odoardus debere habere Concilij requisita, (quod pace tantorum Virorum multum à veritate distat) ex supradictis fundamentis, & ideò nè recedas à declaratione Sacræ Congregationis; non obstante allegato cumulo DD. quorum vnus alium decepit, de communi enim opinione non est curandum, quoties altera fulcitur meliorbus, & verioribus fundamentis, ac viuis rationibus, imitantur enim isti oues, & aues, vt quo vna vix ita tetēderit omnes turmatim aduolare incipiant, iuxta ea, quę adnotarunt *Decius cons.481. & Curt. Iun. cons.63.* Quod eatenus est verum, vt nè friuola quidem cuius piam fortè dissentientis opinio reperiatur, quæ pluriмorum satellitio careat, taliter vt quæ nam verior sit censenda sententia sępius ignoratur.

11 Prout eadē & Sacra Eminentissimorū Congregatio declarauit, Clericos non obseruantes formam traditam in eo, licet priuentur priuilegio fori, nam per hoc intelligit priuatos priuilegio Canonis si quis suadente, *Comitol. in responso moral.lib.6 q.20. Anton.Dian.in resol.moral. tract.de immun. Eccles.resol.50. & Ricciull. de iure person.lib.7. cap. 6. nu.11.* vbi quod cùm Concilium loquatur de priuilegio fori non debet extendi in eo quod nō est expressum.

12 Amplia similiter idem procedere in clerico coniugato, qui eodem beneficio fruitur, quia appellatione clericorum veniunt, coniugati, *Viuian.de iure patron. lib.6.cap.1. nu.27,* dummodò tamen cum vnica, & virgine matrimonium contraxerit, vestesque clericales, & tonsuram deferat, iuxta normam textus *in c. Vnico, de cler.coniug.in 6. Duard.in explic. Bull. Cœna lib.2.can.15.q.4.Couar.pract.quæst.c.31.* licet si eo oriatur vxor, tunc gaudet quamuis non incederet in habitu, & tōsura, eò quia tunc non reputatur coniugatus, sed remanet simplex clericus, & necessariò consequeretur priuilegia illorum clericorum, de quibus in alia ampliatione, verba fecimus, iuxta *Abb.* doctrinam *in cap.Clericus, il secondo, num.4. de vita, & honest.cleric.* cùm latius congestis *in lib.1.quæst forens. quest.88.* ad quem Lectorem relego, addo *Graff.de effect.clericatus, effect.1.nu.90.*

13 Amplia supradictam conclusionem procedere in clericis saluaticis, quibus electionis fori beneficium competere asseueramus, prout & Ecclesiastico foro vti posse, constat ex *prag.Regni 1.sub rub. de cler. seu diacon. saluat.* dummodò tamen non sint illi vltra numerum permissum à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum, quæ subsequens decretum circa Diaconos saluaticos in hoc Regno Neapolitano emanauit, videlicet.

Sacra Cardinalium Congregatio negotijs Regni Neapolitani præpositorum certior reddita in nonnullis eiusdem Regni Diœcesibus, Diaconos, quos vocant, Seluaticos, in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut vtilitatem exercuisse. Volens eoaundem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscunque occurrere de Sanctissimi Domini Nostri Gregorij XV. mandato viuæ vocis oraculo desupèr habito, Diaconis Saluaticis huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio retineri, vel in locum quiquo modo deficiētium assumi posse in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesijs, ad summum quatuor: in Collegiatis, vel Parrocchialibus duos: in alijs verò Ecclesijs, in quibus Diuina celebrantur, si Episcopo videbitur vnum, quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales, qui omninò per se ipsos, non autem per interpositam personam, seruitium debitum præstent, nec vllo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, alius, & hi nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apostolicæ saeuerum exponentur, eos verò priuilegio Canonicis non gaudere: fori autem priuilegio in criminalibus omninò in Ciuitatibus, quoad corporis distinctionem tantum, & immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab alijs durante seruitio, frui debere; sed si alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casu controuersiæ, eadem Sacra Congregatio sibi reseruat, illam debere attendi,

di, cognitionem vero aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti decreto statuit, præcipit, & declarauit Romæ 10. Kal. Iulij 1623. Octauius Card. Bandinus. Laurentius Campeggius Secretarius.

14 Ampliа pariter supradictam conclusionem non solum procedere, quotiescunque esset offensus in propria persona, & sic ei reperiretur illata iniuria, & percussio, vt latè tutatur *Anna in allegat. 146.* vbi eandem opinionem sequitur *Anna filius in addit. lit. C. Præses de Franch. decis. 597.* referens sic in S. C. decisum *Vinius decis. 27.* vbi affirmat ita extitisse iudicatum in Regia Audientia Apuleæ in anno 1584 & in Regia Audientia Baren de anno 1590. *Thor. in compend. decisio Regni, in verbo, clericus an possit, tom. 1. Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. consid 5. nu. 149. Borrell. in summa decisio. tit. de foro compet. nu. 138. tom. 1.* affirmans ita decisum in Sacro Consilio, & practicasse in M.C.V.

Verum etiam, quando accusaret pro morte suorum consanguineorum, quoniam vbi suam, vel suorum iniuriam prosequitur clericus benè vtitur hoc priuilegio, *Petra ad Gramat. decisio. 20. num. 7.*

Et licet *Regens Rouit. in pragm. 8. nu. 18. de composit.* sub cuius clypeo militat etiã *Capibl. de author. Baron prag. 8 p. 1. num. 307. fol. 243. tom. 2.* totum contrarium scripserit.

Tamen eorum opinionem impugnauimus *Forens. quæst. lib. 1. cap. 6.* vbi tutanimus, clericum in minoribus agentem pro iniuria facta fratri, habere priuilegium Electionis Fori; tùm quia Ritus M.C.V. generaliter loquitur, clericu habere fori electionem, siuè agat ciuiliter, siuè criminaliter, ergò dùm non distinguit, si agat ex offensione, vel iniuria propriæ personæ, vel alterius coniunctæ, nec nos debemus distinguere vulgatis iuribus; Tùm etiam, quia prædictus Ritus connumerat clericum ibi inter pupillos, & viduas, & Curiales Regios, & vigore *Capit. Regni. Incip. Prædecessorum*, æquiperantur personæ Ecclesiasticæ pupillis, & cæteris miserabilibus personis, præsertim in iudicijs criminalibus, vt patet in *cap. incip. de Iniur. sub rubr. de different. & in cap. pridem per diuersas, & in cap. si temporum, & Rex Robertus, in cap. Incipien. iniunxit nobis*, ponit sub protectione Magistri Iustitiarij Ecclesiasticos, viduas, pupillos, & orphanos mandans, quod si opprimantur, vel grauentur ex officio inquirant, vt etiam statutus in *Cap. Regni Vt delatas*, qui omnes siuè agant pro offensione facta in eorum personam, siuè coniunctorum (vt experientia docet) semper vti possunt, Electionis fori beneficio, ergò idem esse debet in casu nostro, ex regula æquiperatorum, & ex altera, qua cauetur, quod vna determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariter determinat, *l. iam hoc iure, vbi Ias. notab. 6. col. 3. ff. de vulg. & pupil.*

15 Eò fortiùs, quia iniuria vni de fratribus censetur facta alijs, *l. 1. & 2. ff. de lib. caus. Viu decis. 521. nu. 23.* facta vni de familia, censetur facta totæ familiæ, *l. lex Cornelia, & ibi Bar. ff. de iniur.* cum latius notatis *per Farinac in pract. crim. ti. de ter. ac diuers. crimin. q. 105. 4 nu. 288. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 262.* vbi discutit quibusnam consanguineis censeatur facta iniuria cum vni facta est, & suorum appellatione, qui veniant, vide *Bald. in l. 1. C qui accus. non poss. & Fœlyn. in cap. cum P. Mangonella. de accusat. Maranta in suo spec. ul. 6. par. princip. & Clar. in pract. crim. q 14.*

16 *vers. Volo*, Quare fratrem pro honoris proprij defensione, stupratorem sororis occidens, non in actu veneris, sed post longum tempus, pœna ordinaria puniendum non esse, latè tutatur *Giurba consil. crim. 86.*

17 Declara tamen, suppositam regulam cessare vbi clericus non ageret pro bonis Ecclesiæ, sed proprijs, quia in tali casu excluditur ab huiusmodi beneficio, *ex Ritu M.C.V, 229. vbi Caraui. Isern. & Afflict. in Const. Statuimus nu. 16. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 4. in verbo, sic gl. 2. de Constit. Niger in cap. Regni quoad decreta, num. 10. Affl. dec 257.* vbi pariter *Vrsill. in addit. Viuius decisio. 27.* vbi affirmat, quod quoties clericus pro rebus proprijs ageret etiam data violentia, rapina, & fraude, tunc vtiq; non competeret modo aliquo ipsi fori electio, sed conuenire deberet reum in suo foro, *D. Ricc. in collect. decisio. collect.* 300. & iterum *in praxi resol. 147. to. 2. Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. d. consid. 5. nu. 149.* vbi etiam voluit excludi pariter in tali casu à beneficio restitutionis in integrum, ex *Felin. in cap. Sanctæ Mariæ, nu. 8. de Constit. Regni, Statuimus, Afflict. decisio. 390. & ibi Vrsill.*

Qua

18 Qua declaratione vera existente, vti-
que fatendum est clericum pro bonis
patrimonialibus, ad quorum titulum
fuit ordinatus, habere Fori Electionẽ,
vt in terminis tenent *Vrsill ad Affl. decis.
257. sub nu. 1. & Pater Duard. in comment.
pro explicat. Bullæ Cœnæ Domini li. 2. can. 18.
quæst. 5. nu 0. D. Ricc. in praxi fori Eccles. re-
solut. 91. tom 4.* & latius confirmauimus
Forens. quæst. 72. lib. 1. vbi ita seruatum per
Regiam Audientiam Catanzarij retu-
limus, eo quia talia bona habent priui-
legia concessa bonis Ecclesiæ, vt post
antiquiores firmarunt *Nauar. cons. 12. de
censibus, Gratian discept forens. cap. 159. a nu.
27. lib. 1.* latè *Grass. in tract. de effect. cleric.
effect. 3. n. 129. Antonin. Var. resol. lib. 1. cas 88
Dom. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 299. par. 2.*
quorum opinio canonizata videtur
à Sacro Concil. Trident. sess 21 cap 2. vbi cle-
19 ricis interdicitur alienatio bonorum
patrimonialium, ad quorum titulum
fuere ordinati, vt latissimè per *Cened.
canon. quæst. cap 11.* ex quo etiam inhibi-
tam censeri præscriptionem ordinariã
inferri potest, *D. Ric. in praxi resol 90. to. 4.*
ex regula, quod cùm lex prohibeat alię
nationem dicitur prohibere præscri-
ptionem, iuxta *glos.* & aliorum doctrinã
*in l. Vbi lex, ff de Vsucap. Couarr. in Reg.
possessor 3. par. §. 3. nu. 6 Gabr. conclus. 13 de
prescript. Molin. de primogenit. cap 10. lib. 3.
Mathiens. in l. 8. recopil. glo 5 tit. 7. lib. 5.* apud
quos materiam declaratam copiosè re-
peries, licet contrarium per *Phæbum
decis. Lusit. 19 tom. 1.* Indè onus prohibe-
tur imponi super dictis bonis, prout su-
per Ecclesiasticis, vt post antiquorum
scolam dixerunt *Azor instit. moral. par. 3.
lib 5. cap. 19. quæst. 7. Layman. in Theolog. mo-
ral. lib 4. tract. 9. cap. 6. num. 9. Salon. in 2. 2.
quæst. 78. art. 5. controuers. 2 num. 2. tom. 2. Bel-
lect in disquisit. cleric. par. 1. tit. 5. §. 5.*
& alij recentiores, quos recollegit *An-
tonin. Dian. in resolut. moral. tract. de immu.
Eccles. resolut. 39.* & sic super eas transactio
fieri prohibetur, ex resolut. per *Pereira
de resolut. emphiteus. cap. 9. nu. 36. Dom. Ricc.
in praxi resolut. 88 tom. 4.* vbi quod nec pos-
sunt permutari *Gonzal. in Regu. Cancellar.
glo. 5. §. 10. nu. 35. Grat. discep. for. c. 159. nu. 3.*
nec hipoteccari, *D. Ricc. decis. Cur. Archiep.
212. par. 2. Barbos.* qui alia adducit *de po-
test. Episcopi alleg. 19. par. 3. a nu. 75.* vsque
ad 78. nec tenentur ad collectas, vt in
Regno est prouisum per *Cap. Incip. Statui-
mus*, & est communis DD. opinio, de quo
*Borrell. in sum. decis. tit. 18. de Tributis n. 78
tom. 3.* Indè in censuram Bullæ Cœnæ
incidunt sequestrantes, vel occupantes
fructus huiusmodi bonorum patrimo-
nialium, *Vgolin. de censura in explic. can. 17.
§. 2. Duard. in Bul. Cæn. li. 2. can. 17. quæst. 13.
sub nu. 2.*
20 Vndè cùm satis sapiant bonorum
Ecclesiasticorum fructus beneficij ec-
clesiastici, clericus etiam gaudere de-
bet tali electionis priuilegio, si agat
pro illorũ recuperatione, ex dictis per
Cardin. Zabarell. cons. 146.
Et licet contrarium decisum repe-
riam in Magna Curia Vicariæ apud
*Thor. in compend. decis. Regni in Verbo, Electio
Fori, tom. 2.* & hoc in causa Abb. de San-
cta Elena cum Iulio de Scaulis Terræ
Campibassi, apud Actuarium Mare-
scam.
Tamen hæc decisio ambigua reddi-
tur, ex latè consideratis per nos *Forens.
quæst. q. 5. & 13. lib. 1.* tantò magis, quia
fructus beneficij sunt deputati pro one-
ribus ipsi beneficio incumbentibus,
*Gig. cons 15. nu. 8. D. Ricc. in decis. Cur. Ar-
chiep 98. nu. 6. par. 4. Vbi nu. 3.* annuit, quod
licet fructus beneficij spectent ad cleri-
cum, tamen clericus ipse potius dicitur
procurator quam Dominus ex *§ fin. 14.
quæst. 1. Archid. post Innocent. in cap statutum,
§. Accessorem, de rescript. in 6.* & clerici
dicũtur dispensatores, & facultatem ha-
bent disponendi de fructibus, sed cano-
nicè, *cap. præcipimus 12. quæst. 2.*
Itaut videmus Beneficiatos cogi, &
21 teneri de fructibus restaurare Ecclesias
cap. 1. de Eccles. ædific. (ibi quicunque Ec-
clesiasticum beneficium habent omnis
nò adiuuent ad tecta Ecclesiæ restaurã-
da, vel ipsas Ecclesias emendandas) &
idem probat textus in *cap. de his, eod. tit.*
Igitur fructus beneficiorum tanquam
destinati ad onera Ecclesiæ, debere pri-
uilegijs Ecclesiæ frui annuendum est,
Vltra quod fructus beneficij sunt bona
Ecclesiastica, cùm ab Ecclesia proue-
niant, vt per *Dom. Ricc. in praxi fori Eccles.
reslo. 124. nu. 3. par. 1. in paru.* quo in loco
22 meritò concludit, Beneficiatum non
posse locare fructus sui beneficij vltra
triennium, prout nec potest bona Ec-
clesiæ, itaut dicat *Extrauag. Ambitiose, de
reb. Eccles. non alienand.* habere locum etiã
in fructibus, at ante eum plures pariter
scripsere, quos ibi reportat cum innu-
meris Romanæ Rotæ Decisionibus, *Gut-*

ciullum in special. tract. de Neophitis cap. 10.
Tales dicuntur noui Christiani intra
annum à die baptismatis computandū,
5 post annum verò sunt computandi inter
Christianos antiquos, exemplo militis,
qui dicitur nouus quousque anno com-
pleto non militauerit, illo autem elapso
inter veteranos computatur, *l. qui cum*
vno, §. fin. & l. commeator, versic. Tyroni, ff de
re milit. Boer. dec. 260. vt etiam mancipia
6 nostra appellantur, quæ anno nondum
seruierunt, *l. fin. §. quoties, vers. sunt autem,*
ff. de public. & vectig. Zabarell. cons. 34. *sub*
nu. 3. vt pariter nouus appellatur Ciuis
intra annum. *Ias. in l.* 1. *sub uum.* 70. *C. de*
sacros. Eccles. Curt. Sen. cons. 27. *num.* 18.
7 & noua vocatur vxor intra annum nu-
ptus, *cap.* 1. 35. *quæst* 8. *vbi gl. Bertach. in tra-*
ctat. de gabell. par. 7. *quæst.* 32. *num.* 55. qui
etiam nouum appellat Crisma, quod nō
excedit annum, *c. literis. de consecrat. dist.* 3.
& pariter vinum nouum dicitur intra
annum, *l. metus, ff. de tritico, vino, & oleo*
legat.

Sed hæc licet sint vera, prudens autē Iudex suo vti potest arbitrio circa concessionem huiusmodi priuilegij iuxta facti, & personæ qualitatem etiam post annum, & annos, prout Deus inspirabit.

Declarat pariter præfatam regulam *Anania in cap. Iudai, num.* 8. procedere, quando sunt pauperes, vt pariter eum referendo sequitur *Amat. d. dec.* 105.

Sed ego talem sententiam, non putò veram, cùm pauperes expressè potiantur huiusmodi electionis fori priuilegio, & si hoc esset, qualitas illa conuersionis ad fidem nihil operaretur, & seruiret de vento, & ideò declarationi non esse inhærendum, affirmo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia gaudet fori electione, quia reputatur miserabilior inter miserabiles, quoad priuilegia, nu.* 2.

3 *Argumentum de pupillo ad Ecclesiam, valet.*

4 *Ecclesia vtitur iure minorum.*

5 *Ecclesia eligit forum tam si agat, quàm si non, imò etiam si agat ad distractum, nu* 6.

7 *Agens ad distractum rei forum sequitur.*

ARGVMENTVM.

Ecclesia Nùm Beneficio Electionis, & Variationis Fori fruatur.

QVAESTIO XLIX.

REgula sit affirmatiua, Ecclesiā scilicet habere hoc priuilegium eligendi forum, vt tradiderunt *Rebuff. in Constit. Gall. tit. de sentent. prouision. glos. fin. num.* 5. *Afflict. num.* 16. *& Andr. ab Isern. in Constit. Regni, Statuimus, nu.* 3. *de offic. Magistr. Iustit.* vbi iuxta hanc opinionem decisum refert in Sacro Consilio, & fuisse factam declarationem, quam annuit esse in registris, quando Rex Robertus erat sui Genitoris Vicarius, *Tesaur. dec.* 177. *num.* 1. *Menoch. de arbitrar. Iudic. casu* 66. *num.* 25. *lib.* 2. *Cumia in ritu M. C. Sicil.* 38. *num.* 471. *Viuius dec.* 521. *nu.* 3. *Modernus noster Doctor Neapol. in tract. de iurisdict. cap.* 21. *nu.* 5. *par.* 2. *Trentacinque variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. *Montalegr. in praxi exercit. act. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 350. *Dom. Ricc. in collectna.* 2303. *in fine*, & alij DD. communiter, iuxta quorum opinionem quotidiana viget praxis.

Et licet contrarium voluerit attestari *Couarr. pract. quæst. cap.* 6. *nu.* 5. *versic. verum de Ecclesia*, vt refert *Borrell. in summa decisio. tit. de iuram. perhorrescentia, num.* 28. *tom.* 1.

Tu tamen à regula, quæ est verior, & à praxi communiter approbata, nè recedas Ecclesia, inquam miserabilior inter personas miserabiles quoad priuilegia reputatur, vt per *Gram. in Const. Reg. Iusti*, quem refert, & sequitur *Balzaran. ibid. nu.* 9. *Genuen. in pract. Eccles. quæst* 436. & pauperum, miserabiliumque personarum priuilegio vtitur, *Viu. dec.* 521. *nu.* 3. *Castill. dec* 198. *nu.* 8. *p.* 2.

3 Et argumentum de pupillo ad Eccle-
siam valet, *Cantiuncul. in* 21. *specie loci à si-*
mili Antonin. var. resolut lib. 1. *resol fin cas.* 44.
Genuen. in practicabil. eccles. quæst. 276. *nu.* 2.
quia Ecclesia æquiperatur pupillo, *glo. fi.*
in l. si procurator, ff. de iure fisci, Bald. & Bolo-
gnect. in l. Ciuitas, ff. si cert. petatur, Perrect.
ad extrauagant. Ambitiosè, in verbo quicquā,
num. 23. *de reb. Eccles. non alienand.* itaut
4 iure minorum vtatur, *Cacher. dec.* 86. *Me-*

noch.

Roch. de Arbitr. Iudic. quaſt. 34. Cardin. Tuſc. concluſ. 284. nu. 29. lit. L. & concluſ. 241. nu. 3. lit. M. Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo beneſic. conſider. 4. nu 7. antè eos latius *Tiraquel. de priuileg. pia cauſæ priu. 142.*

Et hanc tenendo opinionem illam
8 amplia ſequentibus modis: Et primò, procedere & habere locum tàm ſi Eccleſia agat, quàm ſi non, iuxta tradita per *Capyc. deciſ. 160. Foller. in cap. Regni, quoad decretum, nu. 13. Dom. Regens Tappia in cit. Conſtitut. Regni, Statuimus, nu. 21. Carauit in ritu 133. n. 1. & ſeq. Præſes de Franchis deciſ. 234. num. 4. Calà in tract. de modo artic. & proband. glo. 1. §. 1. nu 100. Vaſq. controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 5. num. 1. Dom. Ricc. in collect. deciſ. 86. Thor. in compend. deciſ. Regni, in verbo, Eccleſia, an habeat fori Electionē, il ſecondo, tom. 1.* & ita ſeruatur in praxi in Regijs Tribunalibus.

6 Amplia ſecundò, illam eſſe veram etiam ſi Eccleſia agat ad diſtractum, nam pariter fruitur electione, & Variatione fori, vt apud *Petram in addit. ad d. deciſ. Capyc. 160.* allegat *Innocent. in cap. cum ſit generale, de foro compet. Roman. ſing. 113.* & hanc opinionem pariter ſequitur *Dom. Ricc. in collect. dec. 309. circa medium, verſic. Item Eccleſia*; licet regula ſit quod
7 agens ad diſtractum ſequatur forum rei, iuxta terminos textus *in l. 2. C. vbi, & apud quem*, & iuxta hanc opinionem vidi expeditas prouiſiones per Magnam Curiam Vicariæ ad inſtantiam Parochi Eccleſiæ Sancti Matthæi Regiæ Terræ Aierulæ contra Matthiam de Acamporâ.

SVMMARIVM.

1 *Pia cauſa habet priuilegium eligendi forum.*
2 *Pia cauſa, & Eccleſia æquiperantur.*
3 *Eccleſiæ appellatione continetur omnis locus pius, & nu. 5.*
4 *Bona locorum piorum non poſſunt alienar abſque ſollemnitatibus.*
6 *Eccleſia potitur beneficio reſtitutionis in integrum, ſic etiam & pia cauſa, nu. 7.*
8 *Legata pijs cauſis poſſunt ſolui Eccleſiæ, Confraternitati, & Hoſpitali, & è contra.*



ARGVMENTVM.

Pia Cauſa, An gaudeat Beneficio Electionis, & Variationis Fori.

QVAESTIO L.

1 REgula ſit tale beneficium Electionis, & Variationis Fori competere etiam piæ cauſæ, vt in proprijs terminis recenter aduertit *D. Ricc. in Schol. ad Tiraquell. de pia cauſa priuileg. 140. & 142.* vbi ad id nos allegat in prima impreſſione Neapolitana, & ita ſeruatur in praxi apud Regia Tribunalia huius Clariſſimæ Ciuitatis Neapolis.

2 Quæ ſanè opinio ratione non caret, ſiquidem pia cauſa, & Eccleſia in iure æquiperantur, *cap. requiſiſti, §. ſecus autem, de teſtam. Barbat. in cap. fin. eodem tit.* itaut priuilegia Eccleſiæ conceſſa competunt pariter, & piæ cauſæ, & illa gaudet eiſdem beneficijs, & prærogatiuis, quibus & Eccleſia vtitur, *Io. Andr. Ancharan & Domin. in cap. 1. de in integr. reſtit. in 6. Innoc. in cap. relatum,* & ibi etiam *Panorm. col. fin. de teſtamen.* idem *Panorm. in cap. nulli, antè finem, de reb. Eccleſ. non alien.* quos refert, & ſequitur *Tiraquell. de pia cauſa d. priu. 140.* vbi aſſignat rationem, quia eſt eadem vtriuſque ratio, nam Eccleſia ſua pri-
3 uilegia habet propter animam, & contemplationem Dei, *Medic. in opuſc. 4. n. 15.* vndè appellatione Eccleſiæ continetur omnis locus pius, *Rocch. de Curte in tract. de iure patron. in verbo, Eccleſia, num. 10. Dom. Ricc. deciſio. Cur. Arcyiepiſc. 147. nu. 8. part. 1.*

4 Hinc enim videmus, quod eadem requiritur ſollemnitas in alienatione rerum piæ cauſæ, quæ in rerum Eccleſiaſticarum alienatione eſt neceſſaria Panormi qui dicit id eſſe ſemper notandū, & *Barbat. Hoſtienſ. Imol. & Io. Andr. in cap. nulli, de teſtam.* per tex. in *§. quia vero, Authen. de non alien. & Auth. hoc ius porrectū, C. de ſacroſ. Eccleſ. Anchar. conſ. 274. colum. 1. Caſtrenſ. conſ. 269. col. 1. lib. 1. Franc.* qui id dicit ſingulariter *in cap. 1. col. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* quibus iungo *Medic. in opuſcul. 4. num. 29. & Antonin. variar. reſol. lib. 1. reſol. 6. num. 5.* vbi ad id allegat *Gabr. concl. 2. num. 4. & 9. de pia cauſa, & Ro-*

doan in rub. de reb. Eccles. non alien. num. 62. pag. 52. & addo *Tiraquel. de pia causa, priuileg.* 137. vbi firmat non malè inferri ab
5 alienatione rerum Ecclesiæ ad alienationem rerum piæ causæ, quia Ecclesiæ sub nomine quælibet pia causa venit, *Filiucius de stat. clericor. tractat. 44. capit. 4. num. 19.*

6 Et hinc pariter sicuti Ecclesiæ restituitur in integrum ratione læsionis, *cap. 1. de in integr. restitut. Cappell. Tholos. decisio. 54. Benintend. dec. 85. Odd. de restitutio. in integr. quæst. 3. art. 4. par. 1. Cardos. in praxi Iudic. & Aduoc. in verbo, Ecclesia, num. 35. D. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 88. par. 1. in*
7 *secunda edit.* sic etiam, & pia causa, vt voluit *Io. Andr. in d. cap. 1. & 2. vbi Imol. & Domin. de in integr. restit. in 6. Aretin. in l. 1. col. fin C. de sacros. Eccles. priu. 12. Ancharan. in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien. Roman. sing. 44. Tiraquell. de pia causa priu. 138. Mastrill. decis. Sicil. 110. nu. 3.*

8 Quare meritò pijs causis relicta solui possunt Ecclesiæ, &ècontrà, tantò fortiùs, quia illa posse solui Hospitalibus, & Confraternitatibus absque authoritate Episcopi erectis, notarunt *Tiraquel. de pia causa in præfat. vers. Item relictum Hospitalibus, Valasc. dec. 10. num 38. Aegid. in repet. l. prima, C. de sacrosanct. Eccles.* quos nouè refert, & sequitur *Barbos. in tract. de offic. & potest. Episc. alleg. 75. nu. 38. par. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pia causa nomen, quando habeatur.*
2 *Fauor Animæ vbi respicitur, dicitur pia causa.*
3 *Legatum factum pro Anima consanguinei, an dicatur pium, & nu. 4. 5. & 6.*
7 *Testamentum ad pias causas, quando dicatur.*
8 *Alimentorum causa dicitur pia, & quare, num. 9.*
10 *Iudex Ecclesiasticus adiri potest pro consequendis alimentis, sed quando, nu. 11.*
12 *Argumentum de dote ad piam causam valet.*
13 *Dotis causa dicitur pia, & quando secus, num. 18.*
14 *Stipulari alteri fauore dotis, & pia causa, quis potest.*
15 *Mandatum reintegra fauore dotis non expirat, & in tali causa proceditur de bono, & equo, nu. 16.*
17 *Verba enunciatiua probant fauore piæ causæ, & fauore dotis.*
19 *Reuerenda Fabrica Sancti Petri de Vrbe, quando se intromictat in legatis factis pro dotibus puellarum.*
20 *Refectio pontium & viarum, respicit publicã vtilitatem.*
21 *Legatum pro refectione pontis, dicitur pium, sic etiam vbi est factum pro refectione Ciuitatis, pro fabrica Cappellæ, pro erectione Campanilis, & similium, nu. 22. & pro monumento, nu. 23.*
24 *Funeris impensa facta pro paupere animo non repetendi censetur facta.*

ARGVMENTVM.

Pia Causa, Quænam dicatur, Ad finem de quo supra.

QVAESTIO LI.

Consentaneum est, & maximoperè congruit, quod cùm supra conclusum fuerit, piç causæ priuilegium eligendi, & variandi forum competere, hic etiam, & aliqua circa piæ causæ materiam, vltra alibi enunçiata, quam breuiter disserere.

Regula igitur sit, quod vt piæ causæ nomen aliquid habere possit, pietatem
1 continere debere, non solum nomine, sed etiam & effectu, & sic substantialiter *l. cùm hi, §. sed personarum, & §. si in annos ff. de transl. l. 1. C. de mendicant. valid. lib. 11.* & successiuè est omne illud, quod respicit vtilitatem Ecclesiarum, Monasteriorũ, Montium pietatis, Hospitalium, Confraternitatum, Extauritarum, Montia, & aliorum similium locorum piorum, mõtiũ pauperum, & miserabilium personarum, aliorumque operum charitatis, vtputà Studij, libertatis, & incertorũ, & malcabatorũ, *Siluestr. in summa, in verb. legatum, il quarto, Card. Tusc. concl. 106. lit. L. Simon de Petr. de interpretat. vltim. volunt. li. 4 dub. 1. Mangil. de imput. & detract. legitima, quæst. 120.* & plenè *Tiraqu.* qui de his omnibus discurrit *de priuileg. pia causa, in præfat.*

2 Itaut vbi fauor animæ respicitur pia causa insurgit, indè quoties testator aliquid pro anima erogat piam causam vtique

vtique respicit, cùm omne relictum pro illa ad piam causam legatum censeatur, §.si vnum de prædictis, Auth. vt cùm, de appellat. cognosc. Glo. & Bald in l. illud, C. de sacros. Eccles. Castrens. cons. 167. nu. 4. lib. 2. Gabr. conclus. 1. nu. 11. de pia caus. Intrigl. sing. 67 num. 139. lib. 3. Brunor. à sol. qui concordantes citat in suo compend. resolut. in verbo, legatum pro anima, Rota diuers. decis. 74. par. 2. Crass. in §. testamentum, quæst. 17 nu. primo, Spin. de testam. glo. 31. nu. 40. Bonacin. de testam. puncto 5. nu. 4. Muta decis. Sicil. 41. n. 33. & ideò omne relictum pro anima debetur à quocumque successore, adhibita tamen sollemnitate, Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiss. Pellicc. in consuet. Auers. cap. 3. nu. 393.

3 Quod adeò est verum, vt locum habeat etiam si fieret ad fauorem consanguineorum, dummodò re vera egeant, & in statu suo cũmodè viuere nequeãt, per Glos. notabil. in cap. 2. de sepultur. non enim sufficit si exprimatur fieri pro anima; sed re vera debet concurrere paupertas moralis legatarij, vt latius discucit Tiraquell. in speciali tractat. de pia causa in præfat vers. item relictum pro anima, Nauarr. de reddit. Eccles quæst. 1. monit. 26. num. 4. Sanchez de matrimon. lib. 1. disput. 4. nu. 10. Molin. de rit. nupt. quæst. 13. nu. 32. li. 3. Lopez de contract. cap. 40. lib. 2.

4 Hinc est, quod si fieret legatum consanguineis non expressa causa pia, vel pro anima intelligitur potius factum consanguinitatis fauore, & contemplatione, quam ratione piæ causæ, l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excus. tutor. Simon de Prat. in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. 4. dub. 1. Surd. decis. Rota Mant. 322. num. 16. Præses de Franch. dec. 565. vbi in facti contingentia ita decisum testatur etiam dùm aderat præsumptio paupertatis, quæ non fuit in actis probata, & ideò determinatum fuit, Iudices Reuerendæ Fabricæ non posse cognoscere de hoc legato, quia non erat ad pias causas, sequitur Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 13. c. 5 n. 156. to. 2.

5 Licet & non desint, qui magis equam secati sunt sententiam, vt in dubio legatum factum consanguineo pauperi censeatur pro anima, & intuitu pietatis relictum, & non ratione consanguinitatis simpliciter, vt apud Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 25. & seq. & lib. 12. tit. 17. nu. 30. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. nu. 9. Tesaur. forens. quæstio. q. 44. sub nu. 2. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 605. num. 28. & seq. Quarant. in summa Bullar. in verbo, Fabrica Sancti Petri de Vrbe, Genuen. in practicab. eccl. q. 573. tricen. 20. recenter Thor. qui sic ait decisum per Iudices Reuerendæ Fabricæ huius Ciuitatis Neapolis in legato facto à quõdam Francisco Rauascherio, penes Actuarium Trabucchum in summa priuileg. piarum causar. priuil. 175. de quo vidẽdus etiam Dom. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 381. par. 2.

6 Indè primam opinionem veram nuncuparem, quando legatum esset factum consanguineo diuiti, vel amico diuiti, nam tunc non censetur ad pias causas, sed contemplatione consanguinitatis, vel amicitiæ, vel alterius non pię causę, Caphal. cons. 216. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 1177. nu. 13. Grat. cons. 9. num. 29. & 31. lib. 2. Bellon. qui sectatur de communi cons. 16. nu. 2. Mangil. de imputat. & detract. legitimæ quæst. 120. n. 1. Thomas. in tract. var. de vltim. volunt. tract. 10. cap. 9. num. 145. vbi quod duo requirũtur ad esse piæ causæ nempè pietas personæ, & quod causa pietatis fiat, ex Bal. in l. illud, num. 1. C. de sacros. Eccles. & Sanchez de matrimon. lib. 1. d. disput. 4. num. 9. addo Santarell. variarum resolut. lib. 1. resol. 62. nu. 2. & legatum dici pium tàm actenta causa, quàm qualitate personarum, cui fit, dixit Menoch. de præsumpt. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 115. nu. 2. eminentiss. Cardin. Caualer. decis. Rot. 27 num. 2.

7 Notabis tamen, quod testamentum, in quo relictum est aliquid consanguineo pauperi, si aliter valere non potest sustinetur tanquam factũ ad pias causas, Mascard. de probat. conclus. 1176. nu. 17. Surd de aliment. tit. 8. priuil. 1. nu. 17. D. Reg. Valenz. cons. 10. num. 14. licet regulariter testamentum tunc ad pias causas dicitur pertinere, quando legata pia maiorem substantiæ testatoris partem absorbent, Cæsar de Graff dec. 5. de testament. Thomas. in tract. de vlt. volunt. tract. 10. tit. 2. cap. 33.

8 Alimentorum etiam causa dicitur pia, & fauorabilis, l. mela, Ibi (pietatis intuitu) vbi notant Glo. Bar. & reliqui, ff. de aliment. & cibar. legat. l. sancimus, C. de sacros. eccles. §. aliud, Auth. vt cùm, de appel. cognosc. l. cùm hi, §. in annis, ff. de transact. l. si quis Titio, ff. de leg. 2. latè Gigas de pension. quæst. 51. Crauett. cons. 199. n. 10. Menoch. cons. 72. n. 13. Afflict. dec. 257. Card. Mant. de tacit. & am-

big.conuent.lib.13.tit.12.num.1.Vital.in tract.de.claus.tit. An renunciari possit iuri alimentorum, vbi infert, quod cuique de populo, licet postulare pro alimentis, §.sin autem hoc facere, versic.autem scimus, (Ibi omni alij) in Auth.Eccles.tit.Corduba, qui concordantes adducit in l.si quis à liberis §.vtrum, nu.1.ff.de liber. agnoscend. cùm ita seruetur in pijs causis, Felyn.in cap.fin.de accus.Roman.cons.428.n.11.Santarell. 2.par. resol.lib.1.resol.69.num.6. taliter, quod valet argumentum de alimentis ad pias causas, Cantiunc.in topic.leg.in 14.specie loci à simil.

9 Cuius principalis conclusionis ratio assignatur per Surd.in tract.de alimen priuileg.1. num.2. quia ad piam causam iudicatur, quod relinquitur modo pro subleuanda anima cuiuscunque Catholici, sed etiam pro subleuando animato corpore, vt inquit Bald.in auth.similiter, num.2.C.ad leg.falcid. at corpus animatũ non potest aliter eleuari quam per alimenta, Glo.in l.si cui annum, ff.de ann. legat.

10 Hinc videmus, quod pro alimentis cõsequendis potest adiri Ecclesiasticus, cap.significantibus, de offic.deleg. Bar.in l.solent ff.de alimen & cibar.leg.nu.13.Gemin.in c.si quis deliquerit, vbi etiã Prapos.in fin.dist.30. Molin.de Hispan.primog.lib.2.cap.15.n.76. Surd. plenè de aliment.priu.9.Gutt.practic. quæst.cap.44.lib.1. Gratian.discept.forens.li.1 cap.60.nu.30.cum seq.& cap.154.n.10. cum sequent. nàm in relictis ad pias causas Iudex Ecclesiasticus benè procedere potest, Glos. in cap.relatum, de testam. vbi etiam Abb.Imol.Barbat.& Couarr. nu.13. Tiraquel.de priuil. pia causæ priuil. 149. vbi quod quando versatur causa pietatis Episcopus habet iurisdictionem in laicos, ex l.1.& ibi Bald.C.de Episcopal.Aud. cap.1.& 2,87.distinct cap.super quibusdam, in fine, de verbor.signific. cùm latius notatis per Barbos. in suo tract. de offic. & potest. Episcop. alleg. 82. par.3. vbi plenè ex isto axiomate ad plurb infert corollaria, & Ecclesiasticum posse cognoscere de alimentis filio spurio debitis, tutantur Santarell.var.resol.par.1.quæst.34. & Diana, qui alios citãt in resolut.moral. tract.de immunit.Eccl.res.85.

Declara tamen, supradicta procedere vbi alimenta sunt relicta pauperi, se-
11 cus si diuiti, quia communi calculo distingunt DD. legatum alimentorum dici pium, quando fit pauperi, secus si diuiti, argum.tex.in d.§.aliud quoque ibi egenis alimenta impendant, Authent.vt cum de appell.cognosc.l.hi singulos, ff.de transact.§.interdicimus, de eccles.titul. l.sancimus, C.de sacrosanct.Eccles.qui loquitur de laborantibus famæ, & ita in proprijs terminis notarunt Bart.in l.alio, nu.4.& 5. ff.de aliment.& cibar.leg.& in tract. de alim.nu.14. Imol.Ang.& Alex.in l.Diui, ff.ad l.falcid. annuentes id procedere quamuis testator exprimat se relinquere amore Dei, latè Surd.de alimen. priuil.1. num.3.& 9. Barbos.in l.1.par.1.num.55. ff solut. matrim. Modern. in tract. de cognition. per viam violentiæ, quæst.13. num.12. & quæst. 21. par. 2. Brunor.à Sol.in compend.resol in verbo, legatum alimentorum, Dom.Reg.Valenz cons.10. sub nu.9.Mangil.de imputat.& detract legitimæ quæst.121.Thomasius in tract.var.vltimar.volunt.tract.10.cap.16.tit.1. videndus omninò Cened.canon.quæst.cap.14.vbi alias qualitates adhuc esse necessarias tutatur, nempè quod sit pauper tempore quo trahit laicum ad iudicium, & quod alimenta, quæ petuntur non sint præterita, sed præsentia, vel futura.

Sed quia argumentum validum de
12 alimentis ad dotem, Euerard.in topic.leg. loco 29.Pereira quæst.forens.cons.1.nu.33. Seraphin.dec.447.num 7. Sanch. de matrimon. disput.26. lib.4. & èconuerso valet argumentum de dote ad alimenta, Molina de primogen.Hispan.cap.15.nu.8.lib.2.Menoch. de præsumpt.lib.4.quæst.191.num.2. Mysing. in tract.de ritu nupt.quæst.46. num.10. lib.3. taliter, quod dos, & alimenta æquiperantur, Glo.in l ob as, C.de prædijs min.Bar. in l.si nu.7.ff.quib.vt indig. Xuarez in l.quoniam, limit.2.C.de inoffi.testam.Tiraq.de iure primog.q.52.à nu.4.Brunor.à Sol. in suo comp. resol.in verbo, Dos, il duodecimo, Card.Mant. de tacit & ambig.conu.lib.12. tit.16. nu.17. cùm dos succedat loco alimentorum, Surd.de alim.tit.9.q.1.nu.14.

13 Ideò ad instar alimentorũ dotis causa quoque dicitur pias, & fauorabilis, l.cùm his §.si in ea opinione, ff de cond.indeb. & ibi copiosè, Ias.in §.si mulier, n.1.Alex. in l si cùm dotem, §.eo autem tempore num.50. ff.solut.matrim.Benedict. in cap. Raynutius, in verbo sobolis, num.5.de testam.Spin.in specul. testam.glo 10. num.21.Dom.Ricc. qui alios adducit decis.Cur.Archiep.Neap.206.nu.3. par. 2. & copiosius diximus forens. quæst. 47. lib.1. vbi in materia Electionis Fori proprie est discursus, siuè sit dos carnalis matrimonij, siuè spiritualis, putà pro

Mo-

Monacatu, quia semper est pium, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. Cardin. Cauaier. dec. 27. num. 4. Santarel. var. resolut. lib. 1. resol. 68. num. 12. dos inquam piæ causæ æquiperatur, Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 242. num. 4. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. nu. 18. Gratian. discept. forens. 700. nu. 11. & è contra dotis priuilegia pijs causis, competunt Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuil. 115. vbi ideò firmat, quod in dote mulieri absenti ex contractu inter alios inito ius, & actio quæritur sicuti, & piæ causæ, per l. 1. §. accedit, C. de rei vxor. act. l. fin. C. de iur. dot. Bar. consil. 123. Castrens. consil. 52. latè Decius cons. 35.

14 Indè fauore dotis, sicuti, & fauore piæ causæ potest quis alteri regulariter stipulari, de quo vide Tiraquel de priuil. piæ causæ priuil. 114. & notant Surd. de alimen. tit. 8. quæst. 73. nu. 8. & Coccin decisio. Rot. 435. affirmantes idem fauore alimentorum,

15 & fauore dotis, mandatum etiam re integra morte mandantis non expirat, Cremens. sing. 143. copiosè Trentacinq. var. resolut. lib. 2. resol. 10. num. 12. de procurator.

16 sicut & fauore piæ causæ, & sic vti in pia causa proceditur de bono, & Equo, ita pariter in causa dotis, l. iure succursum, §. fin. ff. de iur. dot. Caroci. decis. 131. num. 2. similiter vti sententia pro pia causa non recipit dilationem, sic & sententia fauore dotis, itaut illa sit exequenda, non obstante appellatione, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. num. 8. Cacher. decis. 25. num. 20. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4 nu. 829. & ali apud Gratian. discep. for. lib. 4 cap. 665.

17 Et ideò verba enunciatiua, quæ probant fauore piæ causæ, probant etiam fauore dotis, Put. decis. 419. lib. 1. Verall. decis. 288. part. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 2. tit. 7. num. 15. Trentacinq. var. resol. lib. 1. resol. 2. num. 76. de verb. significat. Tusc. conclus. 652. nu. 4. Randens. cons. 22. n. 38 vol. 1. & dos sicuti, & pia causa habet priuilegium in actione personali, l. assiduis, l. qui potior in pig. Bar. in l. priuilegia ff. de priuileg. credit. Sayr. in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 10. nu. 14. Prout & donatio ob ingratitudinem non reuocatur fauore dotis, sicuti ex fauore piæ causæ, Pinel. in l. 1. p. 3. n. 6. de bon. mat. Gam. decis. Lusit. 163. D. Ricc. collect. decis. 197.

18 Declara tamen, legatum dotis non dici pium, quando sit ab illis, qui tenentur dotem soluere, vt sunt parentes, nam dùm dicitur solutio pretij debiti vtique pietas excluditur, vt est notum, ex terminis, & notat Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 13. c. 5. de vlt. vol. nu. 160. tom. 2.

19 Et ideò in facto dicebam Reuerendam Fabricam Sancti Petri de Vrbe, quæ solet se intromictere pro adimplemento legatorum factorum pro dotibus puellarum, vt latè per Dom. Ricc. in praxi resolut. 370. to. 2. in huiusmodi casu non potuisse manus apponere.

Prout nec pium affirmant esse, nisi quoties legatum puellæ in necessitate constitutæ esset factum; Boer. dec. 44. quia requiritur, quod fiat pauperi, Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 28. & tunc dotis legatum censeri debet in causam piam, Romul. in tract. de testament. precept. bon. extra famil. alien. num. 129. itaut etiam Episcopus loci Ordinarius, & eius Curia ad instantiam legatariæ pro recuperatione possit imponere manus, & eriit Iudex competens, Guttier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 44. nu. 10. & lib. 3. q. 29. n. 30. Robadill. in politic. cap. 57. nu. 10. in fin. & in glo. lit. C. lib. 2. tom. 1. Cened pract. quæst. cap. 37. nu. 7. Modern. de cognit. per viam violentiæ, quæst. 12. n. 4. Dian. in suis resolut. moral. tract. de immun. Ecc. res. 116. vers. sed quidquid sit.

20 Et quoniam viarum, pontiumque refectio publicam respicit vtilitatem, quia vbi vtilitas publica ibi & pietas, & ideò quod in pontium, viarumque reparationem tendit vtique pium censendum est, & fauorabile, c. [illegible] de immunit. eccles. l. 2. x. penult. ff. de don. l. ad instructionem, C. de Episc. & cler. vbi fauore refectionis pontium, nullum priuilegium eximit ab hoc onere, de quo latè loquuntur Aluarez in thesaur. Christian. Religion. c. 36 & Graff de effect. cler. effect 7. num. 203. cum seq. Mexia in prag. taxæ panis concl. 5. à n. 70. Dian. in resolut. moral. tract. de immun. Eccles. resol. 75. & Nouar. frater in l. vtilitas publica C. de primip. lib. 12.

21 Hinc legatum factum pro refectione viæ, pontis, fontis, & similium, licet incertum foret pium appellarunt, Vbald. de canon. Episc. cap. 10. nu 4. Addit. ad Capp. Tholos. dec. 215. nu. 3. Mangil. de imput. & de tract. legitima quæst. 120. sub nu. 15. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 188. num. 4. vbi annuit incertum dici si legauit in refectionem pontis, vel viæ, non expressa quantitate, quia tūc Iudicis arbitrio extimabitur, iuxta quantitatem patrimonij, Tiraquel. in præfat. sui tract. de priuil. piæ causæ, vers. item

item legatum factum ad constructionem, Intrigliol.sing.97.nu.148.lib.3. & de relicto pro refectione, & reparatione Ecclesiæ, *Barbat.cons.26.lib.3.Surd.cons.62 num.5. & seq.* & de legato pro reparatione Ciuitatis,
22 vel eius custodia, aut fortificatione, & quidquid fit, ad publicam vtilitatem dixerunt, *Bald.in d.auth. similiter, num. 3. C.ad leg.falci. Menoch.de præsumpt præs.115. nu.23.* & alij apud *Thomas. in tract. de Vltim. volunt. tract.10.tit.1.cap.27.* qui *cap.20.* idem affirmat de relicto pro fabrica Cappellæ, pro vestibus sacris, pro erectione, vel reparatione campanilis, luminarijs cereis, & similibus, ex *D. Ricc. in praxi fori Eccles. resol.337. num.15.tom.3. Bonacin.de testam.punt.5. num.4.* refectionis siquidem Ecclesiarum, & Cappellarum dicitur pia.

23 Et pro monumenti, constructione legatum factum adhuc dici pium, annuerunt *Menoch. dict. præsumpt. 115. nu.25. Intrigliol.d.sing 97.num.150. Molfes.in summa tract.13.cap.5.n.170.tom.2. Mangil. de imput. & detract. legitimæ cit.q.120.nu.24. & seq.* vbi reportat hinc scripsisse *Afin. in l. vel quæ pater, ff.de religios. & sumpt.fun.* quod cum sepulchra religiosa sint diuini, & non humani iuris, *§. nulli, Instit. de rer.diuis. l.locum, de religios. & sumpt. funer.* quemadmodum est pium cadauera sepelire, sic & insepulta relinquere inhumanum, & iniuriosum est, *l. quod si nulla, ff.de relig. & sumpt.funer.* & ideò legatum sepulturæ continere causam piam, meritò colligitur *ex l.si quis, §.interdum, ff.de relig. & sumpt.funer.* ibi, Quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funeratur, *l.pro hærede, ff. de acquir. hæredit.* ibi (Vt pietatis causa) de qua materia latè nouissimè *Saurius var.resol. tit.2. de prisco, & recenti funerandi modo,* vbi per varia capita de ea discurrit.

24 Indè funeris impensa pro paupere facta pietatis intuitu censetur non animo repetendi, at secus si pro diuite facta esset, *Mantic.de coniect.lib.13.tit.11.in fine, Thomas.in tract.de Vlt.vol.d.trac.10.ti.1.c.31* quod ego practicaui vti Regius Assessor districtus Amalphiæ in anno 1629. dùm casus ex facto accidisset.

SVMMARIVM.

1 *Clericus inter personas miserabiles reponitur, & est de numero pauperum, taliter, quod legatum pauperibus distribuendum, potest clericis distribui.*

2 *Clericus habet electionem fori, etiam si sit prima tonsura initiatus, nu.2.*
Sed an tunc requirantur requisita Concilij Tridentini sess.24.cap.9. de reform. negatiuè docet Author nu.6.
Et etiam si sit coniugatus, & saluaticus, num. 12. & 13.
Licet illam non habeat pro bonis proprijs, num.17.
Sed benè pro patrimonialibus, nu.18.
Et pro fructibus beneficiorum, nu.20.
Et quid si Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nu.26.

4 *Initiatus prima tonsura dicitur clericus, & gaudet singulis priuilegijs clericalibus.*

5 *Fortudicationis sententia suspenditur per exceptionem clericatus.*

7 *Limitata dispositio limitatum parit effectum, & extenditur secundum limites adiectæ dispositionis.*

8 *Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam non datur.*

9 *Exclusio inducta à statuto non extenditur nisi ad expressum.*

10 *Clericus gaudet beneficio cap. Odoardus, quãuis non incedat in habitu, & tonsura, nec diuinis inseruiat, vel beneficium habeat, sicque etiam in priuilegio canonis concluditur, nu.11.*

14 *Electio fori competit clerico, non solum si sit offensus in propria persona, sed etiam in agendo pro iniuria facta consanguineis.*

15 *Iniuria facta vni de familia censetur facta toti familiæ.*

16 *Frater pro honoris proprij defensione occidens post longum tempus stupratorem sororis, extraordinaria pœna punitur.*

19 *Alienatio bonorum patrimonialium interdicta est clericis.*
Sequestrantes fructus bonorum patrimonialium incidunt in Bullam Cenæ, can.17. ibidem.

21 *Beneficiatus tenetur de fructibus restaurare Ecclesiam.*

22 *Fructus beneficiorum sunt bona Ecclesiastica.*

23 *Clericus bigamus quis dicatur, & quibus priuilegijs careat.*

24 *Dispensatio quoad bigamiam, à quo sit impartienda.*

25 *Ordinans bigamum qualiter pecc t.*

27 *Episcopus dicitur caput Cleri, nec comprehenditur sub generalitate, nu. 28.*
Et dicitur esse in culmine dignitatum, n.29 & 30.

31 In

31 *In generali locutione non veniunt persona magna authoritatis.*

32 *Clerici exempti non veniunt clericorum appellatione.*

33 *Beneficium curatum non venit sub nomine beneficij in dispensationibus, nec dignitas, nec Ecclesia Cathedralis, aut prebenda.*

34 *Ciuitas non venit appellatione diœcesis in materia odiosa.*

35 *Regularium appellatione in odiosis, non veniunt Pralati Regulares.*

36 *Religiosi in odiosis appellatione Clericorum nõ veniunt.*

37 *Interdictis Clericis, non censentur interdicti Regulares.*

38 *Canonici in odiosis non veniunt appellatione clericorum, & econtra, n.39.*

40 *Canonici tantum absentes pro seruitio Episcopi possunt percipere distributiones quotidianas.*

41 *Canonici Neapolis possunt benedicere corporalia vestes paramenta, & alia ad misse sacrificium necessaria.*

42 *In Ecclesia Cathedrali Neapolitana adsunt Canonici insigniti Titulo, & nomine Cardinalium.*

43 *Bulla Pij V. reuocauit titulum Cardinalium Canonicis.*

44 *Clerici pro bonis Ecclesia, vel patrimonialibus in tantum habent Fori Electionem, in quantum adest violentia, rapina, vel fraus.*

45 *Cursores, siuè Nuntij Curiarum Ecclesiasticarum, si sint laici, non possunt pro eorum causis eligere forum Principis, licet benè gaudeant priuilegio Fori Ecclesiastici.*

ARGVMENTVM.

Clericus An, & Quando Fori Electione, & Variatione vti possit.

QVAESTIO LII.

1 Regula est ab omnibus communiter recepta, quòd Clericus inter miserabiles personas reponantur, vt apud *Butr. & Innoc. in cap. significantibus, de offic. deleg. Graff de effect cleric. in pralud. num. 42. Viuian. in praxi iur. patron lib 6. cap. 2. nu 92.* & illos esse de numero pauperum, probatur in *cap. quod autem 23. q. 7. & in cap. sacerdos 1. quaest. 2.* Itaut si testator mandet, quod aliquid dispensetur inter pauperes, executores possunt illud dispensare etiam clericis.

2 Quare clericum habere fori electionem communi voce cantarunt *DD. in cap. cùm sit generale de foro competen. Fœlin. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ col. 4. de constitut. Villalob. in l b. commun. opin in verbo, clericus, Carauit. in Rit M C.V. 67.* vbi testatur pluries decisum in Collaterali *D. Reg Tap. in Constitut. Regni, Statuimus, nu. 29. de offic. Magistr. Iustit. D. Ricc. collect. decis collect. 86. Genuen. in practicab. eccles q. 634. tricen. 22. Borrell. in summa decis. tit. de foro compet. nu. 137. tom. 1. Calà de modo artic. glo. 1. num. 87. Addit. ad Capic. dec. 160. in princ.* & de iure Regni est sancitum, vigore *Ritus M.C.V. 233.* qui loquitur generaliter, clericum habere fori Electionem agendo ciuiliter, vel criminaliter, qui ritus hodiè est in viridi obseruantia apud Regia Tribunalia.

3 Amplia hanc conclusionem esse verum, etiam in clerico minoribus ordinibus, imò in prima tonsura initiato, cũ clericorum appellatione veniant etiam qui solum tonsuram adepti sunt, *Bald in l etiam, col. 4. versic & ideò clerici non possunt, C. de except. rei Iudic Lap. de libert eccl. q. 2. in princ. Calcan. cons 70. nu 79. Corsect singul. 12, Roland* qui alios adducit *cons 4. nu 16. li. 1. Boss. in tit. de foro compet. sub nu. 127.* & pri-
4 ma tonsura initiatus, dicitur clericus, *Ceruant in l. 5. Tauri n. 13. & seq. Vulteus in tract de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 6. Germon. de sacror. immun nu. 76. Graff de effect. cler. in pralud. nu. 301.* vbi quod huiusmodi clerici primæ tonsuræ gaudent singulis, & omnibus priuilegijs clericalibus, tanquam personæ ecclesiasticæ, quam appellatione veniunt, & ipsi *Alber in suo dictionar. in verbo, ecclesiastica persona, Antibol. in tractat. de muner. §. 4. nu. 52. Marta decisio. 24.* vndè foriudicationis sententia, quæ suspenditur per exceptionem clericatur, iuxta praxim, de qua *Pras de Franch. decisio 329.* vbi quod scripturę clericatus ponuntur extra processum, & supersedetur in foriudicatione, procedit etiam in simplici clericatu primæ tonsurę exhibita fidem clericatus, & fide seruitij, vt pluries fuisse decisum tàm in *S.C.* quàm in Iuncta Regiæ Iurisdictionis audito Fisco, dicit *Rouit. in pragm. rubr. de sentent. foriudicat n. 11 in vlt. impress.*

Et in hoc velim aduertes, quod licet vigore *S.C. Trident. sess. 24. cap. 6 de reform.*

vt

vt huiuſmodi clerici gaudere poſſint fori priuilegio neceſsè ſit, quod in habitu, & tonſura incedant, & ſint adſcripti alicui Eccleſiæ, vel Seminario, cui inſeruiant de mandato Epiſcopi, vel ſint beneficiati, de quo nos latius loquuti fuimus in *prag. 1. de cler. ſeù diacon. ſaluat. & in opuſc. noui iur. Pontific. concluſ. 2. & 3. de foro competenti.*

Tamen id non eſt neceſsè, in caſu de quo loquimur, nam Concilium diſponit hæc requiſita eſſe de ſubſtantia, quoties clericus intendit ſe facere conuenire apud Iudicem Eccleſiaſticum, & ſe eximere à iuriſdictione laicali, & conſequenter non poteſt eius diſpoſitio adaptari ad caſum noſtrum, prout & ita obtinui in cauſa Clerici Io. Angeli Buonocore, qui per viam Electionis Fori, tanquam vulneratus à Michele Landro adiuerat Magnam Curiam Vicariæ, nã non obſtante, quod non fuiſſent probata Concilij, requiſita fuit admiſſa Electio fori per ipſum facta pro quærela expoſita aduerſus prædictum Michaelem.

Quæ ſanè opinio ratione non caret, ſiquidem quando *S*acrum Concilium Tridentinum diſponit, vt ſupra, certè corrigit ius commune, quo attento clericus in minoribus gaudet priuilegio Fori, etſi non habeat beneficium, nec diuinis inſeruiat, vt eſt notum, vndè tanquam correctorium iuris communis ſtrictè debet intelligi, non autem laxari, poſt antiquiores *Surd. conſ. 416. num. 6.* & cùm diſponat circa illum caſum tantùm limitatiuè debet intelligi, & conſequenter limitatum producere debet effectũ,
7 quia limitata diſpoſitio, limitatum parit effectum, *Seraphin. dec. 911. nu. 2.* & diſpoſitio limitata, minimè extenditur, *Cardin. Tuſc. concl. 494. lit. D*, niſi ſecundum limites adiectæ diſpoſitionis, *l. nomen, §. fin. ff. de iur. & facti ignor.* cum concordantibus.

8 Et extenſio de caſu ad caſum, prout de perſona ad perſonam non eſt permiſſa, *l. ſi quis ita, § penult. ff. de teſtam. tutel. Aret. in l. Gallus, §. quid ſi tamen, col 5. ff. de liber. & poſth. Manc. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. num.* 8. maximè, quando ex extenſione venit præiudicium tertio, & diminuitur priuilegium, & commodum, quid priuilegiatus ipſo iure habet, prout in caſu noſtro, caſus ſiquidem omiſſus à
9 Concilio, habetur pro omiſſo, *Cephal. conſil. 26. nu. 16. Nacta conſ. 469. num. 9. Magon. deciſ. Florent. 147. nu. 9.* probans excluſionem inductam à ſtatuto, non procedere, niſi in caſu, & perſona expreſſa, *Menoch. conſ. 197. num. 7.* dicens, quod ſtatutũ includens vnam perſonam, aliam excludit, quaſi quod vnius incluſio, alterius ſit excluſio, *ex l. cùm prator, ff. de iudic.* cùm latius notatis per *Card. Tuſc. concl. 71. li. I.* ſtatutum enim, ſiuè pragmatica lex, & ſimilia ſunt ſeruanda, prout iacent, nec attenditur ratio, ſed caſus formaliter diſpoſitus, nec facienda eſt extenſio ob rationis ſimilitudinem, vt fundauit *Lanar. conſ 61.* noluiſſe inquam Concilium præſupponendum eſt comprehendere hunc, vel ſimilem caſum, dùm tantum ſtatuit ſeruanda eſſe mentionata requiſita ad effectum, vt valeat clerici in minoribus, vti priuilegio Eccleſiaſtici fori, quoniam lex id noluiſſe præſumitur, cùm facilè id exprimere potuiſſet, & nõ expreſſit, iuxta tradita per *Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauar in prohem. n. 150.* ſi enim voluiſſet, expreſſiſſet, vt plenè per *Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, Libertus, C. de reuoc donat. Gonzal. in Reg. Cancell. gl. 9. §. 1. à num. 33.* Ergò tanquam caſus omiſſus ab ipſo, intelligitur ſecundum ius commune, & antiquum, *l. ſi verò, §. de viro ff. ſolut. matrim. l. commodiſſimè, ff de liber. & poſthum. Girond. de priuileg. num. 556. & nu. 886.*

Quæ fundamenta, & rationes iuuantur, ex qua declaratione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium lata 18 Decembris de Anno 1595. per quam fuit dictum, diſpoſitionem Concilij nuper citata *ſeſſ. 24. cap 6. de reformat.* non habere locum, quoties clerici in minoribus vellent vti beneficio
10 *Cap. Odoardus*, ſiquidem huiuſmodi illo frui poſſunt, & ſi in habitu, & tonſura non incedant, nec diuinis inſeruiant, & beneficio Eccleſiaſtica careant, vt teſtatur *Zipenſ. in ſuo iure pontificio nouo lib. 2. tit. de foro competenti num. 32.* ſequitur etiã poſthæc ſcripta, habitus *D. Squillat. Canonicus meritiſſimus Eccleſiæ Neapolitanæ meus Amicus in tract. de priuileg. clericor. cap. 10. ſub nu. 12*, vbi nos allegat, *& cap. 12. ſub nu.* 8. & latè eum *Sanchez in ſumma Theol. moral. lib. 7. cap. 13. n. 35. to. 2.*

Et ego pluries, atque pluries conſului aduerſus opinionem *Neut Zant. conſ. 59 Bertacc in ſuo repert. in verbo Clericus pro actibo ciuili, fol. meo* 351. *Benincaſ. in tract. de*

pri-

priuil.paupert.in 8 *special.iudic. nu.* 13. *Costa de remed.subsid.remed.*29.*n.*4.*Felic.alleg.* 37. *nu.*2.*par.*1.*Grass.de effect.cleric.effect.*7.*nu.*4. qui ad id allegat inter alios, *Surd.consil.* 259.*num.*24 *lib.*2.*Molin.de contract disp.*571 *nu.*13.*Farinac.in sua pract crimin.q.*17.*n.*69. *Rol.à Vall.consf.*16.*nu.*11.*lib.*4.*Couarr.lib.*2. *var.resol.c.*1.*num.*9. *Gutt.de contract. iuratis cap.*17.*num.*10.*Carpan in Stat.Mediol.c.*167. *nu.*50. *Suarez de Pax in sua praxi p.*3.*lib.*2. *cap.*vn.*nu.*4. *Genuen.in praxi Cur. Archiep. cap.*3.*nu.*3.*Paschal.de patr.potest.p.*2.*c.*9.*n.*32 *Manson.de caus execut.lib.*1.*limit.*14.*nu.*12. qui omnes vno ore fatentur clericos in Minoribus,vt valeant vti tali beneficio Capit.Odoardus debere habere Concilij requisita, (quod pace tantorum Virorum multum à veritate distat) ex supradictis fundamentis, & ideò nè recedas à declaratione Sacræ Congregationis; non obstante allegato cumulo DD. quorum vnus alium decepit, de communi enim opinione non est curandum, quoties altera fulcitur meliorbus, & verioribus fundamentis,ac viuis rationibus,imitantur enim isti oues,& aues, vt quo vna vix ita terēderit omnes turmatim aduolare incipiant,iuxta ea,quę adnotarunt *Decius consf.*481. & *Curt. Iun. consf.*63. Quod eatenus est verum, vt nè friuola quidem cuius piam fortè dissentientis opinio reperiatur, quæ plurimorum satellitio careat,taliter vt quænam verior sit censenda sententia sępius ignoratur.

11 Prout eadē & Sacra Eminentissimorū Congregatio declarauit, Clericos non obseruantes formam traditam in eo, licet priuentur priuilegio fori, nam per hoc intelligit priuatos priuilegio Canonis si quis suadente, *Comitol. in responsò moral.lib.*6 *q.*20. *Anton.Dian.in resol.moral. tract.de immun. Eccles.resol.*50. & *Ricciull. de iure person. lib.*7. *cap.* 6. *nu.*11. vbi quod cùm Concilium loquatur de priuilegio fori non debet extendi in eo quod nō est expressum.

12 Amplia similiter idem procedere in clerico coniugato,qui eodem beneficio fruitur, quia appellatione clericorum veniunt,coniugati, *Viuian.de iure patron. lib.*6.*cap.*1. *nu.*27, dummodò tamen cum vnica,& virgine matrimonium contraxerit,vestesque clericales, & tonsuram deferat, iuxta normam textus *in c.*vni*co,de cler.coniug.in* 6. *Duard.in explic. Bull. Cœna lib.*2.*can.*15.*q.*4.*Couar.pract.quæst.c.*31. licet si eo oriatur vxor, tunc gaudet quamuis non incederet in habitu,& tōsura, eò quia tunc non reputatur coniugatus,sed remanet simplex clericus, & necessariò consequeretur priuilegia illorum clericorum, de quibus in alia ampliatione,verba fecimus, iuxta *Abb.* doctrinam *in cap.Clericus,il secondo,num.*4. *de vita,& honest.cleric* cùm latius congestis *in lib.*1.*quæst forens. quæst.*88. ad quem Lectorem relego, addo *Grass.de effect.clericatus,effect.*1.*nu.*90.

13 Amplia supradictam conclusionem procedere in clericis saluaticis,quibus electionis fori beneficium competere asseueramus,prout & Ecclesiastico foro vti posse,constat ex *prag.Regni* 1.*sub rub. de cler. seù diacon. saluat.* dummodò tamen non sint illi vltra numerum permissum à Sacra Congregatione Eminētissimorum Cardinalium Concilij interpretum, quæ subsequens decretum circa Diaconos saluaticos in hoc Regno Neapolitano emanauit, videlicet.

Sacra Cardinalium Congregatio negotijs Regni Neapolitani præpositorum certior reddita in nonnullis eiusdem Regni Diœcesibus, Diaconos,quos vocant,Seluaticos,in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut vtilitatem exercuisse.Volens eoaundem exemptionis causam declarare,& fraudibus quibuscunque occurrere de Sanctissimi Domini Nostri Gregorij XV.mandato viuæ vocis oraculo desuper habito, Diaconis Saluaticis huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio retineri, vel in locum quoquo modo deficiētium assumi posse in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesijs, ad summum quatuor: in Collegiatis, vel Parrocchialibus duos: in alijs verò Ecclesijs,in quibus Diuina celebrantur, si Episcopo videbitur vnum,quos quidem Episcopi prorsus gratis,& tales, qui omninò per se ipsos, non autem per interpositam personam, seruitium debitum præstent,nec vllo modo criminosos,aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant,alius,& hi nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apostolicæ seuerum exponentur, eos verò priuilegio Canonicis non gaudere: fori autem priuilegio in criminalibus omninò in Ciuitatibus, quoad corporis distinctionem tantum, & immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab alijs durante seruitio, frui debere; sed si alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima consuetudine,cuius cognitionem,& declarationem in casu controuersiæ,eadem Sacra Congregatio sibi reseruat, illam debere attendi,

18 Qua declaratione vera existente, vtique fatendum est clericum pro bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus, habere Fori Electionē, vt in terminis tenent *Vrsill ad Affl. decis. 257. sub nu. 1. & Pater Duard. in comment. pro explicat. Bullæ Cœnæ Domini li. 2. can. 18. quæst. 5. nu 0. D. Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 91. tom. 4.* & latius confirmauimus *Forens. quest. 72. lib. 1.* vbi ita seruatum per Regiam Audientiam Catanzarij retulimus, eo quia talia bona habent priuilegia concessa bonis Ecclesiæ, vt post antiquiores firmarunt *Nauar. cons. 12. de censibus, Gratian discept forens. cap. 159. a nu. 27. lib. 1.* latè *Graff. in tract. de effect. cleric. effect. 3. n. 129. Antonin, var. resol. lib. 1. cas. 88 Dom. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 299. par. 2.* quorum opinio canonizata videtur *à Sacro Concil. Trident. sess. 21 cap 2.* vbi cle-
19 ricis interdicitur alienatio bonorum patrimonialium, ad quorum titulum fuere ordinati, vt latissimè per *Cened. canon. quæst. cap 11.* ex quo etiam inhibitam censeri præscriptionem ordinariã inferri potest, *D. Ric. in praxi resol 90. to. 4.* ex regula, quod cùm lex prohibeat alienationem dicitur prohibere præscriptionem, iuxta *glos.* & aliorum doctrinã *in l. vbi lex, ff de vsucap. Couarr. in Reg. possessor 3 par. §. 3. nu. 6 Gabr. conclus. 13 de prescript. Molin. de primogenit. cap 10. lib. 3. Mathiens. in l. 8. recopil. glo 5. tit. 7. lib. 5.* apud quos materiam declaratam copiosè reperies, licet contrarium per *Phœbum decis. Lusit. 19 tom. 1.* Indè onus prohibetur imponi super dictis bonis, prout super Ecclesiasticis, vt post antiquorum scolam dixerunt *Azor instit. moral. par. 3. lib 5. cap. 19. quæst. 7. Layman. in Theolog. moral. lib 4. tract. 9. cap. 6. num. 9. Salon. in 2. 2. quæst. 78. art. 5. controuers. 2 num. 2. tom. 2. Bellect. in disquisit. cleric. par. 1. tit. 5. §. 5.* & alij recentiores, quos recollegit *Antonin. Dian. in resolut. moral. tract. de immu. Eccles. resolut. 39.* & sic super eas transactio fieri prohibetur, ex resolut. per *Pereira de resolut. emphiteus. cap. 9. nu. 36. Dom. Ricc. in praxi resolut. 88 tom. 4.* vbi quod nec possunt permutari *Gonzal. in Regu. Cancellar. glo. 5. §. 10. nu. 35. Grat. discep. for. c. 159. nu. 3.* nec hipotecari, *D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 212. par. 2. Barbos.* qui alia adducit *de potest. Episcopi alleg. 19. par. 3. a nu. 75.* vsque *ad 78.* nec tenentur ad collectas, vt in Regno est prouisum per *Cap. Incip. Statuimus,* & est communis DD. opinio, de quo *Borrell. in sum. decis. tit. 18. de Tributis n. 78 tom. 3.* Indè in censuram Bullæ Cœnæ incidunt sequestrantes, vel occupantes fructus huiusmodi bonorum patrimonialium, *Vgolin. de censura in explic. can. 17. §. 2. Duard. in Bul. Can. li. 2. can. 17. quæst. 13. sub nu. 2.*

20 Vndè cùm satis sapiant bonorum Ecclesiasticorum fructus beneficij ecclesiastici, clericus etiam gaudere debet tali electionis priuilegio, si agat pro illorũ recuperatione, ex dictis per *Cardin. Zabarell. cons. 146.*

Et licet contrarium decisum reperiam in Magna Curia Vicariæ apud *Thor. in compend. decis. Regni in verbo, Electio Fori, tom. 2.* & hoc in causa Abb. de Sancta Elena cum Iulio de Scaulis Terræ Campibassi, apud Actuarium Marescam.

Tamen hæc decisio ambigua redditur, ex latè consideratis per nos *Forens. quæst. q. 5. & 13. lib. 1.* tantò magis, quia fructus beneficij sunt deputati pro oneribus ipsi beneficio incumbentibus, *Gig. cons 15. nu. 8. D. Ricc. in decis. Cur. Archiep 98. nu. 6. par. 4.* vbi *nu. 3.* annuit, quod licet fructus beneficij spectent ad clericum, tamen clericus ipse potius dicitur procurator quam Dominus ex *§ fin. 14. quæst. 1. Archid. post Innocent. in cap statutum, §. Accessorem, de rescript. in 6.* & clerici dicũtur dispensatores, & facultatem habent disponendi de fructibus, sed canonicè, *cap. præcipimus 12. quæst. 2.*

Itaut videmus Beneficiatos cogi, &
21 teneri de fructibus restaurare Ecclesias *cap. 1. de Eccles. ædific.* (ibi quicunque Ecclesiasticum beneficium habent omnis nò adiuuent ad tecta Ecclesiæ restaurãda, vel ipsas Ecclesias emendandas) & idem probat textus in *cap. de his, eod. tit.* Igitur fructus beneficiorum tanquam destinati ad onera Ecclesiæ, debere priuilegijs Ecclesiæ frui annuendum est, Vltra quod fructus beneficij sunt bona Ecclesiastica, cùm ab Ecclesia prouenjant, vt per *Dom. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 124. nu. 3. par. 1. in parn.* quo in loco
22 meritò concludit, Beneficiatum non posse locare fructus sui beneficij vltra triennium, prout nec potest bona Ecclesiæ, itaut dicat *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand.* habere locum etiã in fructibus, at ante eum plures pariter scripsere, quos ibi reportat cum innumeris Romanæ Rotæ Decisionibus, *Gut-*

tier.lib.1.canon.quæst.cap.8. nu.15. Gama decis. Lusit. 150. & 390. & recenter *Barbos. de potestate Episcopi allegatio. 95. num. 20. par.3.*

23 Declara etiam, non procedere firmatam regulam, in clerico bigamo, qui dicitur veræ si duas vxores duxerit, *cap. Acutius, & cap. deinde, & cap. qui sine, 26. distinct. cap. Nuper. de Bigam. Nauar. in manual. confess. cap. 27. quæst. 1. Graff. in decis. cas. conscient. pag. mihi 441. nu. 38. Cappella Tholos. decis. 153.* eò quia tanquam irregularis, *cap. debitum, cum glos. in verbo, sacramentum, de Bigam. cap. maritum 33. distinct.* denodatur omni priuilegio clericali, iuxta notata per *cap. vnic. de bigam. in 6. vbi glo,* cum latius notatis per *Dom. Ricc. in praxi resolut. 34. par. 3.* qui *in resol. 35.* annuit bigamum carere tonsura clericali, & prohiberi clericalem habitum deferre, itaut merè laicus existimetur bigamus, *idem resol. 36.* vbi concludit esse incapacem beneficij, quod & communis DD. schola, probat *Azor. instit. moral lib. 6. c. 4. q. 6 Garsia de benefic. p. 7. c. 6. Filiuc. de statu cleric. tract. 41. cap. 4. nu. 10.*

Quæ sanè opinio est vera, & procedit etiam si Episcopus dispensasset, quoad bigamiam, nā & adhuc priuilegijs cle-
24 ricalibus esset innodatus, cùm reputetur verè laicus, *Ludouis. dec. 516. num. 12,* & ibi etiam Additio; eo quia sicuti Episcopus prohibetur dispensare cum bigamis ad sacros ordines, *cap. 2. de bigam. vbi glo. & Abb.* ita nec ad minores, vel ad primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, ex *cap. vnico, de bigam. in 6. & Sacr. Concil. Trident. sess 23. de reformat. cap. 17. in fine, Nauar. in manual. c. 27. n. 197. Valent. tom. 4 disput. 7. quæst. 19. punt. 3. Quaranta in sua summa, in verbo, Ordo Tretius de vero, & perfecto cler. cap. 11. num. 6 lib. 2. Maioll. de irregularit. cap. 33. num. 14. lib. 1. Villadieg. in eiusdem nominis, tract. cap. 6. circa finem, Suarez de censur. disput. 49 n. 4. & 5 sect. 6. Lopez instruct. cas conscient. cap. 22. to. 2 par. 2. Caual. commun. contra commun. q. 559. Gars. de benef. par. 7. cap. 6. de Bigam. à nu. 3.* affirmans, istam opinionem approbasse Sistum Quintum, & ita decreuisse Sacrā Congregationem Eminentissimorum Cardinalium Concilij Interpretum, his verbis, *Episcopus authoritate sua ordinaria cum sibi subdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus successiuè legitimum matrimonium contraxit, & consumauit, & modo defuncta sunt, dispensare non potest, vt primā tonsuram, & simplicia beneficia à se, vel ab alijs accipiat,* affirmans pariter *in addit.* quod licet huiusmodi declaratio loquatur de eo, qui cum duabus contraxit, procedit etiam in eo, qui cum vnica vidua, seù corrupta cōtraxerit, nam æquiperantur à iure, *cap. 1. & 3. de bigam. dicto cap. vnico, eod. tit. in 6.* & ita dicit respondisse in anno 1613.

Taliter, quod Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinibus,
25 seù prima tonsura grauiter, & mortaliter peccat, & conferendo beneficium, nec valet collatio, *Nauar. cons. 3. & 4. de bigam.* affirmans similiter, Episcopum in hoc casu esse suspectum ipso iure à collatione dicti ordinis collati, quod tamē non puto verum, vt censuisse Sacram Congregationem, testatur ibidem Additio, & *Campanil. in diuers. iur. Canon, rub. 1. cap. 6. nu. 24.*

Et licet non desint per plures Authores, qui in illa residerunt opinione, vt quoad ordines minores benè valeat Episcopus dispensare, vt per *Sanchez de matrimon. disput. 86. nu. 10. lib. 7. Azor institut. moral. cap. 20. quæst. 2. lib. 5 par. 2. Auil. de censur. disput. 7. dub. 4. par. 7. Henriq. in summa Theolog. moral. §. 11. cap. 6 lib. 12 Sot. in 4 sentent distinct. 17 quæst. 3. art. 3 concl. 2. Rota decis. 1. nu. 2. de bigam. in nou.* & alij per pluras, quos recollegit *Garsiæ, & Campanil. locis indicatis.*

Tamen prima opinio est vsu recepta, & magis communis etiam quoad exercitium ordinum susceptorū, in quo nequit Episcopus dispensare super bigamia vera, & interpretatiua, vt decisum per Sacram Eminentissimorum Congregationem in anno 1606. referunt *Genuens. in praxi Cur. Archiep. cap. 113. in fine, in vltima editione, Piaseg. in praxi Episc. cap. 1. num. 60. par. 1.* iuxta quorum opinionem obtinui apud Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum meum Aloysium Riccium Episcopum Vici-Equensem Iudicem delegatum à Sede Apostolica in caussa Magnificorum Syndici, & Electorum Terræ Fractę Maioris Auersanæ Diœcesis cum clerico Octauio Capasso.

Declara præterea, non habere locū,
26 vbi Baro haberet priuilegium abdicatiuum, etiam quoad personas Ecclesiasticas, quia tunc clericus non posset in præiudicium Baronis variare forum, vt pluries decisum per Sac. Consil. testatur

Addi-

Additio ad Annam in alleg. 146. & nota-
runt Calà de modo articul. glo. 1. num. 88. &
Capiblanc. de Baron. prag. 8. nu. 153. cum seq.
quos referendo sequitur D. Ricc. in praxi
res. 147. lim. 2. to. 2.

Quam tamen declarationem subde-
clarabis, non habere locum in Episco-
po, vel alio in dignitate constituto, quia
derogatio ista non impediet, quin non
possint vti huiusmodi Electionis Fori
priuilegio, non obstante priuilegio ab-
dicatiuo, etiam quoad personas Eccle-
siasticas, quia esset necessariò facienda
mentio de huiusmodi personis qualifi-
catis in dicto priuilegio, vt comprehẽ-
sæ in illo cẽseantur, ita notabiliter An-
na in suis obseruat. cap. 16. vbi mouetur,
27 quia Episcopus est caput cleri, sicut
potestas dicitur caput Ciuitatis, Bar. in
l. nulli, ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bald. in
l. siuè pars, C. de dilat. vbi quod dicitur esse
de maioribus magistratibus, & ideò non
venit sub gnerali statuto, & Constitutio-
ne, Corn. cons. 253. vol. 3. quia est facienda
expressa excellentiam ordinis, & officij,
cap. si compromissarius, §. huiusmodi de elect. in
sextò, cap. quia periculosum, de sentent. excom.
Marta nouiter cons. 2. nu. 1. vbi quod non
comprehenduntur sub generalitate, nã
28 licet Episcopi veniant appellatione
Clericorum, secus est tamen in non fa-
uorabilibus, cùm adsit qualitas in eis
supra alios, quæ non reperitur in cleri-
cis simplicibus, Abb. in rubr. de vita, &
& honest. cleric. nu. 8. glos. in cap. 2. de præbend.
in 6. Simonect. de reseru. benef. quæst. 11. San-
tarell. qui alios adducit var. res. c. 38. n. 1.
Genuen. in practicab. eccles. quæst. 9. num. 3. vbi
quod nec venit appellatione dignitatũ,
quia Episcopus est in culmine dignita-
tum, cap. quamuis de præbend. in 6. & ideò
29 firmat, Episcopos succedere in feudo,
licet aliud sit in clericis, ex Afflict. qui
testatur vidisse in praxi in cap. 1. de vas-
sal. milit. latè Caphal. cons. 1. & 2. volum. 17.
Duen. reg. 103. nu. 17. Natta cons. 507. nu. 17.
Ias. consil. 114. lib. 4. Dom. Reg. Tap. in authen.
ingressi, in verbo, sua, cap. 14. C. de sacros. Ec-
cles. Clar. in §. feudum, quæst. 78. in fine, &
signum latè defendat nouissimè Marta
consil. 2. per totum, vocatur inquam Epi-
scopus, Summus Sacerdos, cap. 1. §. per-
functoriè, de sacra vnt. cap. fin. 3. quæst. 1. cap.
videntes 12. quæst. 1. Ludou. decisio. Perus. 74.
num. 11. & Summus dicitur, quia vltra
eum nullus est ordo, cap. de his, & cap. ma-
nus, de consecrat. distinct. 5. cùm Episcopa-
tus sit maior ordo, qui sit in Ecclesia
Dei, Glos. in prohem. lib. 6. in verbo, Episcopus,
Cassan. in catal. glor. mundi par. 4. consid. 25.
& Episcopus nominatur Pontifex, cap.
Pontifices 7. quæst. 1. Azor. instit. moral. par. 2.
lib. 3. cap. 27. quæst. 1. & Sanctissimus appel-
latur in Authen. de Sanctissimis Episcopis,
collat. 9. & in clem. 1. §. nec super, de pœn.
& aliquando vocatur Legatus Christi,
vt in cap. Accusatio quoque in fine 2. quæst. 7.
& ideò fratres solet nuncupare Sum-
mus Põtifex Episcopos, quasi sibi æqua-
les, cap. quam graues, de crimin. falsi, Felin. in
proœm. decretal. & cùm nulla maior di-
30 gnitas tot sit in Ecclesia Episcopatu,
cap. idem priuileg. & cap. pen. de præbendis,
Papam hoc nomine vocare illos quo-
tidiè videmus, de qua dignitate
laudes plura ad materiam exanclauit
Eminentissimus Cardinalis Bellarminus
tom. 1. de Romano Pontifice lib. 3. cap. 15. vndè
meritò Episcopis multa conceduntur,
quæ alijs non sunt permissa, Aufrer. de
potest. secul. reg. 2. num. 36. Menoch. de arb. iud.
cas. 562. nu. 13.

Cuius quidem declarationis ratio al-
tera considerari potest, eò quia in ge-
31 nerali locutione nunquam veniunt per-
sonæ magnæ authoritatis, nisi nominen-
tur, Affl. dec. 265. Genuen. in practicab. Ec-
cles. d. quæst. 9. Santarell. var. resolut. c. 2. n. 18.
vndè Principem nõ venire sub generali
dispositione tradit Cochier. in tract. de iu-
risdict. in exempt. §. 17. p. 1. to. 2. pag. mea 119.
33 vt nec in generali dispositione veniunt
clerici exempti, cap. graue, & cap. ex parte,
cum glo. de priuil. glos. in clem. frequens, de ex-
cess. Prælat., sicut in generali dispositio-
ne Papæ non comprehenduntur Cardi-
nales, Gig. de pension q. 59. à nu. 11. Barbat. in
tract. de Cardin. par. 1. q. 7. vbi latè, & Ec-
clesiæ appellatione non venit Episcopa-
lis, cap. dilectus, vbi Innocent. de concess. præ-
bend. cap. quamuis, eod. tit. in 6. Millius in re-
pertorio, in verbo, Ecclesia appellatione, Man-
dos. in Regul. Cancell. 26. quæst. 3. nu. 5. affir-
mans reg. 32. quæst. 15. nu. 2. id procedere
etiam si essemus in dispositione genera-
li, iuxta cap. quia periculosum, de sentent. ex-
comm. cap. 2. de off. deleg. in 6. Gonzal. in reg. 8.
Cancell. glo. 9. nu. 36. recenter Gratian. lib. 5.
forens. discept. cap. 817 vbi propterea fuit
in opinione, quod Cardinalis mandans
corpus suum sepeliri in Ecclesia sui ti-
tuli tempore obitus, non senserit de Ec-
clesia Episcopali, quam tunc obtinebat,
sed de Ecclesia sui Tituli Cardinalatus,

Et Beneficij nomine in dispensationi-
33 bus non venit curatum, nec dignitas, nec Ecclesię Cathedralis præbenda. *Rebuff. in praxi benefic. tit. quid sit beneficium, nu 15. Menoch. de arbitr. Iud. casu 201. n. 62. Gars. de benefic par. 1. cap. 6. num. 60.*

34 Vt etiam Diœcesis appellatione non comprehendi Ciuitatem in materia odiosa, at secus in fauorabili communis DD. schola docet *Gambar. in cap. vnico, num. 106. cum seq. super Glo. in verbo, Diœcesis, de rerum permut. in 6. Mand. s. in Regul. Cancell. 16. quast. 42. num. 7. Rendin.* qui cateruam antiquorum adducit in *prompt. recept. sentent. tit. 124. nu. 7. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glo. 43. à nu. 393. Cochier. de iurisdict. in exempt. part. 4. q. 74. D Ricc. in praxi resol. 350. nu. 4 part. 2. Barbosa in tract. de officio, & potest. Episcopi, alleg. 54. à num. 169. par. 3.*

35 Nec in odiosis appellatione Regulariũ
veniunt Prælati Regulares putà Prouin-
ciales, Ministri, Custodes, Abbates, & si-
miles, vt post *Panorm. Felin. & alios in cap.*
fin. de simon. nouiter tutatur *Tamburri-*
nius in suo tract. de iure Abbat. disput. 1. quæ-
sit. 7. tom. 1 qui *tom. 2. in eodem tract. disput. 2.*
36 *quæsito 15. num. 5.* affirmat Religiosos in
odiosis appellatione clericorum non
venire, *ex Panor. in c. 1. nu. 7. ne cler. vel mon.*
Bellect. in disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplin.
cleric. §. 2. nu. 9. vndè interdictis clericis,
37 non censeri interdictos regulares, an-
nuunt *Angel. in summa in verbo. interdictũ,*
il secondo, num. 17. Maiol. de irregular. lib. 3.
cap. 20. nu. 6. Henriq in summa lib. 13. de ex-
communic. cap. 42. §. 3. Vgolin. de censur. tab. 5.
§. 5. nu 3. Sayr. de censur. lib. 5. c. 4. n. 29.

Imò (vt ad nostram redeamus viam)
cùm clericorum appellatione in mate-
teria minus fauorabili, & odiosa, prout
est ista, quæ est stricta, nec importat eo-
38 rum fauorem, nec gratiam minimè ve-
niant Canonici, *cap. sedes, cum ibi notatis,*
de rescript. Felin. in cap. non dubium. de sent.
excomm. Dec. in cap. cùm non liceat, nu. 18. de
præbend. Bellect. disquisit. cleric par. 1. tit. de di-
sciplin. cleric. §. 2. nu. 4. & 28. Franc. Marc.
dec. 1124. Azor inst. moral. par. 2. lib. 3. c. 11.
quæst. 15. Prout ècontra, nomine Canoni-
39 corum non veniunt Clerici, *glo. in cap. pe-*
nult. de cler. non resid. Zecch. de Repub. Eccles.
cap. 24. de Canon. nu. 2. Selua de benef. p. 1. q. 2.
nu. 47. Mantua obseru. 67. quos refert *San-*
tarel. var. resol q. 3. nu. 39. vbi per hoc dicit
solum Canonicos, non autem alios cle-
40 ricos gaudere priuilegio, vt absentes
pro seruitio Episcopi possint percipere
fructus suorum beneficiorum; ex *Moret. in tract. de distribut. quotid. q. 8. num. 8. par. 2. Gonzal. in reg. 8. Cancel. glo. 5. n. 261. cum seq. Gars. de benefic. cap. 2. nu. 8. par. 3.* quia in *cap. de catero, & cap. ad Audientiam, de cler. non resid.* fit tantum mentio de Canonicis, vndè ad alios non est facienda extensio.

Meritò sub antesignata declaratione
pariter, nec erint comprehensi Canoni-
ci, itaut licet Barones habeant priuile-
gium derogatorium, etiam quoad per-
sonas Ecclesiasticas, si tamen Canonicus
esset offensus; poterit vti priuilegio
Electionis Fori, non obstante deroga-
tione, cùm in illa non censeantur ipsi in-
clusi, stãte quod sunt in dignitate, *Achil.*
de Graff. dec. 1. de rescript Veral. dec. 257. p. 1.
D. Ricc. in praxi res. 349. p. 2. maximè si
sint alicuius insignis Ciuitatis, prout
Domini Canonici nostræ Almæ Vrbis
Neapolis, qui in maximo habentur ho-
nore, pluribusque fruuntur prærogati-
41 uis, & in specie, quod sunt mitrati vti
Episcopi, & possunt benedicere corpo-
ralia vestes, paramẽta, & cętera ad mis-
sæ sacrificium necessaria, ex priuilegio
eis concesso à Pio II. vt testatur *D. Ric.*
decis. Cur. Archiep. 121. p. 4. imò plures in
42 Reuerendissimo Capitulo Neapolita-
no adsunt Canonici Cardinales, quod
43 tamen hodie cessat, stante *Bulla Pij V.*
edita de anno 1568. 13. Kal. Martij, per
quam fuit vetitum hoc nomen in omni-
bus Ecclesijs, ita quod abrogauit, & ex-
tinsit, præterquam in Romana, vt mo-
dernè aduertit *Naldus in sua summa, in*
ver. Cardinales, n. 1. pag. mihi 115.

Declara etiam in tantum pro bonis Ecclesiæ, vel patrimonialibus, vel similibus concedi Electionem fori supradictis personis, inquantum adsit violentia, rapina, vel fraus aliqua, nam ijs cessantibus, cessare illud priuilegium, notarũt *Afflict. cit. dec. 257 nu. 2. vers. sed illud, & in Constit. Regni, Statuimus, la seconda, num. 13. vers. data, Niger in cap. Regni quoad decretũ, nu. 10. Calà in tract. de modo articulandi, gl. 1. num. 89.*

45 Præterea declara, supra firmatam regulam cessare in cursoribus, siuè Nũtijs Curiarum Ecclesiasticarum laicis, qui licet tanquam de familia Episcoporum sint exempti a iurisdictione seculari, & conueniantur in illis Curijs, quibus inseruiunt, *cap. fin. vbi Abb. de offic. Archid. cap. cùm non ab homine, de iudic. Cappel.*

Tho:

Tholos dec.378.Capic.dec.12. Tesaur.dec.22. num.6.Grattan.dec.233.Card.Tusc concl.27. nu.19.lit.E,Graß.de effect.cleric. eff.1.n.128. D.Ricc.decis.Cur.Archiep.192.par.2. plenè *Barbos. de potest. Episcopi allegat.* 107. *par.3.* Tamen fecus est quoad effectum eligendi forum Principis pro eorum caufis, vti eligere poffunt clerici, & ecclefiafticæ perfonæ, eft enim quid diuerfum vnum ab alio,& ideò diuerfo iure significari debet, nec in confequentiam trahi poteft.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus est probandus, si à parte negatur, nu.* 3.
Et quando præsumatur nu.4.6.& 7.
2 *Clericatus non prouenit à natura.*
4 *Negatiua Clericatus, qualiter probetur.*
8 *Quasi possessio clericatus propriè, non probat clericatum.*
9 *Clericatus qualiter probetur,& nu.* 10. 11. 12.& 16.& 19.
*Et quid seruetur in Regno, remißiuè nu.*21.
15 *Testes deponentes de clericatu, debent assignare rationem sui dicti.*
14 *Numerus testium qualis sit necessarius in probatione clericatus, & an probent hodie testes clericatum, stante consuetudine registrandi ordinatos,nu.*15.
17 *Remissio facta de aliquo ad Curiam Ecclesiasticam, multum adminiculatur pro clericatus probatione.*
18 *Fama vt probet clericatum debet esse antiqua.*
20 *Confessioni partis aduersæ non statur super titulo clericatus, quoad fundandum titulum.*
22 *Ordo non præsumitur, & dicens se ordinatum debet ostendere Bullas, n.*23.
24 *Bullæ Superiorum Ordinum probant Ordines inferiores.*

ARGVMENTVM.

Clericatus, a quo fit probandus, & Qualiter probetur ad effectum de quo fupra.

QVAESTIO LII.

1 Regula fit, quod agens vti Clericus ad Electionem Fori tenetur ex parte fua clericatũ probare,vt firmarunt *Cardin. in cap.perpendimus, col.6.de sentent excomm. Ias consil.* 120. *vol.4. Cassan.in Consuet. Burgund.rubr.*1.§.6 *num.*13. *Roland.cons.*32.*n.*5. *lib.*2. *Bellamer. decisio.* 114. *Brunor. à Sol. in compend.resolut.in verbo, Clericus non præsumitur,Dom.Ricc.*qui nos allegat in prima impreffione *decis.Cur.Archiep.*386.*num.*2. *par.*4.

2 Cuius fanè conclufionis ratio affignari folet, quia clericatus non prouenit à natura,fed extrinfecè fit,& in dubio nũquam præfumitur,*cap.presbyteri,*68.*distin. & ibi glo.cap legum* 2.*quæst.*1.*Caualc.* multos cumulans *dec.*602.*lib.*2. prout etiam plures alios citat *Decian. in tract. crimin. cap.*9.*num.*117.*lib.*4,*tom.*1. *Calder.consil.*12. *de iure iurand.* latè *Menoch. de præsumptis. lib.*2.*præsumpt.*76.*Gomes.in Regul.Cancellar. tit. de annal.possess.quæst.*58. *Mascard. de probat.conclus.*302.*num.*13.qui fimiliter alios coaceruat concordantes,& proindè venit probandus, vbi opponitur de eo, *Boer.dec.*171.*col.*2. *Camil. de Medic. cons.*2. *num.*61. vbi alios adducit *Azeued. lib.*4. *nouæ recopilat.tit.*1.*l.*10.*Griuell.decis.Senatus Dolan.* 96. dicens enim fe qualificatum debet talem qualitatem probare, *l. non ignorat,vbi Bald.& aly,C.de his qui accus.nõ poss.Sur.consil.*138.*lib.*1.latè *Pacian.in tract. de probat. cap.* 34. *lib.* 2. vndè excipiens,
3 quod Actor nõ eft clericus,nihil ex parte fua probare tenetur, fed is cui excipitur hoc probare tenetur, *cap. legum* 2. *quæst.*1.*cap.dua,de cleric.peregr.glos.in l.si quã per calumniam,C.de Episc.& cler. Gramm. decisio.*81. & alij memorati per *Pacian. in tract. de probat.lib.*1.*cap.*51.*num.*76.*& lib.*2. *cap.*74.*num.*9. quia negatiua clericatus
4 dicitur eo ipfo probata, quod contrarium non probatur, nam quilibet nafcitur laicus,& in dubio talis præfumitur, *Bald. in cap. fin. num.*4. *de præsumpt. Rip. in cap.*2.*nu.*4.*de Iudic.Crauett.consil.*71.*num.*2. *Brunor.à Sol.quæst.*38.*num.*11.*Dom Ricc.decisio.Cur.Archiep.*157.*par.*3. vbi difcutit, qualiter, & quomodo negatiua clericatus probetur,de quo etiam *Graß in tract. de effect. cleric. in prælud. à num.* 233. vbi quatuor modos reportat.
5 Benè verum quoties quis reperiretur in quafi poffeffione clericatus tunc præfumitur clericus, *Mascard.de probat.conclus.*304.*num.*3.*Mohedan.decis.*21. *de renunciat. Cassan.cons.*44.

Et quem reperiri in poffeffione clericatus per delationem habitus,exemplificari poteft, quia tunc deferens habitũ

N 3 præ-

præſumitur clericus, vt poſt alios Dec.
in cap. ſi ſcriptura, num. 48. de fide inſtrument.
Gabr. concl. 1. num. 36. de præſumpt. & Paris
de reſignat. benefic. quæſt. 4. num. 45. lib. 6.
6 Idemque eſſet, quando quis reperire-
tur in poſſeſſione beneficij tanquam
clericus, quia etiam in iſto caſu præſu-
mi clericum, firmat ex pluriũ DD. teſti-
monio, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſum-
ptio. 76. nu. 19. inter quos reportat Bella-
mer. deciſio. 611. & 612. Rota in Antiquis
7 deciſio 13. de probation. Vel ſi per aliquod
tempus, vel annos inſeruiſſet eccleſiæ
vti clericus, & ibi exerceret officium
ſpectans ad clericum, quia talem in du-
bio cenſeri clericum, notarunt Anchar.
conſil. 117. Felin. in cap. illud, n. 5. de præſum-
ptio. Alex. conſ 219. nu. 25 lib. 6. Rot. in An-
tiq. deciſ. 10. de rer. permut. Bellect in diſquiſit.
clerical. tit. de fauor. cleric. perſon §. 14. quos
omnes tres modos, in quibus clericus
præſumitur, ſectatur etiam modernus
Viuian. in tract. de iur. patronat lib. 6. cap. 1.
nu. 50. & 51. par. 2. annuens tamen nu. 62.
8 quaſi poſſeſſionem clericatus non pro-
bare clericatum propriè, ſed transfer-
re onus probandi contrarium in cõtra-
dicente, allegat Maſcard de probat. concluſ.
302. nu. 6. & 12. & concl. 304. n. 10. & adde
latiſſimè loquentem Graſſ. de effect. cleric.
in prælud. nu. 225. cum ſeq. affirmantem
num. 230. hanc quaſi poſſeſſionem pro-
deſſe, quando quis in ſua patria, & re-
gione reperitur, ſecus ſi ſit alienigena,
& penitùs ignotus, vt quia eſſet Vltra-
montanus in Italia, & è contra, quia
tunc debet docere de clericatu, allegat
Gram. dec. 82 num. 16. Boer. dec. 171. num. 13.
Menoch. de præſumpt. libr. 6. præſ. 76. num. 11.
& per plura notatu digna reponit in
hac materia apud ipſum videnda.
Deueniendo autem ad probationem
clericatus ſciendum eſt illum varijs,
9 multiſq; modis probari poſſe, valet in-
quam probatio per ſcripturam de ipſo
clericatu confectam, cap duæ de cleric. pe-
regrinant. cap legum 2. quæſt. 1. cap. ſi Iudex
laicus, vbi Gloſ. in verbo, fecerit, de ſentent.
excommun. Pacian de probat. cap. 34. num. 41.
lib. 2. Graſſ. de effect. clericatus in prælud.
num. 203.
01 Præterea probatur per inditia, & ar-
gumenta, cap. inter quatuor, & ibi Glo. in
verbo, per argumenta, de cleric. peregri. Ma-
ſcard de probat. concl. 305. nu 5. Boer. dec. 171.
nu. 25. Maſull ad Capyc. deciſ. 161. nu. 8. Bart.
deciſ. Rot. Bonon. 3. nu. 13. Garſ. de benefic. p. 7.
cap. 1. ſub nu. 140. & eandem opinionem
ſequuntur Viuian. de iur. patron. d. lib. 6. c. 1.
nu. 55. & D. Ricc. in praxi fori eccleſiaſt. reſol.
275. par. 1.
11 Similiter admictitur probatio cleri-
catus ex literis patentibus, Coccin. deciſ.
Rot. 87. nu 4. deciſ. 127. nu. 2. deciſ. 145. nu. 2.
deciſ. 164. & deciſ. 300. nu. 4. & ſic proba-
tur Bullis Epiſcopi atteſtantis ſe con-
tuliſſe Ordines illi, qui clericum ſe eſſe
dicit Felin. in cap. poſt ceſſionem nu. 3. & 15.
de probat. Abb. in cap. 1. nu. 3. de cler. peregr.
Gram. deciſ. 81. nu. 1. Surd. conſ. 396. n 13. li. 3.
Graſſ. in deciſ. aur par. 1. lib. 4 cap. 18. n. 155.
Couarr. pract. quæſt. cap. 33. num. 3. Decian. in
tract. crimin. cap. 9. n. 26. lib. 4. aſſerens hanc
probationem dici euidentem, Caualer.
deciſ. Rot 608. taliter, quod Bullæ debent
eſſe Epiſcopi illius, qui contulit ordi-
nes, Gui. Pa. deciſ 582. Rota diuerſ. dec. 1064.
& 1067. par. 3. Faber dec. 11. li. 4. tit. 14. n. 1.
quos cum alijs modernè reportat Bor-
rell. in ſumma deciſ. tit. 7. de clericis, & Sacer-
dotibus num. 19 tom. 1. aſſerens nu. 18. illas
debere eſſe eiuſdem ſigillo ſignatas, &
manu ſubſcriptas, Franc. Marc. dec. 1006.
vol. 1. Maſcard. concl. 305. nu. 2. vel ſaltem
eius ordinarij Epiſcopi, Card. Caualer.
deciſ. 483. nu. 2. & deciſ. 502. n. 2. & dec. 572.
nu. 4.
Et ideò ſi id non atteſtetur Prælatus,
ſed alius nomine Prælati, tunc literæ nõ
probarent clericatum, vt per Crau. conſ.
134. nu 4. lib. 1. vbi loquitur in Vicario
atteſtante, quod in libro, in quo ſolitum
erat deſcribi omnes ordinationes, repe-
riebatur ſcriptum quod quidam fuit
conjuratus, & concludit, ex hoc nõ pro-
bari clericatum abſque tonſura, refert,
& ſequitur Graſſ. in tract. de effect. cleric. in
d. prælud. nu 199. quod tamen ſatis repu-
gnat quotidianæ Praxi Curiarum Ec-
cleſiaſticarum, in quibus eſt receptum
fieri fidem per ordinarium Actuarium,
quod in regiſtro ordinatorum ſit ſcri-
ptus ille, qui prætendit ſe clericum, quę
fides in Regij Tribunalibus ſemper ad-
mictuntur, vt eſt notum, & ego pluries
in varijs quippè caſibus vti Regius Of-
ficialis practicaui.
12 Vbi tamen Bullæ Ordinum eſſent a-
miſſæ, tunc teſtibus probari poterit or-
do clericalis, qui deponent de eorum
præſentia tempore ſuſceptionis cleri-
catus, cap. 2. & 3 de cler. peregrin. DD. in l. ſi
qua per calumniam, C. de Epiſcop. & Cleric.
Aluar. in ſpec. iur. pontif. cap. 35. verſ. & tene
menti

menti, Afl. in Constitu Regni, Apostatantes, nu. 12 lib. 1. rubr. 23. de Apostat. vbi etiam Foller. num 6. & in Ritu incip. Item si aliquis fuerit citatus, nu. 14. Gramm. cons. ciuil. 110. nu. 3. Baiard. qui alios adducit in addit. ad Clar. §. fin. quæst. 36 nu. 22. Marsil. cons. 11. num. 7. Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 155. Gui. Pa. dec. 474.

13 Qui quidem testes debent assignare rationem sui dicti etiam non interroga- ti, nam clericatus dicitur quędam qua- litas extrinseca, quæ solo sensu non per- cipitur, vndè testis examinandus debet reddere rationem, (& hoc quia vidi ta- lem clericari) Mascar de prob. concl. 1369. 31. & seq. Graff. de effect. cler. in præl. n. 210. secus si redderent rationem sui dicti, quia viderunt talem exercere officia ad clericos spectantia, & etiam missas celebrare, quia nisi celebratio sit diui- na huiusmodi ratio non esset sufficiens, & consequenter tales testes non proba- rent, Castren. cons 202. col. 2. lib. 1. Dec. consil. 135. col. 1. & cons. 152. Crau. cons. 134. nu. 42. lib. 1. videndus etiam Cardin. Caualer. de- cis. Rot. 559.

Nec in huiusmodi specie probatio- nis est necessaria pluralitas, & numerus
14 testium, quia sufficit depositio vnius clericatus possit probari etiam per vni- cum testem, Bald. & Felin. in cap. licet vni- uersis, in fine, de testibus, Couarr. pract. quæstio. cap. 33. n. 3. Episcopus Minorens. in praxi Epi- scop. in verbo, clericus, §. 3. in fi. Rebuff. de no- minat. quæst princ. 14. num. 54. Boer. dec. 127. Anna sing. 408. Calà in tract. de modo artic. & probandi glo. vni. §. 2. nu. 106. & 687. Vi- uian. de iur. patron. lib. 6. cap. 1. num. 58. par. 2. Borrell. qui alios cumulat in summa decis. tit. de cleric. & Sacerdot. nu. 22. tom. 1. etiam quod sit singularis, Ang. in l. 2. ff. quemad. testim. asser. Emilian. cons. 17. n. 5. Gram. consil. ciuil. 110. nu. 3. Bertachin. in repertor. in verb. clericus, Modern. de iurisdict. par. 2. c. 31.

Quod procedit tàm in probando pri- mam consuram, quàm alios ordines, Ias. cons. 77. nu. 4. lib. 3. Pacian. de probat. c. 34. nu. 65 lib. 2. Gabr. concl. 1. num. 16. de testibus, vbi nu. 68. assignat rationem, cur cleri- catus vnico teste probari possit, quia est actus, qui inspecta eius natura nulli præiudicium, infert Bald. in cap. licet, n. 4. de testibus, Felin. in cap. Albertii, col. fin. versic. & quod tale præiudicium sit modicum, eodem tit. Gerard. singul. 49. Boer. decis. 171. num. 24.

Quæ sanè ratio semper esse vera non potest, imò vt plurimum falsa, quia pro- batio clericatus sæpius præiudicium aduersarijs inferre solet, & ideò quan- do agitur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab alio impetratum, tunc clericatus probatio, saltim per duos est facienda, Ferrect. cons. 386. nu. 5. & 11. lib. 2. Mascard. de probat. concl. 303. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 66. Masull. ad Capic. decis. 161. n. 8. Rebuff. de nominat. q. 14. n 54. Farinac. in tract. de testib. quæst. 63. num. 27. & seq. Baiard ad Clar. §. fin. d. quæst. 36. nu. 2. vbi etiam refert, quod non sufficit pro- bare clericatum per vnum testem, quo- ad consequendam remissionem ad forū Ecclesiasticum, sed in tali casu ad minus duos debere deponere, Couar. pract. quæst. cap. 33. nu. 3 vbi alios allegat, & dicit tūc tractari de magno præiudicio, Graff. in decis. aur. cap. 18. nu. 155. p. 1. lib. 4. Port. concl. 5 lib. 1. Gomes. in Regu. Cancellar. tit. de annal. possessor. q. 36 nu 5. Borrel. vbi sup. nu 23. Fol- ler. in cit. constit. Regni, Apostatantes, nu. 6. de Apostat. annuens, quod licet probatio per vnum testem, non sufficiat ad conse- quendam remissionem apud Iudicem Ecclesiasticum, operatur tamen vt inte- rim Iudex laicus debeat supersedere, nec procedere ad vlteriora contra cle- ricum; sequitur Graff. posthæc primò im- pressa visus in tract. de effect. cleric. in prælu. num. 216. vbi Couar. & Graff. loc. cit. adducit, quibus iungo D. Ricc. in decis. Cur. Archie- pisc. 386. nu. 10. par 4. vbi tamen indistin- ctè tuetur opinionem, quod cùm hodie
15 consuetum sit Bullas clericatus regi- strari in Bullarum Registro, si in eo non reperiatur descriptus, clericatus non potest probari per testes, & ita fuit de- cisum in Curia Archiepiscopali Nea- politana, quæ sanè opinio etsi rigorosa videatur tamen ad euadendas fraudes practicari debet, licet Iudex poterit ha- bere oculos ad qualitatem persona- rum.

Ex quibus vtique falsa redditur opi- nio Ascia determinat. 201. dùm supponit, clericatum concurrentibus alijs admi- niculis probari per vnum testem etiam pro obtinendo beneficio, quam etiam videtur sequi Gars. de benefic. par. 7. cap. 1. nu. 155.

16 Adhuc clericatus probatur per com- munem famam, opinionem, & reputa- tionem, vt si quis tanquam clericus à singulis communiter fuerit habitus, & reputatus, Bellamer. dec. 114. Rot. in Antiq. dec.

dec.14.de probat.Verall.dec.278. nu.8.par.1.
Rota diuers.dec. 77.nu.3. par.3. Garsia, qui
cateruam adducit *de benefic.par.7. cap.1.*
num.140.Mascard de probat. concl.305 Cot-
tin dec.428.nu.2.& dec.458.num.4 Ludouis.
decis.Rot.Rom.20. D.Ricc.decis.Cur.Archiep.
290.num.6.par.4. affirmantes,hi duo no-
17 uissimi multum adminiculare remissio-
nem factam de aliquo vti clerico à Cu-
ria seculari ad Ecclesiasticam,ex *decisio.*
Rota in vna Neapolitana Canonicatus 9.De-
cemb.1585. coram Eminentissimo Cardinali
Serafino, quam reperio impressum apud
Viuian.de iur.patronat.par.2.lib.6. cap.1.sub
num 63.

18 Quæ tamen communis opinio, & fa-
ma debet esse antiqua, & non recens,
cap.fin.9. q.2.Gemin.cons.51.Mohedan.decis.
21.nu.3.de renunc. Bartius decis.Rota Bonon.
3.nu.15. affirmans ita esse receptum, &
obseruatum in palatijs,*Grass.de effect.cle-*
ricat. sæpius cit. loco num.204. vbi id limi-
tat,quando alia ratio id dissuaderet, vt
siquis fuerit illegitimè natus, vel peni-
tus illiteratus,allegat *Accorambon.dec.21.*
lib.1. & Gabr.cons.181. nu.1. addo *D.Ricc.*
in praxi d.resol.275.vers.limitatur tamen,&
Garc.vbi supra nu.195. indè in hoc maxi-
moperè versari debere Iudicis arbitriũ
mihi suadeo.

19 Probatur tandem clericatus ex con-
fessione partis aduersæ, *Franc. in cap.1.*
col.4.de eo qui mist.in possessione in 6.Crauet.
cons.93.nu.4. lib.1. Millius in suo repertor. in
verbo,possessor recuperanda, Mascard.de pro-
bat.conclus.305.vbi nu.7. & 8. annuit,hoc
procedere; quando essemus in possesso-
rio, quia tunc ad colorandam possessio-
nẽ confessio rei facta de clericatu acto-
ris prodest ipsi actori,secus in petitorio
in quo quis ageret ad beneficium,quia
cùm pars nequeat facere de non cleri-
co clericum,sed ad id est necessaria ca-
nonica promotio destuit,vt in huiusmo-
di casu aduersæ partis confessio mini-
mè probet,vt dixit *Rota in nouissim. decis.*
408. & apud *Bellamer.dec.183.Cappel.To-*
los.decis.423.post Gemin. in cap.1.nu.6. de eo
qui mittitur in possess.Modern.Viuian.de iure
patronat.par.2.lib.6.c.1.nu.54.Grass.de effect.
clericat. d.prælud. nu. 202. vbi id intelligit
verum quoties actor in possessorio vel-
let ex toto fundare titulum sui clerica-
tus ex confessione rei,secus si non totũ,
sed tantum vellet coadiuuare dubiam
prælationem, nam tunc posset legitimè
adiuuare ex persona rei etiam super ti-
tulo beneficij,ex *Glo in cap.duobus,in ver-*
bo,si non appareat,de rescript in 6.Gemin.con-
sil.38.num.3.Felin.in cap.olim,nu,9.& seq de
rescript. Barbat.in cap.tuæ, col.10. vt lite non
contest.Crauet cons.93.num.4 & 6.lib.1.Ma-
scard.de probatio.cit conclus.305.num. 10.qui
num.9. id pariter declarat,ne stetur cõ-
fessioni partis aduersæ super titulo cle-
20 ricatus, quoad ipsum titulum fundan-
dum, secus quoad præiudicium ipsius
confitentis, & ad imponendum ipsi si-
lentium, quod pariter assentiuntur vl-
tra antiquiores, *Pacian.de probat.cap.34.*
nu 99.lib.2.Crauett cit.cons.93.nu.5. Rota in
antiquis dec. 44. de testibus. iuxta quorum
sententiam ego vti Aduocatus pluries
obtinui in varijs Curijs Ecclesiasti-
cis.

21 In Regno autem quomodo practice-
tur,quando allegatur clericatus,decla-
rat *Carau. noster in Ritu M.C.V. 235.*

22 Notandum insuper decerno,quod si-
cuti in dubio clericatus non præsumi-
tur, iuxta ea, quæ latiori sermone supra
effudimus, Ita similiter, nec ordo, tali-
ter quod probato clericatu,nisi constet
in quo ordine sit ille clericus solũ pri-
ma consura initiatus præsumitur, *Butr.*
in cap. 1. de cleric, Peregr. Rebuff. in praxi
de form.lit prim.tons.nu,22. Menoch.de præ-
sumpt.lib.2. præsumpt. 76. & dicens se or-
23 dinatum tenetur exhibere literas te-
stimoniales sui Episcopi, *Paris de resign.*
benefic.lib.4.q.2. nu 86.

24 Quæ quidem sufficit vt sine superio-
rum ordinum, nam per illas vtique in-
fertur ad probationem aliorum infe-
riorum,*Put dec.144.lib.2.Salsed.ad Diaz in*
pract.crim.can.c.24 lit.A, latè *D.Ricc* qui
per plures Rotales decisiones cumulat
in *praxi Fori Ecclesiastici resol.276.par.1.* in
secunda impressione.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale vtitur priuilegio Electionis Fori,*
etiam quod non sit erectũ authoritate Epi-
scopi,nu.11.sed declara vt nu.18. & 19.
2 *Hospitale continet sub se miserabiles perso-*
nas.
3 *Priuilegia concessa Ecclesiæ communicantur*
Hospitali,
4 *Primum, & secundum beneficium competit*
Hospitali.
5 *Hospitale iure minoris gaudet.*
6 *Sollemnitas quæ est necessaria in alienatione*
be-

uatum Ecclesiæ, requiritur in alienatione bonorum Hospitalis.
7 Trebellianica non detrahitur de legatis Hospitali, nec falcidia, nu. 8.
9 Hospitale gaudet beneficio inuentarij, nè teneatur ultra uires.
10 Causa Hospitalis dicitur fauorabilior causa Ecclesiæ.
12 Hospitale erectum absque authoritate Episcopi, dicitur locus pius.
13 Legatum factum Hospitali dicitur pium, etiam quod illud non sit ædificatum authoritate Episcopi.
14 Hospitale erectum absque Episcopi authoritate, potest ab Ordinario uisitari, nisi tamen uiuat Fundator, nu. 20.
15 Præscriptio quadraginta annorum currit contra Hospitale erectum absque authoritate Episcopi.
16 Hospitale non uenit appellatione Ecclesiæ ubi sumus in odiosis.
17 Beneficiorum appellatione, quando ueniant Hospitalia.

ARGVMENTVM.

Hospitale Nùm in suis causis Electionis, & Variationis Fori Beneficio uti possit.

QVAESTIO LIV.

1 Regula sit, Hospitale gaudere priuilegio Electionis Fori, ut probauit signatura apud *Rotam Romanam dec. 862. p. 4. diuersorum*, & scripserunt *Marchesan. de commission. tit. de Amcat. caus. p. 2. nu. 6. Marta dec. 209.* quem refert *Barbos. in remiss. DD. ad ordinat. Reg. Lusit. 1097. D. Ric. praxi fori Eccles. resol. 317 tom. 2.* & refert *Imbrian. in tract. de primo, & secundo benef. consid. 4. n. 31.* iuxta quorum sententiam ego semel, atque iterum practicaui in Magna Curia Vicariæ.

2 Hospitale siquidem, nihil aliud est, nisi ipsæ personæ miserabiles, cùm harum personarum species sub se contineat, & ideò nempè pauperes infirmos, & pupillos, qui in eo refouentur, secundum *Bald. consil. 377. nu. 2. & 3. vol. 3. Imbrian. de primo, & secundo benefic. consid. 4. nu. 16.* ipsarum fauore priuilegia Hospitali concessa uidetur, ut ex *Bal. in l. omnis, in princip. C. de Episc. & cleric.* considerauit *Rota* loco nuper allegato, nu. 5. Indè Hospitalis appellatione ueniunt infirmi, & ægroti, & sic miserabiles personæ, quorum priuilegij & utitur, *Innoc. Imol. & alij in cap. inter dilectos, de donat. Felin. in cap. de quarta, declar. 17. de præscr.*

3 Et confert pro corroboratione, nam omnia, & singula priuilegia Ecclesijs concessa trahuntur ad hospitalia, *l. omnia C. de Episc. & cler. §. fin. Auth. de Eccles. tit. ul. clem. quia contingit, & ibi glo. & Io. Andr. de Relig. domibus*, sequuntur *Bal. in d. omnia, §. præterea, C. de Episc. & cler. Socc. in l. rem quæ nobis, nu. 1. ff. de acquir. possess. Alexand. cons. 120 col. 2. Volu. 1. & cons. 9. num. 5. Vol. 2. Ias. cons. 214. in princ. Dec. cons. 488. nu. 14. & cons. 504.* latè *Gabr. concl. 2. de pia causa*, latius *Mascar. de probat. concl. 869. Ruin. cons. 7. num. 12. Vol 3. Felin. in cap. de quarta, col. 2. & seq. de præscript.* ubi in decem, & non casibus Ecclesiã, & Hospitale æquiperat, *Imbrian. de primo, & secundo beneficio d. consid. 4. nu. 17.* asserens, quod in eis diuina bonitas, & eius uice pia mater Ecclesia eius sponsa infirmãtes pauperes, & omni humano auxilio, præsidioq; restitutos, suscipit, recreat, atque sustentat, nè in diaboli transeant gladium, & ideò *nu. 13.* dicit ualere argumentum de Hospitali ad Ecclesiam, & sic etiam potest dici & è contra.

4 Vndè uidemus primum, & secundum beneficium, siuè restitutionem in integrum competere Hospitali, sicut Ecclesiæ, *Abb. in cap. cùm sit generale, col. 1. notab. 4. de foro compet. in cap. fin. notab. 2. de testam. & in cap. ex literis, notab. 2.* ubi etiã *Barbat. de consuet. Dominic. in cap. 2. in princ. uers. ego in hoc ultimo, de in integr. restit. Anchar. in cap. auditis, col. 1. in fi. eod. tit. Bal cons. 465. Vol. 1. Roman. cons. 407. & 471. Tiraque. in tract. de pia causa priuil. 138. uers. & ita quoq; Marta decis. 169. Oddus in tract. de restitutio. in integr. quæst. 3. à num. 37. cum seq. par. 1.*

5 Hospitalia inquam iure minoris gaudent, dùm per Administratores reguntur, *Maranta in praxi p. 6. tit. de appell. n. 85. Valasc. dec. 105. nu 44. Garf. de benef. cap. 5. nu. 602. par. 5. Gironda de priuileg. nu. 569. in fine.*

6 Et hinc infertur, ut in alienatione bonorum hospitalis requirantur eædem sollemnitates, quæ sunt necessariæ pro alienatione bonorum Ecclesiæ, *Anchar. in cit. clem. quia contingit, col. 5. de Relig. domibus, Butr. in cap. nulli, in fine, & ibi etiam, Imol.*

Imol.col.penult.in fine,de reb. Eccles.non alien. Bald in Auth.hoc ius porrectum, col.2. C. de sacros.Eccles. Rodulf.in cap. fine acceptatione, q.19.12. quest.2. Ias.consil.214. vol.2. Benint. d.dec.13.D.Ricc in praxi resol.37.to.1.Mar. Antonin.var.resol lib.1.cap.14. & ita decisum per Sacram Congregationem Eminentissimorum fatetur *Nald.in summa in verbo,Hospitale,nu.5.*

7 Et pariter infertur de relictis Hospitali non detrahi Trebellianicam, prout de relictis,& legatis Ecclesiæ, *Barbat.in cap.offic.col.2.de testam.Feli.in d.cap.de quarta,col.3.de prascript. Fiumag.in l.in quarta, sub nu.53 ff.ad leg.falc.Ias.consil.214.Castren. cōs.167.vol.2.Corset.sing lit.H.in verbo,Hospitale,Trentacinq.var.resol.lib.1.cap 4.nu.4. de rescript, Gabr.concl.2.de pia causa nu.14.* qui in illa conclusione late discutit, quando Hospitale dicatur locus pius, quod recentius pariter enucleat *Balthaxar Thomas. de vltim. voluntat. tit. 19. cap. 3.*

8 Prout neque falcidiam in tali casu detrahi posse, annuit *Maynard. decis.Tholos.39.lib.2.Ludou.decis.Perus.30.nu 8. Mascard.de prob.concl.865.nu.12.Diez de Men, q.21.lib.2.Valasc.dec.105.* ubi etiam probat quartam Canonicum, neque detrahi ex relictis hospitali, sequuntur *Menoch.de recuper possess.rem.15.num.32.Azor instit.moral.par.2.li.9.cap.12.q.11. Quaran. in sum.Bull.in verbo,quarta;* & sicut, & Ecclesia gaudet beneficio inuentarij, quod

9 non teneatur ultra uires hæreditarias, iuxta *Rota decis.apud Put. dec.379.* sic pariter, & Hospitale, *D.Ricc. collect.decisio. d. collect. 1097. circa medium*, ubi etiam quod aufugiens ad Hospitale est tutus sicuti ad Ecclesiam confugiens, *Bal.d.l.si quis declinandum, vers. sed iuxta hoc quaro, C.de Episc.& cler. Alex.consil.9. vol.2. Decian, in tract.crim.lib.6. cap.25.nu.18.Ital.in tract. de immun.eccles.lib.1. cap.4.§.8 nu.1. Regens de Ponte decis.Collat.consil.35.Leiua in sua examin.Episcop.lib.6 cap.3.de Hospitalibus n.11. Peregr.in tract.de immun. Eccles.cap.4.nu.66.* qui loquuntur in Hospitali erecto authoritate Episcopi, secus dicentes in priuato, *Curia Philippica par. 3. §.12. nu.1. Suarez de Relig.lib.3.cap 9.nu.9.to.1. Azor. instit.moral.lib.8.cap.8.q.2.p.2.Flor. Diez de Men.q.21.nu.175 cum seq.lib.2.* ubi etiam, quod Hospitalia sunt exempta à solutione collectarum,& tributorum, quod tutatur pariter *D. Ricc.in praxi fori Eccl. resol.126.to.3.*

10 Imò causam Hospitalis fauorabiliorem, quam causam Ecclesiæ affirmauit *Ruin.consil.126.col.4. vol.1.*quem refert, & sequitur *Trentacinq.var. res.lib.1. d.cap.4. sub nu.2.de rescript.*

Ampliã firmatam regulam esse ue-

11 rã,& procedere, siue Hospitale sit erectum authoritate Episcopi, siue non, nã indistinctè gaudebit huiusmodi electionis fori beneficio, ut in nostris terminis dicit *Dom. Ricc. in collect. decis. collect.2421.*ubi nos allegat post huius operis primam impressionem.

Cuius ampliationis ratio assignari sedulò potest, nam licet Hospitale erec-

12 tum,& fundatum absque Episcopi authoritate, non sit locus sacer,& religiosus,ex dictis per *Ludouis. decis. Rot.4.* tamen benè dicitur locus pius, & consequenter gaudere debet beneficio,& priuilegio Ecclesiæ, *Archidiac. in cap. si ex laicis 10.q.15.Bald.in Auth.similiter, C. ad leg.falcid.consil.465. vol.1.& consil.5. volum.3. Angel.consil 117.& 183. Anchar. consil.129. & 337. Abb.consil.55. vol.1. Castrens.consil.167 vol.2. Bertrand.consil.244.nu.3. vol.1. Roman. consil.476.num.2.Specul.in tit. de instrum. edit. §.num aliqua, vers.& sciat, Selua de benefic. par.1.col.2.in fi. Menoch.de recup poss.remed. 15.nu.22. 23.36.& 37 Bouadill.in sua Polit. lib.2.cap.18.n.228.lit C.Card.Tusc.concl.158 lit.H.& concl.163. & 338.lit.P. Castill.de vsufr.lib.1.cap.54.num.24. Garsin tract. de benefic.par.5.cap.1.nu.607.*

Vnde regula illa, quod legatum fa-

13 ctum Hospitali dicitur pium, iuxta theoricam *Archid.in cap si ex laicis 10 q.1. Castrens.consil.59. lib.1.* cum latius recollectis à *Tiraq.de priu.pia cau in præfat. versic. item relictum Hospitali*, quibus iungo uidendos *Pellicc.in cōsue. Auers.cap.3.n.386. & Menoch.de præsumpt lib.4.præs.115.nu 4* procedit, & est uera siue illud sit ædificatum authoritate Episcopi, siue non, quia sufficit locum esse dispositum ad piarum rerum exercitiũ, *Valasc.dec.105. nu. 39.* ubi ad huius axiomatis probationem inducit textum *in Auth.similiter C.ad l.falcid.* & ita recenter scribit *Dom. Ricc.in addit. ad Tiraquel. loco nuper citato*, ubi nos commemorat, & sequitur post huius operis primam impressionem Neapolitanam.

Quocirca non est attendendus locus, si sit Ecclesiasticus, uel Sæcularis, sed causa ob quam relinquitur, ut sit pia, uel quod pietas aliqua exerceatur in

loco

loco, cui fit legatum, ex ijs quæ lata manu congessit *Card. Tusc. conclus. 163. lit. H.*

14 Indè videmus, quod Hospitale, etiam si fuerit erectum absque Episcopi authoritate potest ab Episcopo visitari tanquam locum pium, qui tanquam Ordinarius habet potestatem exigendi rationes ab Administratoribus eiusdem Hospitalis, vna tamen cum illis Deputatis, quibus ex cõsuetudine ratio reddenda est, *Abb. in cap. inter dilectos, nu. 11. de donat. Galet. in margarit. cas. conscient. in verbo, Hospitale, Altamiran. de visit. in verbo, & alijs pijs locis, Bonadil. in polit. lib. 2. c. 17. nu. 39. Gars. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 602. in fine*, annuens ita decisum *Nald. in summa in verbo, Hospitale, n. 4.* dicens ita fuisse decisum per Sacram Eminentissimorum Congregationem, *in cap. 8. & 9. Sac. Concil. Trid. sess. 22. de Reformat.* vbi tamen excipiuntur Hospitalia, quæ sub Regũ immediata protectione sunt, de cuius sanè materia, *Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 12. num. 21. cum seq. Azor. Instit. moral. cap. 40. q. 10. p. 2. lib. 3. Armendariz in addit. ad Recopil. leg. Nauar lib. 1. tit 6 l. 5. §. 2. nu 65. & seq. Modern. noster Doct. Neap. in tract. de iurisdict. cap. 18. p. 2.*

15 Et hinc descendit, quod præscriptio quadraginta annorum competens aduersus Ecclesiam, iuxta *tex. in cap. ad aures, cap. illud, & cap. de quarta, de præscript.* competit Hospitali, siuè illud erectum sit Episcopi authoritate siue non, quia defectus authoritatis Episcopi efficit nè Hospitale sit religiosum, & ecclesiasticum, non autem impedit quominus non sit pium, ex textu *in Auth. de eccles. Tit. §. pro temporalibus collat. 9.* vbi generaliter talis præscriptio quadraginta annorum conceditur pro omnibus præscriptionibus eorum, quæ ad pias causas relicta sunt, ita considerauit *Fulgos. in l. omnes n 13. C. de sacros. eccles.* quem nouissimè sectatur *Barbos. de potest. Episcopi d. alleg. 75. sub nu. 55. p. 3.*

Sufficit enim, vt in eo exerceantur opera pietatis, vt pium appellari, & nũcupari iuridicè valeat, & possit, & quod ad hunc effectum sit institutum, *cap. de Xenodochijs, de religios. domib. vbi Abb. n. 2.* itaut hospitale quamuis profanum dicitur locus pius; *Menoch. de præsumpt. li. 4. præsumpt. 115. nu. 3. Mar. Ant. lib. var. resol. d. cap. 14 sub nu. 7. Reusner. decis. German. 3. nu. 26 lib. 3.* qui concordantes allegat.

Tantò fortius, quia tunc appellatione Ecclesiæ nõ venit Hospitale, quando
16 sumus in materia pœnalis dispositionis, at secus, vbi sumus in materia fauorabili, vt in casu nostro, quod colligitur ex eo, quia appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non veniunt hospitalia, quando agitur de pœnali dispositione. & ita putò intelligendum textum in *clem. per literas, vbi Anchar. post alios nu. 1. & 5. de præbend. Felin. in sæpius cit. cap. de quarta, nu. 14. de præscript. Dec. cons 162. sub num. 2. Selua de benefic. p. 3. q. 41.* secus, vbi sumus in materia fauorabili, nam tunc beneficij appellatione venit pariter hospitale, vt defendit *Lapus* relatus per *Anchar.* qui eum sequitur *in clem. dispendiosam, nu. 2. notab. 4. de Iudic.* cuis opinionem etiam dicit tutiorem, *Zabarell. in clem. 2. quæst. 7. de sequestr. possess.* plenissimè *Felin. in cit. cap. de quarta, nu. 15 de præscript.* putans id defendi posse, si in dispositione non adsit dictio vniuersalis (quæcunque) & cæt. & in fine *d. n 15.* subdit, quod si est aliqua dispositio iuris, vel regularum continens materiam extendibilẽ, purà obuiatiuam fraudis, si loquatur de quibusuis beneficijs comprehendit, etiã hospitali a subiecta Episcopo, licet solita gubernari per laicos, & sub *num. 16.* addit, se obtinuisse in causa propria, in materia *Regulæ Cancellariæ 24.* idẽ quoque alios concordantes defendit *Paris consil. 36. nu. 15. & 16 lib. 4. Selua de benefic par. 1. q. 3. num 9.* cum alijs per *Mandos. in Regu. Cancell. 29. quæst. 5.* quibus addo *Gambar. de potest. legat. lib. 5. num. 21. & sequent.* vbi quod in materia fauorabili, vel pro-
17 tionabili appellatione beneficiorum veniunt hospitalia, vnde Regulam Cancellariæ de publicandis resignationibus beneficiorum, & alias Gregorij XIII. suorumque prædecessorum Bullas, de quibus apud *Quarant. in summa Bullar. in verbo, beneficiorum resignatorum publicatio*, comprehendere etiam Hospitalia, voluit *Rota in vna Regien. Hospitalis 13. Nouemb. 1587. coram R. P. D. Bubalo*, vt apud *Rot. diuers. decis. 668 & decis. 665. par. 3.* recenter scribit *D. Ricc. in praxi resolut. 197. par. 3.* quibus addo *Gonzal. in Reg. 8. Cancellar. §. 4. glo 5. nu. 5.*

Declarauit tamen signatura in allegata *decisio. Rotæ 862. par. 4. diuers.* & apud *D. Ricc in praxi d. resol. 317. tom. 2.* præfa-
18 tam conclusionem procedere circa illa Hospitalia, quæ per Rectores ad nutum amo-

amouibiles gubernantur, non autem ad illa quæ in titulum beneficij conferuntur, vel in commendam cum solita clausula, quod Commendatarij suos faciant fructus prouidentur, vel Ecclesiæ alicui vnita reperiantur, nam illa potius nomine quam re ipsa hospitalia appellari posse, annuit ex *Rebuff. in sua praxi tit. de commend. nu. 17.* & vide *Gonzal. in Reg. Cancell. 8. d § 4 glo. 5. nu. 13.*

Restringi posset, firmata ampliatio in hospitale nouiter fundato ipso fundato-
16 re superstite, cùm dicatur domus hominis, & non Dei, quam is qui construxit, potest destruere, & alienare. *Vbal in tract. de Canon. Episc. cap. 4 pag. 252. Piaseg. in praxi Episc. p. 2. c. 3. n. 38. Cochier. de iurisd. in exemptos q. 31. nu. 4. p. 1 to. 1. Dom Ricc. in col-*
20 *lect. decis. collect. 502. p. 3.* affirmantes per hanc rationem non posse illud visitari ab Episcopo, sequitur *Nald. in summa in verbo, Hospitale, nu. 4. in fi.*

Verum ego in vtroque casu puto ampliationem veram, quia in materia priuilegij electionis fori, sufficit in eo pietatis, & charitatis opera exerceri, quod si destruatur cessabit vtiq; priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatorium puellarum gaudet priuilegio electio electionis fori.*
Honor dicitur maximum bonorum, & æquiperatur vitæ, ibid.
2 *Conseruatorium assimilatur Vniuersitati, & gaudet priuilegijs piæ causæ, nu. 3.*
4 *Fauore publico est habenda ratio.*
5 *Ecclesiæ fauore, quod conceditur fauore publico non denegatur.*
6 *Homicidium permictitur ad honoris defensionem.*
7 *Conseruatorium gaudet immunitate Ecclesiæ.*

ARGVMENTVM.

Conseruatorium Puellarum Secularium, An Electionis, & Variationis Fori priuilegio vti validè possit.

QVAESTIO LV.

IN quadam facti contingentia fuit vehementer dubitatum, An Conseruatorium puellarum secularium iuridicè potuisset eligere forum Magnæ Curiæ Vicariæ pro causa vertente inter ipsum, & N., quare fui ego requisitus, vt meã interponerem sententiam, sed quia hic articulus non reperiebatur ab aliquo tactus, nec decisus, necessarium fuit illũ per regulas artis determinare pro parte affirmatiua, quod Conseruatorium
1 Puellarum vti valeat Electionis Fori priuilegio in eius causis, quamuis ibi existentes non sint puellæ professæ, sed seculares.

Quam sanè regulam iustificari suadeo, tùm quia in eo satis opera charitatis, & pietatis exerceri videntur, dùm conseruatur honor tot puellarum, & sic est causa tanti boni, cùm honor cunctis rebus sit anteponendus, quia ille dicitur maximum bonorum, *glos. in Extrauag. Ad venditorem, in versic. honorem, de verb. significat. D. Thom. l 2 q 7. art. 2* taliter quod honoris, & vitæ causa æquiperantur, *l. iusta causa, ff. de manumiss. iurisd.*

2 Tum etiam, quia Conseruatoria huiusmodi assimilantur Vniuersitatibus, cùm certum sit Conseruatorium in se Collegium forte sub se comprehendens virgines, pupillas, viduas, & infirmas, ergo tanquam tale poterit prætendere hoc beneficium.

3 Et præterea, nùm talia Conseruatoria videmus potiri priuilegijs piæ causæ & Ecclesiæ, itaut pro ampliatione illorum posse cogi vicinos ad vendendum annis non longè elapsis affirmabam, motus, quia huiusmodi mulieres seculares, in communi viuentes absque emissione professionis more religiosarum, tanquam tales habentur, & ideò subsunt Episcopo, licet non faciant professioñe, *cap indemnitatibus, §. in prædicta, de elect. in 6. vbi Gemin. & Franc. Butr. in cap. 1. de foro compet.* quos refert *Genuen. in praxi Curiæ Archiep. cap. 53. in prima impress.* vbi dicit id clarius probari *in clem. attendentes, § illas quoque, de statu Monach.*

Vndè talibus Cõseruatorijs concedẽdum esse primum, & secundum beneficium, siuè in integrum restitutionem concludi suaptè potest.

Non enim quo ad hunc effectum tantum est habenda ratio sacris, verum
4 etiam, & illis è quibus publica vtilitas, fauorq; publicus oriuntur multa siquidem conceduntur, concedique debent pro tali causa, quę alias denegantur, nec

vtique

vtique essent concedenda, vbi enim fauor publicus est, ibi, & pietas, & vbi pietas, ibi & priuilegium, & quod fauore Ecclesiæ conceditur, fauore publico nō denegatur, itaut pro publica vtilitate alienas posse demoliri domus, prout fa-
5 uore Ecclesiæ sæpius vidimus seruatū, *l. præscriptio, & l. omnes, C. de oper. publ.* cum latius notatis *per Giurbam decis. 86. nu. 4. & 5.*

Conseruatoria autem supradicta certè publicam respiciunt vtilitatem, & honestatem, ergò priuilegiari debere, prout & pia, & ecclesiastica loca non est ambigendum.

Quod autem publicè prouideant vtilitati patet, nam Conseruatoria appellantur, quia honorem puellarum, maritatarum, & matronarum conseruant, quid verò magis vtilitati publicæ prodest, nisi pudicitiæ, & honoris conserua-
6 tio, cùm honor, & vita æquiparentur in iure, taliter vt esse licitam proximi occisionem pro honoris defensione post Ordinarios, *in l. 1 C. vnde vi*, probarunt *Couar. in clem. si furiosus p. 3 §. vnic. de homici. Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 10 à nu. 27 cum seq. Reginal. in praxi for. penitent. l. 21. ar. 60. cum seq. Less. de iust. & iure lib. 2. c. 9. nu. 76. cum seq.* & modernè *Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 11, cap. 19. à nu. 72. vsq. ad 88. tom. 1.* vbi plura cumulat declarationes, ad materiam referendo, quæ penes ipsum videri possunt.

Quare huiusmodi domum puellarum,
7 siuè Conseruatorium gaudere immunitate Ecclesiarum, recenter fatetur *Peregrin. in tract. de immun. eccles. cap. 4. nu. 67. ex Io. Andr. in cap. 2. de in integr. restitut. in 6.* vbi etiam *Dominic. Remig. de Genn. in tract. de immunit. eccles. ampliat. 3. nu. 0. in fine,* vbi dixit huiusmodi domus, siuè conseruatoria esse loca publica, & ad pium vsum destinata, addo *Sayr. de censur. lib. 3. cap. 29. nu. 16. Tusc. conclus. 59. nu. 34. lit. I, Soarez de relig. lib. 3. cap. 9. num. 9. tom. 1.* quod percipitur ex Bulla *Gregorij XIV.* ibi, (Monasterijs, domibus, locisque sacris, aut Religiosis.)

S V M M A R I V M.

1 *Confraternitas, siuè Oratorium, & Extaurita gaudent Electione Fori, sed vide nu. 5. Et distingue, vt nu. 8.*

2 *Confraternitas, & Extaurita dicuntur loca pia, & gaudent Ecclesiastico foro, nu. 3.*

4. *Extaurita, & Confraternitates visitantur per Episcopos.*

6. *Collegia, & Confraternitates, quæ per laicos reguntur, dicuntur secularia, nec pia loca vocantur, nu. 7.*

9. *Locus ad hoc vt dicatur pius sufficit, quod destinetur ad pium vsum.*

10 *Trebellianica prohibita censetur fauore loci, in quo pia exercentur.*

11. *Alienari an possint absq; sollemnitate Bona Confraternitatum, & Extauritaritarum.*

12 *Restitutio in integrum, quando competat Confraternitatibus, & Extauritis.*

13 *Legatum factum Confraternitatibus, quando dicatur pium.*

A R G V M E N T V M.

Confraternitas, & Extaurita, siuè Confratrum Oratorium, An Electionis & Variationis Fori priuilegium allegare valeant.

Q V AE S T I O LVI.

1 Regula sit affirmatiua, Confraternitatem scilicet, vel vt in Regno, imò Ciuitate Neapolis vocamus Extauritam, siuè Oratorium Confratrum, posse allegare priuilegium Electionis Fori adeundo Regia Tribunalia, vt post primam huius operis impressionem, nos allegando sequitur *D. Ricc. in scholijs ad Tiraq. in tract. de pia causa in præfat. vers. item relictum fraternitatibus.*

Sed nè rationem subterfugere videar, illam assignare posse suaptè mihi suadeo eo, quia in similibus locis exercentur opera charitatis, & pietatis, & exercitia spiritualia ad salutem animarum,
2 rum, vndè sunt loca pia, vt sentiere *Abb. in cap. fin. in 2. notab. de testam. specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc aliqua, nu. 62. versic. & scias. Castrens. cons. 167. nu. 4. lib. 2. Dec. cōs. 72. versic. tertiò principaliter, Barbat. in cap. officij, de testamen. Lap. in tract. de canon. port. versic. quinto quæro, Vbald. in tract. de quarta, canon. quæst. 2 princ. art. 2. Feder. de Sen. cons. 3. Menoch.* qui alios adducit *de recuper. possess. remed. 15. nu. 25. cum seq. D. Ricc. in praxi re-*

O *fol.*

fol.142. par.3. Peregri. in tract. de immunit. Eccles. cap.4. nu.68.

Hinc Confraternitates huiusmodi, siuè Oratoria, & Extauritas Religionis
3 causa institutas tanquam pia, & religiosa loca gaudere fori, Ecclesiastici, priuilegio videndi sunt, *Couarr. in cap. officij, n.12. de testam. Azeued. in l.3. tit.14. li.8. noua Recopil. Aegid. in repetit. l.1. C. de sacros. Eccles. par.1. n.54. Fusc. de visit. lib.2. cap.14. nu.4. Gregor. de re publ. lib.13. cap.2. num.8. Tusc. conclus.435. lit. F. Bouadill. in sua polit. cap.18. nu.228. lib.2. Renath. Copph. de sacr. polit. lib.3. c.6. n.6. Lara in tract. de anniuers. & Cappellan. lib.2. cap.1. n.5. Cabed. in tract. de patronat. Reg. Coron. cap.42.* quod procedit, etiam si existant intus Ecclesias Regularium, vt decisum per Sacram Congregationem, fatetur *Barbos. de potest. Episcopi alleg.85. sub nu.28. p.3.*

4 Indè virtute Sacri Concilij Tridentini *sess.22. cap.8. & 9. de reformat.* Episcopi, locorum Ordinarij possunt prædicta visitare loca, tanquam pia, meminit recèter *Leiua in examine Episcoporum lib 6. c.2. de Confraternitatibus nu. 5.* vbi quod Episcopus potest illas corrigere carcere, & pœnis compellere, vt adimpleant sua instituta, necnon petere computa, & rationes, ac statuere quæ necessaria fuerint ad diuinum cultum, easque reformare, quia sunt opera pia, quæ exercentur per oues, & subditos Episcopi, allegat *Fusc. de visit. lib.2. cap.14. num.5.* addo videndos *Mar. Antonin. var. resolut. lib.1. cap 66. nu.4.* vbi dicit nullam esse dubitationem, & *D. Ricc. in praxi resolut.147. p.3.* & propterea magna cum ratione, idem *D. Ricc. in praxi resol.143. ead. par.3.* probauit dispositionem captatoriam factam Cōfraternitati, siuè Extauritæ, vel Oratorio Confratrum benè valere, & si regulariter non valeat captatoria institutio *l. captatorias, & l. illa autem, & l. illa institutio, ff. de hæred. institut. l. captatoria, ff. de leg.1.* ea ratione, quia captatoria dispositio ad pias causas, valet *cap. cùm sibi, & ibi gloss. de testam. Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil.64. Saynson. in consuet. Turon. tit.73. de success. §.26. Peregrin. de fideicommiss. art.33. nu.66. Gabriel. conclus.3. de pia causa, Tesaur. forens. quæst.88. par.3.* & Extauritarij laici tenentur ad decimas, vt dicit *Maur. in allegat. 41.*

5 Contrarium tamen tenet *Viuius* in proprijs terminis *in addit. ad decis. 517. num.40.* referens se allegasse in iure in causa cuisdam. Aquilani institutionem factam in eius testamento Confraternitati Ecclesiæ Conceptiones non esse factum Ecclesiæ, sed laicis, & ob id non gaudere Ecclesiæ priuilegijs, & fori electione.

Quam suam sententiam confirmat ex notatis per *Reg. de Ponte cons.18. volum.1.*
6 vbi ex communi DD. opinione probauit Confraternitates, & Collegia, quæ per laicos reguntur, dici secularia, & licet denominentur sub nomine alicuius Ecclesiæ minimè dicātur religiosa, & Episcopo subiecta, proferens etiam eodem in loco, id nulla habere difficultatem, tantoque magis procedere, dùm Sindici, Procuratores, Rectores, vel Magistri eliguntur in huiusmodi locis à Confratribus laicis.

Quibus iungi possunt latius scripta per *Gabr. conclus.1. de pia causa,* vbi ex cōmuni sententia probare nititur, tales Confraternitates non dici pia loca, nec
7 priuilegio fori Ecclesiastici vti posse, & de legatis illis fortasse relictis nullam deberi canonicam portionem Episcopo, nec dispositionem, & legatum pio loco præstandum, licitè posse ipsis solui, vt plenius ex varijs Doctorum authoritatiqus ibidem hæc omnia affirmauit, licet contrarium tenentes allegare non oblitus sit, & recenter videndus est *Mata decis. Sicil. 58.* & nouissimè *Balthazar Thomasius in tract. de vltim. volunt. tract.10. tit.1. cap.4.* vbi plura de hac materia cumulata habes.

Quid dicendum in hoc opinionum conflictu. Ego vt meum interponam iudicium concordando distinctionis federe vtendo affirmare sum paratus, hāc secundam opinionem esse veram, & procedere in illis Confraternitatibus, &
8 Extauritis, in quibus nulla exercerētur opera pia, Primam verò habere locum in illis, in quibus similia aguntur, puta quia sunt ibi destinata aliqua bona in alimoniam pauperum, vel infirmorum, aut in redēptionem captiuorum, pauperumque nuptias, & alia huiusmodi fiant, quæ tendant ad charitatem, & finem Christianum, ex dictis *Staiban. consil 98. num.3.* vbi concludit, Confraternitates, quæ reguntur per seculares, dici pia loca.

Nam licet Confraternitates, & Extauritæ, siuè Confratrum Oratoria non erecta authoritate Ordinarij loci non di-

dicantur loca religiosa,& sacra; Tamen ex exercitio operum charitatis, & pietatis negari nequit, quia non debeant appellari pia.

Vltra quod ad effectum, vt concedatur Electionis fori priuilegium non est necesse, quod locus sit pius, sed sufficit, quod opera pietatis exerceat, quia priuilegium non datur loco, sed causæ, *Genuens.in practicabil. Eccles. quæst.289. in fine,*
9 vbi quod licet locus non sit pius, satis est, quod destinetur in pium vsum, sequitur *Rota* apud Illustrissimum D. meum *Coccin. Decan. decis.* 210. vbi propterea fuit iudicatum ad effectum, quod censeatur prohibita Trebellianica non re-
10 quiri, quod locus sit pius, sed sufficere, quod pietatis opera exerceat, ex *Castren. cons.*167. *num.* 2. *lib.9. Cardin. Mantic.* qui alios refert *de coniectur. vltim. volunt. lib.4. tit.5. art.6. num.5. Peregrin. de fideicommiss. art.2. num.63. vers. & nota, adde D. Ricc. in praxi resolut.* 353. *par.* 2. vbi ideò firmat Reuerendam Fabricam Sancti Petri de Vrbe posse se intromittere in legatis, & dispositionibus factis ad fauorem huiusmodi Confraternitatum, seu Exaucitorarum.

11 Quare videmus, quod licet regulariter in alienatione bonorum huiusmodi Confraternitatum, & Exauctoratorum nō sint necessariæ sollemnitates *extrauagantis. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.* vbi non sunt erectæ authoritate Episcopi, vt ex pluribus probauit *Gabriel. conclus.1. num.11. de pia causa*; Tamen quoties bona in istis eo animo sunt congesta, vt ad opera Ecclesiæ, siuè Oratorij necessaria, & ad pauperes subleuandos, puellasque miserabiles nubendas, & similia charitatis opera agenda, tunc non possent alienari absque assensu Apostolico, & euidenti vtilitate, siuè necessitate, *Rebuff. in compend. alien. rer. Eccles. nu.34. Guttier. lib.1. canon. quæst. cap.9. in fine, Ludou. decis. Perus.93. Barz. decis. Rot. Bon.124.* quos cum alijs refert *D. Ricc. in praxi eccles. resol.45. nu.7. p.1.*

12 Et ideò tuto affirmandum mihi persuadeo, quod licet DD. in varias se diuisere sententias, si istis Confraternitatibus competat restitutio in integrum, nam negarunt post antiquiores *Gabriel cons.162. lib.1. Gama decis.390. num.6. Anna sing.90. Guttier. quæst. can. lib.1. cap.35. Borrell. cons.81. cent. 1. Regens de Ponte d. cons.18 vol. 1.* & affirmarunt *Odd. de restitut. in integr. quæst.3. art.6. sa nu.45. Caualc. dec.17. n.65. & decis.28. par.2. Cabed decis. Lusit.51. par.1. Mastrill. decis.110.* vbi sic decisum refert, dummodò sint erectæ authoritate Episcopi, Tamen veritas est, quin vbi huiusmodi loca sunt adaptata ad pias exercendas causas, omninò deberi huiusmodi restitutionem, & si authoritate Ordinariorum non sint fundatæ; sufficit enim, vt charitatis opera exerceant, ita *Cald. in l. si curatorem, in verbo, minoribus n.64.* & post alios recenter prosequitur *Barbos. de potest. Episcopi alleg.75. nu.38. p.3. Imbrian. de primo, & secundo benefic. consid.4. nu.7.*

13 Prout, quamuis quæstio sit inter DD. si legatum factum istis Confraternitatibus sit pium, & aliqui fuerunt in opinione affirmatiua, vt *Abb. in cons.31. li.1. Castrens. cons.5. lib.2.* & cæteri pro negatiua vt *Bald. in l. id quod pauperibus, quæst.2. C. de Episc. & cleric.* & alij apud *Tiraquel. in tract. de pia causa, in præfat. §. item relictum Fraternitati, & Tusc. in conclus.106. à nu.61. cum seq. lit. L.* Tamen prima opinio est intelligenda, quando in Confraternitatibus pia opera expenditur, vt pro alendis pauperibus, pro redemptione captiuorum, pro maritandis puellis, & similibus; iuxta ea quæ recenter notauit *Molfes. in summa Theolog. moral. tract.13. de vltim volunt. cap.5. num.171. tom.2.* Altera verò procedit in Confraternitatibus laicorum, in quibus nulla piam causam respicientia operantur.

SVMMARIVM.

1. *Electio Fori competit Monti pauperum, siuè pietatis.*
2. *Montes pauperum, quid solent erogare, & an dicantur loca pia, nu.3.*
   Et legatum eis factum an dicatur pium, nu.5.
5. *Restitutio in integrum competit Montibus pauperum.*
6. *Montes pauperum sunt liciti.*

ARGVMENTVM.

Mons Misericordiæ, siuè Pietatis, vel Pauperum, An Electionis, & Variationis Fori Beneficio validè frui possit.

QVAESTIO LVII.

1 Regula fit affirmatiua, vt Mons Misericordiæ, vel Pietatis, siuè Pauperum validè in eius causis possit vti hoc electionis fori priuilegio, pront sæpius requisitus voce consului, eo quia satis cunctis constat in huiusmodi Montibus, qui in hac Vrbe, & alijs Ciuitatibus Regni erecti reperiuntur exerceri illam pietatis operam, vt pauperes, & egeni relicto pignore pecuniam reportent absque vllo fęnore, quod quidem in maximam vtilitatem pauperum redundat, quia ex hac commoditate varijs eorum egestatibus succurrunt, occurruntque.

2 Vltra quod solent elemosynas erogare egenis, infirmis tradere medicamenta, & victum quotidianum, nudos vestire, puellas inopes dotere, carceratos iuuare, aliaque similia agere, quæ publicam fouent vtilitatem, vt seruatur in Monte Misericordiæ huius Ciuitatis.

Vndè dubitari non potest, illa esse loca pia, & tanquam talia huiusmodi Electionis Fori priuilegio vti, quæ enim pietatis, charitatisque operibus exer-
3 cendis destinata, & adaptata videntur, loca pia vtique nuncupantur, iuxta ea quæ notarunt *Io. Andr. & Card. Zabarel. in cap. Ioannes, de testam. & specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua, num 62.* quos sequitur *D. Ricc. in praxi fori ecclesf. resol. 413. num. 3. par. 3.* addo *Gabr. conclus. 1. nu. 5. de pia causa.*

4 Quare legatum factum huiusmodi Montibus dicitur pium, itaut Reuerenda Fabrica Sancti Petri de Vrbe se intromictere possit, & Notarij tenentur denunciare illa infra dies quindecim, iuxta formam *pragm. 5. sub rub. de legat. pijs, & pragm. fin. sub rubr. de Notarijs*, nec
5 non illis competit beneficium restitutionis in integrum, siuè primum, & secundum beneficium, & tandem omnia, & singula priuilegia pię causæ erogata, & concessa habent.

6 Et ideò similes Montes non solum esse licitos, verum etiam omninò pauperum refugio necessarios, tradiderunt *Nauar. in manuali cap. 17. de vsu circa cambia, nu. 288. Beninsegn. de cambijs cap. 3. nu. 2. Card. Tolet. instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 38. vers. quarto. Molin. de contractibus, c. 325. Medin. in tract. de rebur per vsur. acquisit. q. 10. versic. oppositum, Salas in tracta. de contractibus, tit. de cambijs, dubit. 41. Salon. controuers. 1. artic. 3. quæst. 4.* & alij recentiores vnanimi consensu, *Molfes. in sua summa Theol. moral. tract. de contractibus tit. 12. cap. 7. nu. 25. to. 2.* qui post citatos scripsit, quos de huiusmodi Montium materia tractarunt *Lara de Cappellanijs cap. 23. lib. 1. Molin. de inst. & iure tract. 2. disp. 345. Comitol. responsor. moral. lib. 3. quæst. 35. Valent. to. 3. disp. 5. q. 23. puncto 4* & ex nostris *Bonacin. de contractib. dispu. 3. q. 3. pun. 12. n. 2.* vbi dicit hos Montes pietatis approbari *à Leone X. in Concilio Lateranensi sess. 10.* vbi illos erigi cupit damnando eos, qui contrarium prędicauerint in Bulla, quæ incipit inter Multiplices, quam refert *Quaranta in Bullar. in verbo, Mons Pietatis.*

SVMMARIVM.

1 *Montes Pietatis Ciuitatis Neapolis memorantur.*
2 *Mons pietatis quis appelletur.*
3 *Capitula quæ in Montibus Pietatis exerceri solent reminiscuntur.*

ARGVMENTVM.

Mons Pietatis, siuè Misericordiæ, vel Pauperum, quidnam sit, & quænam habere soleat Capitula, ad effectum de quo supra.

QVAESTIO LVIII.

Quæ in antecedenti quæstione discurrimus nos cogunt, vt aliqua circa huiusmodi Montes referamus.

Vndè pro coronide sciendum esset quomodo erigantur huismodi Mōtes, quænam sint illorum Capitula, quod sit eorum officium, & qualiter dignoscatur pietas huiusmodi Montium necessaria, de quibus me remicto ad *Scacc. in tract. de commercijs §. 1. quæst. 1. num. 440. cum seq.*, vbi alia ad materiam tibi cumulat.

1 Verum, quia in fidelissima, & præstantissima hac Ciuitate Neapolis nonnulli reperiuntur Montes pio fundamento

ere-

erecti, quorum vnus nuncupatur Mons Pietatis; alter verò Pauperum vterq; Pietate, & opibus decoratus, meritò aliqua tangam in hac materia.

1 Dico igitur Montem Pietatis substantialiter esse quandam summam pecuniæ, aut rerum pecuniam estimabilium, quæ in pauperum refugium, vel ab aliquo diuite, vel à pluribus, siue à Principe, aut ab aliqua Vniuersitate, seu familia reposita, & coaceruata est in vnũ cumulum perpetuò ad pauperum vsum destinatum, vt eis mutuo detur sub leui, vel nullo fœnore, *Lup. in cap. nauiganti, §. 3. de vsur. Medin. de reb. per vsur. acquisit. quæst. 10. Molin. de contract. disput. 315. Azor institut. moral. lib. 20. tit. de censur. cap. 22. vers. primo itaque par. 3.* annuens dici Montem per metaphoram, quia est pecunia in aceruum cumulata.

2 Solita autem, & præcipua Capitula, quæ in huiusmodi Montibus ex erectione cõsueta, videlicet, quia mutuant accepto pignore, & deindè illud exigant cum aliquo excessu, quod tamen pignus custoditur periculo ipsius, *Lup. in cit. cap. nauiganti, nu. 81.* illudque restituitur si reddatur mutuum intra annum, alias elapso anno publicè venditur, & deducto prius pretio. Monti debito, superfluum redditur domino rei pignoratæ; *Bonacin. de contract. disp. 3. quæst. 3. puncto 12. sub nu. 1.*

Item quia Ministri dictorum Montium custodiunt pecuniam ibi repositam, stantque parati, & accincti ad mutuandam pauperibus; imò & singulis, qui illuc vadunt aliquam quantitatẽ, quæ tamen non accedat ad valorem pignoris, prout seruatur in Alma Vrbe Neapolis, in qua solitum est dari tertiam partem valoris, quo res pignorata valet.

Et tandem, quod vltra pecuniam mutuatam exiguntur duo, vel tria denaria pro quolibet aureo, & mense, *Tolet. in sua summa cap. 38. tit. de Monte Pietatis, Caiet. in tract. de Monte Pietat. cap. 1. Azor. instit. moral. lib. 10. tit. de censur. cit. cap. 22. Scacc. in tract. de commerc. & camb. quæst. 1. nu. 441. cum seq. §. 1.*

Quod sanè percipi suadeo pro sumptibus custodum, Montisq; ministrorũ, ac pro expensarum, & damnorum refectione, nè decrescat, & in damnum egenorum consumetur.

Licet in Ciuitate Neapolitana nihil exigi ad meas peruenerit aures, quod piè credendum esse suaptè putò.

SVMMARIVM.

1 *Seminarium habet priuilegium eligendi forum, & gaudet priuilegijs piæ causæ, nu. 2. & 5.*

3 *Vendere quis cogitur pro scholis ædificandis.*

4 *Restitutio in integrum competit Seminario.*

6 *Pia causa dicitur, quæ vtilitatem publicam respicit.*

7 *Causa dotis, & Studij æquiperatur.*

8 *Donatio facta filio familias causa Studij, valet.*

9 *Scholæ sunt exemptæ à solutione tributorum.*

10 *Vicinus non potest prohibere vicino nè teneat Filatorium.*

11 *Fabrilignarij, & Ferrarij, quando expelli possint à loco.*

12 *Collegium Scholarium dicitur pium, & quandò dicatur religiosum, nu. 13.*

ARGVMENTVM.

Schola Literarum, & Seminarium An Electionis, & Variationis Fori priuilegio vtantur.

QVAESTIO LIX.

1 Regula sit affirmatiua, vt Schola Licterarum, & Seminariũ in eorũ causis occurrentibus possint, & valeant vti beneficio Electionis, & Variationis Fori tanquam pia loca, vt in terminis recenter fatetur, *D. Ricc. in praxi Fori Eccles. resolut. 411. tom. 3.* vbi nos ad id allegat, & sequitur in prima impressione Neapolitana, Gaudent siquidem huiusmodi lo-

2 ca priuilegijs piæ causæ, imò, & Ecclesiæ immunitate potiri dixere, *Bellett. disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericorum Reali, §. 4. n. 37. & Peregr. de immun. eccles. cap. 4. nu. 67.* & nos latius confirmauimus *Forens. quæst. 31. lib. 1.* vbi alia concernentia pro compobatione huius opinionis cumulata sunt, ibi videnda.

3 Vndè pro Scholis ædificandis posse quem cogi ad vendendum, prout pro ædificanda Ecclesia, post *Franc. Marc. decis. 534. nu. 5. tom. 1. Scott. cons. 3. nu. 19.* & re-

O 3 li-

liquos quos adducit, fatetur *D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 138. *sub num.* 2. *vers. tertiò quia cogitur, par.* 1.

Et Seminario competere primum,
4 & secundum beneficium, siuè restitutionem in integrum, dixit *Imbrian. in suo tract. de primo, & secundo beneficio consid.* 4. *num.* 27 idem annuens, *nu.* 107. in Collegio Scholarium, quod & fatetur *Sfort. Odd. de restit. in integ par.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 12. *num.* 77.

Locus enim in quo infantes, & pueri aluntur, & docentur, & ad viam perfectionis, ac doctrinæ reducuntur quinpius appelletur, euadere tutò non possumus, nam quid aliud sunt Scholæ, & Seminaria, quam Reipublicæ Christianæ, & Ecclesiasticæ doctrinæ principia, quæ autem maior esse potest pietatis, & charitatis exercendæ ratio, quam religionis; & virtutis, aliarumq; bonarum artium, & linguarum communicatio, quæ sanè in Scholis, & Seminarijs potissimum locum habet, in quibus vita hominum ad obediendum Deo, & ad parendum Magistratibus informatur, *Reusner. decis. Rot. German.* 4. *num.* 2. *lib.* 3. ex *Auth. habita, C. nè filius pro patre*, ita quod rationabiliter talia loca, in qui-
5 bus similia exercentur fiunt pia, sicque censenda sint, iuxta *Bald.* sententiam *in l. illud, quæst.* 21. *C. de sacros. Eccles. D. Ricc. in prax. resol.* 411. *par.* 3. vbi nos allegat, & *resol.* 416. *n.* 6. *ead. par.* 1. licet nulla habeãt priuilegia, vt apud *Anchar. in cap. auditis, quæst.* 11. *de restit. in integr.* quam eandem sententiam approbauere, *Dec. consil.* 82. *col.* 3. *Corn. cons.* 222. *Petr. de Perus. in tract de canonic. port. quæst.* 2. *art.* 2. quia ea dicitur fauorabilis, & pia causa, quæ vtilitatẽ
6 publicam respicit, *Castrens. cons.* 23. *col. pen. vigore tex. in l.* 1. *§. fin. C. de Caduc. tollen l.* 2. *§. exercitium, & ibi Bar. ff. de his qui not. infam. & in l. quemadmodum, C. de agric. & censit.* sequitur *Tiraq in suo tract de pia causa, in præfat. versic. item relictum causa studij circa med.* vbi etiam quòd causa studij, & dotis æquiperantur, iuxta textum *in l.* 1. *S. de stud. lib. vrb. Rom. lib.* 10. *Bar. & Relig. in l.* 1. *ff. solut. matrim. Menoch. de arbit. Iud. cas.* 237. *num.* 25. *lib.* 2. *cent.* 3. *vbi num.* 1. firmauit causam studij esse maximè fauorabilem, adeò quod legumlatores penè innumera illi contulerint priuilegia, quemadmodum legimus apud Interpretes, in *d. Auth. habita, C. nè fil. pro*
8 *patre, & in l.* 1. *ff. solut. matr.* & latius apud *Rebuff. in speciali tract. quem edidit de priuil. scholar.*, hinc donatio facta filio familias causa studij per patrem valet *Rom. in l. donatio, § pater, ff. de donat. Florian. Imol. & Alber. in l. quæ pater filio, ff famil. hercis. Ias. in l. pater si fratre, col. fin. lect.* 2. *ff. de cond. indeb. Barbos. in l.* 1. *ff. sol. matr.*

Quare scholas exemplo Ecclesiæ à tributis, & alijs oneribus extraordinarijs immunes esse, singulisque Ecclesiæ priuilegijs decorari fatendum est, ex *glo. in Auth. habita, nè filius pro patre, Reusn. d. decis. Germania* 4. *lib.* 3. *nu.* 21. *D. Ricc. in praxi resol.* 412. *n.* 4. *par.* 3 vbi hunc nostrũ locum post primam impressionem ad propositum adducit.

10 Hinc meritò in facti contingentia dicebam regulam illam, quod vicimus nõ potest prohiberi à vicino, nè teneat filatorium, iuxta latius scripta per *Præsid. de Franch dec.* 625. cessare fauore scholæ literarũ, cuius causa videmus fabros
11 lignarios, & ferrarios expelli posse si exerceant talem artem propè scholas, vel Scholarium, aut Doctorum, & Lectorum Domus, *Abb. in cap. fin. in fin. de iudic. Io. de Amic. cons.* 104. *Fran. Mar. decis.* 635. *to.* 1. copiosè *Menoch.* qui hanc materiam, & articulum plenè discurrit, & declarat *de arb. Iud. cas.* 237. *lib.* 2. *cent.* 3. latè diximus *lib.* 2. *quæst. forens. quæst.* 1. *n.* 4. sequitur *Gratian. disceptat. forens. lib.* 1. *cap.* 186. vbi tamen declarat, quando isti priuilegiati præuenerunt huiusmodi quos expellere intendunt, vt practicari dicit *Coler. de process. execut. cap.* 4. *n.* 8. *par.* 1. *Mut. super Consuetud. Panorm. cap.* 33. *num.* 53.

12 Iuuantur supradicta, quia Collegium Scholarium dicitur pium, *Anchar. in cap. auditis, quæst.* 11. *de in integ restit.* quem referendo sequi videtur *Gabr. conclus.* 1. *nu* 20. *de pia causa*, & priuilegia piis locis data scholis literarum competere, plenè probauit *Reusner decis. Germ.* 4. *li.* 3. maximè si sint instituta pro sustentatione studentum pauperum, quia gaudent priuilegijs Ecclesiæ, & si sint erecta au-
13 thoritate ordinarij non solum sunt loca pia, verum, etiam, & religiosa *Gironda de gabell. p.* 7. *nu.* 42. *Azeued. in l.* 10. *n.* 26 *tit.* 1. *lib.* 4. *noua Recopil. Garcia de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 612. itaut posse visitari per Episcopos, firmauit *Barbos. de potest. Episcop. alleg.* 75. *nu.* 21. *par.* 3. virtute *Sacr. Concil. Trid. sess.* 22. *de reform. cap.* 8. Ibi Collegia quæcunque.

Sed

Sed (vt ad inceptum reddeamus) quid vagandum pro corroboratione suppositæ regulæ, dùm scholares de per se, vti singulos gaudere priuilegio videmus, vt alias hac eadem lectione conclusimus, *quæst.* 15. Igitur à fortiori scholam, & Seminarium tanquam scholariũ matrem, sub se illius speciei plures atq; plures continentes dicendum est; & fori priuilegio vti posse.

S V M M A R I V M.

1 *Publicè penitens inter miserabiles personas reponitur.*

2 *Inquisitores sunt Iudices omnium causarum illorum, qui sunt reconciliati Ecclesiæ, siuè illi sint Actores, siuè rei, nu* 3.

A R G V M E N T V M.

Publicè penitens, An Electionis, & Variationis Fori Beneficio fruatur.

Q V AE S T I O LX.

1 Regula communi calculo pro affirmatiua sententia à DD. supponitur, vt publicè penitens sit, & dicatur miserabilis persona, & consequenter, quod vti talis gaudeat Electionis fori beneficio, ita *Imol. in cap significantibus, de officio deleg. Albert. in tract. de agnoscend assert. Catholic. quæst.* 25, *num.* 62. *Annotat. ad Stat. Parmæ tit. de ratione summaria reddend. miserabil. person. Vers. demque Ialling. racemat iur. c.* 36. *num.* 9. *Card Tusc. conclus.* 273. *num.* 2. *lit. M.* addo *Mascard. de probatio. conclus.* 1065. & *Rodriq. quæst. regul. tom.* 1. *quest.* 65. *art.* 3. quos ad id nouissimè adducit *Tamburr. in tract. de iure Abbat. quæst.* 15. *quæsit.* 7. *num.* 17. *tom.* 1.

2 Verum Inquisitores fauore Fidei sunt Iudices competentes omnium causarũ ciuilium, & criminalium istarum, qui Ecclesiæ sunt reconciliati, habitumque publicè penitentium gestant, ita *Roias singul sid* 98. annuens, quod existẽtes sub iurisdictione Inquisitorum nullos Iudices seculares, vel Ecclesiasticos in omnibus causis habet, *ex tex. sing. in cap. aliud* 11. *quæst.* 1. & *in cap. aliud, de penitent. distinct.* 1.

3 Quæ sanè conclusio de plano procedit, & est vera, siuè huiusmodi penitens sit actor, siuè reus, nam semper coram Inquisitore causa, & lis agitanda est, iuxta sententiam *glos. in alleg. cap. aliud, in Verbo, Ecclesiasticum, Butr. & Barb. in cap.* 2. *de foro compet. Specul. in tit. de compet. Iudic. §.* 1. *Vers.* 17. *Calder. cons.* 7. *de Iudic.* quos cum alijs commemorat *Roias nuper alleg. sing.* 92. dicens, in hoc casu cessare regulam, quod actor sequatur forum rei, & multa alia adducit apud eũ videnda.

S V M M A R I V M.

1 *Monachus gaudet Fori Electionis Priuilegio.*

2 *Bona ingredientis Monasterium eidem Monasterio acquiruntur.*

3 *Monachus donare prohibetur, nec aliquid retinere potest, nu.* 5. *Etiam cum Superioris licentia, nu.* 6.

4 *Monachus non potest esse in iudicio absque Superioris licentia.*

7 *Monachus cuncta in posse Superioris dare debet, per quem tamen debet subueniri in necessitatibus.*

A R G V M E N T V M.

Monachus, Nùm habeat Beneficium Electionis, & Variationis Fori.

Q V AE S T I O LXI.

Regula sit affirmatiua, quod Monacus tanquam persona Ecclesiastica gaudeat Electionis Fori priuilegio, vt in specie notauit *Dom. Ricc. in sua praxi fori Ecclesiastici, resol.* 20. *num.* 5. *part.* 3. vbi nos allegat in hoc opere in prima impressione.

Quia si clericus secularis hoc fruitur priuilegio, tantò magis & Regularis illo vti poterit, *Auth. multò magis, C. de sacros. Eccles.* cum alijs vulgaribus, Monachus enim ingrediens religionem, se ipsum offert, & sua propria bona, *Authen. ingressi, C. de sacros. Eccles. Vbi Dec. in* 1. *notab.* ait ex sententia *Bar. in auth. si qua mulier, C. eod. tit.* Bona acquiri Monasterio in cõsequentiam personæ ingressæ, vt etiam probatur *in cap. in præsentia,* & *ibi DD. de* pro-

probat.& clarius *in cap. quia ingredientibus 19.quæst.fin.*& notant *Menoch.de arbit.Iud. cas.436.cent.5.lib.2. D.Ricc.in collect. decis. collect.162.*vbi dicit,Monachum non posse donare,allegat *Annam alleg.51.*& cautum est per *Bullam clement.VIII.de largitione munerum*,quam varijs quæstionibus exornat recenter *Diana in resol.moral.tract.de paupertate religiosa, per tot.*

Indè nec esse potest in iudicio suo nomine cùm nihil habeat, *Verall. dec. 223. par.2.* plenè *Virgil. in tract.de legitimatione persona cap.18.*itaut non valeat iudicium cum eo habitum sine administratione, *Cappel.Thol.dec.124. & 125.*

Quare meritò videmus vigore Sacri Concilij Tridentini *sess.25.cap.2. de regul.* nemini Regularium licere tàm immobi-
5 lia, quàm mobilia quouis modo ab eis acquisita tanquam propria, ac etiam nomine conuentus possidere,vel tenere, taliter quod post Concilium Religiosus prohibetur habere redditus annuos ad nutum Superioris reuocabiles etiam ad vsus honestos, vt determinasse Sacrã Congregationem Eminentissimorum Cardinalium,fatetur *Episcop.Minorens.in praxi Episcopali in verbo,Moniales, versic.ad secundum,par.1. Vasquez in opusc. de reddit. Ecclesiastic.cap.3.dub.11.nu.14.Suarez de relig.tom.3.lib.8.cap.14.num.18. Quaranta in summa Bullar. in verbo, casus reseruati*, & hanc sententiam sequuntur *Palac. in 4. distinct.38.disput.1.ad finem in solut.ad 9.Corduba in summa q.54. Nauarr. de restit.cap.1. par.3.dub.1.nu.163.lib.3.Molin.de iustit. & iure disput.276.tom.2. Valentia in 2.2. disp. quæst.4.pun.3. Lessius de iustit. & iure lib.2. cap.4.dub.5.nu.30. Azor instit.moral.lib 12. cap.9.quæst.2.tom.1.* quod & patet etiam ex decreto pro reformatione regulariũ lato á felicis memoriæ Clement. VIII. per quod nulla quomodocunque Supe-
6 riorum dispensatio,nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quominus culpæ,& pœnæ ab eiusdem Concilij decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiam si Superiores asseuerent huiusmodi dispensationes,aut licẽtias concedere posse,quibus in ea re fidem minimè adhiberi mandat.

Vndè meritò alias eadem Sacra Cõ-
7 gregatio censuit Regulares, vtriusque sexus non posse tenere propria,sed omnia dare debere suis Superioribus, á quibus tamen subueniendum est primò necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt, reliquum verò conferendum in vsum Monasterij, vt referunt *Nauar. in tract. de reddit. Eccles. quæst.1.n.84. Azor instit.moral.par.1.lib.12. cap.9.quæst.2. in fine, & Leo in thesaur. fori Eccles.cap.1.nu.41. par.2.*

SVMMARIVM.

1 *Monialis potitur priuilegio Electionis Fori, quia dicitur persona miserabilis, nu. 2. Et est Ecclesiastica,nu.3.*

4 *Monialis apostatare dicitur derelinquendo habitum.*

5 *Monialis dicitur in potestate Monastery,eiusque filia reputatur.*

6 *Monialis non succedit in feudo,& gaudet fori ecclesiastici priuilegio,nu.8.*

7 *Offendens monialem incidit in excommunicationem.*

9 *Moniales fruuntur beneficio Cap. Odoardus.*

10 *Moniales in fauorabilibus veniunt appellatione clericorum.*

11 *Monialis subijcitur loci Ordinario quoad finem habendi dispensationem retinendi aliquid pro eius necessitatibus.*

12 *Moniales includuntur sub Bulla Clem.VIII. de largitione numerum.*

ARGVMENTVM.

Monialis An Fori Electione, & Variatione potiatur.

QVAESTIO LXII.

1 REgula sit affirmatiua, quod monialis alicui monasterio dicata,& inclusa gaudeat beneficio Electionis fori,vt in terminis notauit *D. Riccius* Præsul Vicequensis *in praxi fori Eccles. resol.20.nu.5. par. 3.* vbi hunc nostrum locum in prima impressione Neap. commemorat,& sequitur.

2 Et meritò quidem,cùm Moniales inter personas miserabiles reponantur, *Rebuff. in constit. Franc. tom.1.fol. mihi 205. Castill.controuers.iur.lib.3.cap.25.nu.17. Valasc.decis.65.nu.35.& alleg.66.Cabed.decisi. Rot. Lusit.54. Pereir.dec.22. num.1. circa finem.*

3 Vltra quod hoc priuilegio vti possũt

tam

tanquam personæ Ecclesiasticæ, cùm
Moniales appellentur Ecclesiasticę per-
sonæ, & veniant appellatione Regula-
rium, *cap. de monialibus,* vbi *Abb. & reli-
qui Scribentes, de sentent. excomm. Pasell. con-
sil. 22, num. 9. Lup. de libert. Eccles. q. 4. par. 2.
Flores Diez de Mena quæst.* 10. *nu.* 7, prout
& monaci, quorum quæ dicuntur, pari-
ter Monialibus locum habent, *Cardin. in
clem. 1. quæst. 7 de regul. Abb. in cap. fin. in vl-
tim. notab. de stat. monac. Nacta cons. 432, n. 15.*
4 *lib.* 3. itaut & illæ apostatare dicuntur,
quando habitum dimictunt, & claustra
deserunt vti monaci, *cap. peruenit, & cap.
si custos 27. quæst. 1. Decian. in tract. crim. cap.
73. num. 17. lib. 5. Menoch. de arbitr. Iudic.
cas. 547. num. 46. lib. 2. Farinac. in tract. de
hæresi, quæst. 181. §. 6. nu. 68.* vbi materiam
Apostasiæ plenè declarat, sunt inquam
5 huiusmodi personæ in potestate mona-
sterij, in quo sunt professæ, *cap. non dicas
12. quæst. 1. cap. cum ad Monasterium, de stat.
Monac. Bombin. cons. 12. num.* 3. vbi inquit
moniales esse seruas, & filias monaste-
rij, in quo sunt ingressæ, *arg. tex. in Auth.
ingressi, C. de sacros. Eccl.* Et moniales vtũ-
tur iisdem substantialibus, quibus Mo-
nachi, *Calder. in clem. 1. quæst. fin. de decim.
Dec. in cap. tuarum, nu. 40. de priuil. Feder. de
Sen. cons. 273. col. 1.*

Vndè cùm sub Ecclesiasticorum no-
mine includantur meritò euenit, illas
6 excludi à successione feudi, *Affl. dec. 320.
num. 11.* vbi dicit, quod nec monasterium,
hoc casu succeder poterit ex persona
ipsius monialis, *Cuman. cõs. 167. Bambacar.
in cap. 1. §. qui clericus, nu. 146. si de feud. def.*
qui dicit, quod licet *Minadoia* varijs ar-
gumentis, & rationibus conatus fuerit
contrariam opinionem defendere, nihi-
lominus non potuit obtinere, prout te-
statur ipsemet *Minadoia in Constit. Sanci-
mus, in verbo, in aliquibus, in 3. notab. à nu. 56.
vsque ad nu* 84. latè *Graß. de effect. clericat.
effectu 4. num. 49,* vbi plura in hac materia
cumulat.

Hinc enim sicut offendens per-
sonas Ecclesiasticas incidit in excom-
municationem, de qua per tex. *in cap. si
quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* vt tradunt
Villaut. in dec. 44. latissimè *Soccin. in cap. per-
uenit, de sentent, excommun. Menoch. de arbitr.
iudic. casu 498. nu. 38.* vbi dicit, quod sta-
7 tim pœnam incurrit absq; alia monitio-
ne, *Grass.* plenè *de effect. clericat. effect. 9.* ita
pariter offendens moniales incidit in
excommunicationem, *Abb. in cap. veniens,
nu. 2. de sent. excommun & in cap. de monialib.
nu. 2. eod. tit. Gaiet. in summa in verbo, excom.
cap. 10. vers. nota septimo, Graff. in decis. aur. 2.
lib. 3. cap. 5. nu. 26. Decian. in tract. crim. par. 2.
lib. 6. cap. 17. num. 12. & 13.* qui dicit idem
esse dicendum de offendentibus offen-
sione personali mulieres, quæ non sunt
professę, sed vt Deo seruiant se recludũt
in aliqua domo, siuè loco, *Bonacin. de cen-
sur. q. 4. pun. 1. propos. 2. nu. 6.*

8 Et hinc videmus tales moniales gau-
dere fori Ecclesiastici priuilegio, sicuti
aliæ personæ Ecclesiasticæ, fruuntur *cap.
de persona 11. quæst. 1. Panorm. in cap. cum mo-
nasterium nu. 3. de elect. Bellug. in specul. prin-
cip. rubr. 11. §. videndum, nu. 7. vbi Borrell. in
addit. in lit. D.* qui asserit hanc esse com-
munem opinionem *Decian. in tract. crimin.
par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 31. Viuian. in tract. de
iure patron. par. 2. lib. 6. cap. 1. nu. 110. Graff. de
effect. cler. effect. 1. nu. 107.*

9 Prout Monialibus conceditur benefi-
cium, *cap. Odoardus, de solutionibus*, vti &
permictitur Ecclesiasticis, quia in eis da-
tur par ratio, quæ in clericis, *Barbos. in
collect. DD. ad d. cap. Odoardus, num. 5.* affir-
mans iuxta hanc opinionem fuisse iudi-
catum in Senatu Portugallensi, & in Su-
premo Senatu supplicationis Regni Lu-
sitaniæ in causa Monialium Matris Dei
de Moncgique Ciuitatis Portugalliæ,
illisq; competere primum, & secundum
beneficium, siuè restitutionem in inte-
grum satis apertè patet, & quotidiana
Praxis testatur in Regijs Tribunali-
bus.

10 Necnon pro corroboratione iuuat di-
cere, quod in fauorabilibus (prout in
casu nostro) Moniales veniunt appella-
tione clericorum, *Tamburrin, in suo tract.
de iure Abbat. disput. 2. quæsit. 15. nu. 6. tom. 2.*

11 Indè Moniales vti Regulares subij-
ciuntur iurisdictioni Episcoporum lo-
corum Ordinariorum, ad finẽ vt possit
cum eis dispensare ad retinendum ali-
quem annum centum pro earum parti-
cularibus accessitatibus, de quibus non
succurruntur à Monasterio ad vsum ta-
men reuocabilem, vt apud *Barbos. in tract.
de officio, & potest. Episcopi alleg. 103. sub n. 5.*
vbi firmauit Monialem retinentem pro-
prium in tali casu ex licentia Ordina-
rij, vel Superioris non contrauenire
professioni, nec voto paupertatis, ex
*Galet. in margarit. cas. conscient. in verbo, Mo-
nialis, il penultimo, Rota Rom. dec. 216. nu. 12.
par. 2. in nouis.*

Et

12 Et hinc moniales comprehenduntur sub *Bulla Clementis VIII. de largitione munerum*, vt per *Sorb. in ead. Bulla post verbum donare, Beia in comm. cas. conscient. par. 4. cas. 32. in fine*, & fertur decisum per Sacram Congregationem Eminentissimorum Dominorum Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius propriè dici nequit Religiosus, sed est persona Ecclesiastica, nu. 3. & quando veniat appellatione Religiosorum, num. 15. & professorum, nu. 18.*

4 *Interdicta Ciuitate, Nouitij interdicti non censentur.*

5 *Nouitius gaudet priuilegio Fori Ecclesiastici, & punitur ab eius Superiore etiam si deliquisset extra claustra.*

6 *Nouitius à quo absoluatur si sit innodatus aliqua censura.*

7 *Initium incursæ censuræ est attendendum.*

8 *Trahens Nouitios ad forum seculare incidit in Bullam Cœnæ.*

9 *Verberans Nouitium incidit in excommunicationem.*

10 *Bona Nouitiorum non collectantur.*

11 *Nouitij gaudent priuilegijs Religionis, & dicuntur pars communitatis.*

12 *Nouitij non subiacent censuris Religionis, nec casibus reseruatis, n. 14.*

15 *Nouitij confitentur cuilibet Sacerdoti approbato.*

14 *Nouitius donare potest, & retinet omnia, quæ antè ingressum habebat, & sic feudum, nu. 15.*

17 *Nouitius deserens Religionem succedit in maioratu.*

19 *Alloquens Nouitias absque licentia an incidat in censuram.*

20 *Nouitius suscipiens Bullam Cruciatæ edere potest lacticinia.*

21 *Nouitij possunt procuratoris officium gerere.*

22 *Nouitiæ non includuntur sub præcepto clausuræ.*

ARGVMENTVM.

Nouitius An priuilegio Electionis & Variationis vti possit.

QVAESTIO XLVI.

1 Regula sit affirmatiua, nam quamuis nouitius propriè dici nequeat Religiosus, *Bar. in l. illa, C. nè sacr. Baptism. reiteretur, Iasl. in l. quoties, ff. de verb. oblig. Castrens. in l. si idem ff. de iurisd. om. Iud. Angel. in summa in verbo Religiosus, nu. 24. Honded. cons. 94. nu. 3. vol. 1. Magon. decis. Florent. 141. Rodriq. in Bulla l. Cruciat. §. 9.* cùm retineat velle, & nolle, suiq; iuris sit, *Archidiac. &*
2 *Io. Andr. in cap. beneficium, de regular. in 6.*
3 Rectè tamen, & validè nominatur Ecclesiastica persona per *glos. in cap. Religiosi, §. quamuis non possit, de sentent. excomm. in 6.* Quinimò licet appellatione veri, & effectualis Religiosi non comprehendatur incommutabiliter, nihilominus ita dicitur cõmutabiliter, & venit appellatione Regularium, vt tradunt *Io. Monach. & Gemin. post num. 3. ibidem in d. cap. Religiosi*, taliter quod infra annum probationis dicitur, & est persona Ecclesiastica, *Bellug. in specul. princip. rubric. 11. §. videndũ, nu. 5. in fi. Duard. in comment. ad Bullæ Cœnæ lia 2. canon. 15. quest. 19. num. 104. Barbos. de officio, & potest. Episcopi alleg. 12. nu. 37. par. 3. Campanil. in suo diuers. iuris canonici, rub. 12. cap. 4. num. 25. vbi num. 28.* ideò rationabiliter probat, quod licet interdicta Ciuitate singuli illius Vniuersitatis interdicti sint, *cap. si sententia, §. cùm verò, de sent. excomm. in 6.* tamen Nouitius non includitur sub eo, ex *Feder. de Sen. cons. 32. & Vgolin. in tract. de censur. tabul. 5. sub rubr. de interdict. cap. 20. §. 4. nu. 2.*

5 Vndè meritò videmus Nouitiũ gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, *Hostiens. in cap. statuimus, in verbo posse, de regul. Ancharan. cons. 69. post num. 7. Galet. in margarit. cas. conscient. in verbo Nouitius, il secondo, Cenal. comm. cont. commun. quæst. 897. num. 1025. cons. 6. de foro compet. Gutt. de gabellis q. 95. n. 22. cum seq.* optimè *Nauar. per varias rationes, cons. 6. de foro compet. Curia philippica p. 3. §. 1. n. 12. Tiraquel. de retract. lignaer. §. 1. glos. 8. num. 21. Molin. de iustit. & iure disput. 139. Brunor. à Sole in suo compend. Resolutoris in verbo Nouitius*, fusè *Farinac. in practic. crimin. tit. de inquisit quæst. 8. num. 46.* plenè *Graff. de effect. cleric. effect. 1. nu. 178.* itaut habeatur tanquam professus, *c. 1. de statu Monach.* latè *Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. cum Regul. num. 23.* & si prima tonsura non sit initiatus, *Azor instit. moral. lib. 12. cap. 3. quæst. 2. par. 1. Cened. commũ. quæst. cap. 6. nu. 41. Rodriq. quæst. regul. par. 3. quæst. 51. art. 11.* Itaut à solo suo Prælato puniendus sit etiam pro homicidio, & quouis graui alio delicto, *Abb. in cap. cũ contingat, nu. 21. de ætat. & qualit. Marsil. singul. 534.*

gul. 534. *Caualcan. decis. 11. par. 5. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 24. Ambrosin. in tract. de immunit. eccles. cap. 22. nu. 11. Mastrill. dec. 290. nu. 168.* etiam si delictum esset patratum extra claustra, vt decisũ in Curia Archiepiscopali Neapolitana, fatetur *D. Ricc. in dec. 121. par. 2.* quem sequitur *Giurba cons. crim. 15. sub num. 9.* vbi nos etiam allegat post huius operis primam impressionem.

6 Nouitij enim post susceptionem habitus subieacent Prælatis, quoad iurisdictionem, & superioritatem saltem cõmutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt Nouitij, sicut professi, & ideò videmus Nouitium ab excõmunicatione incursa posse obtinere à suo Prælato absolutionem etiam antè ingressum incursa, *Hostien. in cap. Monachi, in princip. de senten. ex comm. Henriq. in summa Theolog. moral lib. 7. cap. 22. §. 7. Lap. alleg. 47. nu. 6. Assens. in summa lib. 7. tit. 13. art. 5. q. 14. Graff. in decis. aur. lib. 3. cap. 5. sub nu. 33. Sayr. in thesaur. cas. conscient. cap. 28. num. 14. lib. 3.* vbi *num. 15.* aduertit absolui à censuris cum reincidẽtia, si infra annum egrederetur à Monasterio, *Pasiarel. de priuileg. Minim. cap. 33. Eslic. in tit. de excommun. cap. 14. & 15.* quod, tamen ego putarem verum vbi id haberent in priuilegium, prout habent Fratres Minimi vigore priuilegij Clem. IV. & Congregatio Sanctissimi nominis Iesu ex priuilegio Pauli III. vt per *Rodriq. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 20. art. 21.* ex cuius dictis apertè patet de iure non posse fieri, prout & negat etiam *Innoc. in cap. cum illorum ne sentent. excomm.* & ita sen-

7 tire videtur *Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 4. num. 22. circa med.* ea palpabili ratione, quia initium incursæ cẽsuræ est attendendum ad fundandam iurisdictionem ad sciendum ad quem illius absolutio spectet *ex l. quid ergò, ff. de his qui not. infam. Marsil. sing. 480. Ambrosin. de immunit. eccles. cap. 19. num. 3.* cùm latius adductis per *Reg. Valenz. cons. 4.* qui plura concludentia pro comprobatione adducit, eò enim ipso quod censura incurritur, quæsitum est illi ius, cuius subest iurisdictioni tunc temporis, *ad tex. in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publ. l. fin. ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de furt.* iuxta personæ conditionem, quæ fuerat commissi delicti tempore, *l. 1. ff. de pœn. Bald. in l. Officiales, nu. 2. C. de Episcop. & cler. Gratian. discept. forens. 226. num. 11.* ac proinde iurisdictio quæsita Iudici ratione alicuius qualitatis in criminosi persona consistentis actus, aut delicti tempore, mutata qualitate non tollitur, *Castrens. in l. 1. C. vbi de ratiocin. agi oport. Peregrin. in tract. var. lib. 1. num. 139.*

Et ex supracitata principali conclusione, quod nouitius sit persona Ecclesiastica, meritò dicebam quod censura lata *in Bulla Cœnæ Domini canon. 18.* contra trahentes personas ecclesiasticas, li-

8 get illum, qui trahit Nouitium ad forũ seculare, vt probat etiam *Duard. in explicat. eiusdem Canonis lib. 2. quæst. 3. num. 2.* vbi quod personæ Ecclesiasticæ in illo Canone dicuntur omnes fori priuilegio gaudentes, atq; adeò omnes ij, quo aliquo actu eximuntur à laicali potestate nempè per receptionem ordinis, vel per conuersionem ad aliquam ex Religionibus approbatas, vt scribit *Sayr. in thesaur. cas. conscient. cap. 19. n. 7. lib. 3.*

9 Hinc inferens violentas manus in nouitium vtique incurrit excommunicationem, ac si professum verberasset, vt disponitur *in d. cap. Religioso, §. fin. de senten. excommun.* vbi annuit contrariam opinionem esse reprobatam, & fundamentis aduersæ partis satisfacit, *Tolet. in sua summa lib. 5. cap. 8. nu. 2. Decian. in tract. crim. cap. 17. num. 9. par. 2. lib. 6.* vbi dicit hanc esse veriorem opinionem *Graff. in decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 5. num. 26 Concer. var. resolut. lib. 2. cap. 1. nu. 317. Graff.* qui alios adducit *in tract. de effect. cleric. effect. 9.* vbi effuso sermone tractat materiam *Canon. si quis suadente 17. q. 4.*

10 Et ideò videmus bona Nouitiorum durante eorum nouitiatu non posse collectari, *cap. 1. & ibi Glo. de decim. Abb. cons. 53. num. 2. lib. 1. Castrens. cons. 8. lib. 1. Ripa respons. 4. n. 7. in tit. de iure gent. Duen. reg. 100. ampliat. Fostas* alios cumulans *in suo tract. de extim. collect. cap. 1. nu. 8. par. 4. Petra de potest. Princip. cap. 4. nu. 64. D. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 132. par. 3. Bertachin. in tract. de gabell. p. 7. princip. nu. 56. Diez de Mena var. quæst. lib. 2. q. 21. §. 4. nu. 198 Graff.* qui alios adducit *de effect. cleric. effect. 3. n. 131. Tarrian. in 2. 2. disp. 44. dub. 4. n. 12. to. 2. Malder. in 2. 2. tract. 1. c. 6. dub. 8. Sanchez in summa lib. 6. cap. 10. nu. 16. tom. 1. Dian.* recenter in *tract. de immunit. eccles. resol. 37.* vbi rationẽ, & alios sequaces cumulat *Duard. in explicat. Bullæ Cœnæ lib. 2. canon. 13. quæst. 11. num. 11.*

11 Quibus iungi possent pro corroboratio-

tio-

tione, quia videmus Nouitium in multis
priuilegijs Religionis vti, *Mirand. in
man. prælat quæst. 34. art. 16. tom. 2. Azor. in-
stit. moral. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. in fin. Soarez.
de relig. lib. 5. cap. 16. nu. 17. tom. 3. Sanchez in
summa lib. 4. cap. 39. nu. 17. Sayr. in thesaur. cas.
conscient. lib. 7. cap. 10. num. 6.* cùm illæ ve-
rè sit de familia monasterij, & pars cō-
munitatis eiusdem Religionis, vt per
Dian. cit. resolut. 37. vers. sed aduersus, taliter
quod gaudet alijs gratijs, & absolutio-
nibus, quas latè prosequitur *Frater Bar-
tholom. de Vecchijs in praxi obseruanda in ad-
mittend. ad Religionis stat. Nouit. disput. 9.
dub. 5. cum seq.*
12 Nec hanc tenendo, opinionem obsta-
re videtur, quod Nouitius non subiacet
oneribus, siuè preceptis Religionis, eius-
que censuris, vt probant *Armilla in sum-
ma in verbo Nouitius, nu. 17. Ang. num. 18.
Tabien. nu. 14. & Siluestr. in verbo, Religio, 5.
quinto, nu. 6. Henriq. in sua summa Theologia
moral. lib. 7. cap. 22. §. 7. Graff. cons. 8. nu. 8. de
voto,* ac præsertim nè teneantur recitare
diuinum officium, nisi ratione ordinis,
vel beneficij, quod fortassè haberent, vt
per *Sorb. in compend. Mendicant. in verba,
Nouitius, §. fin.* quem refert, & sequitur
*Campanil. in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. c. 14.
num. 21.* Taliter quod licet Religiosi cō-
fiteri non debeant, nisi Confessarijs ab
13 eorum Superioribus approbatis, &
designatis, & si alias facerent, confessio
esset nulla, tamen Nouitius bene valet
se confiteri apud quemlibet Confessa-
rium ab Episcopo approbatum, & con-
fessio erit valida, *Homobon. in examin. Ec-
cles. par. 1. tract. 5. cap. 2. quæst. 13. Rodriq. quæ-
stio. Regul. quæst. 27. ar. 11. to. 1. Henriq. in sum.
lib. 6. cap. 16. nu. 3. lit. X. Molfes. in sua summa
tract. 7. c. 14. n. 81. to. 1.*
14 Et Nouitius in casibus reseruatis à
Superiore Religionis, nec includitur, ta-
liter quod à quolibet Confessario ap-
probato absolui potest, *Emanuel Sà in
sua aphorism. in verbo, Casus reseruati, Graff.
in appendic. lib. 1. Azor. decis. cap. 7. num. 69.
Sair. de casib. reseru. cap. 3. nu. 7. par. 1. Cald. in
sua summa in verbo, Nouitius nu. 7. Homobon.
in tract. de casibus reseru. cap. 32. par. 2.* prout
etiam exemptus est Nouitius à Bulla
felicis memoriæ Clem. VIII. edita circa
prohibitionem munerum Regularibus,
nam illa non includit Nouitios, vt nota-
runt *Sorb. in compend. priuil. mendic. in verbo,
dare, Filsucius tract. 34. cap. 3. num. 60. tom. 2.
Fr. Barthol. à S. Fausto in thesaur. Religion.
lib. 8. q. 206. Sanchez in summa lib. 5. cap. 5.
nu. 12. tom. 2. Diana* recenter *in suis resol.
moral. tract. 6. resol. 27.* Itaut ille donare
possit.
Nam respondetur hæc omnia, esse ve-
ra, quia respiciunt incommodum Noui-
tiorum, & ideò appellatione Regulariū
non veniunt in huiusmodi casu Nouitij,
at in casu nostro, quia agitur de com-
modo Nouitiorum vel Regulares tra-
ctantur, cùm in iure sit vera illa con-
15 clusio appellatione personarum Eccle-
siasticarum in fauorabilibus venire No-
uitios, at secus in odiosis, vt notarunt
*Berrect. cons. 68. num. 5. Coriolan. de casibus
reseruat. par. 1. sect. 3. art. 18. Io. à Cruz de sta-
tu Religion. lib. 1. cap. 6. dub. 10. concl. 2. Azor.
instit. moral. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. Cotta de re-
trotract. cap. 9. cas. 3. n. 24. Rodriq. quæst. Regul.
quæst. 21. art. 11. tom. 1. Coned. canon. quæst. c. 4.
nu. 41. Miranda in manual. Prælat. quæst. 34.
art. 16 quæst. 2 Giurba cons. crim. 15. sub n. 8.*
16 & ideò videmus illos retinere inter ea
omnia ante ingressum habita nempè be-
neficia, *cap. beneficium, vbi Gemin. de regul.
iur. in 6.* quæ Episcopus hoc durante tē-
pore conferre nequibit, vt latè apud
Paris de resignat. benefic. lib. 3. q. 13. sicque
etiam possunt retinere feuda, & si pro-
hibita Ecclesiasticis personis, *Laudens. &
Preposit. in cap. 1. §. qui clericus, si de feud. fuer.
controu.* vbi etiam *Afflict. Campanil. in diuers.
iur. Canon. d. rubr. d. 2. cap. 4. nu. 4. nu. 28.* vbi
17 etiam, quod si retrocedat à Religione
in vita patris, vel post illius interitum
ante tamen professionem succedit in
maioratu, ex *Caldas in l. si curatorem, vers.
imploratur in integr. rest. nu. 29. C. de in integ.
restit.* imò in feudis sic concludit *Afflict.
loco cit. & Americ. nu. 12. Capic. dec. 115. Ma-
rin. in trac. de feud. lib. 1. tit. 2. de feud. ex pact.
& prouid. nu. 139 Reg. Tap. in Auth. ingressi,
in verbo sua, cap. 14. n. 16.* & alij apud *Graff.
de eff. cler. eff. 4. nu. 25.*
18 Quare resolutiuè dici potest, quod
Nouitius circa ea, quæ ad gratiam, &
fauorem spectant, venit nomine profes-
si, non tamen circa ea, quæ pertinent ad
onus, & pœnam, *Ledesm. in summa tom. 1.
tract. de pæn. cap. 13. dub. 14. Graff. cons. 22. de
sent. excomm. lib. 1.* vbi propterea fundat,
quod cùm prohibitio locutionis cum
19 nouitia spectet ad onus, & sapiat odiū,
cùm restringat libertatem, ideò excom-
municatio Ordinariorum emanari soli-
ta contra alloquentes moniales, non
comprehendit alloquentes Nouitias,
se-

sequitur *D. Ricc. in praxi fori eccles. res. 543. num. 5. par. 1. in 2. edit.* vbi tamen id limitat non procedere, quando edictum Ordinarij loqueretur generaliter contra accedentes ad Monasteria monialium, *ex cap. Monasteria, de vita, & honest. cleric.*

20 Et hinc etiam defluit Nouitios sumendo Bullam Cruciatæ posse edere lacticinia, sicuti cœteri seculares, quamuis id sit interdictum Religiosis, quia vt dixi quoad onera Religiosi non censentur, ita in puncto *Fernandez in exam. Theologia moral. par. 3. cap. 9. §. 5. nu. 5. Diana var. resolut. moral. in tract. de Bulla Cruciat. resol. 15. vers. notandum.*

21 Prout Nouitijs licet procuratoris officium exercere absque Superioris licentia, quamuis id prohibeatur Monachis, vt *in clem. Religiosus, de procuratoribus,* vbi idnotat *Abb nu. 11. & Imol. num. 10. Sanchez in summa lib. 6. cap. 13. nu. 2. tom. 2.* & si contrarium annuant *Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 8. n. 23. Cucch. lib. 3. Instit. Maior. tit. 1. nu. 95. & Zecch. de Republ. Eccles. tit. de Regular. c. 3. nu. 10.*

22 Et Nouitiæ ideò non includuntur sub præcepto clausuræ, de quo in *Bull. Pij V. incip. Circa Pastoralis,* & *Gregor. XIII. incip. Deo sacris Virginibus,* registratis apud *Quaranta in summa Bullar. in verbo, Monasteria Monialium,* & *Naldus in summa in verbo, Clausura,* ita in proprijs terminis *Suarez de relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. nu. 16. Bonacin. de clausur. monial. q. 1. pun. 2. nu. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio Fori competit oblato, sed declara, vt nu. 4. & 6.*

2 *Oblati veniunt sub nomine Ecclesiasticorũ, & subijciuntur spolijs, & gaudent Fori ecclesiastici priuilegio, nu. 3. Sed quando id verum sit, nu. 5. & 8.*

7 *Habitus oblatorum qualis sit.*

9 *Oblati exemptionem ab Episcopis, quando allegare possint.*

10 *Oblati, quando beneficium Cap. Odoardus fruantur, & beneficio restitutionis in integrum.*

ARGVMENTVM.

Oblatus alicuius Monasterij, Num Electionis, & Variationis Fori priuilegio vtatur.

QVAESTIO LXIV.

1 Regula sit priuilegium eligendi, & Variandi Forum competere oblato alicuius Monasterii.

Quæ sanè opinio illo fulcitur iuris fundamento siquidem huiusmodi oblati, veniunt appellatione Ecclesiasticarũ personarum, imò, & Regularium, *Filiucius de statu clericorum tract. 43. cap. 2. nu. 3.* vbi quod ideò subijciuntur spolijs, prout alij Ecclesiastici, quod etiam sequitur *Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 8. cap. 1. quæstio. 2.*

Inde videmus illos gaudere priuilegio Fori Ecclesiastici, *cap. Parrocchianos, de sentent. excommun, cap. insolita 10. quæst. 1. DD in cap. ex tenore, in cap. non dubium, & in cap. de monialibus, de sentent. excommun. Calderin. cons. 30. de Regular. Eugen. cons. 26. nu. 10. Decian. in tract. crim. cap. 9. num. 28. lib. 4. tom. 1. Vasq. controuers. Illustr. cap. 105. nu. 51. Curt. in diuers. iur. feud. c. 2. nu. 92. p. 2. Bellug. in specul. Princip. rubr. 11. §. videndum num. 6. Aufrer. de potest. Iudic. secular. super person. Eccles. Re. 3.*

4 Declara tamen suprapositam Regulam esse veram, quoties huiusmodi personæ in totum, se & sua Religioni tradant, ac in Monasterio se transferant eique inseruiant, *d. cap. Parrocchianos, & ibi DD. cit. cap. insolita 11. quæst 1. Abb. in cap. tuarum, num. 4. de priuileg Couar. in cap. Alma Mater, §. 2. nu. 8. p 2. de sent. excomm. Boer. dec. 20. num. 5. Rodriq quæst. regul. tom. 2. quæst. 123. art. 1. Card. Tusc. conclus. 16. nu. 15. lit. O. Barbos. qui alios adducit de potest Episc. alleg. 12. num. 39. par. 3. Giurba,* qui alios antiquos, & modernos cumulat *cons. crimin. 21. num. 10. Modern. noster Neapol. de iurisdict par. 4. cas. 113. num. 37.* vbi sic decisum per Sacram Congregationem Eminentissimorum Concilij Interpretũ fatetur, *latè Diez de Mena var. quæst lib. 2. cap. 21. num. 194. &* addo *D. Ricc. in praxi fori Ecclesiastic. resolut. 128. num. 2. par. 3.* affir-

5 mantes, quod & oblati, qui se, & sua offerunt monasterio, aut Ecclesiæ seculari in perpetuum, cùm promissione non deserendi, & se subijciunt Monasterij Prelato, & ab eo admissi religiosè viuunt sunt propriè personæ Ecclesiasticæ, & eximuntur à foro laicali, & à solutione collectarum, & gabellarum, *ex Ferrett. in tract. de gabell. num. 556.* Ita quod dicũt ipsi, quod si bona non deserant, & in do-

mo ſua laicaliter uiuant, vel ad tempus ſe cum bonis Monaſterio, aut Eccleſiæ offerāt, nec abſolutè uitam mutauerint nequeunt priuilegio Eccleſiaſticis perſonis conceſſo gaudere, ex *Auend. in tractat de exeq. mand. cap. 14. lib. 2.* & ſic in propria materia electionis fori me nũcupatim allegando in prima huius operis impreſſione concludit, *D. Ricc. d. reſ. 128.* quæ opinio ſatis iuuatur, argum. *tex. in cap. 3. §. de fratribu de priuileg.* quem textum ad id expendit *Graſſ. in tract. de effect. cleric. effect 9 nu. 71*, eadem opinionē ſequitur *Capibl. de author. Baron. prag. 8. p. 3. nu. 55.* ubi quod ſi offert ſua, & non ſe, & actualiter non ſeruit licet habitũ portet non gaudet fori immunitate, ex *Franc. Marc. dec. 832. to. 2.*

6 Declara inſuper præfatam regulam eſſe ueram, dumodò huiuſmodi oblati uiuant uti Regulares, & ſint in ſeruitio Eccleſiæ, & utantur habitu Religionis pro ueſte, ſcilicet illius coloris, non

7 autem omninò conformis, nam quę iſti oblati ſolent deferre habitum diſtinctũ ab alijs Monacis, ut apud *Graſſ. in ſepius cit. tract de effect. cler. effect 1. nu. 96.* quia non dicunt perſonæ Eccleſiaſticæ, qui non mutato habitu habitant cum Religioſis, quamuis omnia bona monaſterio dederint, itaut priuilegio fori non gaudeant, *Innoc. in cap. Vt priuilegium, §. 1. verſic. non mutato habitu, de priuileg. Duard. in explicat. Bull. Cænæ lib. 2. can. 15. quæſt. 3. nu. 4.*

8 Quare vt oblati ſeculares priuilegio Eccleſiaſticorum frui ualeant neceſſariò ſe, & ſua bona debent tradere Eccleſiæ, ſiuè monaſterio, & illic habitare, habitumq; mutare, & eiuſdem coloris, quo Regulares illius monaſterij utuntur uti, quia tunc cùm in totum uideantur tranſlati in Eccleſiam rationabiliter eiuſdem Eccleſiæ priuilegijs gaudere debent, vt per *Graſſ. lib. 3. deciſ. caſ. conſcient. cap. 5. nu. 21. & Graſſ. de effect. cler. effect. 9. nu. 71.* nam Eccleſiaſticæ perſonæ tunc cenſentur, vt poſt alios quos referunt notarunt recenter *Rendin. in prompt. recept. ſentent. tit. 41. nu. 18 tom. 1. & Barboſ. in cap. non dubium, de ſentent. excommunicat. num. 4.*

9 Et in tali caſu poſſunt exemptionem ab Epiſcopis locorum ordinarijs allegare, taliter quod per illos puniri non debent de delictis fortè patratis, niſi extra monaſterium degant ſcilicet non viuendo ſub ſuperiore conuentualiter, quia tunc Epiſcopis liceret punire, prout de Regularibus diſponitur per *Concil. Trident ſeſſ. 6. de reform. cap. 3.* & notant *Piaſeg. in praxi Epiſcopal. cap. 3. nu. 42. par. 2. Campanil in diuerſ. Iur. Canon rubr. 11. cap. 13. nu. 22. D. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. 202. & 231 p. 4. & alibi.*

10 Indè vti tales oblati habent emanatas qualitates poſſunt vtique gaudere beneficio *Cap. Odoardus, de ſolutionibus*, & beneficio reſtitutionis in integrum, ſiue primo, & ſecundo beneficio, prout & illis vtuntur perſonæ Eccleſiaſticæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſi dicuntur Religioſi, & ſunt exempti à ſolutione collectarum, num 2. Et gaudent priuilegio Canonis, n. 4. Et quando iſſi* [illegible] *rum, num. 10.*

3 *Conuerſi ſubijciuntur Epiſcopis in illis caſibus, in quibus Regulares ſubijciuntur.*

5 *Conuerſi repelluntur à ſucceſſione feudorum. Conuerſæ tenentur ad clauſuram, ibidem.*

6 *Conuerſi habent beneficium reſtitutionis in integrum.*

7 *Conuerſi non comprehenduntur ſub pragmaticis, Bannis, & Statutis laicalibus.*

8 *Trahentes conuerſos ad forum ſeculare incidunt in pœnas Bullæ Cœnæ.*

9 *Conuerſi gaudent priuilegio Cap. Odoardus.*

11 *Ordo Religioſus ſecundum certam regulam ab Eccleſia approbatus eſſe debet.*

ARGVMENTVM.

Conuerſus, ſiuè Conuerſa alicuius Religionis, An Electionis, & Variationis Fori frui poſſint.

QVAESTIO LXV.

1 REgula ſit affirmatiua, quia certum eſt Eccleſiaſticas perſonas gaudere huiuſmodi priuilegio, & Conuerſi veri Religioſi ſunt, eò quia tria illa vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ emittunt, ita vt habetur per *Diez de Mend var. quæſt. lib. 2. quæſt. 21. nu. 104. & per D. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſolut. 128. par. 3.* affirmantes de hoc nullum eſſe dubium, & proindè concludunt illos eſſe de foro

Ec-

Ecclesiæ, & esse exemptos à solutione gabellarum, & collectarum, sequitur & recenter *Barbos. in suo tract. de offic. & potest. Episc. alleg.* 12. *nu.* 38. *par.* 2. vbi quod hi vulgò nuncupantur fratres laici, non quod Ecclesiasticæ personæ, & Religiosi non sint, sed quia ordinibus carent, & clerici non fiunt sicuti cæteri monaci, & religiosi, allegat inter alios *Peregr. var. lib.* 6. *nu.* 70. *Camill. de Curt. in diuers. in feu. cap.* 2. *nu.* 92. *par.* 2. *Eugen. cons.* 26. *n.* 10. *Garf. de benefic. cap.* 4. *nu.* 11. *par.* 1. & eandem opinionem probat nouissimè *Lotther. in tract. de re beneficiar. q.* 36. *num.* 25. *lib.* 1. vbi quod conuersi censentur Religiosi ratione habitus, & seruitij religionis, cui sunt addicti, allegat *Abb. cons.* 53. *nu.* 2. & *Rot. in antiq. dec.* 8. *de iur. patronat.* firmans propterea per consequens illos esse capaces pensionis Ecclesiasticæ, vt pro conuerso Religionis Hierosolymitanæ respondit *Rota decis.* 382. *nu.* 2. *p.* 2. & plenè probat *Gambar. de offic. legat. lib.* 6. *ex num.* 44.

3 Inde meritò in facti contingentia in quodam Collegio habito cum disertissimis viris, ego concludebam, huiusmodi Conuersos includi in singulis casibus, in quibus Regulares subijciuntur iurisdictioni, & potestati Episcoporum, locorum Ordinariorum, de quibus pleno cornu *Campanil. in suo diuersor. iuris Canonici, rubr.* 12. *cap.* 13. *Cened. canon. quæst. c.* 26. *per totum, Tamburrin. in tract. de iur. Abbat. disput.* 15. *quæstc.* 7. *per tot. to.* 1. *Barbos. in tract. de offic. & potest. Episcopi, alleg.* 105 *per totam, par.* 3. prout & illi etiam regulariter sunt exempti ad instar Regulares, qui habent hanc exemptionem ex diuersis Pontificum priuilegijs, vt latè per *Rodriq. tom.* 2. *quæst. regul. quæst.* 63. *art.* 3. vbi varia refert priuilegia.

Et hinc videmus huiusmodi conuer-

4 sos gaudere priuilegio *Canonis siquis suadente* 17. *quæst.* 4. itaut illos percutientes censuris innodentur, ac si clericos verberassent, vt per *cap. Parrocchianos, de sent. excommun.* resoluunt *Nauar. in manual. cap.* 77. *num.* 79. *Berti in sua praxi crimin. regular. cap.* 3. *nu.* 2. *tit.* 1. *Miranda in manual. Prælat. quæst.* 29. *art.* 3. *conclus.* 1. *tom.* 1. *Suarez de censur. disput.* 22. *à nu.* 19. *sect.* 1. *Bonacin.* nouiter *de censur. disp.* 2. *quæst.* 4. *pun.* 1. *n.* 6. *Villagut. dec.* 34. *num.* 6. *Laiman. in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 5. *Filarec. de offic. Sacerd. cap.* 33. *lib.* 3. *Henriq. in summa lib.* 13. *c.* 49. §. 1. *lit.* G. *Coninch. de censur. disp.* 14. *nu.* 164. *tom.* 2. *Graff.* qui cæterum iuxta solitum adducit *in tract. de effect. clericat. effect.* 9. *nu.* 70. Et quid in Conuersis Præsbyterorum secularium declarat *D. Ricc. in praxi fori eccles. resol.* 419. *tom.* 2.

5 Prout etiam & illi vti clerici, & regulares repelluntur à feudorum successione, *Ferrar. in tract. de feud. cap.* 2. *vers. proindè lib.* 2. *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 231. *nu.* 2. & *cons.* 181. *nu* 76. *Conrad. in templo iud. c.* 2. *de Regib. quæst.* 1. *nu.* 21. *lib.* 2. *Reg. Tap. in authent Ingressi, in verbo sua, cap.* 14. *n.* 17. *C. de sacros. Eccles. Intrigl. de feud. art.* 1. *num.* 122. *cent.* 2. *Bambacar. in repet. cap.* 1. §. *qui clericus quæst.* 2. *nu* 32 *si de feud. defunct.* quos probat & sequitur *Graff. in suo tract. de effect. cler. eff.* 4. *nu.* 33.

Et hinc Conuersæ in Monasterijs monialium tenentur obseruare clausuram post professionem, *Rodriq. quæst. Reg. tom.* 1. *quæst.* 44. *art.* 4. *Miranda in tract. de monialibus, quæst.* 1. *art.* 3. & 5. *Suarez de Relig. to.* 4. *lib* 1. *cap.* 8. *num.* 14. & 17. *Sanchez in summa Theolog. moral. cap.* 15. *nu.* 13. *tom* 2. *lib.* 6. *Bonacin. de clausur. q.* 1. *pun.* 2. *nu.* 2. vbi reprobat *Cordubam*, qui contrarium senserat ante motum Pij V. quem motum habes registratum apud *Naldum in summa in verbo clausura, nu.* 6.

6 Et vti personæ Ecclesiasticæ meritò sunt admittendi ad beneficium restitutionis in integrum, itaut in Regno benè valeant vti primo, & secundo beneficio Ecclesiasticis personis concesso, prout & ita practicaui in causa cuiusdam Cōuersi *S. Dominici* huius Ciuitatis Neapolis in Magna Curia Vicariæ annis nō longè elapsis.

7 Nec in Statutis, Bannis, & Pragmaticis editis vnquam ligantur, prout nec sub illis comprehenduntur clerici, & aliæ Ecclesiasticæ personæ, de qua materia latissimè *Graff. in tract. de effect. clericat. effect.* 2. per totum, vbi ampliationes, & limitationes recollegit.

Et ideò trahentes istos conuersos ad forum seculare incident in excommunicationis labem, de qua, in *Bulla Cœnæ can.* 15. quia illi includuntur sub dicto canone loquente de personis Ecclesiasticis, *Duard. in explic. d. Bulla lib.* 2. *canon.* 15. *quæst.* 3. *nu.* 2.

9 Hinc; huiusmodi conuersis competere beneficium *Cap. Odoard. de solut.* pro vt & cæteris Ecclesiasticis mihi suadeo.

Declara tamen, suprapositam regu-

10 lam esse veram, vbi illi essent conuersi

P 2 ali-

alicuius Ecclesiæ Regularis approbatæ, vt per *Graff. in decis. aur. lib. 3. cap. 5. nu. 21. par. 2.* quem refert, & sequitur *Graff. in d. tract. de effect. clericat. effect. 9. nu. 71. Duard. in explecat. Bulla Cœna lib. 2. canon. 15. d. q. 3. num. 2.*

11 Ordo siquidem Religiosus secundum certam regulam debet esse ab Ecclesia approbatus sicuti colligitur, *ex cap. 1. §. præsentis, de vot. in 6.* & notat *Layman. in summa Theolog. moral. lib. 4. tract. 5. cap. 1. n. 3.* vbi ait videndos *Vasq. 12. disp. 165. cap. 4. & Sanchez in summa lib. 5. cap. 1. n. 20.*

S V M M A R I V M.

1 *Tertiarius non vtitur electionis fori beneficio, nec dicitur persona Ecclesiastica, & quare nu. 2. Sed quando id sit verum, nu. 3.*

4 *Trahentes tertiarios ad forum seculare, quando non incidant in Bullam Cœnæ.*

5 *Tertiarij quando immunes à collectis non sint, & quando non supponantur statutis, & pragmaticis, num 6. & succedant in feudis, num. 7.*

8 *Tertiarij, quando gaudeant priuilegio canonis.*

9 *Religiosi fideiubere non possunt, & an Tertiarij, nu. 10.*

11 *Tertiarij non possunt compromittere.*

12 *Tertiarij habent priuilegium Cap. Odoardus.*

13 *Bizochæ quando habeant priuilegium fori ecclesiastici ex declaratione Sacræ Congregationis, nu. 14. & 15.*

16 *Legatum factum pro monacatu an possit dari mulieri, quæ celibem vitam in propria domo sub voto emisit.*

17 *Bizochæ professæ sunt immunes à solutione Bonatenentium.*

A R G V M E N T V M.

Tertiarius, siuè Tertiaria, vel Bizocha, An priuilegio Electionis, & Variationis Fori vtatur.

Q V AE S T I O LXVI.

1 REgula est pro negatiua parte constituenda, prout iuxta hanc sententiam in Tertiarijs Sancti Francisci, & Sancti
2 Dominici loquitur *Viu. dec. 49. nu. 10.* ubi quod nullatenus dici possint personæ Ecclesiasticæ, & tanquam tales gaudere priuilegijs Ecclesiasticis concessis, & sic priuilegio fori ecclesiastici illos nō potiri fuisse decisum per Regiam Audientiam Barensem testatur, quam quidem opinionem tuentur, latè *Vulpel. de libert. Eccles. par. 3. nu. 29. Intrigliol. dec. 30. num. 4. Marsil.* qui concordantes refert *in tract. de bannit. in verbo Ecclesia, nu. 19. Mising. consil. 100. nu. 17. & seq.* plenè *Eugen. cons. 36. à nu. 15. cum seq. Borrell.* qui alios adducit *in summa decis. tit. de foro competenti n. 139. li. 1.* affluenter more solito sarcinam Doctorum cumulat *Graff. in tract. de effect. cleric. effect. 1. n. 93* vbi testatur de magis com-
2 muni, & magis vera opinione, & in praxi seruata rationes adducens, tum quia Fratres isti tertiarij nullum habēt characterem impressum, & ideò non sunt clerici, & per consequens non possunt se lætari priuilegio ecclesiastico, tum etiā quia regula eorum illos non efficit Religiosos, sed tantum tribuit normam viuendi, & ideò cum habeant solum habitum diuisum à cęteris laicis dicuntur habere accidentalia sine subiecto, quo fit, vt nullatenus possint appellari personæ ecclesiasticæ, & tanquam tales gaudere priuilegio fori concesso personis ecclesiasticis, & dùm isti non profitentur tria vota substancialia Religionis nequeunt appellari Religiosi, & ex tali causa, nempè quod non faciunt sollemnem professionem, per quam Religiosi à non Religiosis distinguntur, nec sunt Conuersi Religionis, nec nouitij, ideò non possunt habere priuilegia concessa personis Ecclesiasticis.

Declara tamen supra firmatam regulam esse veram vbi isti *Fratres*, seù sorores Sancti Francisci, & *Sancti* Dominici, ac similium vocati Tertiarij pri
3 uatam vitam agunt, & extra monasteria cū vxoribus, & maritis, degunt cū bonis suis, excepto quod obseruant ea quæ in Regula per Nicolaum IV. continentur, quia tunc habentur vti laici, nec sunt Religiosi, vt *in compend. priuil. Fratr. Mendicant. in §. tertiarij. Sayr. dec. 13 de regul.* & ideò priuilegio isto frui non possunt, At secus si in communi viuant, & collegialiter post emissionem professionis, quia isti Fratres Tertij Ordinis Sancti Francisci, & similes in communitatibus viuentes sunt personæ *Ecclesiasticæ*, gaudentq; fori priuilegio, vt resoluunt *Nauarr. cons. 19. de regular. Graff. in decis. aur.*

cap. 49.

cap. 49. num 27. lib. 2. Molin. de iustit. & iur. disput. 50. num. 4. tract. 3. tom. 4. Cur. philippic. par. 3. §. 1. num 15. Suar. de censur. disput. 22. sect. 1. nu. 20. Mirand. in manual. prælat. q. 36. concl. 2. tom. 1. D. Ricc in praxi fori eccles. resolu. 663 par. 1. in prima impress. Barbos. in tract. de offic. & potest. Episcopi alleg. 12. nu. 31. par. 2. vbi licet annuat controuersum esse, an prædicti Tertiarij, si in communitatibus non viuant, sed suæ quisq; domi habitent gaudeant priuilegio ecclesiasticis concesso, & plures affirmantes citet tamen negatiuè inhærere videtur opinioni, pro qua per plures cumulat concordantes, & alios etiam reportant *Borrel. in summa decis. tit. 43. de foro compet. nu. 139. tom. 1. Capiblanc. de author. Baron. prag. 8. par. 3. nu. 54.* vbi dicit obstare *Cap. Regni, Incip priuilegia, Modern. in tract. de cognit. per via violentiæ, quæst. 61. p. 2. Thor. in compend. decis. Regni in verbo, moniales Tertiariæ, tom. 1.* vbi refert allegationem factam in quadam causa cum decisione indè secuta, & ita extat declaratio *Sacræ* Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Concilij Interpretum, per quam fuit dictum Fratres Tertiarios mantellatos corrigiatos, aliosq; similes, ita demum ordinationis, cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt priuilegijs potiri, & ab Ordinariorum iurisdi ne exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seù cum claustralibus habitent, vt infra per extensum illam repono.

5 Quare nisi supradictam qualitatem seruent huiusmodi Tertiarij, vtique trahentes illos ad forum seculare euadent censuras *Bulla Cana can. 15.* contra trahentes personas ecclesiasticas, prout in facti contingentia cum nonnullis Reuerend is Patribus Clericis Regularibus concludebam, nam supradicta delatio habitus, & Constitutiones, & Regulæ sũt normæ benè viuendi, & non religiosè, ex dictis per *Capic. dec. 115. nu. 9.* vbi de primo, & tertio Ordine Sancti Francisci mentionem facit, de quo etiam *Compend. priuil. & defunct. d. verbo, Tertiarij*, loquitur & latius *Rodriq. tom. 3. quæst. Regul. q. 72. art. 1.* vbi fusè enucleat articulum, si ordo Tertiariorum Sancti Francisci sit Religio, & art. 2. loquitur de Tertiarijs Santi Dominici, & art. 3. de Tertiarijs Sancti Augustini, & Carmelitarum, vt latius apud eum.

5 Inde vbi Fratres, & sorores Sãcti Frãcisci, & similes, si priuatam vitam agant cum vxoribus, & maritis, & bonis suis quia vti laici reputantur, ideò contribuere tenentur ad gabellas, & tenentur hospitari, prout anteaquam habitum acciperent, *Sarmient. de reddit. ecclesiast. in defension. libell. par. 1. monitor. 36.* latè alios adducens *Diez de Mena var quæst. li. 2. c. 21 num 197. Guttier. de gabell. quæst. 95. num. 5.* vbi secus dicit quoties huiusmodi vti Religiosi viuerent in communitate, ex *Lasart. de decim. vendit. cap. 19. n. 90. Girond. de gabell. par. 7. nu. 40. & seq. D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 88. par. 2. Castill. dec. 88. à nu. 2. par. 1.* & ita possunt conciliari dissidentes opiniones DD. de quibus *Graff. de effect. cleric. effect. n. 1. 47. & 48.* quatenus aliqui tenent istos Tertiarios esse exẽptos à solutione gabellarum, & collectarum. Alij verò negant, vt inter alios fuerunt *Couar. lib. pract. quæst. cap. 34 num. 2. & Festas in tract. de estim. & collect. cap. 1. num 9. cum seq. par. 4.*

6 Sic etiam vbi huiusmodi Tertiarij viuunt in communi non supponuntur statutis, bannis, edictis, & pragmaticis editis per seculares, at secus si priuatè, vt animaduertit *Graff. in suo tract. de effect. cleric. effect. 2. nu. 196.*

7 Et iuxta hanc distinctionem potest haberi pro vera illa DD. opinio affirmantium Tertiarios posse succedere in feudis, vt tenuerunt *Roman. cons. 26 nu. 14. Curt. Iun. in tract. de feud. quæst. 20 par. 2. Reg. Tap. in auth Ingressi, in verbo sua, cap. 14. nu. 44. C. de sacros. Eccles. Menoch. de arbitr. Iudi. addit. ad cas. 231. nu. 37. Bambacar. in cap. 1. §. qui clericus, num. 26. si de feud. defunct. fuer. controu. Capic. 10. nu. 3.* & alij quos recollegit *Graff. in tract. de effect. cler. effect. 4. n. 270.* quia procedit, vbi illi viuunt seiunctim, & priuatim in eorum domibus, at secus si in communi, quia tunc veniunt appellatione clericorum, & ita intelligo verã conclusionem, eiusdem *Graff. in eod. tract. prælud. nu. 255.* quatenus annuit Tertiarios venire clericorum appellatione.

8 Et tunc intelligo veram opinionem illorum asserentium, huiusmodi Tertiarios gaudere priuilegio canonis, vt per *Alter. de censur. in explicat. canon. Bull. Cœn. 15. cap. 3 col. 7. & Duard. in eod. comment. lib. 2. can. 15. quæst. 3. n. 3.* quia taliter censentur personæ Ecclesiasticæ, & non alias, prout ita in terminis dicti Canonis loquuntur *Layman. in Theolog. moral. li. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. nu. 4. Rodriq. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 65. art. 5. 5. Bonacin. de censur. di-*

ſpit.2.queſt.4.pun.1.num.8.& D.Ricc.deciſ. Cur.Archiep.88.par.2. referens deciſum per illam Curiam abſque diſceptatione percutientem Tertiarium cuiuſuis Religionis incurrere in excõmunicationẽ, ſtante quod dicti Tertiarij ſunt congregati cum Religioſis, de qua deciſione idem *collect.682. verſ.amplia octauo,* vbi ad id etiam allegat *Rot.dec.1.de ſent.excomm. in antiq.*

9 Quare opinionem illorum affirmantium, quod licet Religioſis ſit interdictũ fideiubere, vt per *Angel.in ſumma, in verbo, fideiuſſio, nu.7. Saynſon in conſuet.Turonenſ. tit.1. §.24. glo.3. verſ. quæro decimoquinto, Menald.conſ.30.nu.3. & ſeq. vol.2.* non per
10 hoc id procedere in Fratribus Tertij Ordinis eiuſdem Sancti Franciſci, & ſimilibus, vt per *Henrig. de fideiuſſ. cap. 7. nu.245.cum ſeq. & Borrel. in ſumma deciſio. tit.de fideiuſſor.nu. 58. tom 3.* putò veram quoties huiuſmodi viuerent ſeparatim cum eorum bonis, & vxoribus, at ſecus ſi viuerent in communi, & degerent in Monaſterijs.

11 Sicque etiam dùm loquuntur DD. huiuſmodi Fratres Tertiarios poſſe compromittere, vt per *Ang.conſ.218.* & eundem *Borrell.de compromiſſ.§.1.glo.3.nu.219. & ſeq.* id eſt verum, quando iſti non obſeruant qualitates ſupradictas, puta quia habent vxores viuunt ſeparatim cum eorum bonis, quo in caſu poſſunt ad libitum contrahendo diſponere, quia tunc ſuper iuribus temporalibus habẽt velle, & nolle liberum, & abſolutum, & ſunt vti meri laici, *Specul. in tit. de Statu Monachorum verſ.37.* At ſecus vbi reſiderent in Monaſterijs eiuſdem Religionis, illiſq; inſeruirent, & in communi viuerent, quia tali caſu id prohiberetur, prout & cæteris Religioſis non eſt conceſſum, & hæc eſt pura veritas, iuxta quã pluries conſultus reſpondidi in varijs quippè caſibus.

12 Et huiuſmodi Tertiarijs ſupradictas qualitates habentibus competere beneficium *Cap.Odoardus de ſolut.* vtiq; concludi poteſt, prout dùm in facto caſus accidiſſet, & fuiſſem conſultus in hanc deueni ſententiam.

Inde *Belognett.conſ.22.* poſt longam ſeriem ſermonis in hoc articulo factam, præſupponit tres ſtatus, ſiue gradus & regulas religionis, quorum primus eſt eorum, qui contrahunt matrimonium, & retinent omnia ſua bona habitando ſeparatim, ac ſe paſſim immiſcendo in omnibus negotijs ſecularibus, & ſolum differunt à cęteris laicis in habitu quẽ gerunt lõgiorem, ac illius coloris eiuſdem religionis ſolent deferre, & cæteris diebus congregantur, & exercent aliquam opera ſpiritualia; iuxta eorum modum viuendi, & præceptum ſui ordinis. Secundus eſt illorum qui abſtinent ſe à matrimonio, & faciunt votum caſtitatis perpetuæ, & obedientiæ præſtandæ ſuis Superioribus, quod votum emictunt in manibus ſuorum Superiorum, & habent propriam Congregationem, ſed non morantur perpetuò in monaſterio, ſed habitant in proprijs domibus & retinent aliqua bona, cùm quibus poſſint exercere certas honeſtas negotiationes, vt ex eis viuere poſſint. Tertius eſt ordo illorum, qui viuunt in perpetua congregatione in Monaſteriis, & in paupertate, & caſtitate tamen non promiſerunt expreſsè tria vota ſubſtantialia religionis, hoc eſt Caſtitatis, Paupertatis, & obedientiæ faciendo ſolemnem profeſſionem, & de primo ordine ſiue regula concludit ipſemet *Bolognet.loco nuper cit.n.8.& ſeq.* quod non ſunt perſonæ Eccleſiaſticę, nec potiuntur priuilegio aliquo clericali, & quod hæc eſt communis opinio quam etiam ſequitur *Eugen.conſ.26 nu.25.* vbi dicit, quod hoc expreſsè eſt ordinatum per quandam *Bullam Papæ Leonis X. in Concilio Lateranenſ.in vndecima ordinatione,* qua diſponitur, vt iſti tertiarij habitantes in proprijs domibus poſſint conueniri coram Iudicibus laicis non obſtantibus priuilegijs eiſdem alias fortè conceſſis. De ſecundo, & tertio ordine ſiue regula tandem concludit, quod ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & tanquam tales gaudent omnibus priuilegijs Eccleſiaſticis, de quo latius *Graſſ.in tract. de effect. clericat. effect.1.ſub num.93. verſ.ſed Bolognett.*

Sub declara tamen, hanc declaratio-
13 nem non procedere in mulieribus bizochis, quæ ſi vitam virginalem ſimpliciter expreſsè vouerint, etiam ſi habitent in proprijs domibus priuilegio fori gaudent, & conſequenter aliis priuilegiis eccleſiaſticis perſonis conceſſis, *Piaſeg.in praxi Epiſcopal.cap.3. art.7. nu.11. par.2.Portell.in dub.Regul. verſ.Tertiarij n.7. Pontius in tract.de impedim.matrim.§.5.caſ. 27.cap.19.Cherubin.in ſuo nouo comp.Bullar. tom.1.Bull.22.Leonis X.ſchol.2.*ex declaratio-

tione Eminentissimorum Cardinalium Concilii Interpretum, cuius tenor talis est,

14 *Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Interpretum consulta respondit Fratres Tertiarios Mantellatos Corrigiatos, aliosque similes ita demum Ordinis, cuius Tertia Regulæ habitum aßumpserunt priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu celibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constitutione Concilij Lateranens. sub Leone X. quæ habetur seß. 11. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo scilicet Paupertatis, & Obedientiæ nequaquam includi: Quinimò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut celibem simpliciter, expresseque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorũ, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes supradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptionemque ab Ordinarij iurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declarauit Constitutione edita die 1. Martij anno 1518. quod si Fratres, sororesq; Tertij Ordinis, quid amplius prætendant vigore Consuetudinis posse ius suũ prosequi in iudicio Ordinario. Hieron. Cardin. Pamphilius.*

Ad cuius quidem declarationis corroborationem adduco alteram ab eadẽ Sacra Congregatione Eminentissimorũ Cardinalium editam, de qua per *Naldũ in summa in verbo Clausura, nu. 7. Campanil. in suo diuers. Iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. sub nu. 164. & Cochier. de iurisdictione in exemptos quæst. 17. n. 16. par. 1. tom. 1.* cuius tenor sequitur,

15 *Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione sententiarum, quæ in priuatis domibus degunt vulgò Bizocha, seu alio quouis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridẽtini interpretum in eandem sententiam respondit videlicet.*

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum sæpius respondit minimè posse Sacerdotes regulares mulierum tertij ordinis, quas de penitentia, vel Bizzochas vocant confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum secularium audiendas; quemadmodum nec posse illis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in Paschatis Resurrectionis Sanctissimi Domini Nostri Iesu Christi verò quoad sepulturam atque alia priuilegia fratres Tertiarios Mãtellatos Corrigiatos, aliosq. similes, ita demum ordinis cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse si verè collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem seu cælibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur constitutione Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur sess. 21. in fine. Hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet paupertatis, & obedientiæ nequamquam includi quinimò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut celibem simpliciter, expresseq. vouerint etiam in consanguineorum, & officium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes supradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertia Regula habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauic Constitutione adita die 1. Martij 1508. an autem prædictæ qualitates in huiusmodi Tertiarij occurrant Ordinarij loci esse iudicium.

Præterea si contingat aliquos ex prædictis Tertiarijs sine sepultura electione decedere, eas sic decedentes ita demum in Ecclesijs Ordinis, cuius habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepulturam reperiatur sin minus in Ecclesijs Parochialibus sepeliẽdas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis Capuccinis exceptis, licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos, vestiendi eas officium pertinere, non autem ad habitũ admittendas, & recipiendas esse nisi probatæ vita, ac bonis moribus præditas, atque in ætate, saltem quadraginta annorum constitutas, quæ de proprio habeant, vnde sufficienter viuere possint, & non cum alijs viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu, sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eã concedat, nisi de prædictis præuio examine diligenti sibi constiterit.

Verum in huiusmodi habitu concedendi, & respectiuè deferendo, omninò à velo supra caput, quod super ie[...]um vocant, à pectorali, quod vulgò dicitur Soc[...]gola, & à patientia abstinendum esse, quinimmo eas, quæ supradicta omnia, vel aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint illa dimittere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinarijs locorum compellendas esse decernit.

Sa-

Supradictis verò decretis Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt non comprehendi quinimò ea dispositioni Constitutionis Pij Papæ V. editæ Romæ anno 1566. quarto Kal. Iulij, quæ incipit, Circa Pastoralis, penitùs subiacere expressè declarat; non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, Dat. Romæ 20. Decembris anni 1616.

16 Quare, hodie Tertiarias, quæ castam, & celibem vitam sub expresso voto in habitu traducunt posse consequi legatum relictum pro monacatu, non obstante quod viuant in propriis domibus vtique dicendum est, prout & ita tutantur *D. Ricc. in d. collect. 1051. vers. ego consultus, & Diana nouissimè in tract. de immunit. ecclesiast. resol. 84. vers. vnde affirmans*, iuxta hanc opinionem fuisse pluries decisum aduersus sententiam, *Castill. d. dec. 88. p. 1.*

17 Et ex eisdẽ rationibus istæ monachæ Bizochæ sunt exemptæ à solutione gabellarum, collectarum, & bonatenentiũ, prout ita prætendi ad fauorem sororis Angelæ de Arcantio Bizochæ Terræ Auellæ, de quo pendet causa in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

SVMMARIVM.

1 *Eremita dicitur persona Ecclesiastica, & gaudet priuilegijs clericorum, num. 2. Et forum Ecclesiasticum sortitur, sed vide nu. 6.*

4 *Trahens Eremitas ad forum seculare innodatur censura Bullæ Cœnæ.*

5 *Eremita obseruat in professione dispositionem Concilij sess. 25. de Regul. cap. 16.*

ARGVMENTVM.

Eremita Num Electionis, & Variationis Fori priuilegium allegare possit.

QVAESTIO LXVII.

REgula sit affirmatiua, nam si verum est, prout verissimum putò, quod omnis persona Ecclesiastica habet hoc beneficium eligendi, & variandi forum, Eremita non erit exclusus ab hoc priuilegio.

1 Satis enim patet huiusmodi nomine Ecclesiasticarum personarum venire, & ideo consequenter forum Ecclesiasticũ sortiri, vti cæteros Religiosos. *Cap. indemnitatibus, de elect. in 6. cap. qui vero, vbi glo. 16. q. 1.* notant DD. & præcipuè *Innoc. in cap. cum Monasterium, de elect. & in cap. nulla ratione, vbi glo. 93 distinct. Zabarell. in clem. penul. q. 9 de sent. excomm. Butr. in cap. 2. Felin. n. 7. de foro compet. Imol. in clem. per literas, de præb. Couar. lib. pract. quæst. c. 34. nu. 4. Bellug. in specul. Princip. rub. 11. §. videndum, nu. 7.* vbi Addit alios concordantes cumulat, & testatur de communi, *Antonin. in sua summa tit. 16. cap. 1. §. 4. p. 3. Vasq. controu. illust. c. 105. n. 53 lib. 1. Camil de Curte in diuers. iur. feu. c. 2. nu. 93. p. 2.* qui facit fidem de recepta DD. sententia, & eiusdẽ opinionis alios coaceruat, *Boer.* qui effuso sermone loquitur in suo speciale *tract. de stat. & vita heremit. nu. 13. & seq.* vbi post cateruam DD. quam reportat an-
2 nuit illos reputàri Ecclesiasticos, & gaudere priuilegiis clericorum affirmans hanc opinionem esse veriorem, æquiorẽ, & benigniorem, & quod taliter sunt religiosi, & pro religiosis in iure habeantur, vt nequeant conueniri, & in ius vocari, sed eorundem Prælatum, & Superiorem pro illis esse citandum, qui eorũ vice respondere, & comparere tenetur, & quod vita heremitica dirimit matrimonium non consumatum, cumulans plura alia fundamenta pro corroborãda ista opinione, quam pariter sectantur *Socc. in c. 1. n. 11. de foro compet. Decian.* qui & alios secum vehit *in tract. crim. c. 9. nu. 32. lib. 4. D. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. res. 149.*
3 *tom. 2.* concludens, eremitam delinquentem esse remittendum Iudici Ecclesiastico, et latius apud eum, & plenè *M. dem. noster Neapol. in suo tract. de iurisdict. cas. 113. par. 4.*

4 Indè trahentes huiusmodi personas ad forum seculare incidunt in censurã Bullæ Cœnæ Domini, vt apud *Duard. in explicat. eiusdem lib. 2. can. 15. q. 6.* vbi quod Eremitæ pertinent ad dispositionem Ecclesiæ, *vt in cap. vni. in fi. de excess. Prælat. in 6. & in cap. priuilegium, de verb. signif. eod. lib. in vers. bellis.*

5 Quare rationabiliter in praxi videmus huiusmodi personas in renũciationibus quas faciunt seruare dispositionẽ *S. C. Trid. sess. 25. de regul. c. 16.* de qua materia *Valasc. de partit. bonor. c. 16. Sanchez in summa cap. 5. lib. 2. tom. 2. Gars. de benef. cap. 9. part. 11.* & latius *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 99. par. 3.*

Et

6 Et licet non desint, qui in ea residere opinione, vt priuilegium fori ecclesiastici nullatenus istis Eremitis suffragetur, *vt Io. de lign. in d. clemen. per literas, de prabend.* & ibi etiam *Domin. de S. Gemin. Aufrer. ad Capp. Tholos. dec. 8. n 9.* & alij per plures quos latiori calamo reassumit *Graff. in suo tractat. de effect. cleric. effect. 1. nu. 104.*

Tamen veritas est (à qua nullus discedere debet) istorum opinionem esse veram in illis Eremitis, qui nullo Superi sunt subiecti, sed sponte sumpserunt habitum Eremiticum nullo authorizante, non autem in reliquis ducentibus vitam Eremiticam approbatam, *Siluestr. in summa in verbo Ecclesia, il primo, quast. 5. & in verbo Eremita quæst. 1. Nauar. in suo manual. cap. 27. sub num. 79.* & vide *Imbrian. distinguentem in tract. de indic. Regni in præfat. num 9.* prout secundum hunc intellectum debere intelligi præfatam opinionem dicit *D. Ricc. d. res. 149. sub num. 3.* de quo latius in sequenti quæstione vbi libeat videre.

SVMMARIVM.

1 *Eremita vnde dicatur.*

2 *Eremitarum genus duplex, & num. 3. & 8. & 9.*

4 *Eremita qui nullam profitentur Religionem, nec habent certum modum ab Ecclesia approbatum subsunt Curijs secularibus, & sunt subiecti oneribus, nu. 5. Nec gaudent priuilegio canonis, nu. 6.*

7 *Profugus Eremita vocatur, qui nullo subest superiori.*

9 *Didacus Castagnonus Patritius Hispanus Excellentissimi Ducis Albæ olim in Regno Proregis Secretarius, & Authoris Auunculus memoratur.*

ARGVMENTVM.

Eremitæ quodnam sit Nomen, & quid significet, ad finem de quo supra.

QVAESTIO LXVIII.

1 PRo clariori intelligentia supradictorum in superiori quæstione liceat hic inuestigare, quod nomen hoc Eremita est Grecum, dicitur enim grecè Heremitis, quod significat solitariū, *Leiua in exam. Episcop. lib. 6 c. 6. n. 2.*

2 Sunt autem isti Eremitę duplicis generis, quidam enim sunt quorum Regula à Romano Pontifice approbata est, & in numero mendicantium habetur cuiusmodi est ordo Heremitarum Sancti Augustini, qui est particeps priuilegiorum ipsorum Mendicantium, de quibus *in compend priuil. Fratr. Mendic. in princip. in verbo Ordo Heremitarum Rodriq. quast. Regul. tom. 1. q. 55. art. 1.* vbi etiam quod vigore Indulti Alexandri VI. illis communicantur priuilegia etiam non mendicantium, quod & fatetur quoq; *Tamburrin. in tract. de iur. Abbat. disp. 17. quæsit. 1. nu. 30. tom. 1.*

Item Congregatio Heremitarum S. Hieronymi à Pisa, de qua in eodem Cōpendio in verbo Congregatio, & loquitur *Tamburrin. in eod. tract. disp. 2. quæsit. 16. nu. 17. tom. 1.*

Sic etiam Congregatio S. Hieronymi Hispaniarum, vt pariter notatur in eodem compendio in principio, vbi de ordine ordinum agitur.

Præterea Congregatio Eremitarum Sancti Ramualdi, seu Montis Coronæ, quæ de annō 1520. excitata fuit à Paulo Iustiniano Patritio Veneto, qui à Sede Apostolica impetrauit, vt vbique terrarum Camaldulensem Ordinem dilatare posset, *Tamburrin. de iure Abbat. q. 15 disp. 2. nu. 3. tom. 1.* de cuius Congregationis Camaldulensis adest confirmatio reunionis per Sanctissimum *D. N. Vrbanum VIII. facta in anno 1626.* mediante speciali Bulla *incipien. Ad perpetuam Rei memoriam.*

3 Quidam verò sunt quorum viuendi ratio ab Apostolica Sede approbata nō est, sed succedunt in solitudines, & ibi Deo inseruiunt nullo ordine suscepto, nullaque professione Religionis facta, qui habito respectu ad nomen solitarij sunt.

Hi autē cùm sint merè laici, nec subsint alicui superiori Religioso vtique non possunt vti hoc beneficio electionis fori, quia non censentur personæ Eccle-
4 siasticæ, unde vti Eremitæ, qui nullam profitentur Religionem, nec habent certum modum ab Ecclesia approbatum, exempti non sunt à potestate seculari, nec priuilegio fori Ecclesiastici gaude-

re possunt, *Couar. pract. quæst. c. 34. n. 4. Morla in empor. iur. in prælud. n. 141. tit. 2. p. 1. Curia philippica §. 1. n. 35. p. 3. Boer. in tract. de stat. & vit. Eremit. n. 13. & 14. Molin. de iustit. & iur. disp. 141 tract. 2. Bellett in disquis. cler. tit. de disciplin. cleric. §. 2 nu. 25 p. 1. Caual. comm. contra comm q. 896. nu 585.* quem etiam videas *in tract. de cognit. per viam violentiæ q. 33. p. 2. Rodriq. tom. 2. quæst. regul q. 62. art. 2. Armendariz in addit. ad recopil. leg Nauar. tit. 29. to. 1. §. 1. lib. 4. Sanchez in summa c. 16. n. 10 lib. 4. tom. 1.*

5 Et hi tales non sunt exempti, & immunes à gabellis, & collectis *Auend. de exeq. mand. c. 14. nu. 24. lib. 2. Diez de Mena var. quæst. lib. 2. q. 21. à nu. 195. & 204. Gutt. de gabell. q. 95 nu. 7. Rodriq. quæst. Regul. to. 3. q. 74. art. 11. D. Ricc. in praxi fori ecclesiast. resol. 128 n. 3. p. 3.*

6 Prout nec gaudent priuilegio *Canonis Siquis suadente* 17. q. 4. itaut percutientes illos ab excommunicationis labe sunt exclusi, ac si puros laicos percuterent, *Suar. de censur. disp. 22. nu. 11 sect. 1. Graff. in dec. aur. lib. 2. c. 18 nu 27 p. 1. Rodriq. quæst. regul. to. 2. q. 63. art 4. Molin. de iustit. & iur. disput. 50. num 4. tom. 3. Reginald in praxi penitential. lib 1. nu. 214. tom. 1. Bonacin. de censur. disp. 2. q 4 pun 1. n. 10. Layman. in theol. moral. lib. 1. tract. 5. c. 3. p. 2. n. 4.*

Vocantur enim illi Acephali, idest sine capite, dùm nulli præstant obedientiam, *cap nulla 93. distinct.* & sunt sicut locustæ carentes Rege, vt per *glo. in c. quia verè 16 q. 1.* vbi etiam *Archidiac. in verbo, non habebat, Abb. in c. nullus, n. 10. de iudic.* Vndè sicuti tales ex vtero matris processerunt laici, ita & in eodem statu censendi sunt, ex quo non interuenit aliquis actus eripiens eos à seculari iurisdictione, vt est receptio ordinis, vel conuersio ad aliquam Religionem approbatã, iuxta terminos *tex. in c. fi. de relig. dom.*

Non debet enim licere eremiticum habitum suscipere nullo authorizante,

7 absq; superioris recognitione, quia vocantur isti Eremitæ profugi, dum non subsunt alicui superiori Religioso, nec constricti alicui Regulæ, vt per *D. Ricc. in praxi fori eccles. res. 140 tom. 2. num. 3.* vbi propterea affirmat, tales delinquentes non esse remittendos Iudici Ecclesiastico, allegat *Archid. in d. c. qui verè 16. q. 1. Silu. in summa in verbo, Eremita, n. 2. Nauar. in man. c. 27. n. 79. Abb. in c. ex parte, n. 4. de conuers. coniug. Feli. in c. cum sit generale, col. 2. de foro compet. Aufr. ad Cappell. Tholos. dec. 8.*

Quare non sine ratione *Alter. de censur. in explic. canon. 15. Bullæ Cænæ c. 1. col. 9.* duo

8 genera Eremitarum distinguenda esse, putat, dicens, quod Alii sunt, qui certum & peculiarem viuendi modum tenent, Religiosum habitum deferentem, & alicui sacro loco ex speciali obligatione inseruientes Episcopi subiecti, vel alteri Prælato ex voto siue ex peculiari promissione, & hi dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & clericorũ priuilegiis potiuntur, atq; adeo illos trahentes ad secularia Tribunalia incidunt in excommunicationem huius Canonis, Huius generis eremitæ sunt Camaldulenses, qui quamuis communiter viuant, tamen aliqua amplectuntur vitam solitariam, & recipiunt se in quasdam cellas, in cacumine montis extractas, & de talibus eremitis vult intelligi, *Felin. in c. 2. num. 7. ver. & aduerte, de for. compet.*

8 Alii verò eremitæ sunt qui vagantur, nec præscriptam vitæ regulam habent, neq; obligatione aliqua ecclesiastica adstringuntur, sed pro loco, & tempore alicui Ecclesiæ inseruiunt, & monachalem habitum induunt, & isti ecclesiasticæ personæ nuncupari nequeunt, nec sunt à temporali iurisdictione exempti, cum nulli Prælato subdantur, hæc illæ, quæ & refert pariter *Duard. in explic. eiusd. Bullæ Cæn lib. 2. can. 15. q. 6. n. 4.*

Vndè meritò, & rationabiliter me assidente Iudice Regio totius districtus Amalphiæ in anno 1618. dùm pro nonnullis facinoribus in carceribus esset detrusus quidam laicus, qui per plures annos habitu eremitico indutus erat, & viuerat in quodam monte nullo superiori subiectus, licet per Reuerendiss. D. Episcopum Ciuit. Minorum fuissem instatus, vt illum suæ Curiæ remitterẽ, recusaui id agere, & cũ pro parte eiusdem Episcopi esset porrectum memoriale Excell. D. Proregis pro petitione talis remissionis, habita per prius consultatione à Regio forsitan Collaterali Consilio, fuit mihi per literas Scriptorij S. E. iniunctum, vt in causa procederem

9 petita remissione non obstante tempore quo in eodem Scriptorio tanquam Secretarius Iustitiæ, & Cameræ Illustriss. & Excellentissimi D. Ducis Albæ meritissimi Proregis nunquam satis laudati præsidebat bonæ memoriæ *D. Didacus* Castagnonus Patritius Hyspanus meus Auunculus literis, vrbanitate, & pieta-

te

te valdè insignis, & omni euo ob eius raras virtutes semper, & quotidiè prædicandus.

SVMMARIVM.

1 *Miles Hierosolymitanus habet electionis fori beneficium, Sic etiam & aliorum Ordinum Militarum nu. 17. & 18. Etiam quod assumpserint tantum habitum, nu. 29.*
2 *Milites Hierosolymitani sunt vere, & proprie Religiosi, & gaudent priuilegijs clericatus.*
3 *Statutum loquens de professis, comprehendit milites Hierosolymitanos.*
4 *Matrimonium dissoluitur per assumptionem habitus Religionis Melitensis.*
5 *Votum Religionis adhibet, qui habitum Religionis Melitensis assumit.*
6 *Professio vbi est annullanda per Milites Hierosolymitanos est seruanda dispositio S. C. Tridentini.*
7 *Filij Militum Hierosolymitanorum dicuntur incestuosi, sic etiam & Filij Fratrum Cappellanorum.*
8 *Milites Hierosolymitani acquirunt Religioni nec contrahere possunt absque magni magistri licentia, nu. 9.*
10 *Primum, & secundum beneficium competit Militibus Hierosolymitanis.*
11 *Milites Hierosolymitani, quando possint cognosci per Ordinarium loci.*
12 *Bulla Gregorij XV. de conseruatoribus comprehendit Milites Hierosolymitanos.*
13 *Dispositio S. C. T. cap. 16. de Regular. sess. 25. est seruanda per Milites Hierosolimitanos, vbi volunt disponere.*
14 *Prior Militum Hierosilimitanorum absoluit illos à censura canon. Siquis suadente.*
15 *Decretum Vrbani VIII. circa Accessum Regularium ad Monasteria Monialium comprehendit milites Hierosolymitanos.*
19 *Milites Hierosolimitani non succedūt in feudis, nec Milites S. Iacobi, Calatraua, & c. nu. 20.*
21 *Verberans Milites Sancti Ioannis, S. Iacobi Alcantara, Calatraua, & similes incidit in excommunicationem.*
22 *Ordines Militares sunt exempti à solutione collectarum.*
23 *Milites Ordinum Militarium, possunt confiteri vpud Sacerdotem Regularem non approbatum.*
25 *Bona Regularium, & Ordinum Militarium non alienantur absque Assensu Apostolico.*
24 *Restitutio in integrum competit Militibus Ordinum Militarium.*
25 *Religiosi Ordinum Militarium non possunt exercere officia secularia.*
26 *Trahens Milites S. Ioannis, S. Iacobi, Calatraua, & similes extra eorum forum incidit in Bullam Cana.*
27 *Religiosi Ordinum Militarium an includantur in Bulla Clem. VIII. de largitione munerum.*
28 *Professio probat quem religiosum.*
30 *Giurba consil. criminal. 77. num. 20. reijcitur.*
31 *Milites Sancti Iacobi, Sancti Stephani, S. Lazari, & similes gaudent indistinctè priuilegio fori.*
32 *Milites quibus est permissum vxores ducere non desinunt esse Religiosi.*
33 *Commutatio voti continentiae in castitatem coniugalem, non mutat Regulæ substantiam.*
34 *Fratres S. Ioannis insigniti media cruce alba non dicuntur Religiosi.*
35 *Milites Ordinum Militarium Principum authoritate tantum instituti sunt laici.*
36 *Milites Aurei velleris non habent beneficium electionis fori.*
Milites Aurei velleris, à quo fuerunt instituti, ibidem. Et à quo Milites S. Michaelis, nu. 37. Et Ordinis Annunciationis B. M. Virginis, n. 38. Et à quo ordo Equitū Garterriorum, nu. 39.

ARGVMENTVM.

Miles Hierosolymitanus (vulgò Caualier di Malta) Milites Sancti Iacobi, S. Lazari, Alcantræ, Calatrauæ, Aurei velleris, vulgò del Tolone, & similes, Num. Electionis, & Variationis Fori priuilegio vtantur.

QVAESTIO LXIX.

1 Regula sit, quod Miles Melitensis, seu Hierosolymitanus debeat, & possit vti beneficio eligendi, & variandi forum, vt in proprijs terminis notauit *D. Ricc. in sua praxi fori eccles. res. 131. vers ex his igitur par. 3.* vbi nos allegat in prima impressione Neapolitana, *Grauan. lib. 5. discept.* fi-

forens. cap.88.num.2. vbi pariter nos commemorat in prima impressione.

Quæ sanè regula iuuatur ex eo, quia tale beneficium conceditur personis ecclesiasticis, quorum sub nomine veniunt
2 & huiusmodi milites, qui sunt verè, & propriè religiosi, vt percipitur ex *Sacro Concil.Trid.sess.24.c.11.de reform.ibi.In verfic.* (etiam Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani,) & gaudent omnibus priuilegijs clericatus, ad textum *in cap. quando de decim. Gloss.in clem.quia contingit, de Relig.dom.* & ex Bulla Leonis X. Innocentij VIII. & aliorum Summorum Pōtificum, vt in Bullario legitur, *Vasq.li.3. contr.illust.c.105.n.50.Burgos de Paz cons.17. vol.1.* plenè *Molfes.cōs.33.post cōment.ad Cōsuet.Neap.Reg.de Pont.cons.14.lib 1. D.Ricc. collect.decis.collect.3080. Azor.institut.moral. lib.12. c.12.q.5.* affirmantes illos gaudere priuilegio religiosorum, quia de illis iudicandum est, prout de cæteris Religionis, vt per *Gratian. discept.for.cap.457. nu.24. & seq.* & latissimè *lib.5.c.880.* vbi differit illos esse verè religiosos, & de ipsis esse iudicandum, vt de alijs regularibus professis, *Card.Tusc.conclus.107. lit. A.Pontius in tract.de imped.matr.caus.27 q.2.§.4. Cened.in tract.de pauper.Relig.dubit. 60.nu.12.cum seq.*

3 Indè descendit, quod statutum loquēs de professis, & Religiosis in strictâ significatione extenditur ad huiusmodi Milites, *Polid.Ripa obseru.185. Faber dec.27. C. de Episc. & cler.* quia Religio Sancti Ioannis Hierosolymitani dicitur vera Religio, & gaudet indultis, & priuilegijs veræ religionis, *Nald. in summa in verbo matrimonium, nu.43.* vbi quòd ideò
4 per eius ingressum dissoluitur matrimonium, sicuti per ingressum cuiuscunque alterius Religionis, ex *Nauar.cons.2. de contrau.coniug. Azor instit.mor.lib.13.c.16. in fine,* qui *lib.13.c.4.in fi.* annuit, simoniā committi dando, aut accipiendo pecuniam pro habitu, seu ingressu præfatæ Religionis, vel etiam pro commendis in ipsa obtinendis, vt prosequitur etiam *Nald.in sum.in verb.miles, nu.12.*

5 Vndè meritò, qui emisit votū ingrediendi Religionem, vtique satisfacit si habitum Diui Ioannis assumat, *Aragon. 2.2.q.88.art.11.Fernand.in exam.theolog.moral.p.3.c.9.sect.11.§.18.n.20. Vecch.in praxi Nouitior.disp.10.dub.2.n.4. Azor inst moral. tom.1.li.13.c.4.q.4 Pont.in tract de impedim. matr.caus.27.§.4.q.2.Cened.de pauper.Relig. dub.10.n.6.* & alij quos nouè recollegit *P. Anton Dian. in suis resol.mor.tract.2. Miscellan.res.38 versic.sed contrarium.*

6 Et hinc Milites Hierosolymitani volētes annullare professionem tenentur obseruare formam Concilij Tridentini *sess.25.de regular. cap.19.* Prout & alij Religiosi, *Armendariz* qui sic testatur decisum in *Addit.ad recop.leg. Nauar. lib.2. tit.18.l.7.de relig. n. 51.* quia sub nomine Regularium & hi veniunt.

7 Quare filias huiusmodi Militum meritò appellari incestuosos, ac si nati essent ex Monacis, & verè Regularibus, itaut ad paternam hæreditatem non admictantur, tutantur *Præs.de Franch.dec. 28. D. Ricc.in collect.decis.collect.110 & 151. Tartag.in prag.fi.n.37 c.1. de compesit.Pereg. de fideicom. art.49.nu.24. Paschal.de patr.potest.c.1.n.47.p.2.Gratian lib.5 discept.forens. cap.889.nu.3.* Quod extenditur etiam ad filios fratrum Cappellanorum, cùm & illi pariter religiosorum sub nomine cōtineantur, *Mendez in praxi Lusit.lib.1.c.1. nu.10.Giurba cons.crim.77.nu.19.* & de filijs Equitū, qui habent præceptorias Militares, vulgò, Commendas, vide *Phæbeo dec.Lusit.68.tom.1.*

Et hinc tales Milites ad effectum ne possint habere beneficia secularia, censentur Regulares, vt ex Bulla felicis memoriæ Pij II. & declaratione Sacræ Cōgregationis Eminentissimorum Cardinalium, refert *Garsia tract.de benef.p.1.c.4 nu.22.tom.1.*

8 Et hinc videmus Milites Hierosolymitanos omnia acquirere Religioni quoad proprietatem sibi certo quoad vsusfructum vita durante, vt habetur in *Const.dictæ Religionis tit.16.in rub.de contract. & alienat.c.10.cum seq.* ibi (Ideò sancitum est, quod fratres ordinis nostri, qui per emptionem, donationem, aut alia quacunque ratione bona, prædia, census, seu annuos redditus, vel iurisdictionem acquisiuerunt, & sibi vendicauerunt vllo pacto absque magistri, vel Capituli generalis consensu vendere, alienare, &c. vbi disponitur, quod licentia debeat obtineri inscriptis à Magistro, vel Capitulo Generali, & debet esse in specie, & in vita, & in morte, vt per *Molfes.in d.cons.14 n.4.& 5.* vbi *n.8.* dicit, Milites Hierosolymitanos non posse in vltima voluntate disponere de bonis immobilibus, nec etiam de mobilibus, ac etiam per ipsos acquisitis, quia illi non

non habent velle,nec nolle, sed totum
dependet à voluntate Magni Magistri,
vt perbellè in his terminis loquitur
Ludou dec. 87.vbi firmat, ipsos testari nō
posse etiam si sint conclauistæ, & vellēt
disponere de bonis patrimonialibus,
nam & illa quoq; acquirunt Religioni,
vt dixit *Rota in Romana Palatij dell'Aqui-
la 26.Maij 1600. coram Eminentissimo Car-
dinali Lancelloto.* Taliter,quod sicuti Re-
ligiosi sine licentia suorum Prælatorum
contrahere nequeunt, ita quod interim
contractus remanēt in suspenso,quate-
nus esset contra Monasterium, nisi per
prius habuerit mandatum expressum,
vel tacitum ad contrahendum, vt post
Innoc. Abb. & alios in c.quanto,de offic.ordin.
notarunt *Megal.1. & 2. Institut. Confessar.
cap.5.num.145. & seq. Reginald.in praxi fori
penitent. lib. 25. Nauar.in comment.2. de Re-
gular.nu.30. & 65. Less.de iustit. & iur.lib.2.
cap.17.nu.62.* Sic etiam Milites Hieroso-
lymitani absque licentia Summi Ponti-
ficis testari nequeunt, vt declarasse Sa-
cram Congregationem Eminentissimo-
rum Cardinalium, fatetur *Gratian. disc.
forens.lib.2.cap.363.nu.21.* & post cœteros
*Molfes.in summa theolog.moral.tit.de Vlt. Vol.
tract.13.c.2.n.108.tom.2.*

Itaut non defuerunt DD. qui proba-
runt huiusmodi equites sumentes red-
ditus suorum bonorum in vsus illicitos
peccare contra paupertatē,& illa reci-
pientes teneri ad restitutionem,vt nota-
runt *Azor tom.1.instit.moral.lib.13.c.4.q.10
Suarez de Religion.lib.8.c.1.nu.24.tom.3.D.
Ricc.dec.Cur.Archiep.321.nu.4.p.3.* quam-
uis contrarium sentiunt perplures, &
præcipuè *Alcozer.in suo tract.de ludo c.39
Lamas in summa p.3.meth.c.9.§.13. Fagun-
dez de precept.eccles.tract.2. lib.8. c.6 nu.15.
Cened.de pauper.relig. dub.17.* & alij nouis-
simè relati per *Dian.in resolut.moral.trac.1
miscel.resol.54.*

Vndè his veris existentibus meritò
consultus respondi primum, & secundū
10 beneficium competens personis eccle-
siasticis,vt est notum suffragari quoque
huiusmodi Militibus,qui etiam restitu-
tionis in integrum priuilegio tanquam
Ecclesiastici vti benè possent.

Et ex supradictis quoque descendit,
quod sicuti Regularis extra monaste-
rium degens etiam sui ordinis priuile-
gij prætestu tutus non est quo minus, si
11 deliquerit ab Ordinario loci tanquam
super hoc à Sede Apostolica delegato
secundum canonicas sanctiones visita-
ri,puniri, & corrigi valeat, vt in *Concil.
Trid.sess.6. de reform.cap.3.* Sic etiam &
huiusmodi Milites in tali casu possunt
cognosci per Episcopos locorum Ordi-
narios, quia dispositio illa conciliaris
vendicat sibi locum in huiusmodi Equi-
tibus, *Nauar.cons.21.de regul. Rodriq.quæst.
regul.tom.2.q.2.art.4. Azor inst.moral.par.1.
lib.1. c.4.q.3. Campanil.in diuers.iur.can.rub.
12 c.13.n.22. D.Ricc.collect.decis.p.3.coll.503
Barbos.de offic. & protect.Episcopi alleg.105.
n.15.p.3. & vide Bull.à Greg.XIII.incipien.
Circumspectus,*de qua per *Nald.in summ.in
verbo Milites,nu.10.*vbi Milites Hieroso-
lymitani,cùm se prætenderet exemptos
à iurisdictione Ordinariorū Greg.XIII.
reduxit ipsorum priuilegia ad termi-
nos Concilij Tridentini,vt ibidem con-
stat.

Et hinc Bulla Sanctissimi Dom. N.
Gregorii XV.de conseruatoribus, pro-
12 cedit quoque in ipsis Militibus,vt col-
ligitur ex eadem *Bulla* registrata apud
*Barbos.de offic. & potest. Episcopi alleg.106.
à nu.55. par.3.* Licet vigore Decreti Sa-
cræ Congregationis Concilij Interpre-
tum lato die 6. Februarij 1627. dicta
Bulla non afficiat Religionem Hieroso-
lymitanam, nisi quoad Iudices conser-
uatores, eidemque Religioni adhuc ius
huiusmodi Conseruatores eligendi cō-
petere,quod decretum fuit nuper con-
firmatum per Sanctissimum D. N. Vr-
banum VIII. die 17. Februarij 1628.
vt in *Bullis, & decretis recentioribus pagina
mihi 297.*

Hinc etiam sicuti dispositio bonorū
temporalium fieri non potest à nouitijs
13 cùm primum recipiunt habitum, sed
intra duos menses ante professionem
cum licentia *Episcopi*,vel eius Vicarij,
vt expressè cautum est in *Concil.Trident
sess.25.cap.16 de Regular.* de cuius mate-
ria latè *Mirand.in manual.prælat.quæst.33.
tom.1. Garcia de benefic.cap.9 p.11. Sanchez
in summa Theolog.moral.cap.5.lib.7. Valasc.
de partit.bonor.cap.16. D.Ricc.collect.decis.
par.2.collect.454. Cened.canonic. quæst.cap.6.*
Sic etiam procedere debeat in illis,qui
habitum huiusmodi Militiæ recipiunt,
cùm & illi Religionem ingredi videan-
tur, & Religiosorum nomine quoque
veniant,& ideò conciliarem sollemnita-
tem adhibere tenentur, vt in proprijs
terminis scribit *D. Ricc. in praxi fori eccl.
resol.357.p.3.* vbi nos allegat.

Q Qua;

Quapropter,& meritò Romanus Pō-
tifex *in cap. Canonica, de sentent. excommun.*
34 scribit Magistro,& Fratribus huiusmo-
di Ordinis concedens facultatem, vt Prior, qui toti Fratrum conuentui præest possit absoluere fratres sibi subiectos in excommunicationem lapsos, eò quod manus violentas iniecerint in clericos, vel alios Fratres, nisi quando excessus fuerit enormis, prout & Regularis alium eiusdem Monasterij percutiēs à suo proprio Prælato absolui potest, *cap. monachi, & cap. cum illorum, de sent. excommunicat.* etiam quod percusserit Monachum alterius claustri; nam & per proprium Prælatum, & eius qui passus est iniuriam absolui potest, *cap. cùm illorum, de sentent. excommunic. Sayr. in thesaur. cas. conscient. cap. 28. lib. 3. num. 11.* quamuis regulariter excommunicationis huius absolutio ad Summum Pontificem spectet, vt in *cap. si quis suadente 17. q. 3.*

Et hinc nouissimè sicuti ex decreto Sacræ Congregationis nuper ædito, facto verbo cum Sanctissimo D.N. Vrbano VIII. datur facultas Ordinarijs locorū circa accessum Regularium ad Monasteria monialium ad colloquendum cū eis, vt patet in decreto impresso in *Decret. & Bull. recentioribus pag. mihi* 111. ita pariter procedere debet respectu istorū militum Hierosolymitanorum, itaut & illi etiam si absque licentia Episcopi Diœcesani accedat ad monasteria monialium Regularibus subiectarum ibiq; in colloquijs destinatis cum monialibus loquuntur à Diæcesano Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri possint, vt respectu aliorum Regularium declarauit Sacra Congregatio approbante priuilegijs circa Sacramentorum administrationem sanctimonialium, monasteria, &c.

Amplia prefatam regulam taliter varijs conclusionibus roboratam, illam procedere, & esse veram in quocunque
17 ordine militari, itaut sicuti Milites
Hierosolymitani hoc fruantur priuilegio, ita pariter Milites Ordinum Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantræ, quos essentialiter esse Religiosos, putarunt *Medin. super l. 4. controuers. 7. cap. 9. Vega in summa cap. 85. cas. 147 par. 1. Auendan. de exequend. mandat. cap. 20. num. 11. par. 2. Belluga in specul. Princip. rubr. 7. cap. 1. num. 7. Aiala in suo libro inscripto Compendio, y Declaracion del Orden de Sant'Iago cap. 1. & 2.* & plenissimè *Mora in tract. de confirmat. Ordin. S. Iacob lib. 2.* vbi id varijs summorum Pontificum Bullis comprobat, *& cap. 2. §. 29.* plurium Theologorum, & Iureconsultorum responsa adducit, de quo vide copiosè *Mastrill. decis. Sicil. 290. par. 3.*

18 Sic etiam dicimus de Militibus Sancti Stefani, Sancti Lazari, & similibus, quia & illi pariter Ecclesiasticorum sub nomine comprehenduntur, *Bald. in l. Officiales, C. de Episcop. & Cleric. Natta consil. 495. num. 12. lib. 3.* quia & hi omnes nempè Milites Sancti Ioannis, Sancti Iacobi Sancti Stefani, Sancti Mauritij, Sancti Lazari, & similes veniunt appellatione clericorum, *Imbrian. in tractat. de indic. Regni in præfat. num. 42. Graff. de effect. cleric. in prælud. num. 256.* taliter quod sunt exempti, & fori priuilegio gaudent vti aliæ personæ Ecclesiasticæ, vt per DD. in *cap. 2. de foro competen. Nauar. consil. 11. & 12. de Regular. Caualc. de bracch. Reg. par. 1. num. 78. Cacher. decisio. 27. nu. 18. Rodriq. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 13. Decian. in tract. crim. cap. 9. lib. 4. num. 36. p. 1. Mendez à Castro in praxi Lusitania lib. 2. cap. 1. nu. 12. Curia Philippica par. 1. §. 1. n. 13* nouiter *Costa Sicul. cons. 42. lib. 1.* nec illi renunciare valent *Caball. resolut. crimin. cas. 125. num. 11. & seq. Reg. Valenzuela consil 95. num. 51. Rustic. de fideicommiss. lib. 5. cap. 5. num. 3. Borrell. in summa decisio. tit. 41. nu. 132. tom. 1.* quos cum alijs adducit *Giurba cons. crim. 7. nu. 27.*

19 Quare reperitur approbatum à DD. quod sicut Milites Hierosolymitani nō possunt succedere in feudo requirente seruitium personale, cùm & ipsi clerici regulares dicantur, vl in specie scribunt *Bald. Barbat. Brun. Cassan. Alciat. Costa, Crauett. Roland. & Frecc.* quos refert, & sequitur *Menoch. cons. 54. num. 24. lib. 1. & de arbitr. iudic. cas. 230. lib. 2. nu. 29.* vbi & alios quoque adducit huius opinionis sectatores *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de Assensibus Regijs §. 4. nu. 11. Mohedan. decis. 10. num. 3. de caus. possess. & propriet. Artaman. Pistor. quæst. feudal. lib. 2. part. 3. quæst. 33. num. 22. Sonsbec. in tract. de feud. par. 12. num. 137. Rimin. Iun. consil. 527. num. 15. lib. 5. Dom. Ricc. collect. decis. 216. vers. vltimo, Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 20.* latè *Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 3. num. 11. &*

in

illis. O. Tesaur. forens. quaest. 18. lib. 1. plenè tractatur recenter *Marta de success. par. 3. quaest. 13. art. 6. tom. 1.* & alij apud *Graff. de effect. cleric. effect. 4. num. 68.* qui, etsi contrarium tenentes quoque reportent, de quo etiam vide *Vin. decisio 440.* tamen eorum opinio est vera, quando in communi succedit Religio, quia tunc benè potest retinere feuda, *Anna sing. 207. Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 880. num. 6. Bambacar. in cap. 1. §. si clericus, n. 49. & seq. si de feud. defunct.* & sic conciliari possunt diffidentes opiniones.

Ita etiam nec Milites Sancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantræ possunt succe-
20 dere in feudis, vt affirmat *Menoch. de arbitr. Iud. d. cas. 230. num. 21.* qui *in cons. 950. lib. 10.* testatur ita declarasse mediante Breui Apostolico Paulum Papam III. in anno MDXL licet contrarium ex *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. nu. 49. Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 1. num. 211. & seq. Bambacar. loco proximè cit. n. 20. & 21.* annuat *Graff. d. effect. 4. n. 71.*

Indè videmus, quod inferens manus
21 in Milites Hierosolymitanos Sancti Iacobi, Sancti Ioannis Alcantræ, Calatrauæ, & similes incidit in excommunicationem, ac si in Religiosos manus iniecisset, *Glo. in cap. quisquis, §. sacrilegium, in verbo Ecclesiastic. 17. quaest. 4. Nauarr. consil. 11. de Regular. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. cap. 112. cas. 63. D. Ricc. in praxi fori eccles. resol. 1. tom. 2. Bonacin. de censur. disput. 4. quaest. 4. puncto 1. num. 7. Gyptius de casibus reseruat. cap. 3. num. 15. Filliucius tract. 15. quaest. 4. num. 14. tom. 1. Graff. de effect. clericeffect. 9. n. 131. Villagut. dec. 50. Cened. canon. quaest. cap. 4. nu. 40.*

Et hinc sicuti clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ non tenentur soluere collectas, & gabellas, *cap. quamquam de censib. cap. clericis, de immunit. Eccles. in 6. clem. 1. de immun. eccles. cap. generaliter, §. nouarum, &*
22 *placet, 16. quaest. 11. Sacr. Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 20.* vbi confirmantur omnes Constitutiones hactenus à Summis Pontificibus emanatæ in fauorem immunitatum, & in priuilegium clericorũ, & ecclesiasticorum personarum, *l. placet, Auth. omnis, & Authen. item nulla communitas, C. de sacrosf. eccl.* sic pariter huiusmodi Milites, neque gabellis, & collectis grauari possunt, *Remig. de Gonn. in tract. de charitatiu. subsid. q. 62. nu. 35. Diez de Mena var. quaest. lib. 2. cap. 21. nu. 205. Meta de confirm. ordin. D. Iacobi lib. 3. cap. 2. §. 29. & ibi Michael de Carranca nu 4.* latè *Graff. de effect. cleric. effect. 3. nu. 138.* vbi refert, in Regno Siciliæ istos milites consequi multas immunitates, quas non consequuntur exteri clericis, & Sacerdotes, taliter quod non soluunt datia, gabellas, & similia, *Fellas in trac. de extim. & collect. p. 2. n. 14* nec ad contributiones tenentur, vt decisum in facti contingentia, testatur *Thor. in compend. decis. Regni in verbo Milites, tom. 2.* Et Principes non posse imponere, & exigere gabellam ab alibus militibus Diui Iacobi, Alcantræ, & Calatrauæ, recenter tutatur *P. Antonin. Dian. in resol. moral. tract. de immun. eccles. resol. 49. pag. 49. col. 2.*

Et quemadmodum Religiosi possunt se confiteri apud Sacerdotem Regula-
23 rem non approbatum ab Ordinario, sic pariter, & huiusmodi Milites, siuè æquites *Sancius in suis pract. disput. cap. 49. n. 11. & 13.* & recenter *P. Antonin. Dian. in suis moral. resol. tract. de immun. eccles. d. resol. 49. circa finem,* vbi dicit id tanquam nouum esse valdè notandum, qui licet loquatur in Sacerdote seculari, tamen credo impressorũ incuria id accidisse, quia alias falsa, & contra Sacri Concilij Tridentini mentem esset eius opinio.

Quare cum ratione nouissimè vigore
23 decreti Sacræ Congregationis Concilij de mandato S. D. N. Vrbani VIII. sicuti bona Regularium non obstantibus quibuscunque priuilegijs prohibētur alienari absque Sacræ Congregationis licentia, ita pariter nec bona Religionum Militarium, vt cantat idem decretum, quod habes impressum apud nos in opusculo *noui iur. pontif. concl. 2. de reb. eccl. non alien.*

24 Et ideò ipsi possunt vti beneficio restitutionis in integrum, siuè primo, & secundo beneficio, & priuilegio *cap. Odoardus de solut.* prout & cæteri ecclesiastici illis frui possunt.

25 Hinc huiusmodi Equites tàm Hierosolymitani, quàm Calatrauæ, Alcantræ, & similes ad officia secularia promoueri non possunt, vt in Regno est cautum, *in prag. 1. de eccles. person. Praes. de Franch. decis. 479. nu. 4. Caball. resol. crim. cas. 64. num. 8. Mastril. de magist. lib. 2. cap. 6. nu. 35.* qui loquuntur in Hierosolymitanis, & ideo alijs scribunt *Azeued. in schol. ad Cur. Pisan. cap. 21. in fine lib. 2. Burg. de Paz in l. 2. Tauri num. 75. in fi. Giurba cons. crimin. 22. num. 8.*

Vndè non fine ratione enunciauit *Duard.in explic.Bull.Cænæ lib.2. can.15.q.5.*
26 vt trahentes huiusmodi milites extra eorum proprium forum incidant in excômunicationem Bullæ Cænæ latæ côtra trahentes personas Ecclesiasticas.

Et ideò omnes Regulares fœminini sexus professæ Ordinum Militarium Sâcti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantræ clausuræ præcepto astringuntur, prout aliarum Religionum professæ, vt constat ex motu proprio Pij V. *incip.Pastoralis,& ex Concil.Trident.sess.25. de regul.cap.22. vers. hac omnia*, & notarunt *Nauar.consf.4.n.44.de Regul.Rodriq.quæst.Reg.to.1 q.44.art.2 & 3.* quos nouè recollegit *Barbos.de offic.& potest.Episc.alleg.102.sub nu.8.p.3.*

Et hinc supradicti Milites pariter in-
27 cluderentur sub Bulla Clem.VIII. prohibente largitionem munerum Religiosis, nisi expresè ibidem essent exceptuati, vt annuunt *Fr. Bartholom. à S. Faust.in thes.Relig.lib.8.q.203.Cened.de pauper.Relig. dub.50.n.15.Berti in eplic. d Bullæ p.2.princ.* quos modernè adducit *P. Antonin. Dian in resol.moral tract.de pauper. Relig. resol.23.* quo in loco circa finê aduertit ex verbis narratæ Bullæ colligi hos Milites D.Iacobi Alcantræ, & similes esse verè Religiosos, quod ante eû notauerût supracitati, & *Valer. in differ. inter Vtrunque forum in Verbo, Munera, n.23.*

Quorum omnium ratio est, quia vltra quod Milites prædictarum Religionum, & similium, vt supra diximus sunt de ordine clericali, & extra legem matrimonij, & habent certum viuendi modû, & dicunt horas canonicas, iuxta Pontificum institutiones, *Clem.1.de relig domib. Molin.de primog.Hisp.lib.1.c.13.n.98.Vasq.* multa circa hoc scribens *contron. illustr. c.105.n.98.Imbrian.de Iudic.Regni in præfat. nu.42.Menoch.de arb.iud. cas.231.nu.31. in addit.* vbi inquit, quòd sic per quodam suum Breue declarauit Summus Pontifex de anno MDXL. & profitentur tria
28 vota substantialia Religionis, scilicet Castitatem, Paupertatem, & Obedientiâ, quæ professio probat eos verè Religiosos *d.clem.1. Vbi glo.in Verb.obedientia, de Relig.domib.Mohed.dec.10.nu.2.de causa possessionis,& propr.Rimi.Iun consf.57.n.28.l.5.* latè *Bambacar.* multas rationes adducês *in c.1.§.quæ cleric.q.5. si de feud defun.nu.31. cum seq.* Item quia prædicti Milites sêper profitentur vnam ex Religionibus à Summo Pontifice approbatis, prout Diui Augustini, Diui Benedicti, & similiû, ideò sunt personæ Ecclesiasticæ, *Ferra super consuet.Burdegalens.in tit.de feud.§.10. col.1.Rim.Iun.côs.527.n.25. Menoch.cons.54. nu.17.lib.1.*& alij recentiores passim.

29 Subamplia autem eâdem ampliationem non solum esse veram, quoad professos huiusmodi Ordinum Militarium, sed etiam quod illos, qui tantum habitum assumpserunt, & sic sunt nouitij, *Leo in thesaur.fori eccles.c.16.nu.36.par.2. Rui. cons.96. lib.1.* & latè diximus *forens. quæst. q.42.lib.1.*

30 Et licet nouiter *Giurba d.cons crim 77. nu. 20. & seq.* fuerit in opinionem, hanc conclusionem esse veram, solum quoad assumentes habitum Sacræ Religionis Melitensis, quos putauit ipse posse gaudere priuilegio fori, & si professionem non perfecerint, at secus in aliarum Religionum militarum nouitijs, quod etiâ scribit *Costa cons.42.n.18.lib.1.*

Tamen vtique & ipse in foueam cadit alterius intendens corrigere lapsus, siquidem certum est omnium Militarium Ordinum nouitios, & sic non solum Sâ-
31 cti Ioannis, sed etiam S.Lazari, S.Stefani, S.Iacobi, & similiû gaudere priuilegio fori indifferenter, nulla habita distinctione, vt decisum in propriis nostris terminis loquendo de præfatis nouitiis testatur *Barbosa in remiss. ad ordinat. Reg. Lusit.lib.2 tit.12. & 13.§.1.n.2.fol.mihi 163.* & ita iudicatum in Regio Senatu Portugalliæ affirmat hanc eandem secûdando sententiam alter *Barbosa filius in suo tract. de offic.& potest.Episc.alleg.12.nu.45.*& nostram opinionem quoque sequitur *D. Placid.in addit. ad Const. Patrem d. cons.42. n.18. Vers. Adde Nouarium*, & recentissimè *D. Ricc.in praxi fori ecclesiast.tit.de Religios. Ord. Milit. resolut. 181. & tit. de Nouitijs resol. tomo 4.* vbi iuxta meam sententiâ quoque determinatum in Romana Curia per Eminentissimos Cardinales affirmat.

Nec valet sua oppositio, quod supradicti milites non sint verè Religiosi ob matrimonia, quæ contrahunt, sed secundum quid, ob quam rationem meam firmissimam, destruere sententiam putauit.

Nam non defuerunt DD. numero authoritate, & pondere graues, qui indistinctè affirmarunt supradictos militares Religiosos verè, & in effectu Religiosos appellari, vt apud *Sanchez in sua sum-*

summa Theolog. moral. lib. 4. cap. 16. n. 11. to. 1. Cened. in collect. ad ius canon. collect. 29. nu. 4. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 15. nu. 10. Motta in tract. de confir. ord. D. Iacob: lib. 2. per tot. Rebell. de obl. iust. q. 4. n. 13. lib. 2. par. 2. Ita quod à seculari iurisdictione sint exêpti, vt probant *Cened. canon. quastion. cap. 4. nu. 39. Staffileus de liter. gratia pag. 134. Azored lib. 3. tit. 5. l. 14. n. 4.*

32 Et quamuis aliquibus ex supradictis Militibus sit permissum vxores ducere nihilominus non propterea desinunt esse Religiosi, *Burg. de Paz consil. 17.* quia illas ducunt ex licentia Papæ, qui id cõcedere potest dispensando, vt in nostris terminis docuerunt *Gl. Innocen. & reliqui in cap. cum ad Monasterium, de statu monachor. Nauar. in manual. cap. 12. num. 25. & cons. 11. de Regular.* affirmans ita sensisse *Caietan. Grass. de effect. cleric. effect. 1. n. 114.* vbi quod cùm sollemnitas voti sit introducta de iure positiuo Pontificio, poterit per eundem Pontificem alterari, & mutari, ac eius rigorositas relaxari, quod omnes Theologi tàm antiqui, quàm moderni, nec negarunt.

Vltra quod huiusmodi Milites licet non videantur vouere castitatem simpliciter, vouere dicuntur votum castitatis coniugalis, itaut dicuntur vouere castitatem, & profiteri vota substantialia Religionis, nam commutatio voti continentiæ in castitatem coniugalem non mutat regulæ substantiam, *Rota diuers. dec. 266. num. 6. par. 2. Duard in explicat. Bulla Cœna cas. 15. lib. 2. quast. 5. nu. 10. Sotus de iustit. & iur. lib. 7. q. 5. art. 3.* qui loquuntur in propriis nostris terminis horum Religiosorum Militaris Ordinis.

Declara autem supra positam firmatam regulam non habere locum in illis

39 Fratribus Ordinis D. Ioannis insignitis media Cruce alba, quia isti nõ sunt personæ Religiosæ, sed seculares, cùm viuãt sine regula cum eorum bonis, vxoresq; ducit, vnde fori priuilegio non gaudent, *Rodriq quast. regul. p. 2. q. 63. nu. 18. Azeued. in l. 1. nu. 11. tit. 1. lib. 6. recopil. Bouadil. in sua politic. lib. 2. cap. 12. nu. 233. D. Ricc. in collect. decis. par. 7. collect. 3080. verse sed nũ fratres,* latius *Giurba cons. crim. 21.* vbi etiã quod tales, nec à solutione decimarum, & tributorum sunt immunes, & secularia Regis officia gerere valent.

Declara similiter cessare suprapositã

35 conclusionem in illis Ordinibus Militaribus Principum tantum authoritate institutis absque vlla Romani Pontificis approbatione, seu confirmatione, quia huiusmodi sunt omninò laici, nec ecclesiastici nuncupari possunt, & consequenter priuilegio Ecclesiasticis personis concesso nõ vtuntur, ex dictis per *Azor instit. moral. lib. 13. par. 1. cap. 6 quæst 5 Modern. Neap. de iurisdict par. 2 cap. 32. Duard. in explicat. Bulla Cœna lib. 2 cas 15. quæst. 5. num. 2.* vbi id probat ratione, quia personæ Ecclesiasticæ dicuntur, quæ vel per receptionem Ordinis, aut per conuersionem ad aliquam ex Religionibus à Sede Apostolica approbatis eximuntur à laicali potestate, vt fundat *Sayr. in suo thesaur. cas conscient. cap 19 n. 7 lib. 3.*

30 Vndè excludendi sunt ab hoc beneficio Milites aurei velleris, vulgò chiamati del Tosone, cùm eorum Ordo fuerit institutus à Philippo Duce Burgundiæ de Anno MCDXXIX & per successionem translatus ad Catholicos, & Inuictissimos nostros Hispaniarum Reges.

37 Sic etiam & excluduntur Milites Ordinis S. Michaelis apud Francorum Regem, qui fuit institutus à Ludouico XI de Anno MXLVII.

38 Item Milites Ordinis Annunciationis B. M. V. erecti ab Amedeo VI. Comite Sabaudiæ.

Excluduntur similiter Milites Ordinis vulgò, detto della Banda, instituti ab Alphonso Rege Castellæ in Anno 1624.

39 Pariter sunt exclusi Milites Ordinis Equitum Garreriorum quem instituit Eduardus Rex Angliç de Ann. MCCCC. vt constat apud *Azor. instit. moral. lib. 13. par. 1. cap. 6. quæst. final.* & sic de singulis aliis similibus Ordinibus absque Papæ authoritate erectis dicendum est, quia & illi Ecclesiasticarum personarum sub nomine minimè veniunt, & per consequens earundem priuilegium consequi non valent.

Et per hæc sit imposita vltima manus huiç secundæ Sectioni, in qua apponere libuit vtiliora; & forensi iudicio magis necessaria, pauca quidem mole, sed non pondere, spem habeo, & Diuinæ Prouidentiæ Altissimi confido, nihil in ea fortassè omissum, quod propriè ad rem faciat, si quid est, eueniet me nesciente, & si alioqui nullus in reprehensionis lapidem pedem suum offendidit, qui è segete (prout circumferri solet) ad spicilegium reliquit stipulam, Alter si velit tollet. Vtique excusatione dignus sum,

nec culposus,& ignauus nuncupari possum, si singula, & cuncta rectè minimè perfecerim, nam aduersa valetudo ex flatu hiponcriaco, à qua quotidiè enixè vexor, aliæq; occupationes interpellantes sæpè sæpius me distrahunt, ita quod optatis votis satisfacere vetor.

Vltra quod dùm vastum pergimus equor legalis disciplinæ, nemo se aliquid scire, nisi illud quod in dies perdiscitur realiter profiteri potest, Apparent in quam Ratinantes in Gurgite vasto, Ita quod affirmare tuto debemus, nullam ætatem ad ediscendum seram esse, Ars enim longa vita breuis, Homo sum, & humanitatem errantem subterfugere nequeo, nec mortalis opera, vndique cõpleta, & firma perficere licet. Interim gratias Deo, & Beatæ Virgini Mariæ ex corde genibus flexis agendo, huic Sectioni finem impono, & ad Tertiæ prosecutionem me accingo.

Finis Secundæ Sectionis.




IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI.

TRACTATVS, siuè PRAXIS ELECTIONIS, & VARIATIONIS FORI.

SECTIO TERTIA.

IN QVA PRIVATAE PERSONAE, Quę Miserabilium personarum gratia Electionis, & Variationis Fori Priuilegio valent gaudere, vel non singulatim recensentur.



SVMMARIVM.

1 *PRiuilegium quid sit.*
2 *Priuilegium alicui concessum ad alios propter eandem rationem non extenditur, & amplia, vt nu 3.*
4 *Priuilegia omnia aliquid contra ius commune constituunt.*
5 *Priuilegia personalia personam sequuntur, nec ad hæredes transeunt, num. 6. Secus tamen si sint realia, nu. 7.*
8 *Priuilegium quando de vna persona ad aliã extendatur.*

PROOEMIVM.

1 QVamuis consonent iura omnia ad probandum, priuilegia priuatas esse leges singulis, & non omnibus fauentes, neq; cõem legem facientes, & propterea alijs exemplo esse non posse, nisi his tantum, quibus propriè concessa reperiuntur, *cap hinc est vers. priuilegium 16. q. 1. cap. non exemplo 26. q. 2. cum similibus.*

2 Vndè descendit priuilegia alicui personæ concessa propter similem, & eandẽ rationem, ad alias extendi non posse, iuxta tradita per *Cabed. decis. Rot. Lusitan.* 140. *part.* 1. etiam vbi non versamur in
3 materia penali, & correctoria, vt considerat *Sese decisio. Rot. Aragon. 43. n. 54. to. 1.* quia priuilegia omnia essentialiter illud
4 habent, vt aliquid contra ius commune constituant, ac subindè quatenus ab illo exorbitant odiosa censentur, & necessario restringenda, iuxta textus regulã *in cap. quæ à iure communi, & cap. odia, de regul. iur. in 6.*

5 Itaut generalis regula recepta est, vt personalia priuilegia, sicuti lepra le-

leprosum personam sequantur, *cap. priuilegium, & ibi DD. de regul. iur. in 6. cap. sane, de priuilegijs, l. is permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu.* cum latius adductis per *Gail. obseru. 144. num. 8. lib. 2. Barbos. in l. quia tale, ff. solut. matrim. Cardin. Tusc. concl. 746. lit. P. Suar. de legib. lib. 8. cap. 10. & 11. Salas in eiusdem nominis tract. disp. 17. sect. 6 & 8.* & cùm ipsa extinguantur taliter,
6 quod ad hæredes minimè extenduntur, *l. in omnibus causis, & l. priuilegia, ff. de regul. iur. l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 3. ff. de censib. l. sordidorum, C. de excusat. muner. lib. 10.* nam quando concessio
7 realis est ad hæredes, & successores omnes transit, si verò si: personalis minimè transit, *l. 1. §. personis, ff de iur. immun. Iason. in l. si sit stipulatus, la secunda, num. 10. ff. de verb. obligat. Soccin. Sen. cons. 50. nu. 2. Tesaur. forens. quæst. lib. 1. cap. 2. nu. 2.* vbi allegat textum in *l. ex pluribus, ff. de administr. & pericul. tutor.* & in *l. cum patronus, ff. de leg. 2.* Addo *Roman. cons. 246. Alex. cons. 114. Ias. in l. notandum, nu. 7. ff. de re iudic. & Crauetta cons. 237.* taliter quod alimenta vti personalia ad hæredem non transmittit, inquit *Bal. in l. hi in 6. opposit. C. de hæred. instit. Alex. cons. 18. nu. 17. vol. 5. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 1.* vt vita, & militia quoad transmissionem loco alimentorum succedens, & non transmittitur, *And. in constitut. Regni, Comitibus, Minad. cons. 1. nu. 62. Franc. dec. 20. nu. 9. Vrsil. dec. 252.*
8 Tamen quia aliquando illa propter vocis significationem, propter materiæ, aut actionis connexionem, vel propter iuris dispositionem, vt apud *Bonacin. de legibus disput. 1. q. 3. §. 2. n. 1. Gomes. ad regul. Cancell. tit. de impetr. benef. per obitum famil. Cardin. Cochier. de iurisd. in exēptos, q. 30. p. 1.* vel ob maximam latius conclusionem; vel quia illa inutilia, aut nimis grauia redderentur, vt constat ex *cap. penul. de priuileg. in 6.* & probant *Dec. in l. in omnibus, ff. de regul. iur. Sess. decis. Rot Aragon. 91 pa. 1. & Phœbus decis. Rot. Lusitan. 32. nu. 10. lib. 1.* possunt, & debent de vna persona ad aliam extendi, quia ex alterius persona acquiritur priuilegium per *l. si communem, ff. quemadm. seru. amitt. Marsil. sing. 180. Gail obseru. 68. nu. 6.* latè *Cochier. de iurisd. in exempt. p. 1. q. 26. to. 1*

Ideò rationabiliter, quamuis alias *sect. 1. quæst. 11.* firmauerimus priuilegiũ electionis fori esse personale; verum quia illud aliquando ex supradictis causis reipsa personis priuatis communicatur, vel communicari prætendi posset, meritò igitur in hac Sectione particulari, quibusnam gratia miserabilium personarum huiusmodi communicetur priuilegium, & quibus non tractare visum est.

SVMMARIVM.

1 *Consors litis gaudet beneficio Electionis Fori, dummodo tamen causa sit indiuidua, alias secus nu. 17. & quare nu. 18. & limita vt num. 24. & 26.*
2 *Priuilegium ratione coniunctionis communicatur socio.*
3 *Priuatus habens rem communem cum Ecclesia, gaudet priuilegio Ecclesiæ.*
4 *Communio causæ cum exempto generat exēptionem.*
5 *Vicinus qui in vna re cohæret habet ius congrui in alijs bonis, quæ separatim venduntur.*
6 *Præsentatio intra quod tempus est facienda per patronos laicos, & clericos.*
7 *Laicus compatronus cum clerico vtitur tempore concesso clericis ad præsentandum.*
8 *Appellatio vnius prodest litis consortibus.*
9 *Sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis valet.*
10 *Regia Camera non est Iudex inter priuatos, nisi ille habeat causam à Fisco.*
11 *Portio renunciata à fratre, quando accrescat omnibus fratribus.*
12 *Vsurpatio præsumitur in iurepatronatus, in quo adest patronus potens.*
13 *Verbum, vsurpare, sonat in malam partem.*
14 *Socius Doctoris, gaudet priuilegijs Doctoris.*
15 *Possessio iurisdictionis, quando consocijs conseruetur.*
16 *Confessio in instrumento emanata plenè probat pro absente in connexis.*
19 *Dispositio l. Nullum, de Iudicijs, adducitur.*
20 *Restitutio in integrum, quando communicetur maiori litis consorti.*
21 *Publica vtilitas non debet vacillare.*
22 *Res eadem diuerso iure censeri non debet.*
23 *Ius accrescendi in indiuiduis habet locum.*
25 *Beneficio mihi competenti ex persona tua, te inuito non vtor.*
27 *Causæ continentia in criminalibus non attenditur.*
28 *Sententia absolutoria, vel condemnatoria vnius non prodest, nec nocet alteri.*
29 *Superior potest auocare ad se plures informationes captas in diuersis Curijs.*

ARGVMENTVM.

Consors litis cum priuilegiato, An & quando eodem Electionis & Variationis Fori priuilegio frui valeat.

QVAESTIO I.

1 REgula est, consortem litis cum habente beneficium Electionis Fori gaudere eodem priuilegio eligendi forum, vnde qui causam cum pupillo, vidua, aliaue miserabili persona habet potitur beneficio Electionis Fori ad instar gaudent ipsæ miserabiles personæ, *Alex. cons. 122. nu. 16. in fine lib. 4. Couarr. lib pract. quæstion. c. 6. Nacta cons. 590. nu. 17. Cumia in comment. ad Rit. M.C. Sicil c. 38. n. 470. & c. 82 n. 15. Tesaur. decis. Rot. Pedam. 177. nu. 5.* quos recollegit *Menoch de arbitr Iud. lib. 2 cent. 1. casu 66. nu. 29. Foller. in constit. Regni, Statuimus, nu. 14 & seq Marchesan. de commiss. p. 2. §. 2. in tit. de Auocat. caus. nu. 42. Pacian. cons. 85. n. 10. & seq Viu. dec. 521. n. 21.* vbi testatur sic decisum per signaturam Iustitiæ Romæ coram Eminentissimo Cardinali Sfortia, *D. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neap. 179. n. 11 par. 3.* vbi nos allegat post huius operis Neapolitanam primam impressionem, & iterum *in addit. ad Franch. dec 269. Pereir. de empt. c. 10. nu. 51. Castil. controu. iur. lib. 3 c. 25. nu. 29 Trentacinq. var. resol lib. 2. tit de citat. resol. 2. n. 9. Fontanel. de pact. nuptial claus. 4. glo 11. n 79 to. 1.*

Quorum sanè sententia roboratur ex eo, quia regulariter ratione adiuncti fruitur quis priuilegio, quo alioquin ex
2 suo solius capite non gauderet, *l. si communem, ff. quemadm. seruit. amitt. Capic. decisio. 122. Couar. pract. quæst. c. 34. Monter. decis. Rotæ Aragoniæ 14. n 84. Menoch. de recuper. possess. remed d. n. 376. Marsil sing. 180. Gail. obser. 32. lib. 1.* & ex connexitatis ratione multa conceduntur, quæ alias denegarentur, *l etiam §. 1 de minoribus, l. si alieni nummi, ff. de solutionibus,* quia connexorum idem est iudicium, *l. 4. ff. de iurisdict. om n. iudic. cap. translato de constitut cap. præterea, & ibi glos. de offi. deleg. l. 3 §. iudicio contrario, ff. de contrar. act. tutel. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 5. cap. 1. n. 43. Card Tusc. conclus. 626 lit. C. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de indic. resol. 3.* & connexorum ab vno fit extensio ad alterum, *l. proinde, ff. ad l. Aquil. Surd. dec. 199. num. 13. Antonin. resol. 9. nu. 2. lib. 3. Escobar. de ratiocin. cap. 13. nu. 11. Girond. de priuileg. num. 751. Leon. in thesaur. fori Eccles cap. 3. n. 71. p. 1.* & connexa reputantur vnum, *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 21. sub n. 25.*

3 Vndè descendit, quod priuatus habēs rem communem cum Ecclesia Romana gaudet beneficio ipsius Ecclesiæ, vt aduersus eum non currat præscriptio, nisi centum annorum, iuxta theoricam *Innocent. & Abb. in c. ad audientiam, de præscript. Grass. de effect cleric. effect. 2. num. 58. D. Ricc in decis. Curia Archiep. Neap. 129. n. 9. p. 3.* prout priuatus habens rem cōmunem cum Ecclesia priuata eadem præscriptione Ecclesiastica, qua gaudet illa Ecclesia, gaudet *Marsil. in rubr. de fideiussoribus q. 12. n. 130. Rocc. de Curt. de consuet. nu. 290.* quos refert, & sequitur *Cochier in tract. de iurisd. in exempt. q. 26. p. n. 4. to. 1.* vbi propterea fundat continentiā, seù cōem causæ priuati cum exempto generare exemptionem, & continentiā causæ fundatè iurisdictionem, quod pariter antè eum tutatus est, *Imber. instit. forens. lib. 2. c. 6 glo. fin.*

5 Et huc spectat, quod ratione connexitatis, quando plura bona separata simul venduntur, poterit vicinus, qui in vna re tantum coheret omnia sua bona retrahere, vt decisum testatur *Magon. decis. Rot. Florent. 29. D. Ricc. in d. dec. 129. nu. 10. p. 3.*

6 Hinc enim est etiam, quod licet laici patroni alicuius beneficijs teneantur ad illud beneficium præsentare infra quatuor menses, iuxta seriem tex. *in cap. cùm propter, de iure patron.* & à patronis ecclesiasticis facienda est præsentatio intra semestre, *cap. vnic. §. verum, eo. tit. in 6. cap. quoniam, cap. si verò, cap. iam te, & cap. si propter, eod. tit. extra.*

7 Tamen si laicus sit compatronus cū clerico tempus semestre cōpetens clerico competit etiam, & laico, nec inspiciendum est tempus quadrimestre laico competens, vt docet *glo. Archidiac. Anchar. & Abb. in cit. cap. vnic. §. fin. Lambert de iur patron. part. 2. lib. 1. q. 6. D. Ricc. in sua praxi resol. 458. tom. 2. Gars. de benef. p. 5. c. 9 nu. 210.* quod in facto in causa D. Anelli de Rocco censui, procedere etiam si laicus habeat maiorem partem, vt notat *Barbos in tract. de offic. & potest. Episcopi alleg. 72. nu. 131. par. 3.* rationem reddens,

dens, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, *cap. quod in dubijs, vbi glo. in verbo consecratum, de consecr. eccles. l. quæ religiosis, ff. de rei vendic. l. per minorem, ff. de iudic. cap. quanto, de iudic. cap. si duo, de offic. delegat.*

Et propterea rationabiliter, & iure optimo, *ex cap. vna sententia, de appellation.* probatur appellationem vnius prodesse alijs litis consortibus non appellantibus, quando causa est communis, vna

8 & eadem defensio, quod pariter notant *Veral. dec. 37. p. 1. Canalc. dec. 30. nu. 115. p. 2. Rota diuers. Rom. dec. 779. p. 1. Scaccia de appel. q. 5. art. 1. n. 58. Ruginel. in simil. tract. §. 2. c. 1. nu. 26. Trentacinq var. res. lib. 2. tit. de appell. resol. 7. n. 8. & seq. Mastril. dec. 42. nu. 7.* plenè *Gratian. forens. disc. c. 115. Bernard Graue ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 126.* considerate annuens *n. 2.* quod si vnus appellet, alter verò non prosequatur appellationem, executio, quoad hunc deserentem consortem, donec appellationis causa decisa sit suspendenda est, de quo videre poteris *Laurent. in decis. Rot. Auenionen. 60.*

Quare sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis, &

9 minus competens valet, *Abb. Felin. & Innoc. in cap. cùm semper, de offic. deleg. Vant. in tract. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. n. 183. Mastril. dec. 27.* Vt etiam dicimus de processu facto à Iudice recusato, cum Iudice non recusato, nam ratione connexitatis ex parte Iudicis non recusati valebit processus, iuxta Romanæ Rotæ decisionem, de qua apud *Achil. de Grass. dec. 2. de except.*

10 Indè licet procurator Fisci, siuè in Regno Regia Camera non sit Iudex inter priuatos, *l. 2. C. si aduers. fisc.* tamen secus est, si priuatus habeat causam dependentem à fisco, quia illa tractari debet in Camera, *Bar. in l. cum rerum, C. de sent. & interloc. Castren. in l. fin. C. si aduers. fisc. Mandos. in praxi commission. commis. 2. beneficiaria, verbo, dependentibus, Cochier. de iurisd. in exemptos d. q. 16. n. 10.* qui *nu. 5.* affirmauit, socium consequi vacationem à muneribus e x persona socij exempti, *ex glo. in l. fin. in verbo, fratribus, C. de honor. non continuan. li. 10. Alex. cons. 122. col. 4. li. 4. Iaf. in l. si emancipati col. 4. C. de collat. Cephal. cons. 661. num. 78. lib. 5. Muta super cap. Regni Sicil. lib. 4. cap. 134. n. 24. Natta cons. 65. nu. 2. laté Surd. cons. 301. n. 8.*

Indè oritur illud vulgare, quod si vnus

11 ex pluribus fratribus antè hereditatē à se aditam renunciat alteri ex fratribus portionem suam hæreditatis, huiusmodi renunciatio prodest, non solum illi cui facta est renunciatio, verum etiā & fratribus cohæredibus, *Dio. cons. 6. Castren. cons. 135. n° 3. lib. 1. Dec. in l. si actionem, not. ab. 3. C. de pact. Crot. in l. reconiunctā 4. 10. ff. de leg. 3. Crau. cons. 200. vol. 1.* quos cum alijs adducit *Berlicchius in decisi 17. n. 2.* vbi tamen hanc declarauit sententiam, quando ex coniecturis apparet renunciationem, & cessionem fuisse factam contemplatione illius solius, quo in casu cessio alteri minimè prodest alijs, *Bal. in l. pactum, num. 13. C. de collat. Castrens. cons. 25. nu. 2. lib. 1. Boer. dec. 184. n. 4.*

Et hinc vsurpationem præsumi in Iurispatronatus beneficio, vbi vnus ex

12 patronis esset potens, & alij impotentes, fatetur *D. Ricc. in suo nouo tract. de prob. Iuris patronatus, resol. 104.* & hoc ratione connexitatis, taliter quod sollemnitates memoratæ, ex *Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. in ijs,* sunt necessariæ ad probationem existentiæ similis beneficij, licet in facto ipse ex *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. nu. 16.* contrarium tanquam Aduocatus tutatus fuerim, quam meam opinionem deinde reperi tenuisse, *Modern. Viuian. in tract. de iur. patron. par. 2. lib. 11. c. 5. n. 79.* dicebam inquam in hoc versic. circa probationē iuris patronatus potentium Sacrum Concilium correxisse ius commune, dū innouauit formam probationis, vt ex *decis. Rota coram D. meo Coccino Decano* fit-mat idem *D. Ricc. in tract. resol. 82.* indè tanquam correctorium vtique debet restringi, vt plus potest, nec eius disposi-

13 tio venit laxanda; tantò fortiùs, quia verbum, vsurpare, de quo in Concilio sonat in malam partem, & præsupponit delictum, cuius exclusio in dubio semper est facienda, *Abb. in cap. cum tua, de testibus, Mascard. de probat concl. 496. Farin. in pract. crim. q. 85. p. 3.* vbi quod saltem quando præsumptio euitari nequit, minus delictum præsumitur, *ex l. prætor, §. de cere, ff. de vi bonor. rapt. Card Tusc. concl. 165. lit. Q.*

14 Et socius Doctoris gaudet priuilegijs Doctoris, *Balrin proœm constitut. §. illud vero, nu. 16. Leunasd. in tract. de priuileg. Doctor. p. 2. nu. 18. Castagn. in tract. de benefic. deductione egeat q. 9. ampl. 2. fol. 244.*

Confert doctrina *Bal. in l. seruitus*, per il-

illum tex. ff. quemadm. seruitus amittatur, vbi etiam Angel. & Florian. hoc notant,
15 quod si sint plures Domini vnius castri, & ab vno tantum iurisdictio exerceatur, quod omnes videntur vti ea iurisdictione, & sic possessio cunctis conseruatur, prout si vnus ex pluribus fratribus ante à se aditam hæreditatem renunciat alteri ex fratribus portionem suã hæreditatis, talis renunciatio prodest cæteris fratribus cohæredibus, Din. consil. 6. Boer. dec. 184. Castrens. cons. 135. lib. 1. Crauett. cons. 200. lib. 1. Berlicchius decis. Germani. 17. vbi hanc conclusionem declarat alios allegando.

Et ideò licet frater non admittatur ad testificandum pro fratre, iuxta doctrinam Glosa in l. lex iulia, vers. sed an pro eis, ff. de testibus, quam sequuntur Socc. cons. 17. vol. 2. Aretin. cons. 33. col. 6. Bar. in l. parẽtes, versic. quaro quid in fratre, C. de testibus Gabr. conclus. 14. de testibus, tamen admittitur frater pro fratre, quando habet cõtestem non consanguineum, Bald. cons. 20. col. 2. vol. 4. inhabilitas enim vnius testis suppletur ex habilitate alterius, Bald. in l. si quis argentarijs, §. cogentur, & ibi Castrẽs. Ias. & alij, ff. de edend. Paris. cons. 120. vol. 1. Gabr. concl. 5. de testib. vbi alios adducit concordantes Cancer. var. resol. par. 1. tit. de testib. c. 20. nu. 58.

Et huc spectat, quod confessio in instrumento emanata plenè probat pro
16 absente in connexis, & dependentibus, Crau. cons. 275. nu. 4. Mastril. dec. 286. nu. 34. & 45. Cancer. li. 3. variar. resol. cap. 13. n. 387. Monach. decis. Lucens. 37. nu. 53. Gait. in tract. de credit. tit. 3. c. 2. nu. 305. affirmans n. 310. res inter alios acta in connexis maiorẽ facere probationem, & fidem inducere.

Limita tamen, supra firmatam con-
17 clusionem non habere locum, vbicunque consors litis haberent causam cum priuilegiato, quæ posset diuidi, quia in tali casu non gauderet eodem electionis fori priuilegio, Gl. in l. vnica, in verbo patrocinari, l. si vna eademque causa, Cumia in comment. ad Rit. Sicil. cap. 82. nu. 15. in fine, Borrel. in summa decisio. in tit. de iuramen. perhorrescentiæ n. 31. tom. 1. Barbos. in remis. DD. ad ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 5. de citat. nu. 5. Capibl. prag. 8. nu 335. p. 1. de Baron. prout, & ita practicaui in causa vertente inter porciam Criscolam pupillam q. Martij Criscoli, & Franciscum Mariam de Rosa, cum Persio dello Gaudo, & hoc in anno 1627. & indistinctè in Regijs Tribunalibus huius Ciuitatis Neapolis sic practicatur.

18 Cuius limitationis ratio adducitur, eo quia in causis communibus, quando sumus in indiuiduis priuilegium vnius, suffragatur alteri, l. si commune fundum, ff. quemad. seru. amitt. Mexia in tract. taxæ panis, concl. 5. nu. 74. in fi. Surd. de alim. tit. 9. q. 14. n. 3. Modern. noster Neap. in trac. de iurisdict. casu 12. & casu 118. p. 4. Gonzal. in reg. 8. Cãcell. glo. 24. à num. 52. Gratian. forens. discept. d. c. 115. n. 6. & ex persona adiuncti tunc, quis consequitur id, quod ex persona sua consequi nequit, vbi sumus in materia indiuidua, vt notant Angel. in cit. l. si communem, Dec. in auth. casu in 2. notab. C. de sacros. Eccl. Neguz. in silua nuptial. lib. 9. n. 42. Cacheran. dec. 103. num. 9. cum alijs latius adductis per Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 15. de iudic.

Vndè oritur ad effectum, nè causæ cõtinentia diuidatur fuisse prouisum, per textum in l. nulli, C. de iudic. vt quando plures sunt rei eiusdem causæ, & ad idẽ agitur, tales rei, qui sunt diuersis iurisdictionibus subiecti, diuersosq; Iudices immediatos habent, debent propter eandem, & indiuisibilem causam coram vno, eodemque Iudice ipsorum omniũ mediato superiore conueniri, & ab illo tantum cognosci, cap. 2. de caus. possess. & propriet. vbi DD. latè Capic. dec. 122. & dec. 173. Artaman. li. 2. obseru. tit. de iudic. obser. 7 Mysing. obseru. 4. cent. 1. vbi sic in Camera Imperiali seruatum refert copiosè ad materiam Menoch de arbit Iud. lib. 2. cent. 4. cas. 371. D. Rioc. collect. dec. 366. & 1511. ampliantes, procedere etiam in causis criminalibus, prout sic etiam concludit Viu. dec. 136. loquens pariter in causa criminali pendente coram vno Iudice, vt nequeat Ciuilis intẽtari coram alio, & ita decisum refert in Regia Audientia, ea ratione, vt super eadem causa nõ contingat à diuersis Iudicibus, diuersas ferri sententias, Affl. dec. 354. nu. 6. Bero. cons. 75. nu. 3. vol. 3.

Et conclusio illa communi calculo à DD. recepta, quod beneficium restitutionis in integrum competens minori-
20 bus ratione minoris ætatis, competat litis consortibus quamuis maioribus, l. 1. vbi Bar. C. de consort. eiusdem lit. Rim. consil. 98. nu. 31. vol. 1. Afflict. in constit. Regni, Obscuritatem, n. 20. in fi. Mut. super Rit. Regni, 134. nu. 23. & seq. procedit, & habet locũ in

in causis indiuiduis tantũ, *Afflict. dec.* 213. latè *Sfort. Odd. de restitut. in integr. q.* 46. *art.* 4. *vers. in contrarium, Mascatell. in praxi Ciuil. Sacri Consil in verbo, in integrum restitutio, nu* 8. *D. Reg. Tap. in const. Reg. minorum iura, nu.* 4. *in sum. oper. iur. Regni, Anna sing.* 73. *Pellic in Consuetud. Auersan. in prælud. nu.* 356. *Caroce dec.* 65. *in fin. Imbrian. de primo, & secundo benefic. consid.* 3. *n.* 65. *Seraphi. dec.* 957. *in fine, D. Ricc. in collect. decis. collect.* 639. *Graff in tract. de effect. clericat. effect.* 2. *nu.* 57. qui alios huius opinionis more solito consarcinat, fusè *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *res.* 5. *de minorib.*

Hinc pariter descendit, quod si clericus, & laicus fratres habeant patrimonium indiuisum, laicus non consequetur excusationem à muneribus realibus ex

21 persona clerici, quia publica vtilitas ex quo causa ex diuidua non debet vacillare obtentu priuilegij clericalis, *Specul. in tit. de cleric. coniug. colum.* 2. *versic. quid si clericus habens, Felyn. in cap.* 1. *extra de præscript.* vbi hoc declarat, non procedere in priuilegio reali dato vni ex socijs, quo cęteri gaudent, sicut enim

22 iure diuerso vna, eademque res censeri non debet, *l. eum qui ædes, ff. de vsucap. cap. cognouimus* 12. *q.* 2. cum latius notatis per *Card Tusch. concl.* 54. *lit. E*, ita respectu diuersorum diuerso iure censeri debet, *Monach. dec. Flor.* 28. *n.* 18.

23 Hinc in indiuiduis ius accrescendi locum habere tradiderunt *Iason in l. si mihi & Titio, nu.* 5. *ff. de verb. oblig. & Fumeus de coniunct. tit. quib. cas. locum hab. ius accrescend. reg.* 4. *num.* 4. quos recollegit *Berlicchius* nouissimè *in decis.* 52. *num.* 10. quo in loco decisum fatetur, quod si plures fratres communem rem, eò, quia commodam diuisionem non recipiant vendunt, & vltra dimidiam lęduntur vni ex illis, remedium *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* in totum competit, etiam quoad aliorum partes.

Et consors pro consorte sine mandato in habentibus eandem causam circa rem indiuiduam agere, & defendere potest, *Bar. Bald. & Castrens. in l.* 2. *C. de consort. eiusdem lit.* & latius *Trentacinq.* qui hanc conclusionem declarat *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 7. *sub tit. de procuratoribus*. Et ita practicaui in causa hæredum Francisci Pappacodæ in anno 1627. & obtinui aliquando in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quam hodie maximo cũ omnium applausu vti Vicarius Generalis regit Doctissimus, & eruditissimus Dominus Felix Tamburrellus ob eius raras virtutes nunquam laudatus, & semper prædicandus.

24 Limita secundò, neque procedere, si habentes fori electionem suo vti nollet priuilegio fori, quia neque litis consortes eo vteretur, vt in proprijs nostris terminis, notat *Cassan. super consuet. Burgund. rubr.* 9. *§.* 17. *glos.* 3. *nu.* 2. quem refert, & sequitur *Marchesan. de commiss. in tit. de Auocat. caus. p.* 2. *§.* 2. *n.* 44.

Quæ quidem limitatio probari potest per textum aureum in *l. si Iudex, vbi Bart. ff. de minoribus*, disponentem, quod beneficio mihi competenti ex persona

25 sua, te non vtor inuito, confert doctrina *Barb. in l. de quibus, n.* 20. *ff. de legib.* vbi nemo beneficio inuito me vtitur, *Surd. cons.* 215. *num.* 21. annuens non facere iniuriam, qui suum beneficium non impartitur, *l. iniuriarum, §. si quis, de honoribus, ff. de iniur.*

Sublimita tamen non procedere, quando tale beneficium Electionis fori fuisset petitum à principali persona priuilegiata, nam deindè non posset illi renunciare in præiudicium litis consortis, ex dictis per *Præsid. de Franc. dec.* 269. quem commemorant *D. Reg. Tap. in Constitut. Regni, minorum iura, nu.* 6. *Mastrill. decisio.* 42. *nu.* 8. *Reg. Rouit. in pragm. Regni* 11. *nu.* 26. *de ordin. iudic.* quos cum alijs probat *Thor. in compend. decis. Regni, in verb. beneficium, fol.* 67. *col.* 2. *tom.* 1. iuxta quam opinionem ego obtinui in Magna Curia Vicariæ in causa Dianoræ Mancinæ, & Matthiæ de Izzo cum Bartholomæo de Amato, nam cum per viam electionis fori fuisset adita M. C. V. nomine ipsius Dianoræ, dùm deindè vellet recedere, se opposuit Matthias litis consors, & per M. C. fuit dictum, causam remanere debere in dicta M. C. non obstante, quod vidua prælegerat electioni factæ renunciabat.

26 Limita tertiò, in causis criminalibus, in quibus consors litis non debet gaudere beneficio electionis fori, quod secundum me probatur per textum in *l. si quis vxori, ff. de furtis, in princip.* vbi in delictis socius criminis minimè gaudet priuilegio socij: nam si vxor, & Titius à marito res surripuerint simul Titius tenebitur actione furti, licet vxor ab ea libera sit, & solum teneatur actione rerum amotarum.

Et

27 Et iuuatur nam in criminalibus vbi Actor,& Reus sunt diuersi fori cõtinentia causæ non attenditur, ad tex. *in cap. fin de iudic. Vbi Abb. & Felyn.num.8. Crau. in cons.258.nu.7.Franc.Marc.decisio.77. n.4. tom.1.& dec.539.nu.3.tom.2.Menoch.de arbitr.iud.cas.371.num.21.Præses de Franch.in decis. 426.* subdens ex nonnullorum doctrina,quod quando sunt plures inquisiti de vno delicto, quod quilibet debet per suum Iudicem puniri;& non procedit texe. *in d.l.nulli,* & quod ita fuit iudicatum, quia vnusquisque tenetur de per se, & sententia condemnatoria, vel
28 absolutoria vnius non prodest, nec nocet alteri,secundũ *Bald.in l.non eo minus, in fine,C.de accusat.Guttier.pract.quæst.lib.1. quæst. 6.* vbi latissimè probat etiam in clerico delinquente cum laico, quod vnusquisque eorum coram suo Iudice sint conueniendus,quam opinionem vti verissimam, & in iudicijs practicatam tenuerunt *Gomez in 3.tomo Var.cap.10.Couar.d.cap.24.circa fi.Perez in rub.tit.1.li.1. ordinat.col.746.& 748.Capic.dec.173.Anna sing.74.Ferrer. obseru.218.Cancer.Variar. resolut.lib.2.cap.2. num 131.Trentacinq.Var. resol.lib.2.resol.3.nu.18.de iudic.* vbi de praxi *Mexia in prag.taxa panis,concl.5.* testatur *num.74 cum seq.Bouadill.in sua polit li.2. cap.17.num.90.Clar.in §.fin.quæst.36. n.41.* qui ait hanc opinionem in practica receptam esse in illo Senatu,*Præs.de Franch.de d.decis.426.circa finem*, refert, & sequitur *Mastrill. dec.138. D.Ricc.collect decis.cap.368.* nam quilibet Iudex competens poterit cognoscere de eius subdito delinquenti,*Reg.Rouit. in prag.1.nu.40. & seq. sub rubric. Vbi de delict quis commendeb.* quod procedit etiam si prius fuerit de delicto capta informatio in Magna Curia Vicariæ,nam non attenditur adhuc eius præheminentia,*Vrsil.ad Afflict. dec.155. Præses de Franch. decisio. 382.* Vndè in causa inter Regium Fiscum, & & N. Franciscum Zitum de Terra Spinutij inquisitum, cùm fuisset virtute exceptionis (Ne continentia causæ diuidatur) prouisum casum debere remanere in Magna Curia, non obstante remissione petita per Illustrissimum Principem Hostiliani,fuit per Sacrum Concilium reuocatum tale decretum, & prouisum,quod remictatur de an.1596. apud Actuarium M. C. Pinctum, refert *Galupp.in praxi S. C. par.2. cap.6. num.78. in fin.*

Benè verum aduertas, quod licet cõtinentia causæ non detur in criminalibus,Tamen nè pœna diuidatur,sed vni-
29 ca fiat sententia, Superior in tali casu plures informationes in diuersis Curijs captas contra reum potest ad se auocare, vt in facti contingentia vidi seruatum, Et fundat *Capibl.* nouissimè *practicar.quæst.super pragm.8.de Baron. cap.58. tomi 2.*

SVMMARIVM.

1 *Causa, quæ separari non potest dicitur in indiuidua,sic etiam si ex facti continentia nõ recipit diuisionem,nu.2.*

3 *Ius patronatus dicitur spiritualitati annexum.*

4 *Connexum dicitur quod imperfectionem alterius tendit.*

5 *Contenta sub eadem specie connexa dicuntur.*

6 *Connexa reputantur quorum vnum ab altero dependet, & quæ sunt indiuidua, num.8.*

7 *Hæredum vnus vbi contrauenit contractui ratione metus,vel doli rescinditur contractus quoad cæteros.*

9 *Polluto cemiterio dicitur polluta Ecclesia, vt interdicta Ecclesia, dicitur interdictum cemiterium,n.12.*

10 *Confugiens ad Cæmiterium gaudet immunitate Ecclesiæ, sic etiam confugiens ad porticum Ecclesiæ, n.11.*

13 *Vulnerans in porticu, dicitur vulnerasse in domo.*

14 *Porticus dicitur pars domus, & atrium dicitur pars Ecclesiæ.*

15 *Connexum dicitur Capitulum, quando ipsum solam factum cum suis qualitatibus continet,& vide nu.16*

17 *Adulterium cum lenocinio connexum esse dicitur.*

18 *Cennexa vocantur, quando vnum est alterius consequens.*

19 *Sententia, vel laudum quod est pronunciatũ, absoluo Antonium hoc adiecto, vt conqueri possit duo continet.*

20 *Separatum dicitur, vbi vnum non venit ad alterius determinationem.*

R AR;

ARGVMENTVM.

Causa connexa, quænam dicatur ad finem de quo supra.

QVAESTIO II.

QVoniam in proxima iam relata quæstione firmauimus, consortes litis cum habentibus priuilegium electionis fori, tunc gaudere eodem beneficio, vbicunque causa est connexa, & indiuidua, ideò opportunum videtur hic discutere, quando causa connexa esse dicatur.

1 Regulam igitur firmo causam connexam, & indiuiduam nuncupari illam, quæ separari non potest, taliter quod in vno, eodemque iudicio terminanda est, ad *textum in l. si plures, ff. ad eandem rem, & in l. nulli, C. de iudic.* latè *Trentacinq. variarum resolut. lib. 2. resol. 3. de iudic.* vbi causæ continentia, quibus modis dicatur plenè enucleat plures modos distinguendo.

2 Ita quod connexa causa vocatur illa, quæ ex continentia facti separationem minimè recipit, *Lancellott. de attentat. c. 12. limit. 2. n. 11. par. 2. Genua in suo tract. de scriptura priuata lib. 4. tit. de connexis, & separatis, fol. 201.* vbi latiori calamo declarat, quando aliquid connexum dicatur, vel separatum, de quo etiam videndus est, *Pacian. in tract. de probat. cap. 26. & 27.* connexa enim, & coniuncta dicuntur, quæ ex consequentia factorum diuisionem non recipiunt, & ad vnum finem tendũt, *Gl. in l. cum filius, §. 1. de verb. oblig. Bald. in l. ampliorem, in fi. C. de appellat. Felin. in cap. cum inter, num. 7. de re iudic. Rota in vna Picentina iuris præsentandi coram Lugdunen.*

3 per quam fuit dictum, Ius patronatus dici spiritualitati annexum, ex *cap. quanto, de iudic.* non inquam absque corruptione separari spiritualitas à temporalitate potest, cùm in ea temporalitate viuat spiritualitas, vt anima in corpore, *cap. si quis obijcerit, vbi Turrecremat.* declarat 1. *quæst. 3. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 1. in Responsione ad Argumentum sextũ*, sequitur *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 95. num. 5.* vbi quod præterea connexa dicitur cum ex duobus illis, quæ con-

4 nexa sunt vnum ad alterius perfectionẽ tendit ad *textum in l. eum actum, §. planè si quid connexum, ff. de negot. gest.* taliter, quod licet actus plures inter se sint, dùm cónexa reperiuntur pro vnico habentur, & hac de ratione firmo plura vulnera, quibus aliquis occiditur efficere, quod ipse homicida reputetur, & non vulnerator, ad *textum in l. illud, in fine, ff. ad leg. Aquil.* ita *Signorol. & Fulgos. in responso inserto post commentar. Cæpoll. ad rubricam, C. de seru. fugitiu.* quos refert, & sequitur *Menoch. loco nuper citato.*

5 Item connexa dici reperio illa, quæ sub vna specie continentur, vt probatur *in l. etiam, §. 1. ff. de Minoribus*, ex quo quidem textu putat *Aretin. in cap. translato, notab. 1. de Constitut.* connexa vtique appellari illa, quæ absque alijs stare nequeunt, sequitur *Niconitius in rubric. ff. de noui oper. nunciat. num. 58.* & idem confirmauit ipsemet *Aretin. cons. 29. num. 20.*

6 dum voluit connexa nuncupari illa, quorum vnum pendet ab altero, vt in necessarium antecedens, vel necessariũ consequens venit, de quo etiam *Menoch. consil. 123. nu. 22. Escobar de ratiocin. cap. 13. num. 17.* idque exemplificatur in mandato de suscipiendo mutuo pecunia pro negotiorum administratione, quod quidem esse connexum ipsis negotijs, & administratis, probatur *in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. action. & in l. si tutor post pubertatem, ff. de tutel. & ration. distrahend.* sequuntur *Marsil. in rubr. de fideiussor. n. 218. & Crauetta consil. 232.* vbi affirmauit connexa censeri indiuidua, allegando *Angel. cons. 326. col. 3. dub. 4.* qui voluit, quod

7 si vnus hæredum ex pluribus contraxerit contractui ratione metus, vel doli totaliter, etiam quoad cæteros talis contractus rescinditur, siquidem contractus connexitas, quid indiuiduum reputatur, non enim dolus potest esse in parte ipsius contractus tantum, sed quod in toto intercesserit, necessè est, *Pacian de probat. c. 26. n. 24.*

8 Et adtenta opinione *Ancharan. in cons. 160. col. 2.* connexa dicuntur indiuidua exemplificando in domo alteri connexa, de qua ad alteram patet aditus ex *l. quod conclaue. ff. de damno infect. l. in prædijs, §. Balnea, ff. de leg. 3.* Indè idem est habere domos coniunctas, & connexas, vndè cæmiterium Ecclesiæ connexum dicitur.

Et

9 Et propterea polluto cæmiterio dicitur, & polluta Ecclesia, *cap. 1. de consecrat. Eccles. vel Altar. in 6. Viuian. in rational. iur. lib. 3. cap. 417. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 16. nu. 28. Rota in nouis dec. 6. de concess. prabend.* vbi propterea firmat habentem gratiam in certa Ecclesia de beneficio ibi vacaturo valere acceptare beneficiũ vacans in cemiterio, aut ambitu, vel Cappellis eidem Ecclesiæ contiguis.

10 Et hinc confugiens ad cæmiterium gaudet, ac si ad Ecclesiam confugisset, *cap. fin. de immunit. Ecclesiarum, vbi DD. Nauarr. in manual, confess. cap. 25. num. 17. Suar. de Stat Relig. lib. 3. cap. 9. nu. 8. Azor institut moral par. 2. lib. 9. cap. 8. quæst 6. Leon. in thesaur. fori Ecclesiast. cap. 13. nu. 2. p. 1. Ambrosin. de immun. Eccles. cap. 10. nu. 5. Cardin. Tusc. conclus. 10. nu. 3. lit. E. Ital. de immunit. Eccles. cap. 4. §. 7.* vbi plura de materia cæmiteriorum.

11 Sic porticus Ecclesiæ dicitur esse cõnexus ipsi Ecclesiæ, adeò quod confugiens in porticum immunis fit, ac si ad Ecclesiam confugisset, vt ex *cap. si quis contumax* 17. q. 4. docuit *Roman. in l. si verò, § de viro, nu. 224. ff. solut. matrim. Abb. in cap. Ecclesiæ nu. 10. de immun. Eccles. Mantua consil. 211. num 25.* & alij apud *Farinac. in tract. de immunit. Eccles. cap. 17. nu. 268.* Et

12 interdicta Ecclesia, dicitur interdictum cæmiterium, *cap. si Ciuitas, de sentent. excommu. in 6. Abb. in cap cùm Ecclesia, de immun. Eccles.* & ita committitur sacrilegium in Ecclesia, quemadmodum in cimiterio, *cap. quisquis 17. q. 4.*

13 Et hinc in porticu vulnerans in domo vulnerasse in domo dicitur, *l. cætera, §. hoc Senatus, il secondo, vbi DD. ff de legib. & in l. plerique, vbi Iason nu. 19. ff. de in ius vocan.* de quo tamen vide *Franch. decisio. 402. & Mastrill. dec. 22. & D. Ricc. in praxi resol. 4. par. 2.* vbi qui non potest in domo capi, de porticu quoque prohibetur extrahi, *Menoch de arbit. iud cit. cas. 95.* videndus et *Caball. resol crim. cas. 13.* quasi quod porti-

14 cus dicitur pars domus, vt atrium pars Aedis, & Ecclesiæ quoque appellatur, *Gizzarell. decis S. C. 37. n. 9.*

Præterea *Menoch de Arbitr. Iudic. sæpius cit. cap. 95. nu. 14.* rectè ait sensisse *Bar. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, in fin. ff. de lib. leg.* Connexum capitulum esse, cum

15 ipsum solum factum cum suis qualitatibus continet, Exempli gratia, Si dico me tibi decem sub conditione promisisse; nam fatetur ipse, ita plura capitula connexa nuncupari, *Si* dico me quinquaginta promisisse pacto incontinenti adiecto vt nomine meo ires Venetias, nàm cùm inesse dicatur, quod incontinenti fit, *l. lecta, versic. dicebam, ff. si cert. petatur, l. petens, C. de pactis, cap. Officij, de elect.* cum concordantibus, de quibus *Cardin. Tusc. conclus. 81. lit. I. & Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glo. 43. nu. 54.* latè *Phanut. de momento tempor. cap. 25.* perindè est, ac si vnico contesto promissio facta fuisset, prout ita etiam sequitur *Felin. in cap. cum inter, nu. 7. de re iudicata.*

16 Et similiter attenta opinione *Fulgosi, & Signoroli in allegato Responso inserto post commentar. Cæpollæ vd repet. Rubric. C. de seruit. fugitiu.* Capitula esse connexa dicuntur, vbi aliquis diceret se tibi centum promisisse, sed à te ipsi pactum fuisse factum de non petendo, vt etiam tutatur *Boer. decisio. Senatus Burdegalensis 243. num. 9.*

Verum *Menoch. loco superius indicato sub num. 14.* annuit, quod si confertur cum *Bartoli* traditione ab eius opinione multum distare videtur, siquidem separata illa esse, sentiet *Bar.* quę per temporum interuălla facta sunt, vndè rectiùs sensisse *Signorol. Fulgos. & Boer.* opinatur, Isti enim sic fatentur nempè, sunt duo capitula connexa, cùm vnum ab altero descendat, *ex glo. in d. l. etiam, §. 1. ff. de mino.* quam receperunt *Bald. in l. 2. num. 1. C. de re iudic. Soccin. Sen. inter consil. Curt. Iun. consil. 20. col. 10. vers. si ergo respectu, Ripa in l. admonendi, num. 174. ff. de iur. iur. Crauetta consil. 175. num. 4.* vndè Adulterium cum

17 lænocinio connexum esse tanquam ab eo descendens, docuit *Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & in l. qui reus, ff. de public. Iudic.* de quo etiam meminit *Genua in tract. de scriptura priuata, lib. 4. fol. 202. num. 12.* sic vt aduertit *Boer. mentionata decis 43. num. 5.* connexa nuncupantur, quo-

18 ties vnum est alterius conseques, exempli gratia, fateor me vigore apocæ esse confectum à te recepisse mille, verum id affirmaui dixisse sub spe futuræ numerationis, aut si annuam recepisse centum à te, quæ sibimet ipsi solutæ fuerunt.

Pro quo conferunt notatã per Eminentissimum *Card. Zabarell. cons. 9.* vbi no-

19 tat, quod si Arbiter laudum proferat his verbis, nempè Absoluo Antonium à petitione Ioannis, hoc adiecto, vt Ioannes conqueri valeat, si se læsum sen-

R 3 serit

ferit, respondit ille, esse duo capitula connexa, idemque firmat, vbi Arbitrer pronunciaret, videlicet, Decerno Franciscum debitorem in mille, & declaro illum quincentum soluisse, quo fit (dicit ipse) si vnam partem acceptare velit, sic etiam, & alteram, & sic è contra, ex *cap. translato, de Constitut. cap. cum super, de offic. deleg. l. 1. §. Item quæritur, ff. de aqua quotid. & æstiua*, refert, & sequitur *Menoch. sæpius cit. caf. 65. nu. 17.* vbi *num. 18.* annuit *ex Bar. in l. 3. §. filius, n. 3. ff de liber. & posth.* vnum capitulum dici simul connexum, quoties plura in vnum concurrere possunt, puta plures hæredum institutiones in vno gradu, & connexa pariter appellat vbicumque vnum fuit causa alterius, exẽplificando fideiussores ex causa laudi intercesserunt, dicitur enim causa fideiussionis, cum laudi causa cõnexa, & sic etiam causam excommunicationis eum causam ob quam prolata est connexam appellat, prout antè eum ex *decisione Rota* firmauit *Dec. consil. 33. num. 2.*

Et aduerte, quod quamuis ex supradictis satis apertè pateat quænam separata dici possent, tamen ex suprabundanti notabis quoque separatum ali-
29 quid appellari vbi vnum non venit ad alterius determinationem, itaquod potest stare sine altero, *Bar. in d. l. Aurelius §. item quæsijt, ff. de liber. leg. Menoch. latè de Arbitr. iud. millies cit. cap. 95. à num. 19. cum seq.* & plenius *Genua in suo tract. de scriptura priuata lib. 4. tit. de separatis, pag. 203. & Card. Tusc. conclus. 6. lit. C. Scaccia de Iudic. causar. ciuilium cap.* 11. ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Vxor miserabilis persona vtitur beneficio electionis fori, sed declara, vt nu. 23.*
2 *Vxor in ciuilibus, & criminalibus gaudet foro viri, & nu. 4.*
3 *Vxor sortitur domicilium viri, & efficitur ibi Ciuis, nu. 8.*
5 *Priuilegium concessum marito communicatur vxori, etiam mortuo viro, nu. 19.*
6 *Vir & vxor per matrimonium efficiuntur vnum corpus, & reputatur pars corporis viri, nu 7. & 16.*
9 *Mulier mariti honore fruitur.*
10 *Iniuria facta vxori, dicitur facta viro.*
11 *Mulieres amittunt familiam paternam, quãdo maritantur.*
12 *Mulieres non habent vocem in præsentatis in iure patronatus familiæ relicto.*
13 *Renunciare seipsum nullus tenetur, nec vxor maritum, nu. 14.*
15 *Vsus relictus marito censetur relictus vxori, & stipulatio alimentorum facta pro marito, intelligitur pro vxore, nu. 21.*
18 *Vxor communicat cum viro excommunicato.*
20 *Omissum in contractibus habetur pro omisso.*
22 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*

ARGVMENTVM.

Vxor Miserabilis Personæ, An & quando eodem Electionis & Variationis Fori beneficio gaudeat, quo Vir vtitur.

QVAESTIO III.

1 REgula sit affirmatiua, vxorem habentis fori Electionẽ posse vti eodem priuilegio viri in fori Electione, vt in proprijs nostris terminis tradiderunt *Cels in tract. de mod. articul. & proband in princip. num. 91. Tartaglia in praxi ciuil. M. C. Vu. c. 1. n. 22. ad tex. in l. mulieres, C. de incol. li. 10. & in l. exigere, vbi Glo. in verbo reddit, ff. de Iudic.* sequitur *D. Ricc. decisio. Curiæ Archiepisc. 147. nu. 5. par. 3.* vbi hunc nostrum locum post primam impressionem, allegat, & sequitur, & iterum *in collect. decis. collect.* 2140. & modernissimè *Monach. in addit. ad Minadouum dec. 11. sub num. 4.* qui similiter nos ad id allegat, & sequitur.

2 Et quod vxor tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus gaudeat priuilegio fori quo gaudet vir, & ibi debet conueniri, vbi vir conueniendus est, probatur in *l. nec ad diuersa, C. de silentiar. lib. 12. & in sacris scrineis militantes, C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 13. l. hac saluqirrima, C. de praposit. agent. in reb. lib. 11. & l. pen. C. de fabricis. lib. 11.* quæ quidem iura loquũtur, quando priuilegium fori habent viri ratione alicuius exercitij, officij, vel dignitas, latè plures adducens *Borrell. in summa decisio. tit. de foro compet. nu. 160. tom. 1.* & ita comprobat *Præs. de Franch. decisio. 363. & decisio. 419.* vbi notat, vxorem mutare

pro-

3 proprium,& viri fortiri domicilium, ac forum, quod pariter post antiquiores approbarunt *Surd. dec. 330. nu. 9. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 9. nu. 53. Gail. obseru. 80. nu. 12. lib. 1. Caualc. dec. 42. nu. 48. & seq. p. 1. Sola ad decret. Sabaud. tit. de trib. compet. gl. 9. nu. 2. Scrader de feud. p. 2. cap. 2. nu. 3. Marta dec. 93. nu. 23. Molin. de rit. nupt. & pact. in matrim. lib. 1. compar. 23. à num. 44. cum seq. D. Ricc. coll. decis. collect. 521. Molfes. in consuet. Neap. p. 2. de bon. quaest. 12. num. 17.* licet ad viri domum traducta non sit, *Roland. de lucro dotis, quaest. 15. Valasc. dec. 175. num. 23. Capibl. de author. Baron. prag. 8. nu. 247. Reg. Rouit. in prag. 1. nu. 8. sub rubr. de cession. bon.* refert, & sequitur *Giurba in consuet. Messan. cap. 1. glos. 1. par. 1. n. 48. Auil. in cap. praet. in prohem. nu. 5.*

Imò etiam in casu quo vir ab officio desistat, gaudet priuilegio fori propter praecedens officium, & exercitium etiã gaudet & ipsa vxor, prout in fabricensibus, notat tex. & ibi *Bar.* & alij in allegata *l. pen. C. de fabricens. lib. 11.*

4 Et quod vxores clericorum coniugatorum, vel Graecorum gaudeant priuilegio fori clericalis in omnibus causis, in quibus clerici eorum viri gaudent,& gaudere possunt, probatur *in cap. eos 3. 2. distinct. cap. 2. 11. q. 1.* tradunt *Socc. cons. 12. nu. 8. lib. 1.* vt apud *Masuliu in addit. ad Capic. dec. 172. n. 1. Bellug. in specul. Princ. rubr. 11. §. videndum, nu. 6. Cassan. in consuet Burgund. rubr. 1. §. 5. nu. 60. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 53. & seq. Grassus*, qui alios citat concordantes *in tract. de effec. cleric. effect. 1. nu. 155. Cucchus instit. canonic. lib. 3. tit. 9. nu. 20 Milanens. decis. Sicil. 10. n. 9. lib. 1. Giurba in comment. ad Consuet. Messan. cap. 1. glo. 1. sub nu 54. par. 1. Borrell. in summa decis. tit. 8. de cleric. coniug. nu. 26. tom. 1.* licet nõ desint contrarium tenentes, vt apud *Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 47.* & apud *Cochier. de iurisdict. in exemptos, q. 29. num. 6. par. 1.*

5 Cuius regulae ratio est, nam priuilegium concessum marito, intelligitur etiam concessum vxori, quae ipsi marito annexa dicitur, *Aloys. de Leo in l. 1. nu. 14. C. de Episcop. & Cleric.* latè *Rebuff. in l. destinatio, § famil. versic notandum, ff. de verbor. signific. Menoch. de Arbitrar. iudic. casu 562. num. 6. cent. 9 Corset. de potest. regia p. 3. q. 29. Villagut. de extensione legum in tit. de extens. priuileg. num. 45. Reg. Rouit. cons. 60. n. 6. to. 2. Ferrett. consil. 167. nu. 5.* vbi tradit, quòd licet in priuilegiis extensionum nulla fiat mentio de vxoribus priuilegiatorum, tamen includuntur per consequentiam necessariam stante vnitate,& commoditate corporis, *Afflin. in tract. de execut. §. 1. cap. 52. nu. 21.* dicens, quòd priuilegium immunitatis concessum Doctoribus legis,& medicinae etiam in realibus comprehendit quoque eorum vxores, & *nu. 19.* scribit, adeò verùm esse, quod priuilegium concessum viro, comprehendat etiam vxorem, vt locum habeat in priuilegio singulariter, & dispensatiuè contra ius concesso, *Decian. in tract. crimin p. 1. lib. 4. c. 9 n. 53. in fine.*

6 Et ratio rationis est, nam vir,& vxor per matrimonium efficiuntur vnũ corpus, *cap. debitum, de bigam. cap. hac imago 33. q. 5 cap. Aghatosa 27. q. 2. l. 1. ff. rer. amot. l. 1. §. vir, ff. ad Syllan.* & vna eademque caro censentur, *Castrens. in l rei iudicata, § socero, nu. 4. ff. solut. matrim. Surd. cons. 307. nu. 37. lib. 3. & de aliment. q. 95. tit. 1. Amat. decis. Rota Marchiae 16. num. 39. Bart. in l. si quis à liberis, § si quis ex his n 28 2. ff. de liber. agnoscend. Carthar dec 23. nu. 4. Coras. in miscellan. lib. 1. cap. 3. nu. 2.* & vxor reputatur

7 pars corporis viri, *cap. ad Apostolicam, de conuers. coniug. c. fraternitas, & cap. frequenti 35. quaest. 10.* & dicitur vnum corpus, & anima cum viro, *l. 1. ff. de ritu nuptiar.* reputantur; socij humanae, & diuinae domus, *glo in l. hares, ff. de negot. gest. Decian. tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 53. Amat. decisio. Rot. Marchiae 63. nu. 29.* & idem esse dicitur *Prigman. Vltramontanus cons. 2. nu. 263. Menoch. de Arbitr. Iud. casu 379. nu. 5. Simon de Pratis cons 95. nu. 44.* subdens, quod impensa pro vxore iudicatur ad instar impensarum erogatarum pro marito, & pari passu ambulant,& eandem maerentur compensationem.

8 Quare vxorem meritò fieri Ciuem loci,& Ciuitatis mariti, annuunt *glo. Bar. Ang. & Plat. in l. Ciues, C. de incol. lib. 10. Aloys. de Leo in l. 1. n. 3. C. de vxor. milit. Cauagnol. in parafrasi. l. exigere, ff. de iudic. Surd. dec. 330. nu. 14 Fanut. de dot glos. 9. num. 5. Bimius cons. 260. nu. 2. Tesaur. dec. 123. num. 9. Pras. de Franch. dec. 363. & dec. 559.* quia matrimonium illam trahit ad originem viri, *glo. in l. origine, C. de municip. li. 10. Bursat. cons. 270. nu. 22. Lancellott. Gall. ad consue. Alexand. praefat. 8. nu. 20. Mascard. de gener. stat. interpret. concl. 7. nu. 59. Valasc. dec. 138. num. 11.* latius *Tiraq. de leg. connub. l. 1. glo. 1. par. 1.*

par.1.nu.28.Gratian.discept.for.lib.5.c.886. vbi hoc declarat axioma, quando est verum.

9 Indè euenit, quod mulier mariti honore fruitur, erigitur, & nobilitatur, & pari loco honore, & comodo comprehenduntur vir, & vxor, *l.caterum, §. mulier, de vsu, & habitat. l.fin.C.de nupt.l.mulieres, C.de dignit.lib.10.* plenè *Tiraq. in tract. de nobilit.cap.18.* vbi plura scitu digna, ac vtilia probat, itaut mulier plebeia nupta Baroni, vel nobili acquirit eiusdem mariti nobilitatem, & dignitatem, vt post alios notarunt *Maxil.in consuet.Bar. pag.49.nu.24 Cum.in cap Sicil.si aliquem, in verbo, maritata nu.151. Anna cons.108.à nu. 14 de Ponte cons.108 à nu. 14. & de pot.Proreg.fol.mihi 502.nu.20.cum seq.*

10 Hinc iniuria facta vxori marito facta dicitur, vt post alios quorum doctrina vtitur refert *Lancell. Gallia in consuet. Alexandria in verbo, vxori, nu.45.* affirmans *num.46.* quod remissio necessaria propter criminis abolitionem de iniuria facta vxori est obtinenda, & requirenda à viro refert, & sequitur *Grass.de effect.cleric.d,effect.1.n.171.D.Ricc. in praxi resol.580.nu.7.p.3.* quod notandū à Regnicolis ad intellectum, & ornatum *pragm. Regni 4. sub rubrica de compositionibus.*

11 Et propterea dicuntur vxores amictere genus, & familiam paternam, & in viri transeunt familiam, *l. quicunque, vbi Bar.C.de re milit.lib.10.Barbat.in l.cum acutissimi, nu.150.C.de fideicomm.* plenè *Tiraq.* alios adducens de *legib.connub. glo.1. p.1. nu.31. Surdus* plures cumulans *cons. 140. nu. 10. & seq. lib. 1.* referens hanc esse magis communem opinionem, vndè fœminas descendentes ex sanguine Regio non gaudere immunitate concessa descendentibus ex illo sanguine, annuit decisum *D.Reg.de Pont.dec.5.* & hinc *Viu.* iure optimo concludit *dec. 10.* quod testator instituendo hæredes, & mandans, quod bona conseruentur in familia, minimè includi in eo fœminas tanquam nō facientes familiam, & ideò fœminas nō
12 habere vocem in præsentando in iure patronatus familiæ relicto, concludit *D.Ricc.in praxi fori Ecclesiastici d.resol.580 p.3 Guit.cons.3.nu.6.* de quo tamen vide *Molin.de Hispan.primog.lib.4.c.4.Gabr.consil.195.lib.1.* & alios apud *Gars.de benefic. p.5.c.9.n.123.tom.1.*

13 Vndè meritò sicuti nemo tenetur denunciare seipsum, cum nullus debeat
13 prodere se, vt habetur *in cap.aliquando, de pen.distin.1.Loricch.in thesaur.theolog.in verbu, denunciatio, nu,3.tom.1. Zanard.in direct. confess.p.3. in fi.Fernand.in exam. Theol. moral.c.19.§.5.n.5.Porcel.in addit.ad dub. Regul. vers. sollicitare fæminas, nu.15.Santarel. in tract.de haresi, cap.11.dub.vnic.nu.19.* vbi alios citat huius opinionis, sic pariter
14 vxor non tenetur denunciare maritum, vel è contra, vt videtur sentire *Canter.in quæst.crim. rub.de haret. vers.ex qua quidem glosa,* & post eum *Valer.in differ.inter vtrūque for. in verbo hæresis, nu. 4.* & recenter *D Ricc.dec.279.n.8.p..3.* addo *Homobon.in tract.de casibus reseru.c.1.par.2. & Lazar.in tract de blasphem. q.12.nu.67.* qui annuit, vxorem esse excusandam ob artissimam coniunctionem, quæ est inter eam, & virum, & hanc opinionem nouissimè tueatur *Antonin.Dian.* post hæc scripta habitus *in suis pract.resol.moral tract.de denunc. resol. 6.* etsi contrarium voluerunt *Pegna in direct.inquisi.p 3.q.111.comment.160 Frera: in addit ad tract.de confess sollicit. q 19. num. 16.* quos in facti contingentia vti Aduocatus non sectabar, sed eorumdem sententiæ impugnabam.

15 Et hinc relicto vsu alicuius rei marito, censetur etiam relictus pro vxore, *Felin in cap.quam sit, concl.1.de indic. glo penult in cap.omninò,31.distinct.Oldrad.cons 95 col.3.Grass de effect.cleric. d.effect.1. nu....* vbi quod vir, & vxor testari possunt eisdem cartis, ex *Ias.in l.patris, & filij, nu 7. ff de vul. & pupil.Castren. & Dec. in l.cum. C de pactis,* affirmans quoque vxorem, si eius vir haberet exemptionis priuilegium à solutione collectarum, & gabellarum, quæ deberetur ex forma statutorum gaudere priuilegio eodem non soluendi gabellam, ex *Cuman.in l. nō tantum, ff de re iudic. & Ferrect. cons.167. nu.8. lib 1.* vbi dicit adhoc benè facere, *tex.in l.fin.C.de diuortijs*, nam licet priuilegium acquiratur ex dispositione statuti, quod regulariter strictè intelligitur & interpretatur, tamen non per hoc excludit vxorem, nam vxor vtitur virtute matrimonij ipsi viro, & tanquam corporis viri pars effecta esse dicitur, nam matrimonium est illius naturæ, & virtutis, quod transfundat originem vxoris ad originem viri, nullaque est maior vnio, quam coniugalis, per quam vir, & vxor efficiuntur vna caro, ad textum *in cap.debitum, de bigamis Lara in l si quis à liberis,*

§.si

§. si quis ex his, nu. 282. ff. de liber. agnoscend.
Oterus Romanar. lucubrat. disput. 27. num. 6.
Soccin. latè plura allegans in rub. de foro cō-
pet. nu. 13.

18 Indè videmus vxorem posse commu-
nicare cum viro suo excommunicato,
quia excommunicatio mariti non pri-
uauit illam iure suo, ac per consequens
non abstulit debitum, quod ei antè ex-
communicationem præstare tenebatur,
hoc enim exigit naturale fœdus, & con-
iugij necessitas, ita D. Thom. in 3. par. q. 23.
art. 1. Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. Vgolin. de
censur. tab. 2. de excomm. c. 25. §. 6. Ledesma in
summa c. 7. de excomm. casu 2. tom. 2. Rodriq.
in summa c. 82. nu. 15. to. 1. Viual. in candelabr.
aur. p. 2. de excom. nu. 100. Auil. de censur. p. 2.
c. 6. disput. 11. dub. 5. Sanch. de matrim. lib. 9.
disp. 14. Bonacin. de censur. disput. 2. q. 2. pun. 6.
§. 2. nu. 18. cum seq. plenè Ricciul. in tract. de
iur. person. extra gremium Eccles. existentium
cap. 48. lib. 4. affirmantes, hanc conclusio-
nem esse veram non solum, quoad con-
iugalem actum, sed etiam, quoad alias
actiones, & obsequia, ac denique, quoad
totam ciuilem, & vsualem communica-
tionem, prout & ita pluribus quippè
vicibus tàm in Ciuitate Neapolis, quā
alibi consului nonnullis scrupulosis, à
me veritatem articuli expetentibus.

Quinimò beneficio, seù priuilegio, quod
confertur in vxorem potitur ipsa vxor,
etiam quod sit viduata viro, ea tamen
18 manente in indiuiduitate, & donec nu-
bat, ad textū in l. filij, §. vidua mulier, ff. ad
municip. Papon qui ita decisum refert in
suis arrestis, lib. 6 tit. 9. de epistic. arrest. vnic.
Barbos. in l. quia tale, nu. 28. ff. solut. matrimon.
Auiles in cap. prætor. in prohem. nu. 6. Sousa in
repet. l. fœmina, nu. 18. p. 2. ff. de Senator. Guid.
Pap. dec. 370. & 380. latè videndus Otalor.
de nobilit. c. 8. par. 4. Cardos. in praxi iudic. &
Aduocat. in verbo, dignitas, n. 4. Cabed. decis.
Rota Lusitaniæ 98. lib. 1. vbi ampliat etiam
in priuilegijs exorbitantibus, Milanens.
decis. Rotæ Sicil. 10. nu. 6. & seq. lib. 1. vbi an-
tiquiores allegat, assignans rationem,
nam vidua viduando videtur in matri-
monio perseuerare, & in eisdem onere,
genere nobilitatis donec ad secūda vo-
ta transierit, ad tex. in l. fi. C. de incol. lib. 10.
§. non tamen, in authen. de nupt. l. cum te, C. de
nupt. & extendens hanc conclusionem
procedere nedū in foro, quod maritus
sortitur de iure communi, sed etiam si-
cut sortiatur forum ratione artis, vel
priuilegij personalis, quia vxor eo casu
similiter gaudet eodemmet priuilegio
allegat textum in l. pen. C. de fabric. lib. 11.
Soccin. Sen. cons. 12. nu. 18. & Iunior. in cit. ru-
br. de foro compet. nu. 13. in fi. qui pariter
annuit, quod existente statuto, vt quis
non debeat conueniri coram Officiali-
bus cōueniri poterit, licet in casu prin-
cipali pro contraria parte decisum re-
ferat Milanens. in cit. dec. sub n. 16.

20 Et hinc oritur similiter, quod licet
omissum in contractibus habeatur pro
omisso, l. quidquid adstringendæ, ff. de verb.
oblig. l. si extraneus, ff. de condit. ob caus. l. si cū
dotem, in princip. ff. sol. matr. Paris. consil. 117.
nu. 6. vol. 1. Cæphal. consil. 270. vbi quod in
contractibus nihil debet inquiri præter
id, quod scriptum reperitur, & vbi etiā
& locus extensioni, tamen non fit de
persona in personam, d. l. quidquid adstrin-
gendæ, & in stipulatione non subintelli-
gitur extrinseca persona, quæ non repe-
ritur expressa, l. si ita stipulatus, §. Chrisogo-
nus, in fin. ff. de verb. obl. Tamen, quando
22 maritus stipulatur sibi alimenta præ-
stare intelligitur stipulatus etiam pro
vxore, vt docuit glo. in cap. ad nonere, in ver-
sic. partem 33. q. 2. & tradidit Oldra. cons. 95.
nu. 10. quod ego tentaui tanquam Ad-
uocatus in causa Marci Caualerij cum
Diomede de Acampora.

22 Vir enim, & vxor non debent ad im-
paria iudicari, cap. si quis vxorem 33. q. 1.
Mantic. decis. Rot. Rom. 50. n. 10. sed dispo-
situm in fauorem mariti, debet habere
locum in vxore ratione correlationis,
Bal. in l. fin. C. de diuort. in l. fi. C. de indict. vi-
duit. tollend. quia vnica est lex eorum,
Specul. de feu. §. quoniam, vers. vigesimoquinto
quæritur, Castagna post hæc scripta im-
pressus in tract. de benefic. deducto rè legent.
q. 2. nu. 7. vbi plura congruentia cumpiat
firmando ex illis vxorem, sicuti, & virū
quoque habere priuilegium, quando
pro dote promissa non conueniatur vl-
tra quam facere potest, ex l. ex diuerso,
§. item si mulier, & ibi glo. ff. sol. matrim. §. non
tantum in fine, de re iud.

23 Declaratam tamen reperio supra fir-
matam regulam procedere, & esse verā
quotiescumque ad instantiam viri pri-
uilegiati agatur iudicium, quia alias
non gauderet vxor ex persona viri hu-
iusmodi priuilegio electionis fori, nam
intantum vxor gaudet priuilegio fori
ex persona eius viri, in quantum iudiciū
reperitur intentatum ad instantiam
eiusdem viri, vt decisum in facti contin-
gen-

gentia inter Aureliam de Vrſo, & Hieronymam de Chriſtofano, affirmat *Tartaglia in praxi M.C.V.Ciuil. cap.2.num.22.* quem refert *Thor.* compilator *deciſ. Regni, in verbo, vxor priuilegiati, tom.1.* & recentius meminit *Giurba in comment. ad Conſuet. Meſſan. cap.1. glo.1. num.54. par.1.* quod an ſit verum, ex ſupra cumulatis ſatis vides.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa priuilegiati gaudet beneficio ſponſi, ſed declara, vt nu.11.*
2 *Sponſus de adulterio ſponſæ accuſat.*
3 *Sponſa habet priuilegia vxoris.*
4 *Sponſa habet priuilegium hypoteca in bonis ſponſi.*
5 *Laurea ornandus ſtatim habetur pro laureãdo, & matriculandus de breui, habetur pro matriculato.*
6 *Banniendus de proximo, habetur pro bannito.*
7 *Conditio ſtatim defectura, habetur pro defecta.*
8 *Deſtinatio habetur pro re perfecta.*
9 *Legatis veſtibus, venit veſtis ad huc non conſuta.*
10 *Fructus de breui colligendi, habentur pro collectis.*
12 *Sponſa de præſenti venit appellatione vxoris, & quando ſponſa de futuro, n.13.*
14 *Legatum cum nupſerit, quando debeatur.*
15 *Sponſa de futuro ſuum domicilium non mutat.*
16 *Coniuges contraxiſſe iuxta domicilij viri cõſuetudinem præſumitur.*
17 *Sponſa de futuro ſponſam vagantem inſequi non tenetur.*

ARGVMENTVM.

An Sponſa habentis Fori Electionem, Nùm gaudeat eodem Priuilegio eligendi Forum ſicuti Sponſus.

QVAESTIO IV.

1 REgula ſit affirmatiua, vt Sponſa habentis Fori Electionem gaudeat eodem priuilegio Electionis Fori, ſicuti eius ſpõſus, nam idem ius militati in vxore, quę gaudet fori Electione, ſicuti vir habens idem priuilegium, quod in ſponſis; Vndè ſicuti prohibetur donatio inter virum, & vxorem, ſic inter ſponſum, & ſponſam, *l.pen. ff.de don. inter vir. & vxor. glo.in l.ea quæ, ff. ad municip. Bald. in l.cum te ſponſa, C.de donante nupt.*

Et facit, quia ſponſus de adulterio
2 ſponſæ accuſat, ſicut maritus de adulterio vxoris, *l.propter, C.de adult. vbi gloſ.* ibi parificat ſpem matrimonij ipſo matrimonio, per *tex in l.ſi vxor, §.diuus, ff. de adulter.* & hinc ſponſa habet priuilegia vxoris, *l.ſi ſponſa, ff.de iure dot.* & idem iuris eſt de ſponſo, & ſponſa, quod eſt de vxore, & marito in fundo dotali, vt alienari nequeat, *l.4.ff.de fund.dotal.*

3 Et quod ſponſa habeat priuilegia vxoris tenuit, *Cardin.in clem. fi. de celebrat. miſſar. in 3. quæſt.* vbi quærit, ſi nomine Pontificum comprehendantur Electi nondum conſecrati, & arguit quod ſic argumentum, de ſpõſa, quæ gaudet priuilegij vxoris, & his adnectitur, quod ſicut vxor pro marito teſtis eſſe nõ poteſt, Et è contra: vnde vnus pro altero à teſtimonio repellitur, *cap. literas, §.idonei, 4.q.3. vbi gl.in ver.imperari,* latè *Maſcard. de prob. concl.1420.* abundè poſt alios *Farinac. de teſtib. q.59.* ſic pariter ſponſa pro ſponſo, & è contra teſtificari non poteſt, vt per *Bald.in l.2. circa fi.C.de teſtibus, Alberic. in tract. de teſtib. cap.2.n.3. Gabr. in concl 16.n.2. eod. tit. de teſtib. Maſcar. de de prob d.concl.1420.num.4. DD. in l.etiam, C. de teſtib.* ut alios omictam recentiores.

Hinc ſponſa habet priuilegium hypothecæ in bonis ſponſi, ſicuti uxor in bonis mariti, ſecundum doctrinam *Angel. in auth. de æquali dat §.his conſequentes ad finem, collat.7.* ſponſi enim dicuntur coniuges, *cap. coniux 27. q.2.* & quod in fauorabilibus, ut (in caſu noſtro) appellatione maritatarum ueniat ſponſa, ex *tex. in l.non ſine, C.de bon. quæ liber.* ubi per *Cynum,* & habetur etiam *per Panormit. in Rubr. extra de ſponſalib.* quod merito conceditur, nam quæ incontinenti ſequuntur pro actu: diſpoſita in termino cenſentur diſpoſita in via; & ideo pro facto habetur, quod paratum eſt, ut fiat, *l.abeſſe, l.ſi cui, §.tamdiu; ff.ex quib. cauſ. maior.* Et accingendus de proximo habetur pro accincto, *l.pen. ff de mil. teſt.* Vndè cum ſponſalia ſint diſpoſita in matrimoniũ, ipſum matrimonium habetur pro contracto, & conſequenter, ſicuti uxor ratione

tione matrimonij gaudet priuilegijs ui-
ri, sic pariter sponsa gaudebit priuile-
gijs sponsi, nam uim suam ostēdit, quod
incontinenti est faciendum sicuti, quod
iam est factum.

Ex quo iuris axiomate descendit, &
5 oritur, quod qui statim laurea est or-
nādus, habetur in multis pro laureato,
sic mox matriculandus, habetur pro
matriculato, & cingendus infra breue
tempus, habetur pro accincto, *l. pen. ff. de
milit. test. Alex. in l. si quis id quod, ff. de iurisd.
dict. omn. iud. Gail. in obseru. 80. lib. 2. num. 9.
Card. Tusc. concl. 8. lit. A.* condemnandus
etiam infra breue tempus habetur pro
condemnato, *Caball. de omni genere homi-
cidij nu. 1627. & seq.* Bandiendus in con-
6 tinenti, habetur pro bandito, *Surd consil.
367. num. 21.* & delendus ex albo habe-
tur pro deleto, idem *Surd. in consil. 367.
num. 22.* uide scripta per *Carpan. ad Statu-
ta Mediolani cap. 10. nu. 16. & 144. lib 1. &
Farinac. in praxi crim q. 103. nu. 319. & seq.*
ubi agit de Occidente banditum pro-
ximè rebandiendum, sic perdendum de
7 proximo, pro perdito habetur, & con-
ditio statim defectura, habetur pro de-
fecta, *Marsil. sing. 106. Caball resol. crim. 65.*
& idem efficit suspicio imminens, quod
ipse actus, *Surd. d. cons. 867. nu. 21.* ideò è
carcere intra breue tempus liberandus
non debet ualdè arte custodiri, *Menoch.
de arb. Iud. casu 304. nu. 9.* quare ipse idem
respondet *in cons. 500. nu. 35.* non censeri
eum indignum, qui adiuit hæreditatem
adiuit, quem serebat ob delictum breui
capite puniendum; faciendum igitur
de proximo, habetur pro facto, *Gratian.
lib. 1. discept. for. cap. 96. nu. 16. Costa de facti
scientia, & ignorantia inspect. 25.* immò de-
8 stinatio habetur pro re perfecta, *Surd.
cons. 195. nu. 2. Tiraq. de legib. connub. gl. 2. n. 43*
latè *Gabr.* omninò uidendus *in concl. 12.
de præsumpt.* ideò in legato uestis conti-
9 netur ea, quæ nondum est completa, &
cōsuta, sed adhuc existit penes sarcina-
torem, *Crass. de success. ab intest. in §. lega-
tum, quæst. 21.* & in vniuersum in legatis
interpretandis: quòd nam videlicet
uoluerit ijs contineri testator potissi-
mum eiusdem spectamus destinationē,
*l. quod in rerum, §. si quis post testamentum,
ff. de legat. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 127. nu. 31. Natta cons. 476. n. 27. Surd.
dec. 241. nu. 12. & seq.*

10 Ita quod fructus de breui colligendi
procollectis, habentur *glo. & Bar. in l. di-
uortio, §. interdum, col. 2. nu. 5. ff. solut. matrim.*
quemadmodum Ecclesia de breui con-
secranda, habetur pro cōsecrata, itaut
gaudeat eisdem priuilegijs, quibus &
fruitur consecrata, *Panor. in cap. Ecclesia,
in 3. notab. extra de immunit. Eccles.* & alij
Moderniores passim.

Declara autem principalem conclu-
sionem supra fundatam procedere tan-
tum in sponsa de præsenti, non autem
11 de futuro, quia illa electionis fori Pri-
uilegio, quo gaudet spōsus minimè gau-
debit, cum appellatione vxoris veniat
solum sponsa de præsenti, & in sponsa
12 de futuro non potest dici matrimoniū,
*l. 1. cum seq. ff. de sponsal. l. quod seruius, ff. de
condit. ob caus.* plenè *Scrader de feud. p. 9. c. 2.*
sed matrimonium contractum per ver-
ba de præsenti, licet non sit consumatū,
pro perfecto tamen habetur, *Bart. in l.
cum fuerit, ff. de condit. & demonstrat. Forster.*
qui multa adducit *in tract. de success. lib. 9.
nu. 11. ex cap. sufficit 27. q. 2.* vnde cū spon-
sa de præsenti dicatur vera vxor, ex ad-
ductis per *Carrer. de sponsal. lib. 5. cap. 5.*
ideo potest communicare cum viro ex-
communicato, *Vgolin. de centur. tabul. 2.
cap. 23. §. 6. nu. 4. Sanchez de matrim. lib. 9. di-
sput. 14. sub nu. 8.* subdens secus esse in
sponsa per verba de futuro, recenter
D. Ricciullus hodiè in Romana Curia Vi-
cesgerens *in tract. de iure person. lib. 4. c. 48.
nu. 30. collect. 538.*

13 Et licet *Trentacinq. var. resol. lib. 2. res. 2.
tit. de citat. num. 26.* teneat contrarium,
quæ opinio posset suaderi, nam in iure
quandoq; sponsa de futuro appellatur
vxor, *cap. iuuenis, de sponsal.* Ibi, quia ipsa
coniux ipsius fuisse dicitur, *Glo. in verbo,*
coniux idest sponsa, & similiter in sacris
literis eodem modo aliquando vsurpa-
tur, *Genes. 19.* vbi Iacob dixit Labani (*Da
mihi sponsam meam*) quæ nihilominus tā-
tum sibi erat promissa, & aliquoties
etiam sponsus, & sponsa de præsenti, qui
nondum matrimonium consumarunt
vocantur vir, & vxor, *cap. omnes res, cap. cū
initiatur, cap. coniuges, & cap. coniugium 27.
quæst. 2.*

Tamen quia id intelligitur per fictio-
nem, & non verè, *Azeued. in l. 1. num. 103.
tit. 19. lib. 8. recopilat.* ideò non est habenda
tanta ratio.

Hincq; legatum alicui factum cum
nupserit præstandum esse contractis
14 sponsalibus de præsentia, firmarunt
*Alex. cons. 42. vol. 7. Franc. Marc. decisi 856.
& 857.*

& 857. tom. 1. Caualc. in repert. suarum decis. in verbo, matrimonium, nu. 10. Anna singul. 300. Masull. ad Capic. decis. 204. sub num. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 22. nu 13.

15 Hinc sponsa de futuro domicilium suum non mutat, *l. ea quæ, vbi glo. & DD. de Mascard. de gener. statut. interpre. concl. 7. nu. 63. Greg. syntag. iur. p. 2. lib. 18. c. 13. n. 25. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 54. Azeued. in l. 4. n. 7. tit. 2. li. 5. recop. Card. Tusc. concl. 387. n. 87. lit. V.*

Vndè in causa Aureliæ Maioranæ cũ hæredibus Francisci Antonij Nocchi dicebam in statuto deferente lucrum sponso ante contractum matrimonium actendendum esse sponsæ, & non viri domicilium, ex *Anchar. in cap. quemadmodum de iur. iur. Felin. in cap. 1. num. 24. de sponsal. Bal. in Auth. omnes, Peregr. nu. 4. C. commun. success.* quos sequuntur *Carpan. ad stat. Mediol. 298. nu. 223. Fanut. de dot. glo. 9. num. 40.*

16 quamuis regulariter inter virũ, & vxorem domicilium habitationis viri in lucro actendi, sicque coniuges contraxisse censeri tàm circa dotis constitutionem, quàm circa eius restitutionem, & lucrum communi calculo receptum sit à DD. *in l. exigere dotem, ff. de iudic.* latè *Caroc. sing. 80. Affl. dec. 226. Viu. in silua commun. opin. concl. 815. Caualc. dec. 3. nu. 19. p. 1. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 14. Valasc. dec. 138. & 175. Fanut. de lucro dot. glo. 9. Tesaur. lib. 2. quæst. Forens. cap. 6. Franc. Marc. dec. 66. tom. 1. Cabed. decis. Rota Lusit. 155. lib. 1. Card. Tusc. concl. 513. lit. S.*

17 Nec vagantem sponsum insequi tenetur sponsa de futuro, *cap. de illis, de spõsalibus, vbi glo. in verbo vnus ferentes, Tiraq. post ll. connub. glo. 2. n. 24. Franc. Marc. dec. 70. tom. 2. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 54. n. 14. Farinac. in pract. crim. q. 143. n. 267. Lãcellot. inst. canon. tit. de sponsal. in verbo, migrare. Card. Tusc. concl. 393. n. 2. lit. O.*

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum eadem solet esse dispositio.*
2 *In correlatiuis vno sublato, alterum tacitè sublatum censetur.*
Et vno expresso, dicitur alterum expressum, num. 3.
4 *Prohibitum vni ex correlatiuis censetur prohibitum alteri.*
5 *Maritus priuilegiata, quando gaudeat Electione fori, nu. 11.*
6 *Sponsæ, & vxores coruscant radijs maritorũ, & sponsorum, & non è contra.*
7 *Nobilis, vel Titulata an maritum faciat nobilem, & Titulatum.*
Et quid seruetur hodie, nu. 8.
9 *Vxor est magis sequela viri.*
10 *Accessorium non vestit principale.*

ARGVMENTVM.

Maritus, vel Sponsus personæ priuilegiatæ, Nùm eodem Electionis, et Variationis Fori Priuilegio vti possit, quo fruitur eius vxor, vel Sponsa.

QVAESTIO V.

Regula firmari posset affirmatiua, ex latè adductis supra in alijs quæstionibus, & hoc ratione correlationis, quę viget inter virum, & vxorem, inter sponsum, & sponsam, quorum correlatiuorũ
1 eadem solet esse dispositio, & de vno dispositum trahitur ad aliud, *l. fin. ff. de acceptilat. l. si quis seruo, C. de furt.* plenè *Gabr.* qui ad plura infert *concl. 8. de legib. & Cardin. Tusc. concl. 104. lit. C.* prout ex correla-
2 tiuis sublato vno, & alterũ tacitè sublatum censetur, *l. alteri, ff. de adimend. legat. Barbos. in rubric. ff. solut. matrim. num. 37. par. 1. Surd. dec. 52. nu. 5. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 56. nu. 6.* affirmans *lib. 3. res. 9.* quod vno expresso dicitur expres-
3 sum, & aliud, quia regula correlatiuorum est regula parium, *l. Iulia, §. si procurator, ff. de act. empti, Bertazz. in rẽpe. l. si quis maior, nu. 801. C. de transact.* & ideò correlatiuorum vnum non potest esse absque alio, *Nauar. comment. 3. de Regul.* Et si quid
4 est prohibitum vni videtur esse prohibitum alteri, *Menoch. cons. 136. nu. 10. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 50. nu. 12.* vt è cõtra si aliquid concessum reperitur vni, censetur concessum & alteri.
5 Cæterum nè priuilegia in præiudiciũ tertij valdè laxentur, verior opinio in contrarium est tenenda, vt maritus, vel sponsus priuilegiatæ non gaudeat vxoris fori priuilegio, nec absque palpabili

ra;

ratione, siquidem vxores, & sponsæ de-
6 bent corruscari radijs maritorum, & sponsorum, non autem è contra, cum fœmininum genus, & fragilius sit, iuxta notata in *l. fœmina, ff. de Senator.* & ita notauit *Auil. in cap. prætor. in prohem.* vbi quod priuilegijs Augusti vtitur, & coruscat Augusta, & non è contra, *ex l. fiscus, §. fin. ff. de iure fisci,* & vxor à viro non autē vir ab vxore defenditur, *l. 1. §. An, ff. de iniur. §. patitur, inuit. eod. tit.*

Vndè videmus de iuris rigore, quod si mulier nobilis, vel titulata nubit igno
7 bili, aut non titulato, non facit illum nobilem, nec titulatum, vt scribunt *Maxil. in comment. Bari, pag. mihi 49. nu. 24. & Cuman in cap. Regni Sicil. incip. si aliquę, in verbo maritata, nu. 151. in fi.* & secundū *Auil. in proœm. cap. prætor. nu. 7.* si vxor sit Marchionissa non sequitur, quod maritus eius sit Marchio; quinimò mulier nobilis nubens plebeio, & ignobili statim amictit nobilitatem, *Paschal. de patr. potest. par. 3. cap. 2. nu. 37.* latè *Tiraq. de nobil. cap. 18. nu. 56.* vndè fertur annis elapsis per Sacrum Concilium fuisse decisum in causa cuiusdam Comitissæ, quæ secūdo nupserat nobili viro, non tamen titulato, vt se abstineret in subscriptionibus se Comitissam nominando ad instātiam hæredū Comitis Misanei, vt apud *Thor. in compend. decis. Regni in verbo, vidua titulata, tom. 1.*

8 Et licet hodiernis temporibus de consuetudine maritus consequatur huiusmodi dignitatem, & nobilitatem ex vxoris persona, vt testātur *Camill. de Cur. in tract. de feud. fol. 12. à nu. 24. cum seq. Viscon. in concl. iur. in ver. Mulier plebeia, circa finem*, quod nouissimè fuit seruatum in personam Excell. D. Tiberij Carafæ viri Marchionissæ Fuscaldi, quæ fuit admissa in successionem Principatus Bisinia-ni per Regium Collaterale Consilium, eiusque vir fuit habitus, & tractatus vti Princeps, etiam post mortem vxoris, ita *Thor. in compend. decis. Reg. in verbo, Fœmina Titulata, tom. 1.*

9 Et confert pro corroboratione, nam vxor est magis sequela viri, *l. de iure post principium, & in l. fin. §. 1. ff. ad municip.* diciturque pedissequa mariti, *l. fin. C. qui potior. & pignor. hab. fisc.* & accessorium sequitur principale, sed non è contra, *l. si ex pupillari, ff. de vulg. & pupill. l. 2. ff. de pen leg.* vndè cūm mulier sit accessoriū, & maritus principalis, & caput mulieris, vt in *cap. cùm caput 33. quæst. 2. l. quod principale, ff. de leg. 2.* accessorium non de-
10 bet vestire principale, *Glos. & DD. in l. iurisgentium, §. quinimò, ff. de pact. Plat. in l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12. versic. quod autem*, & consequenter priuilegio vxoris vti non potest vir.

11 Intellige tamen supradictam conclusionem procedere, vbicunque maritus, aut sponsus agerent nomine proprio, pro rebus ad seipsum spectantibus, at secus si nomine vxoris, aut sponsæ, puta quia ageretur de aliqua causa, siuè lite vxoris, quia comparendo nomine vxoris tanquam maritus, posset vti priuilegio electionis fori, quo fruitur mulier ipsa tanquam miserabilis persona, vel aliter priuilegiata, prout & ita audiui fuisse practicatum in Magna Curia Vicariæ in causa Isabellæ de lo Gaudo, cum heredibus quondam Francisci Minutuli.

SVMMARIVM.

1 *Sponsa de futuro quaenam dicatur, & num. 2.*
3 *Sponsalia qualiter probentur.*
4 *Matrimonium quomodo probetur.*

ARGVMENTVM.

Sponsa de futuro, & de præsenti, Quænam dicatur, & qualiter probentur sponsalia, et Matrimonium, ad finē de quo supra.

QVAESTIO VI.

Quia in superioribus quæstionibus conclusum fuit, Sponsam de præsenti, & non de futuro gaudere priuilegio Electionis Fori, quo vtitur sponsus; & vxorem habere priuilegium electionis fori concessum viro; Ideò
1 vtile est scire, quod Sponsa de futuro est illa, quæ alteri de futuro promissa est; Sponsa verò de præsenti illa nuncupatur, quæ per verba de præsenti contraxit, per quæ verba Matrimonij Sacramentum conficitur, sed nondum est copula sequuta, plenè *Sot. in 4. distin. 27. q. 2. art. 1.* latè *Couarr. de sponsal. cap. 1. par. 1. Viuald. in suo candelab. aur. c. 1. de sponsal. n. 7* Ta-

Taliter, quod vbicumque verba, Ma-
2 trimonij, sunt de futuro, puta (Ducet, Accipiet in vxorem) dicuntur sponsalia de futuro contracta, *Aretin. cons. 142. n. 4.* vbi quod propriè sponsalia sunt promissio futuri Matrimonij, & quod ista sunt sponsalia de futuro, & non de præsenti, videlicet (Promicto quid, te desponsabo, docet *Gemin. cons. 61. num. 6.* sequitur *Card. Tusc.* qui & alia cumulat *concl. 402. & 407 lit. S.* & ad hanc materiam videndi sunt *Mozz. in tract. de contract. tit. de spons.* *L. desin. in summa in tit. de sponsal. Sanchez in suo tract. de matrim. lib. 1. tit de spons. & Guttier. in eiusdem nomini tract. c. 1. & 3. per totum.*

3 Probantur autem hæc sponsalia per simplicem sponsionem inter virum, & mulierem, *Dec. cons. 368. num. 2.* & latius *Mascard. de probat. concl. 1337.* vbi etiam quod sponsalia probantur sinè in præsens, sinè in futurum verba concipiantur, & quod illa probantur per accersionem sponsi, & sponsæ, sequitur *Menoc. de arbit. iud. cas. 103. lib. 2.*

4 Matrimonium verò probatur, quando constat illud celebratū fuisse, iuxta formam *S. C. Tr. sess. 24. de reform. matr. c. 1.* vt latius est videre apud *Gutti. de matrimon. cap. 40.* idem satis probabitur ex libris Parochi, plenè *Viu. dec. 489. nu 9.* vel per tres testes, qui fuerunt præsentes tempore celebrationis matrimonij. *Rota diuers. dec. 26. p. 1.* & de hac materia latè *Mascard de prob. concl. 1023. Vsq; ad 1033.* & plenissimè *Menoch. de præsumpt. lib. 3. c. 1.* qui etiam per plures modos probandi Matrimonium cumulat vt latius apud eos videri poterit, luculenter etiā tractat *Card. Tusc. concl. 129. Vsque ad 232.*

SVMMARIVM.

1 *Concubina priuilegiati, non gaudet priuilegio sui concubinarij.*
2 *Concubina Clerici qualiter sortiatur forum eiusdem, & nu. 3.*
4 *Coitus hodie extra Matrimonium est prohibitus.*

ARGVMENTVM.

Concubina habentis priuilegium Electionis Fori, An gaudeat eodem beneficio.

QVAESTIO VII.

1 Regula sit negatiua, nam concubina priuilegiati expellitur à patiendo priuilegio sui cōcubinarij circa forum, vt in terminis nostris firmauit *Cala in tract. de mod. artic. glo. 1. §. 1. nu. 92.* vbi allegat tex. in *l. de iure, in fi. ff. ad municip. & de incol.*

2 Licet clerici concubinam sortiri forum ipsius clerici, annuat *Gl. in cap. cu 32. distinct.* de quo vltra antiquiores videndi sunt *Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 21. nu. 37. & seq. Vulpel de libert. eccl. p. 3. n. 27. & Graff. in tract. de effect. cler. effect. 1. n. 181.* vbi plures citat, & ex *Arnon. problem. 81.* adducit rationem, quia concubina est de familia clerici, & sic per consequens est suppositi Iudici ipsius.

Vltra quod concubina solet haberi loco vxoris, vt per *Ar. hid. & reliquos per. illum tex. in cap. is qui. 34. distinct. Menoch. de arbit. Iudic lib. 2. c. 478.*

3 Tamen ego istorum opinionem putò veram circa ea, quæ tangunt materiam peccati, & sic concubinatus, non autem circa delicta, quæ forte concubina cōmisisset, & de illis inquireretur, nā tunc per suum Iudicem competentem esset cognoscenda, & sic seruatur.

Nec obstat id, quod diximus concubinam habere aliquid ratione vxoris, & consequenter vti vxor gaudere debeat
4 priuilegijs, nam idem verum secundum ius antiquum, non tamen hodie potest aliquid habere cum talis coitus vigore *Sacri Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrimon. cap. 8.* imò de iure nouissimo ciuili, & canonico sit prohibitus, vt probant *Gratian. lib. 1. discept forens. cap. 31. & Oter. Var. quæst. par. 3. quæst. 7. Auend. de exequend. mand. cap. 26. p. 2.* & sic ad aliud propositum respondet *Molfes. in commen. ad Consuet. Neap. q. 48. nu. 11. par. 4. de succes. ab intest.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium filij ascendit ad parentes, & n. 3*
2 *Nobilitas filij porrigitur ad patrem.*
3 *Pater, & Filius vnica censentur persona.*
4 *Vox filij, dicitur vox patris.*
5 *Caro patris defuncti, viuit in filijs.*
6 *Præsentatio facta à patre, non potest reuocari per filios.*
7 *Filius in vita patris non habet ius præsentandi.*

Fi-

9 *Filius potest iurare loco patris prædefuncti.*
10 *Mater maiora sustinet onera, quam pater.*
11 *Pater non conuenitur, nisi in quantum facere potest, & sic etiam mater, nu.12.*
13 *Instrumentum contra parentes non liquidatur.*
14 *Immunitas vigore duodecim liberorum suffragatur patri, & matri.*
15 *Mater naturalis non habet priuilegia iuris.*
16 *Mater naturalis non gaudet beneficio Consuetudinum Neapolis.*

SVMMARIVM.

Parentes, et sic Pater, et Mater, num gaudere possint priuilegio Electionis, et Variationis Fori, ex causa Filii priuilegiati.

QVAESTIO VIII.

1 Regula sit, vt pater filij priuilegiati, & miserabilis personæ gaudere possit Electionis fori beneficio, ex eo, quia filij priuilegium ascendit ad parentes, *l. in sacris la terza, C. de proxim. sacr. scrin. lib.11.* vbi pater dignitatem filij ad parentes extendi; nam dicit textus, quod in sacris scrynijs militantes, & eorum parentes vxores, & liberi gaudent fori præscriptione, & ibi etiam *Glo. in verbo parentes,* latius comprobat *Tiraq. de nobilit. cap.16.* & recenter *Gizzarel. dec.10.* ex cuius dictis benè patet Sacrum Regium Consilium nostri Regni Neap. inclinasse in illa opinione, quod nobilitas filij porri-
2 gatur ad patrem in causa Andreæ de Conterijs, quod pariter tutatur *D. Ricc. in sua praxi fori Eccles. resol. 545. p.1. in antiq. pag. mihi* 634. vbi consuluisse apparet patrem Episcopi plebeum gaudere dignitate filij quoad pœnas, itaut ignobilium pœnis plecti non debeat, iuxta quam sententiam ego quoque requisitus semel, atq; iterum voce consului.

Quæ regula fortificatur ex eo, quia
3 maxima est coniunctio inter patrem, & filiū, itaut iuris fictione pro vnica persona habeātur, eiusdemque personæ vice funguntur, iuxta *textum in l. fin. C. de impub. Aumens dec.7. num.38. lib.1. Morla in empor. vtriusq. iur. par. prima, tit.8. quæstio.2, num.3.* imò per veritatem vnicam personam reputari, declarauit *Castrens. cons.164. lib.2.* quem r fert *Martius decis. Rota Senens.15. nu. 12.* & latissimè declarat *Mascard. de probat. conclus.1156.* Adcò quod vbi filius est pater esse cēseantur, *cap. cùm contradicimus, §. authorit. 35. q.3.* &
4 vox filij, dicitur vox patris, *§. ei qui, Instit. de inutil. stipulat. Schenc. in tract. de feud. c.1. nu.14 Royz decis. Lituan 3. nu.357. Mysing. obser.23. cent.3.* licet enim filius sit nouus homo propter animam, quæ non est eadem cum anima patris, nihilominus caro paterna, non dicitur omninò extincta, sed potius aucta, & propagata, vt plenissimè probat *Benedict. in cap. Rainutius in vers. mortuo itaque testatore, nu.31. p.2. de testam.* & sequitur *D. Ricc. decis. Cur. Arch. 21. nu.10. p.2.* vbi *nu.11.* quod caro patris
5 defuncti, viuit in filio, & quod artiori vinculo homo homini non iniungitur, quam eo quo pater cum filio, cum filius sanguis patris vocetur, *l.4 ff. de inoff. test.* censeturque filius portio viscerum patris, *l. cùm scimus,* cum ibi notatis *per Luc. de Pen. C. de agric. & censit. lib.11. cap. hac authoritate 25. distin. glo.7. in cap. super eo, de testib.* cum latius notatis per *Decian. tract. crim. p.1. lib.4. c.99. nu.49.* & pater cum filijs pro vno capite reputantur, *Bal. in l. etiam, nu.15. C. de exeq. rei iud.* nec patris persona dicitur diuersa à filio, vt probat *Ludouis. dec.498. nu.7.* vbi etiam quod pater, & filius sunt vna identitas, ex *Bal. cons. 294. lib.1.* cum alijs de quibus *Tiraq. in præfat. l. si vnquam, nu.15. C. de reuoc. donat.* itaut factum ab vno censeatur factum ab altero, & ideò in facti contingentia rogatus de voto dicebam filios post patris mortem non potuisse reuocare quandam præsentationem factam ab eo tempore, quo viuebat, sed debuisse illam ab ipsis ratificari, quasi quod ab ipsismet iuris fictione censentur facta, dùm pater illam fecerat, præsentatus inquam à patre dicitur præsentatus à Filio, vt è contra, exclusus à patre, videtur exclusus à filio, iuxta ea, quod exclusa patris, persona censetur & filij persona pariter exclusa, *Grat. cons. 39. nu. 17. lib.1. Grass. de effect. cleric. effect. 1. n.190.*
7 licet filius in vita patris non habere ius præsentandi, annuant *Calder. cons. 17. de iu. patron. Oldr. cons. 22. Lambert. de iur. patron. p.2, lib.1. art.2. q.6. princ Verall. dec.131. n.3. & 363. p.2. Rota in Forolio de Michaelis 24. Ianuarij, & 30. Martij 1601. coram Eminentiss. Card. Lancellotto, & in Lucana Iurispa-*

S tron-

fronatus de podijs 21. *April.* 1621. *coram Illustriss. Dom. meo Coccino Decano*, quod tamen est verum in iure patronatus hæreditario, at secus si sit familiare, *Fader. de Sen. consil.* 111. *col.* 4. *n.* 9. *Rocch. de Curt. de iur. patr. in verbo competens, q.* 7. *n.* 18. *Rota in Florentina Canonicatus* 10. *Martij* 1603. *coram Eminentiss. Card. Lancellotto.*

8 Et hinc descendit, quod filius possit iurare loco patris prædefuncti, *Roman. consil.* 290. *Soccin. consil.* 89. *nu.* 5. *vol.* 3. *Roland. à Valle consil.* 52. *nu.* 10. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 190. *n.* 9. *cent.* 2. *Mascard. de prob. concl.* 957. *nu.* 64. *Gabr. concl.* 6. *nu.* 11. *de iur. iur.* cum alijs de quibus *Barbebus in tract. de filio familias q.* 37. vbi ponit casum, quendam Iudicem decreuisse, quod iurante actore reus condemnatus remaneret in summa petita, cumq; actor interea mortuus esset antequam iurasset, & venisset in iudicium filius Actoris defuncti, qui peteret sibi deferri iuramẽtum esset admittendus.

9 Amplia, suprapositam Regulam habere locum etiam in matre, quæ pariter posset vti priuilegio filij, *arg. tex. in l. pen. C. methat. & epidem. li.* 12. *Phab. dec. Lusit.* 55. *nu.* 7. *tom.* 1. cùm non debeat esse deterioris cõditionis patre, dùm illa maiora

10 sustinet onera, quam pater, eo quia antè partum est onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa, vt *in l. assiduis, C. qui potior. in pign. glo. in cap. ex literis, de conuers. coniug. Alciat. respons.* 16. *Merenda consil.* 91. *nu.* 6. *& seq.* cum latius notatis per *Monald. consil.* 71. *lib.* 1. vndè meritò videmus, quod sicuti pater à filijs non cõuenitur, nisi quatenus facere potest deducto nè egeat, *l. sunt qui*, §. *item parens, ff. de re iud* §. *sed & si quis, & ibi DD. Inst. de act. Napol. in consuet. vbi dos, post num.* 43. *cum seq.* vbi latè probat, quod dicta Cõsuetudo non intelligitur filio, vel filia exigente dotem à patre, *Præs. de Franch. dec.* 424. *Molfes. in consuet. Neap. q.* 9. *num.* 4. *cum seq. p.* 6. ita similiter nec mater, quæ

12 forsaisè administrauerit bona filiorum non conuenitur vltra quam facere potest nè egeat, *Barbat. in cap.* 2. *n.* 4. *de pignor. Addit. ad Mathesil. sing.* 108. *Montan. de tutel. & cur. c.* 15. *n.* 65. *Monach. in tract. de executin vectebus, c.* 12. *n.* 54. cum alijs de quibus *Castag. in tract. de benef. deducto nè egeat q.* 5. *ampl.* 2. vbi hanc conclusionem declarat eadem enim reuerentia, quæ debetur patri, debetur & matri, & filij patri, & matri æqualiter parere debent, *Bal. in l. cùm furiosus, n.* 1. *ff. de cur. furios Cra. uet. consil.* 49. *num.* 2. *vol.* 1. *Tiraq. de leg. connub. glo.* 5. *nu.* 36. *Mexia in tract. de stat. matrim. c.* 10. *li.* 1. *Mõgal. in tract. de metu c.* 4. *n.* 5. *& q.*

13 Et hinc vti contra patrem non potest liquidari instrumentum via ritus, iuxta tradita per *Præsid. de Franch. dec.* 161. cũ alijs de quibus *Pascal. de patr. potest. cap.* 9. *n.* 2. *p.* 2. sic etiam nec contra matrem illud liquidatur, vt decisum testatur *Battaglin. in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate, C. de in ius voc. D. Ricc. decis. Cur. Archiepisc.* 284. *nu.* 4. *p.* 4. *Gait. in tract. de credito c.* 3. *tit.* 1. *nu.* 1085. & hinc videmus, quod im-

14 munitas concessa patri ob numerum duodecim liberorum, ex *l. siquis decurio, C. de Decur. lib.* 1. competit etiam matri, vt ibidem dicit *de Bottis in addit. ad Bar.* qui sic decisum refert per Regiam Cameram, *Franc. dec.* 159. *D. Ricc. collect. decis.* 1707. *Pascal. de patria potest. cap.* 4. *par.* 4. quod ego in facti contingentia dixi esse verum, siuè ex vno, siuè ex pluribus viris vxor mater duodecim liberorum sit, quemadmodum è contra ita pariter dicimus, siuè ex vna, siuè ex pluribus vxoribus pater duodecim filiorum municeps fiat, vt summè notandum esse voluit *D. Reg. Constant in cit. l. si quis Decurio, nu.* 28. annuens ex *Pisc at.* quem allegat tali priuilegio gaudere vxorem eius viduam castè viuentem, siuè eorum singulorum liberorum mater fuerit, siuè aliquorum, siuè nullius ex ipsis.

Declarari potest, præfata Ampliatio non habere locum in matre naturali,

15 nam licet negari nõ possit, quin sit mater, non tamen habet priuilegia iuris; imò potius tanquam mater ex coitu illicito punienda est, vt per *Molfes. in comment. ad consuet. Neap. p.* 4. *de success. ab intest. q.* 48. *nu.* 9. quo in loco concludit, ma-

16 trem naturalem non gaudere beneficio consuetudinum, ex *Napod. in consuet. si quis, vel si qua, nu.* 76.

SVMMARIVM.

1 *Filius vtitur priuilegio fori, quo & pater, & mater, nu.* 22.
Siue sit masculus, siue fœmina, nu. 24.
Licet secus si sit naturalis, nu. 26. *Vel spurius nu* 37. *Licet fetus vbi filius esset legitimatus, nu* 48. *Et quid in filio adoptiuo, nu.* 54. *Et an debeant habitare cum Patre, num.* 56.

2 Pri-

2 *Priuilegia personalia patrum ad filios transeunt.*
3 *Priuilegia Doctorum communicantur eorum filijs etiam post eorum mortem.*
4 *Primogeniti Titulatorum stant coram Excellentissimo Regni Prorege capite cooperto.*
5 *Immunitas concessa patri, trahitur ad eorum filios.*
6 *Filiorum causa dicitur causa patris.*
7 *Filius representat patris personam.*
8 *Filij eorum, qui cesserunt bonis conuenti vti haredes gaudent cessione bonorum.*
9 *Possessio patris, & Filij est promiscua.*
10 *Pater, & filius pro vno capite in extimo reputantur.*
11 *Filius dicitur dominus in vita patris.*
12 *Homagium datur primogenito Regis.*
13 *Acquisitio noua non fit filio mortuo patre.*
14 *Filius dicitur venire ad bona paterna continuatiuè.*
15 *Releuium soluitur à succedente in feudo ob renouationem.*
16 *Surripienti bona paterna non datur actio criminalis.*
17 *Filius patrem hareticum denunciare non tenetur.*
18 *Torqueri vbi debent pater, & filius, à filio incipi debet, & quare, nu. 19*
20 *Confessus per torturam filij dicitur confessus in tormentis.*
21 *Filij aliquando puniuntur ob causam patrum.*
23 *Mater non habet Filium in potestate, & ibi multa illationes reponuntur.*
25 *Tutor datus filijs censetur datus filiabus.*
27 *Filius quis dicatur, & an naturalis, quoad commoda veniat appellatione filiorum, nu. 28.*
30 *Naturales prateritus à patre non dicit de nullitate testamenti.*
31 *Testamentum ratione sollemnitatis omissa nō sustinetur inter naturales filios.*
32 *Naturales patri non prosunt ad obtinendam immunitatem, nec ei succedunt, n. 41. Etiam stante statuto, nec eis iuuat praescriptio ordinaria, nu 46.*
33 *Naturalis filius non petit compromissum, & nu. 35. Nec sepelitur in sepultura suorum maiorum, nu* 38
36 *Lex loquens de filijs, non comprehendit spurios.*
39 *Remissio à spurio de morte patris non est necessaria.*
40 *Spurius non succedit in iure patronatus.*
43 *Hareditas venientibus ab intestato debetur vbi instituuntur spurij, & intra quod tempus talis institutio sit reuocanda, nu. 44. Et an termino elapso purgari possit mora, num 45.*
48 *Legitimati per subsequens matrimonium, dicuntur verè legitimi, & succedunt parentibus, nu. 40 Et reuocant donationem nu. 50. Sicque etiam dicitur de legitimatis per rescriptum Principis, nu. 51. Qui à patre prateriti habent ius dicendi testamentum nullum, num. 52.*
53 *Legitimatus excludit à fideicommisso relicto sub conditione si sine filijs decesserit.*
55 *Adoptiui, in quibus non veniant filiorum appellatione.*
57 *Filius quando dicatur habitare cum patre.*
58 *Nepos non habet priuilegium Aui, & quādo appellatione filiorum veniat, num. 59. & 60.*
61 *Filius potest carcerari ad instantiam patris, & an Nepos ad instantiam patrui, ibidem.*

ARGVMENTVM.

Filius miserabilis personæ, Nūm eodem Electionis Fori beneficio gaudeat, quo & Pater.

QVAESTIO IX.

1 REgula fit affirmatiua, vt filius miserabilis personę possit vti eodem electionis fori beneficio, quo & pater vtitur ex regula, quod priuilegium fori concessū patri extenditur ad filios, *Plat. in l. adoptiones, C. de decur. lib.* 10. vbi etiam *Alex. Aloys. de Leo in l. plures, nu. 11. C. de sacrosan. Eccles. & in l. 1. nu. 14. C. de Episc. & cleric. Franc. Marc dec. 887 tom.* 1. quos commemorando sequitur *Graff de effect. clericat. effect. 1. nu. 2202.* vbi *nu. 1589* annuit priuilegium clericorum extendi ad corū filios allegat. tex. *in l. omnes, & ibi Gloss. C. de Episc. & cler. Specul. in tit de cler. coniug. vers. & nota, quod non solum, Bertach. in suo repertor. in verbo, clerici filius, Afflictus in tract. de execut. §. 1, cap. 52. num 16. Bellug. in specul. Princip. rubr. 11. §. videndum, num. 6. Decian tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. n. 49.* sequitur *Squillant. de priuileg. cleric. cap. 8. nu. 13.* Vndè meritò in Regia Camera Summariæ seruatur filios Præsidentium, & Rationaliū esse immunes, ac exemptos à solutione iuris sigilli, prout & eorum

patres, vt testatur *D. Regens Moles in decis. eiusdem Tribunali manuscript.* .... & nos diximus *forens. quæst. 98. lib. 1.* quem locum recenter allegat *Thor. in compend decis. Regni, in verbo Filij Præsidentium, to. 2.*

5 Indè ficuti Aduocatus excusatur ab onere tutel. *Nic. de Neap. in l. professio, C. de muner. patrim. lib. 10. Ancharan. in clem. 2. de Magistr. Guid. Pap. dec. 38. & 388. Francisc. Marc. dec. 636. num. 4. Gutt. pract. quæst. lib. 1. cap. 23. Thess. quæst. forens. q. 9. n. 4. lib. 1. Fontanel. de pact. nupt. clauf. 3. glo. 3. n. 16. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 186.* ita pariter, & eorum filij ratione cuiusdam communicationis, & ex rei quadam comprehensiua, iuxta tradita in allegatione inserta apud *Pascal. de patr. pot. p. 2. c 8. fol. mihi 297.* vbi decisum iuxta hanc sententiam reperies.

Et priuilegia personalia (prout & est istud electionis fori) ad filios transire plenè defendit *Soccin. Iun. conf. 84.* de quo pariter habetur pulchrum, & notabile dictum *Bald. in conf. 345. nu. 5. vol. 2.* quare filios eiusdē matrimonij hæredes gaudere priuilegio deducto nē egeat pro restitutione dotium, prout & eorū patrem constat *ex l. etiam filios, & ibi Bart. Bal. & omnes, ff. solut. matrim. Rauen. in Alfabet. aur. vtriusq. iur. fol. 46. à tergo, Pras. de Franch. dec. 164. post n. 10.* & latius recenter prosequitur *Castagna in speciali tract. de beneficio deducto nè egeat, q. 3.* & Doctorum

3 rum priuilegia eorum filijs communicari suadet *tex. in l. medicos, C. de professor. & medic. lib. 12. Guid. Pap. dec. 189.* vbi concludit filios Doctorum etiam post patris obitum gaudere debere omnibus honoribus immunitatibus, & prærogatiuis, quibus eorum pater gauisus fuit, prout & nobilitas à patre acquisita ad filios se extendit, *l. 1. cum ibi notatis per Bar. nu. 49. & Plat. sub num. 1. C. de dignit. li. 12. Luc. de Penna in l. mulieres, col. 2. vers. 6 C. eod. tit. Andr. & Affl. in const. Regni, Prosequent,* itaut alij primogeniti titulato-

4 rum stant coram Domino Prorege, & cū eo loquitur capite cooperto, sicuti eorum patres, vt seruari in Regno Siciliæ refert *Graff. d. effect. 1. n. 194.*

5 Et hinc immunitas concessa patri, trahitur ad eius filios, *l. 2. C. de Episc. & cler. Reg. Rouit conf. 60. nu. 6. to. 2.*

Et filij Aduocatorum gaudent priuilegijs patrum, *Guid. Pap. decisio. 389. & ibi Addit. Franc. Marc. dec. 639. tom. 1. Mut. super consuet. Panorm. cap. 30. num. 14. Gratian. discept. for. lib. 1. c. 186. n. 4.*

6 Nam causa filiorum ipsiusmet patris causa est, *Ramonius conf. dec. 3. nu. 10.* vbi etiam *nu. 13.* annuit filium nihil aliud esse nisi renascentem patrem, ex *Parlad. quotid. quæst. in epist. 1.*

7 Filius inquam repræsentat personam patris, *l. fi. §. si quis, C. de nupt. l. cum scimus, C. de agric & censit. lib. 11. Castagna in tract. de benef. deducto nè egeat, q. 6. amplia. 4.* vbi etiam, quod filij illorum, qui bonis ces-

8 serunt cōuenti, vti heredes patris à creditoribus gaudent beneficio cessionis bonorum, vt eorum pater gaudebat, *ex Bal. in l. fin. de cess. bonor. Mut. super Cap. Regni Sicil. cap. 190. nu. 1.* promiscua est enim

9 possessio patris, & filij, & quod ab vno possidetur, censetur ab alio possideri, itaut vnicum earum censeatur patrimonium, *Bald. in l. 2. in fi. C. de legit. hered.* probans meritò in *l. prætor, §. sed & filius, ff. de edendo,* & alibi extimum patris prodesse filio seorsum habitanti, quod & pariter affirmarunt *Benedict. in cap. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore, nu. 45. p. 2. & Nig. in cap. Regni porrecta, num. 104.* adeo quod si vigeat statutum, siuè pragmatica, vt nemo valeat esse de antianis, nisi in Vniuersitatis appretio allibratus sit in mille, paterque plurium liberorū bona aureorum mille allibrata teneat, donec patris vita durat illud appretiū omnes filios insolidum iuuat, *Alber. in l. in suis, ff. de liber. & posthum. & 1. par statu. q. 71. & 109. Iaf. in l. sciendum, n 25. cum seq. ff. qui satisd. cog. Cuman. conf. 132. sub num. 1.* itaut in extimo communis pater, & fi-

10 lius repucentur pro vno capite, & sic sufficit, vt alter ipsorum registret bona, *Bar. in l. 1. §. Domini, il terzo, ff. ad Syllan. Bal. in l. etiam, col. pen. C. de exec. rei iud. Crau. consil. 249. nu. 10. Tiraq.* qui effuso sermone loquitur *in l. si vnquam, in præfat. sub n. 23. C. de reuoc. don.* vbi etiam *n. 21.* quod filius

11 dicitur dominus in vita patris, *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* prout & filius Regis, dicitur Rex, sic filius Comitis, & Baronis in vita genitoris, licet Regnum, seu Terram in sua dispositione, & in administratione non habeat, *cap. Moyses 8. q. 1. c. ego Ludouicus 63. distinct. l. emancipatum ff de Senator. gl. in c. fi. 24. q. 1. & in c. Adrianus, in verbo, Augustus 13. distinct. Azeued. lib. 7. recopil. tit. 2. de los hijo d'algo, nu. 5. to. 4. Loffre. conf. 17. n. 39. Iason. conf. 192. col. 3. vol. 2. Dec. conf. 262. col. 2. Anna filius in addit. ad Genitorem, in Constit. Regni Terminum vite, à nu. 26.*

à nu. 26. cum seq. Inde Regis primogenito
præstatur homagium, ac iuramentum
fidelitatis durante vita patris Regis,
*Molin. de Hisp. primog. lib. 3. c. 6. nu. 19. Abu-
lens. lib. 2. paralipom. c. 11. in fine, D. Balbea de
Monarchia* Regum *quæst. 2. num. 12. fol. 489.*
affluenter *Mastrill. in tract. de magistrat.
cap. 5. lib. 1.* vbi hanc conclusionem decla-
rando enodat, latè *Viscon. concl. iur. in ver-
bo, filij Regis,* & secundum *Bened. in d. cap.
Rainutius in verbo, Mortuo itaque testatore,
nu. 48. p. 2.* mortuo patre non fit noua
13 acquisitio filio, sed est potius quædam
cõtinuatio eiusdem dominij, adeoquod
nec momento temporis dici potest pa-
ternam hæreditatem iacuisse, ex nota-
bili *Glo. in l. cum hereditas, C. depositi,* quare
licet hæreditatis obuentio in quolibet
extraneo titulo lucratiuo acquiri dica-
tur, vt ex *l. 1. C. de impon. lucrat. descript.*
docuit *Glo. in l. si duo, ff. de acquir. hæredit.*
tamen respectu filij non dicitur lucra-
tiuus titulus, sed in bonis paternis na-
turaliter debitis dominij continuatio,
*l. scripto, ff. vnde liber. l. cum ratio, in princip.
ff. de bon. damnat.* filius inquam dicitur
14 venire ad bona paterna continuatiuè,
non acquisitiuè, *§. 1. de success. feudi, §. ergo
sciendum, Authent. quib. mod. nat. effic. legit.*
& alijs apud *Martam* recenter *cons. 148.
nu. 1.* adeò, quod eximitur filius de pa-
terna hæreditate gabellam, decimam,
siuè aliud onus fortè vigore statuti de-
bitum de titulo lucratiuo bonis quæsi-
tis soluere, vt fusius post reliquos pro-
mulgauit, *Surd. decis. Mant. 96.* & nouiter
scribit *Barbosus in tractat. de filio familias
q. 30. num. 22.* Vnde videmus DD. incli-
nasse mortuo emphiteota non cogi filiũ
de re emphiteotica, in qua succedit sol-
uere laudemium domino directo, *Ias. in
l. fin. nu. 50. C. de iur. emphit. Dec. cons. 443. sub
nu. 5.* & alibi *Bal. in c. quæ in Ecclesiarum, de
constit. qui in cap. 1. §. fin. de feud. cognit. ex
Glo. ibid.* assignat rationem, eò quia filius
succedens patri, non dicitur acquirere,
sed acquisitum capere, sequũtur *Cassan.
in cons. 23. num. 27. Tiraq. in præfat. d. l. si vn-
quam, nu. 20. & Bened. in sæpius cit. loco n. 61.*
licet affirmet in sua patria solui quædã
accapita, secundum quod fuit conuen-
15 tum, & consuetum, prout in Regno
exemplificari potest in materia feudali
releuium, quod soluitur ab hæredibus
vassallis ab hærede succedente in feudo
ob renouationem, & confirmationem
inuestituræ, ac in signum deuotionis, &
reuerentiæ, *vt in Constitut. Regni, Post mor-
tem.*

Quamuis vbi fit refutatio à patre
filio, aut alteri immediatè successuro in
feudo releuium non præstetur, *Isern. in
cap. 1. §. sed & res, nu. 15. per quos fiat inuest.*
vbi etiam *Affl. n. 25. Frec. de subfeu. author.
3. nu. 43. Anna alleg. 23. nu. 6. & 7. Greg. de
concess. feud. q. 16. de iur. releu. p 8. Intrigl. de
feud. art. 5. num. 1078. Mastril. decisio. 1.
num. 10.*

15 Indè contra filium surripientem bo-
na paterna non dari actionem crimina-
lem, meritò probat *Giurba consi. crim. 68.*
quod ego practicaui vti Regius Gu-
bernator Agerulæ, & Plagiani in causa
Francisci de Auitabulo, Caluanico
Actuario.

Et ex hac coniunctione inuincibiliter
descendit illud, quod filius sicuti seipsũ
17 denunciare non tenetur, ita nec Patrẽ
hæreticum, vt docent *Alex. de Alen. p. 3.
q. 23. memb 4. art 2. dub. vlt. Royas singul. 12.
nu. 2. Valer. in differ. inter vtrumque forum, in
verbo, Hæresis, differ. 1. nu. 4. D. Ricc. dec. 278.
n. 8. p. 3.* nè videatur propriæ personæ
insidiator, & si contrariæ opinionis se-
ctatores non deficiant, vt inter cęteros
fuere plures, quos consarcinauit *Farin.
in tract. de hæresi q. 197. §. 2. n. 40. Concitat. in
Respons. moral. lib. 4. q. 8. n. 3. Azor. instit. mo-
ral. lib. 2. p. 2. c. 2. q. 13. Suar. in tract. de fide di-
sput. 20. sect. 4. n. 21. Portel. in dub. Regul. vers.
correctio fratrum, n. 11. tom. 1. Bonaci. de cen-
sur. dispu. 2. q. 6. pun. 5.* quorum tamen opi-
nionem in quodam discursu habito cũ
nonnullis Theologis grauis eruditionis
dicebam esse veram vbi alij non ades-
sent, qui talem tanquam hæreticum
scirent, & hæresis tenderet in perniciem
publicam, puta alias instruendo in tali
pexima, & abominabili via, ex *Simanch.
in lib. de Cathol. Instit. tit. 29. nu. 4. Filliucc. in
tract. 40. cap. 8. num. 233. tom. 2. & Genuen.
in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 18.
num. 9.*

18 Et iure optimo ex supradicta coniun-
ctione inter patrem, & filium descende-
re etiam videtur, id quod asseuerarunt
DD. quod si sint torquendi pater, & fi-
lius, à filio debet incipi in conspectu pa-
tris, *Marsil. in l. 1. §. inauditum, num. 7. ff. ad
leg. Cornel. de sicar. Gandi. in tit. de quæst. n. 11.
Tiraq. in l. si vnquam, nu. 8. C. de reuoc. donat.
Clement. in tract. de patria potest. cap. 4. nu. 4.
Baiard. ad Clar. q. 64. nu. 91. Menoch. de præ-
sumpt. 56. nu. 5.* quia pater magis torque-

S 3 tur

tur in filio, quam in propria persona, &
magis diligat illum, quam seipsum,
§. sed voces, Instit. de Noxal. l. isti quidem, ff de
eo quod met. caus. & filius vbi torquetur
19 pater, etiam torqueri præsumitur, *Glo.*
in cap. afferte, de præsumpt. & ideò nihil no-
cet confessio facta à patre metu tortu-
ræ filio inferendæ, vt docet ibidem *Fe-*
lin. n. 1. & voluerunt *Amod. cons. 106. n. 61.*
vol. 1. Menoc. de præsump. d. præsumpt. 56. n. 12.
quia eadem causa metus cõsiderari po-
test in filio respectu patris, cùm sint cor
relatiui, *Archidia. in c. quamuis, il primo, de*
preben. in 6. & quod ex filiorũ pęnis ma-
gis cruciantur eorum genitores id in
facti contingentia expertum fuisse, tra-
dunt *Regem Carolum II.* qui dùm pater,
& filius cuiusdam grauis delicti rei age-
rentur, & nimis ambiguum esset, vt &
verum illud commisisset prudens Rex
mandauit filium furca suspendi, quam
audiens pater sententiam, adeo territũ
fuit, quod statim se illius delicti verus
authorem fuit confessus, vnde rei veri-
tate cognita ipse fuit morti traditus li-
berato filio, vt refert *And. in c. si verò, in*
publici latrones, n. 33. de pace iuram. firman.
cuius exempli meminit etiam *Sebast. Sa-*
pia in repet. l. fi. C de impub. & alijs subst. n. 8.
qui refert notabilem conclusionem,
quod si eo casu, quo pater confessus fuit
delictum, & suspensus vt filium liberaret
postea fortè contingeret per alias li-
quidas probationes reperiri delictum
verè commissum fuisse per filium iam
liberatum amplius ob eam causam mo-
lestandus non est, cùm satis sit pro eo
patrem maleficij commissi debitas pœ-
nas substinuisse, & si aduersetur *tex. in l.*
qui seruum alienum, ff. de interrogat. actorum,
in quo expressè cauetur, quod si quis
confessus homicidium, & pro eo deca-
pitatus, si postea inueniatur verus ho-
micida non excusantur à pœna quem
tex. dicit singularem *Iason in l. error, nu. 4.*
C. de iur. & fact. ignor. & ita per illum tex.
ex communi Doctorum sententia tradit
pro regula, quod pœna exequuta con-
tra innocentem non prodest verò delin-
quenti, posteà reperto, *Caball. resol. crimin.*
casu 36. per tot. & 1. sed fortè ille tex. pro-
cedit in extraneo, non in patre, qui re-
putatur eadem persona cum filio, iuxta
deducta *per, Paschal. in tract. de patria potest.*
p. 3. c. 1. nu. 17.
20 Indè confessus per torturam filij di-
citur confessus in tormentis, *Bal. in l. vn.*
in fine, C. si Rect. Prouinc. Nec dicitur pa-
ter à carcere liberatus, si ibi dimisit fi-
lium, aut in obsidem dedit, *Felyn. in cap.*
afferte, nu. 2. de præsumpt. Dec. cons. 119. col. 4.
Cassan. cons. 14. nu. 15. Boss. in pract. crim. tit. de
carcer. in fi. annuens Regem Franciæ ca-
ptum à Carolo Quinto Imperatore re-
lictis filijs pro obsidibus relaxatum
fuisse.
21 Quare non sine ratione videmus ali-
quando filios ob parentum delicta pu-
niri, ut in *c. ad abolendam, de hæretic. l. quis-*
quis, C. ad l. Iul. Maiest. & in alijs casibus,
quos recollegit *Affl. in const. Regni, Pata-*
renorum, rubr. 2. n. 33. cum seq & post eum
Couar. var. res. lib. 2. cap. 2. vt parentes ipsi
metu pœnæ filijs insligendæ, à delictis se
abstineant.
Taliter, quod doctè iuxta morem pa-
ter æloquentiæ *Cicer. li. 1. epist. 12. ad Brut.*
in ista, quæ sequuntur prorupit verba
videlicet (Nec verò me fugit, quam sit
acerbum parentum scelera filiorum
pœnis lui, sed hoc præclare legibus cõ-
probatum est, vt charitas liberorum
amicitiores Reipublicæ parentes red-
deret, etenim cùm potissima ferè causa
pœnarum ea sit, vt homines à facinori-
bus perpatrandis formidine deterrean-
tur, nulla alia magis acerba, quæ ansia-
re afficiat tristitia, quam cum quis cer-
nit filios suos ob sua ipsius malè acta
affligi, & paupertatem, ac infamiam,
aliaque incommoda pati, quæ res mul-
tos quidem à sceleribus auertit, & ne
similia audeant admonet, atque deter-
ret.
Quæ sanè regula est vera, etiam quã-
do mater esset priuilegiata, quia ex cau
sa matris, adhuc filius consequeretur
22 priuilegium ex idemptitate rationis, &
sanguinis coniunctione, quæ naturaliter
magis inest inter filium, & matrem, quã
inter patrem, vnde filius benè represen-
tat personam matris, & è contra, itaut
pro singulari, & vnica persona facilè ha
beantur, & dispositum ad fauorẽ vnius
debet provedere ad iuuamen alterius,
tanquam dependentis ab altero, vnde
filium sortiri priuilegia matris, proba-
tur *in c. cùm dilectus, de his, quæ vi, metusue*
caus. fiunt, quem tex. ad id adducit *Mas-*
sobrius in praxi concurs. ad parroch. prælud. 13
dub. 1. nu. 2. pag. mihi 168.
Quamuis obstare possit, quod mater
non habeat filium in potestate, & conse-
23 quenter, neque priuilegio filij vti va-
leat

leat, *l. fœmina, ff. de adop. l. mulieres, C. eo. d. tit.* per quæ iura firmauit *D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 284. *p.* 4. Iudicem ad matris instantiam pro morum correctione non posse tenere filium in carceribus annuens, ita fuisse decisum, vndè quoad matris hæreditatem filius, dicitur extraneus, argum. eorum quæ notauit *Alex. cons.* 34. *nu.* 5. *lib.* 3. & *Socc. Sen. cons.* 57. *n.* 9. *lib.* 4. quos refert recenter *Christophorus Martius examinat.* 50. *n.* 4. *inter decis. Senenses*, dicens infra allegandos Doctores, per hoc rationem tenere, quod filius nō dicatur matris hæres, etiam quando ipse actor est, *Magon. dec.* 62. *nu.* 13. *Cartar. dec.* 32. *in fi.* vbi adducit *Bal.* latè affirmantem id *cons.* 34. *n.* 19. & *seq. Gail. obser.* 118. *lib.* 1. *lib. Amend. ad Franc. dec.* 80. *n.* 21. licet contrarium defendat *Carroccius decis.* 43. Et hinc filius in furore constitutus hæreditatem matris sibi delatam ad hæredes non trasmictit, adeò quod nec hæredibus ex persona furiosi restitutio in integrum concedatur, *Berliech. dec.* 147. *Dom. Ricc. collect. decis. collect.* 2586. cùm regulariter Furiosus hæreditatem extranei non tranimictat, vt per *glo.* cōmuniter approbatam *in l.* 1. *ff. de bonor. possess. furios.*

24 Amplia, suprapositam conclusionem procedere tàm in filio masculo, quàm in filia fœmina, *ex glo. in l. filij appellatione, in verbo, omnes. ff. de verb. & ver. signific.* vbi quod appellatione filiorum veniunt fœminæ, *l. si quisquis, eod. tit. l. iusta interpretatione, ff. cit. tit. Bald in l quicunque, nu.* 12. *C. de seru. fugit. Sonsbech in tract. de vsib. feud p.* 9. *num.* 15.

25 Indè tutor datus filijs, intelligitur pariter datus filiabus. *l. si ita scriptum, ff. de leg.* 2. *l. si quis ita dederit, ff de testamen. tutel. Barbob. in tract. de filio familias, q.* 3. quo in loco principalem opinionē varijs medijs confirmat, respondendo contrarijs, & illam ampliationibus, & declarationibus ornando.

26 Declara tamen, suprapositam regulam procedere in filio legitimo, & naturali, non autem in naturali, & illegitimo, prout in materia immunitatis iure sigilli, determinauit Regia Camera Summariæ, vt diximus *lib.* 1. *forens. quæst. cap.* 98. & *tutatur Grass. de effect. cleric. d. eff.* 1. *nu.* 203. vbi quod, cùm ipse non sit in potestate patris, nullam ex persona ipsius patris potest consequi beneficium immunitatem, vel priuilegium, allegat *Aloys. de Leo in l. ad instructionem, nu.* 5. *C. de sacros. eccles.* addo tex. *in l libera, ibi, nec vt Decurionis filius, C. de suis, & legit. hære. Otalor. de nobilit.* 4. *p. c.* 2. *nu.* 4. *Aegid. de iure honestat. art.* 13. *nu.* 43. *Phœb. decis. Lusit.* 55. *n.* 8. *to.* 1. vbi alios citat.

27 Naturalis, inquā, nō est in pōte patris, *§. fin. instit. de nupt. Christof. Mart. exam.* 14. *nu.* 15. *inter decis. Senenses*; quia verè appellatione filij talis non continetur, *Triuis. dec.* 26. *nu.* 5. *lib.* 1. cùm filius in propria significatione is dicatur, qui ex marito, & vxore procreatur, *l. filiū, ff de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. fi. C. de natur. liber.* & filius naturalis, sub nomine filiorum non venit, *Azor. instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 6. *q.* 11. *Gratian. discept. forens.* 187. *nu.* 8. maximè quoad filiorum commodum, quia tantò magis tunc non dicitur filius, vt notarunt *Bar cons.* 239. *post num.* 1. *qui alios citat Alex. cons.* 60. *vol.* 2. *per glo. in clem.* 1. *de baptism.* vndè honore parentum, nec dignitate gaudent, *l. cùm legitimè, vbi Glos.* & *DD. de stat. hom. l. filium, § liberos, de Senator. Bal in l. cùm antiquioribus, C. de iur. deliber. Abb. in cap. licet, de censibus, Laudens. in tract. de dignit. versic.* 44. & de nobilitate loquendo scribit *Bar. in l.* 1. *n.* 50. *C. de dignit.* & plenius tangit *Tiraq. de nobilit. cap.* 15. vbi enim fit mentio filij respectu dignitatis assequendæ, imò pœnè infligendæ intelligi de legitimo, & naturali docuit *Bal. in cit. l. filium, ff de his. qui sunt sui, vel alien iur.* & post *Bellug. in spec. Prin. rubr.* 7. *de habilit. Curia, nu.* 11. imò naturalem non dici de agnatione paterna, & prohiberi vti insignibus patris, plenè tractant *Duen. regul.* 69. *Guid Pap. dec.* 580. & 897. *Roias in episthom. success. cap.* 15. *Affl. de iur. prothomis. §.* 1. *num.* 32. *Tesaur. forens. q.* 45. *lib.* 2. itaut illos, nec hierosolomitanorum militum habitum suscipere posse. l3 eorum patres ex quatuor par-
30 tibus nobiles esse ostendunt, iuxta dictæ Religionis stabilimenta, sectatur *Surg. de Neap. illust. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. & ideò naturalem præteritum à patre, nō posse dicere testamentum nullum, communis DD. vox cantat, vt constat *ex glos. in l.* 1. & *ibib. Bar.* & *reliq. ff. de bonor. possess. contra tabul. Bal. in l. fi. C. de natur. liber. Couar. in epithom. de spons. p.* 2. *c.* 8. *§.* 4. *n.* 16. *Decian. cons.* 19. *nu.* 70. *vol.* 1. *Natta in repet. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, q.* 14. *C. de testamen. Foller. in Const. Regni, Sicut accepimus, sub n.* 24. *Viuius in silua com. opin. concl.* 315. *n.* 18. *Barbob. in tract. de filiofam. q.* 5. vbi plura

cos.

coaceruat in hac materia ; licet eis debeantur alimenta, ex textu aperto, in *Auth.licet,C.de natur.liber.* Et hinc testa-
31 mentum imperfectum,ratione sollemnitatis omissæ,quod sustinetur inter filios legitimos,& naturales, vigore *l.hac consultissima,§.ex imperfecto,de testam.* non sustinetur inter naturales,vt à communiori DD.sententia receptum est, *Benedict.in cap. Rainutius, in verbo susceperit liberos,nu.60. C.de reuoc.donat. Gribal. in suis comm.opin in verbo,Naturalis, Clar.in §.testamentum,q.11. Boer.dec.240. nu.13.* & sic
32 de singulis, prout filij naturales patri non prosunt ad obtinendam immunitatem,*l.si quis decurio,C.de decur.lib.10. Cotta in memor.in verbo,Bastardi, Tesaur.dec.267. nu.12. D.Ricc.collect decis.collect.42.*nec naturalis consequitur immunitatem concessam patri,*Tesaur.for.quaest.5.lib.3.*

Quare rationabiliter de anno 1617. ad excludendam Dianam Abbatē prætensam filiam naturalem q.Fabritij Abbate,& prætensam neptem Isabellæ Abbate sororis vtrinque coniunctæ dicti Fabritij super petitione compromissi, seruata forma Regiæ *Pragm.Odia litium, sub rub.de arbitr.* vltra supradicta considerabam,quod pragmatica illa coniunctos per consanguinitatem, & affinitatem vsque ad quartum gradum de iure
33 ciuili computandum ad compromittendum artauit, quamobrem naturalis filius,ex quo non est coniunctus illegitimus dicetur, qui succedit aliquo modo ab intestato,*Glo.& DD.in cap.postremo.de appellat. quos citat Lanar.cons 53.n.10.post Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.9.n.23.*certum est naturalem agnatis, & cognatis patris in nulla parte succedere,*§. filium,in authen.quib.mod.natur.effic.leg.l.communium, §.1.vbi Salic.C.de natur.liber.* ergo his nō coniungitur *glo.in l. hac parte, vers.nascuntur,ff.vnde cognat.*prout & coniunctorum appellatione non venire naturalem,post plures DD.quos allegat sequitur *Borrel. de compromiss.§.1.gl.3.nu.63.*

34 Prout nec consanguineorum appellatione includi, punctualiter docent *Bal.in l.fratres,nu.2.C.de inoff.testa. Anchar. in cap.Canonum statuta, de constit. Cauens. in d.prag.odia,de compromiss.* nec dici agnatum concludendum est,quia agnatio ex legitimis nuptijs originem trahit, vt plenè probat *Napod.etiam in materia statuti fauorabilis,in consuet.Neapol. si quis,vel si quasin verbo,ex parte patris, num.169.* vndè
35 meritò sequitur in dispositione pragmaticæ naturalem non comprehendi, prout & ita iudicauit in dicta causa S.C.per quod fuit dictum, procedendū esse in eodem S.C.,petito compromisso non obstante,die 25. Iunij 1625. in Banca Figliolæ,Scriba Puluerinus; Quæ decisio pluribus est roborata authoritatibus DD.& præcipuè *Alex.ex l.ex facto, §.si quis rogatus, ff. ad Trebell. Dyn. cons.16. Castrens.cons.178. Marsil.sing.467. Dec.cons.274. Grat.cons.145.vol.2.Marant.in praxi p.6 tit.de compromiss.n.21.& 33. Io.And. in cap.fin.de consang.& affin.Carani. & Vrsil.ad Afflic.dec.36.Pascal.de patria potest.p.4. c.2.nu.13.Borrel.* qui hanc tuetur,& de communi testatur *d.§.1.glo.3.nu.169.& seq.* vbi *nu.174.* plures cumulando idem procedere, si fuerint legitimati asseuerat,quòd pariter probauit *Bologn.etiam cons. 59. nu. 13.* quare vassallo non teneri præstare adiutorium pro filia naturali maritanda,dicit *Boer.dec.127.& 240.n.11.* quod in Regno intelligas, nè debeatur totum,sed pars sic; vide *Ann. singul.121. Iacob.de feu.vers.qui quidem inuestiti.*

36 Quæ sanè declaratio eo maximè à fortiori habebit locum, vbi filius esset spurius,cùm huiusmodi filius non sit de agnatione,& consequēter paterno priuilegio frui nequit, *Bar.in l.pronunciatio, §.familiæ, ff.de verb.signif. Rocch. de Curt.in tract.de iur.patron.in verbo ipse, vel ius,n.13. Perez.in l 1.tit.1. lib. 4. ordin. vers.secundo conclusio, Gutt.pract.quaest.lib.2. q.155.Tosc. concl 414.lit.S.Cernantes in l.10 Thauri,nu. 10.Valasc. in l.40.Thauri,glo.11.n.44.Molin.de Hispan.primog lib.1.cap.4.n.46.Ant. Gomez in l.70.Thauri,nu.4.Mant.de coniect. vlt.vol.lib.8.tit.12,à nu. 20.*

37 Quare legem, de filijs loquentem spurios tanquam reprobatos non continere,notauit *Marchesan.in praxi commiss. tit.de Aduoc.causp.2.§.2.n.112. ex Bal.in l. generaliter,§.cum vutem,sub nu.2.C.de incest. nupt.Tiraq de nobilit.cap.15.nu.14.* qui superiori numero annuit,illos non posse vti armis,&insignibus parentum,*Bar.in tract.de insignibus,& armis,nu.10. Otalor.de nobil.2.p.3 par.cap.3.nu.3. Franc.Marc.decis. 1140.tom.1.* prout nec possunt sepeliri in
38 sepulchro maiorum parentum, seu in cappella constituta pro sepultura descendentium de familia,*l.ius sepulchri,& l.si sepulchrum,C.de relig.& sumpt.funer.Siluestr.in summa in verbo,sepultura,4.8.dist.4.* Et hinc leges retractus, vt consanguineus

neus possit rem retrahere pro tanto, in
spurijs minimè procedunt, *Roias in epith.*
success. c. 20. nu. 104. Tiraq. de vtroq; retract.
§. 1 glo. 8. in princ. n. 6. Et hinc remissionẽ
spurij non requiri de morte patris, cũ
39 illi remissionem facere nequeant, tutan-
tur *Damauder. in praxi crim. cap. 146. Vulp.*
in tract. de pace, & indult. q. 17. Borrell. ad
Bellug. in spec. Princ. rub. 7. de habil. Cur. lit. K
vbi alia in medium adducit; quod Re-
gnicolæ notent, ad ornatum *prag. 8. sub*
rubr. de composit. nec illos admicti ad tu-
telas consanguineorum patris, *ex l. te-*
stamento, vbi glo. & DD. de testam. tutel. fun-
darunt *Alex. cons. 4. volu. 4. & Ruin. cons. 9.*
nu. 4. vol. 4. quos sequitur *Spin. in specul. te-*
stam. glo. 16. nu. 34. firmans *nu. 35.* spurios
non succedere in iure patronatus pa-
40 rentum alia pariter in hac materia cu-
mulando, de quo vide *Gars. de benef.*
d. cap. 15. p. 7. à num. 36. & de illegitimis
& bastardis loquitur *Gratian. disc. forens.*
lib. 2. cap. 218.

Prout hinc iuridicè videmus, huius-
41 modi spurios nullo modo patri, aut co-
niunctis ex linea paterna succedere, nec
posse à patre hæredes institui, *§. fi. Auth.*
quib. mod. natur. effic. legit. Auth. ex complexu
& ibi DD. C. de incest. nupt. Auth. licet, in fi.
C. de nat. fil. Affl. dec. 96. Gail obseru. 88. lib. 2.
Ludou. decis. Perus. 18. Alciat. lib. 4. parergon.
cap. 5. Grassal. lib. 1. regal. Franc. iure 7. Lege
Dei, inquit D. August. in lib. quæst. super
Leuit. cap. 77. *constitutum est, vt quicunque*
nati sunt ex incestuoso coitu, nec filij reputẽtur,
nec parentibus succedant, & habetur *in cap.*
quidem 35. q. 7. & etiam si ex pupillari
substitutione vellent paterna bona ca-
pere, adhuc prohibentur *per l. si is qui, ff.*
de vulg. Bal. in l. eam quam, nu. 35. C. de fidei-
commiss. Couar. in epith. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 5.
n. 4. Plaza in epith. delict. cap. 41. n. 13. qui no-
uissimi affirmarunt huiusmodi neque
vulgariter, aut fideicommissariè substi-
tui posse, sequitur *Benedict. in cap. Raynu-*
tius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam
nu. 128. & 690. C. de testament. & plene re-
center in materia *Balthaxar. Thomas. in*
tract. de vlt. volunt. tract. 2. c. 23. Itaut nec
42 pro anima, eis quicquam reliqui posse;
annuunt communiter *DD. in l. 1. C. de sa-*
cros. eccl. vt testatur *Suar. in l. 1. for. tit. de*
toto home, Crass. lib. sententiar. §. Institutio, n. 9.
scribens *n. 11.* vt nec statuto induci pos-
sit, vt filij spurij institui valeãt, vel alias
sint paternæ hæreditatis capaces, *Aret.*
in l. cunctos populos, C. de summ. Trin. & Fide
Cathol. nu. 15. Caccialup. in l. omnes populi, ff. de
iustit. & iure, vbi de approbata DD. sen-
tentia testatur, quam similiter, & præ-
dicant, *Boer. dec. 129. nu. 9. Dilect. de arte te-*
standi, tit. 1. caut. 14. Surd. de alim. tit. 1. q. 10.
nu. 3. latè *Borrel. de magistr. edict. lib. 2. c. 2.*
nu. 38. cum seq. Soarez in tract. de matrimon.
dub. 2. fund. 2. num. 7. Vasq. controu. illust. lib. 3.
cap. 102 nu. 10. Caballin. milleloq. 767. Lopez
p. 5. tit. 8. l. 28. in gl. super verbo, seg un se auie-
ne, Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 21. num. 217.
Suarez in thesaur. recept. sentent. lib. 5. n. 169.
annuens *n. 172.* quod institutis filijs spu-
43 rijs hæreditas debetur ceteris venien-
tibus ab intestato, vt post alios assentie-
re, *Coctal. in aduers. ex pandect. in l. cum hic*
status, ff. de donat. inter virum, & vxor. Crass.
comm. opin. lib. 1. cap. 5. q. 15. Brun. inter consil.
vltim. volunt. cons. 176. nu. 40. Spin. in spec. te-
stam. d. glo. 16. nu. 46. Duen. regul. 366. ampl. 3.
44 dicens, quod huiusmodi succedentes ab
intestato debeant intra duos menses
agere ad reuocandam institutionem
factam spurio, quia alias admicteretur
Fiscus, ex *l. 1. §. fi. C. de natur. liber. & ex*
l. 1. in princ. & non intelligitur, ff. de iur. fisc.
quod pariter fundarunt *Bald. in l. certum,*
col. 4. C. vnde legitim. Corn. cons. 104. volum. 3.
Roias in epithom. success. c. 20. nu. 19. Crauetta
cons. 166. nu. 15. Menoch. cons. 60. nu. 41. vol. 1.
Io. de Garronibus in repetit. l. 1. num. 101. C. de
secund. nupt. Meneses in rubr. C. de fideicomm.
4 nu. 12. cum seq. Anna sing. 17. & ibi etiam
Filius in addit. Petr. de Monteforte inter sin-
gularia Barthelom. de Capua pag. 456. qui
testatur ita fuisse decisum in Sacro Re-
gio Neapolitano Consilio, prout & re-
fert *Capreol. in suo tract. de success. ab intesta.*
lib. 1. nu. 117 pag. mea 113. vbi etiam *nu. 118*
45 voluit, quod tali termino elapso, mora
purgari minimè poterit, allegat *Crau.*
memor. cons. 166. num. 15. addo *Paschal. de*
patria potest. cap. 1. num. 40 par. 2. ea ratio-
ne, nam post terminum lege, vel statuto
præfixum quis morem purgare non va-
let, nec est audiendus, *Alex. cõsil. 133. in*
fi. vol. 6. cum recollectis à *Tiraq. de retra.*
lignag. §. 3. glo. 4. nu. 2. licet hanc opinionẽ
procedere in spurijs natis ex personis
constitutis in dignitate, & fœminis vi-
libus, vt Fiscus auferat post duos men-
ses infra quos personæ ibidem nomina-
tæ agere neglexerint ad reuocanda re-
licta illis spuris, & non ad alias spurios
extendi debere affirmet *Lup. de illegitim.*
coment. 2. §. 2. nu. 48. fol. meo 135. post *Pereg.*
de iur. fisci lib. 3. tit. 18. n. 1112. & lib. 3. ti. 17.
nu. 1.

num.1.Couar.in emphit.de sponsal. par.2. c.8. §.5.num.3.& Paleot.de noth.& spur.cap.43. nu.3 prout,& loquitur *d.l.1.C. de nat.libe.* quę non habet locum,quando alijs spurijs minus odiosis fuisset relictum,cum in huiusmodi casu debeat veniente s ab intestato infra legitima tempora admitti, & ex lapsu bimestris non excluduntur,vt per *Beroum consil.164. num.13. lib. 2.*

Et in tantum huiusmodi spurij arcẽtur à paterna hæreditate, vt nequeant
46 relicta à patre,etiam si iusto errore putassent eos legitimos esse præscriberę tempore ordinario decem, vel viginti annorum spatio, sed tempore triginta annorum, *glo. in l nemo, ff pro legat. Bal. in l.id quod pauper.69 num.34. C.de Episcop.& Cler. Salic.in l.1. C.pro hered. Alex.cons 74. nu.7 lib.3 Corn.cons.236.nu.4.lib.4 Chouer. in tit. de publ concubin.pag.315 nu.16.* vbi testatur de veriori opinione *Balb.de præscr. 4. par.4. princ.quæst 18. Perez lib. 8 ordin. tit.15.pag.304.ver.f.quod autem,col.1.Paleot. de noth & spur. cap.51 nu.4. Pereg.de fideic. art 23.nu.95 Valasc.dec 15.Lup.de illegitim. comment.2. § 2. nu 47. fol.* 135. imò nullo tempore à patre eis relictum præscribi posse,firmauit *Forster de success.lib.6. c.47. nu.13.*

47 Subdeclara tamen, hanc declarationem non procedere,vbi filius esset legitimatus per subsequens matrimonium, cùm filij taliter legitimati, nullo modo differant à veris, legitimis,& naturalibus,*§.dubitatum Auth.de incest nupt. l.nuper,C.de natur.liber. cap.tanta qui filij sint legitimi, Ias in l generaliter, §.cum autem,C. de Instit & substit.Dec.cons.399 Bursat.consil.17.n.2,* vbi testatur de communi opinione *Suarez in thesaur.recept.sentent.lit.L, nu.174.* cum aliis de quibus apud *Gabr. concl.1.de legitimatione*, latè recenter *Santarell.var.resolut.cap.22.* vnde appellatione legitimè natorum venire huiusmodi legitimatos per subsequens matrimonium,affirmauit *Alban. in l Gallus, §.& quid si tantum,nu.11. ff de liber. & posthum. Ruin.cons.106. nu.10. vol.3. Bursat.* testans de communi *consil. 17. nu.6.* prout illam veriorē appellauit *Cæphal.cons.194. n.20. Campeg.de dote p.5.q.59.nu 3.*vbi voluit id esse verum etiam in materia strictè intelligenda,quod ex communi DD. sententia pariter asseuerauit *Decian. cons.5. nu.88.vol.1.Couar.in epithom. de sponsal. p.2. cap.8. §.2.sub num.27.* vbi per hoc fundat istos succedere parentibus, sicuti legi-
49 timè nati etiam in feudis, vt similiter notarunt *Andr. Afflict. & cæteri in cap.1. §.naturales si de feud. fuer. contron. Zasius in ephithom feud par.8 nu.87. Marsil sing 542. Villalob.comm.opin.lit.L.n.73.Clar.in §.feudum,q.81.nu.5.Boer.dec.123.nu.4. Minadous in Constit.Regni,In aliquibus,in verbo,Filiorum sub nu.1.Viuius in silua comm.opin.conclus* 304. videndus latè recenter *Matta cons.22. nu. 35.* vbi etiam,quod succedit in maioratu, *& cons. 33. & 36.* vbi alia adducit; habent inquam iura suitatis, *§.1. Auth quib. mod.nat.effic. Ias cons.202, col.5.volum.2.* plenè *Decian.cons.3.num.85. vol.1.*

50 Vndè meritò per legitimationem filij reuocatur donatio, vigore *l.si vnquam,C de reuoc.d.nat. Ang. & Salic.in l si totas,C de inoffic.donat.Socc.Iun.cons 54 vol.1 Diaz reg 323 limit.2.Boer.dec.159 num.12. Cacher.dec.121.nu 5. Gabr concl.2.nu.58.de donat.* & taliter legitimatis competit ius retractus *Affl.de iure prothomis.col.19. notab.10. Roland à Vall.cons.83.nu 13 vol.3. Papon.in consuet. Borbonia, §.437 Duen.regul.350. ampl.11* & illegitimus per subsequens matrimonium legitimatus fit legitimus quoad omnia præter ad Cardinalatum ex Bulla Sisti Quinti, *Vgolin. de irregul.cap.44 §.3. Tesaur.dec.83.Pereg. de fideicom.art.24 Sair. de censu.lib.6 cap.10. à nu.23.Gars de benef p.7.c.2.de legitimate, à nu.28.cum seq.*

Et ideò legitimatus per matrimoniũ subsequens, vel per rescriptum Principis substitutum excludit à fideicommisso relicto sub conditione, *si sine filijs vel*
53 *liberis legitimis, & naturalibus decesserit*; DD.communiter *in l.ex facto, §.si quis rogatus,il primo,ad Trebell.Bal cons.3 9.nu.3. li.4.Butr.in cap per venerabilem,n.17 qui filij sint legitimi,Trentacinq de subst.p.4 cap.7. à num.41.Cabed.decis.Lusit.69 p.2. Marescot. var.res lib.2.c 88. Viu.in sylua commun.opin. concl.853.* latè *Rustic. in l.cum Auus lib.2. cap.16.Fusar.de subst.q 408. & 409* copio-
sè *Balthas.Thomas in suo tract.de vltim.volunt. tract.1.tit.14.* vbi ampliationes, & limitationes ad propositum conglomerat.

Idemque esset,si filius esset legitima-
51 tus per rescriptum Principis, eò quia taliter legitimati habentur veri legitimi & naturales,itaut habeãt iura suitatis, *Bar.in l.2.ff de vulg.Socc.Sen.cons.63.col.11. vol.3.*

Dec. qui affirmat id esse magis communiter à DD. receptum cons. 307. Suar. recept. senten lit. L. nu. 123. latius Couar. Var. resol. lib. 4. c. 21. Crass. lib. sententiarum, §. Institutio, num. 15. vbi, quod spurius legitimatus habetur perindè, ac si ab initio fuisset legitimè natus, & ideò necessariò est instituendus, vel exhæredandus, alias tanquam præteritus posset annullare testamentum ex Paris. cons. 7. qui de communi DD. sententia testatur annuens pariter, quod si instituatur tempore quo est spurius, & deindè patre superuiuente legitimetur confirmatur institutio, allegat Alex. in addit. ad Bar. in l. 19. ff. de testam. & Paris. cons. 1. n. 72. lib. 2. vndè meritò pragmatica Regni de Senatusconsulto Macedoniano, procedit etiam in filiofamilias spurio legitimato per rescriptum Principis, vt ibidem notat Reg. Ronit. nu. 5. ex Beroo in cons. 40. nu 8. & 11. vol. 3 vt pariter priuilegium l. si quis Decurio. C. de decurio lib. 10. procedit in patre, etiam si aliqui ex filijs sint legitimati, Trentacinq. Var. resol. lib. 1. in tit. de iur. immun. Regens de Ponte cons. 16. & sequ. vol. 1. Et filij legitimati per rescriptum, comprehenduntur in legibus loquentibus de filijs legitimis, etiam quod sint exorbitantes. Cæph. cons. 194. col. fi. Pereg. de fideicom. art. 23. a nu. 28. Mangil. de imput. & detract. legit. q. 116. n. 31. vndè illos excludere substitutû, post plures testatur Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 10. num. 8. vbi dicit de communi, & Marta dec. 94.

54 Declara, etiam suprapositam regulã non procedere in filio adoptiuo, cùm filiorum appellatione in priuilegijs hu-
55 iusmodi non veniant, Alex. in l. adoptiuũ, ff. de in ius voc. Decian. cons. 34. num. 6. vol. 1. Tiraq de iur. primog. q. 84. n. 10. quos refert & sequitur Capreol. de succes. ab intest. lib. 1. nu. 284. vbi etiam, quod nec veniunt in statutis, ex Bald. in l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr. neque sub dispositione l. si vnquam, C. de reuoc. don. comprehenduntur Castr. in l. 2. in fi C. si in fraud patron. Ias. Dec. & reliqui in l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit. Duen. reg. 213. lim 1. Mãgil. de imput. & detract. legitim. q. 110. n. 22. Caballin milleloq. 683. Cacher. dec. 121. nu 9. annuens num. 16. substitutum non excludi propter adoptiuos, vt tenuerunt glo. & DD. in l. posthumos in princ. ff. de liber. & posthum. Decian. cons. 1. n 43. vol. 1. Paris consil. 2. col. 3. Gabr. cons. 123. nu. 37. cum seq. Curt. Iun. cons. 43. Et omnes moderni passim. Vndè filios adoptiuos non prodesse patri, quoad effectum, vt valeat vti beneficio immunitatis, de quo in l. si quis decurio, C. de decur. lib. 10. patet ex l. 2. § adoptiui, ff. de vacat. muner. Roland cons. 12 num. 5. Trentacinq. tit. de iur. immun. in lib. 1. Var. resolut. in 4. declarat. D. Reg. Const. in d l. si quis decurio, nu. 29.

Declara tandem in tantum firmatam
56 regulam vires habere, in quantum filij habitarent cũ ipso patre, secus si diuertant ab eo, vel ipso mortuo, vt in simili decisum refert Faber dec. 3. C. vbi Senat. vel Clarissimi, & loquendo de filijs militum, qui fruuntur priuilegio paterno, notat Patign. in comment. ad prag. 15. n. 48. de militib.

57 Et in hoc velim aduertas, quod tunc dicitur filius habitare cum patre, quãdo expensis paternis viuit, alias si habitaret in vna, eademque domo cum patre, & patris expensis non viueret, non suffragaretur priuilegium, quia tũc diceretur habitare seorsum, Cæpol. cons. cri. 26. nu. 11. Surd. cons 459 nu. 22. vol. 4. Ludouis. decis. Rot. 182. Manent. decis. Mant. 71. nu. 14 Rota in recollect. per Farinac. dec Rot. 517. n. 2. to. 2. p. 1. D. Ricc. in praxi res. 309. to. 3. Ludou. dec. 182. Paschal. in tract. de patr. pot. p. 4 c. 11. n. 23. Et ita ego iudicaui tanquã Regius Gubernator Agerulæ, & Plagiani, aduersus Vincentium Cuomum, qui prætendebat vti beneficio Macedoniani vigore Prag. 1. de Senatusconsf. Maced. sub prætextu, quod esset filius familias, & habitaret in vna, eademque domo cum Michaele Cuomo eius patre, nam cùm à parte aduersa in articulis fuisset deductum, & non probatum, ipsum Vincentium etsi in domo vnà cum patre habitaret viuere, & ab hinc duobus annis viuisse proprijs expensis, determinaui opposita exceptione Macedoniani non obstante esse condemnandum ad soluendam quantitatem, pro qua conuentus fuerat, & ita executum.

Declara pariter, principalem regulã
58 non procedere in nepote, qui si fortè habeat Auum priuilegiatum, non per hoc & ipse poterit vti eodem electionis fori beneficio, eò quia hoc priuilegium concessum miserabilibus, & priuilegiatis personis tangit maximè interesse, & præiudicium tertij, qui relicto suo domicilio, & ordine iudiciario per saltum ad suprema Tribunalia magnis

in-

interuenientibus expensis, incommodis,
& vexationibus venire cogitur, certũq;
est, quod licet disputent DD. si appella-
59 tione filiorum veniant Nepotes, de qua
materia latè *Gabr. concl. 1. de verb. signific.*
Mantic. de coniect. vlt. volunt lib. 9. tit. 8. Men.
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. Viuius decis.
503. Valasc. decis. 140. Gratian. forens. discept.
456. & 620. & 648. & 247. & 705. Fusar.
de substit. q. 319. cum seq. Martius decis. Rota
senen. 1. Barbos. in trac. de filio familias, q. 2. p. 1
in similibus casibus non veniunt, vt pro-
batur *in l. sed & milite 1, vers. hac autem, ff.*
de excus. tutor. ex quo textu percipitur,
vt in priuilegijs, quæ sunt strictè inter-
pretanda appellatione filiorum non
comprehendantur nepotes, sequuntur
Bar. in l. liberorum, ff. de verb signific. Roman.
in l. etiam filios, nu. 9. ff. solu. matrim. vbi vult,
in priuilegijs à iure communi exorbi-
tantibus appellatione filiorum non cō-
prehendi nepotes, *Fontanell. de pact. nupt.*
p. 7. glo. 3. num. 23. Castagna in tract. de primo,
& secundo benefic. q. 3. n. 35. vbi ea ratione,
quia priuilegium deducto nè egeat tan-
git præiudicium tertij, & sic creditoris
concludit, nepotes non posse vti dicto
beneficio vti filios, sed insolidum con-
ueniri, ex *Ias. in l. si cum procuratore, ff. de re*
iudic. Aless. in d. l. etiam filios, post nu. 3. Ren-
din. in prompt. recept. sent. tit. 173. de viro, &
vxore, post nu. 3. & communem dicit *Brun.*
in suo tract. de cess. bonor. q. 36. par. 4. princip.
num. 9.

Vltra quod propriè loquendo (prout
in materia priuilegiorum est necessè lo-
60 qui) appellatione filiorum nepotes nō
continentur, vt est casus *in l. libertum, in*
princip. ff. de excus. tutor. in l. qui si nepotes, ff. de
testam. tutel. & sic videmus, quod in te-
stamentaria dispositione nepotis, ap-
pellatione non venit pronepos, *l. Gallus,*
§. instituens, ff. de liber. & posthum. iuxta
communiorem, & veriorem intellectũ,
igitur tantò minus filij appellatione ne-
potum venire non debent, quia plus di-
uersitatis habet nomen filij in nepote,
quam nepotis nomen in pronepote, vt
argumentatur, *Aretin. cons. 145.* dùm vo-
luit concludere legatum filijs factum
nepotibus relictum non censeri, sequun-
tur *Bal. cons. 186. lib. 4.* annuens, hanc esse
veritatem, nisi voluntatis latitudo ex
coniecturis appareat, *Imol. & Cyn. in d. l.*
Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthu. Go-
zadin. cons. 36. num. 3. cum seq. Alex. cons. 1. &
nu. 25. vol. 1. Zas. cons. 7. nu. 5. lib. 1. affirmans
in dubio generaliter filiorum appella-
tione filios primi gradus tantum com-
prehendi, prout & tradidere *Curt. Iun.*
cons. 57. & cons. 111. n. 3. Alc. cons. 31. nu. 73.
lib. 1. vbi scribit, communiorem, & ve-
riorem sententiam esse, vt in legatis, &
fideicommissis, quæ hæredi scripto sol-
uēdo iniunguntur filiorum appellatio-
ne nepotes non venire, meminit de his
D. Ricc. decis. Cur. Archiep. 300. circa fin. p. 1.
quo in loco firmauit *Tex. Concilij Trident.*
cap. 15. sess. 26. de reformat. vbi prohibetur
filios clericorum non posse habere be-
neficia in Ecclesia, in qua patres mini-
strauere, ad nepotes non extendi, affir-
mans pariter *in decis. eiusd. Cur. 64. par. 4.*
61 conclusionem illam, quod filius possit
carcerari ad instantiam patris, non
procedere in nepotibus, quos dicit ipse
non possit carcerari ad instantiā patrui
ex eadem regula, quod nepotes appel-
latione filiorum non continentur, maxi-
mè in odiosis, & in his, quæ strictè sunt
accipienda, quod ego verum putarem,
quando ille haberet patrem, at secus si
eo esset orbatus, quia tunc per viam
correctionis ad instantiam patrui posset
nepos carcerari.

SVMMARIVM.

1 *Paternitas, & Maternitas probantur probata filiatione.*

2 *Filiatio ex parte patris est difficilis probationis.*

3 *Filiatio multifariam contingit probari, & qualiter, nu. 4. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

5 *Fama filiationis vbi viget quis constituitur in quasi possessione filiationis.*

12 *Filiatio non probatur per modos, de quibus hic, nisi alia insint adminicula.*

13 *Filiatio diligenter est probanda, vbi agitur de petenda hæreditate patris.*

15 *Filiatio, vt probetur quid sit articulandum.*

ARGVMENTVM.

Paternitas, Maternitas, & Filiatio qualiter probentur, ad finem de quo supra.

QVAE

QVAESTIO X.

QVoniam in superioribus quæstionibus retulimus parentes filiorum priuilegiatorum gaudere fori electionis beneficio, sicuti Filij, & è contra priuilegium electionis fori concessum patri, & matri communicari filijs, Ideò meritò necessariũ est hic inquirere qualiter nãq; paternitas, maternitas, & filiatio probari valeant, cùm in dubio illæ nõ præsumantur, & talem se afferenti incumbit onus probandi, vt dixit *Luc. de Penna in l. momentanea, colum. 5. C. de lector. lib.* 10.

Sed quia propter filium pater, & mater dicuntur, probabiturque paternitas, & maternitas probata filiatione, vt senserunt DD. *in cap. per tuas, de probat.* & scribit *Mascard. de probat. conclus.* 1022. Ideò ad filiationis probationem me accingam.

2 Notabis igitur, quod licet filiatio præsertim ex parte patris difficilis sit, probationis *l. Lucius Titius. ff. de condit. & demonstrat.* cum concordantibus, de quibus *Surd. cons. 1. nu. 38. vol. 1. Mandell. consil. 83. nu. 8. vol. 1. Riminal. Iun. consil. 340. nu. 56. vol. 3 Grat. cons. 62. n. 9. vol. 2.*

Tamen illa multifariè contingit
3 probari, vt latius reassumunt *Gabr. conclus. 14 de præsumpt. Petra in tract. de fideicõmiss. tit. de prohibit. alienat. quæst. 11. à nu. 240. cum seq. Mascard. de prob. concl. 787. vsque ad 797. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 89 & in tract. de præsumpt. lib. 6. cap. 53. Cardin. Tusc. concl. 347 lit. F. Surd. de natural. liber. tit. de filiat. probat.*

4 Sed ego practicabilioribus iuxta morem inherẽdo affirmo, filiationem probari primo per famam, *Alexan. cons. 110. num. 6. cum seq. lib. 6. Capra cons. 2. Cornazz. decis. Rot. Lucens. 21. Triuisan. decis. Rot. Venet. 60. Farinac. decis. Rot. crim. 37. Viuius decis. 212. num. 8.* & alij Antiquiores, & Moderniores passim, latius per *Thomas. tract. de vltim. volunt. tract. 1. tit. 13. num. 312.* vbi quod fama debet esse probata cum suis requisitis.

5 Taliter, quod vbi adest publica vox, & fama, & communis reputatio quis constituitur in quasi possessione filiationis, *Glo. in cap. lator, in verbo, probare, qui filij sint legitimi, Natta cons. 473. n. 14. vol. 2. Bursat. cons. 17. vol. 1. Rota diuers. decis. 357. n. 2. & dec. 661. p. 1. Put. dec. 173. n. 2. lib. 2. Barz. decis. Rot. Bonon. 92. nu. 6. & 9.* Itaut transferatur onus probandi in aduersarium negantem, *vt ex l. quod si mater iste de stat. defunct.* docuit *Bar. in l. de minore, §. plurimum, n. 30. ff. de quæstion.* & respondit *Ruin. cons. 51. lib. 1.* latissimè tradit *Mascard. de probat. concl. 791.* vbi hanc sententiam ampliat, & declarat, & vide *Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de filiatione, resol. 1. à n. 12 vsque ad 14.*

Secundò probatur per librum baptismatis, in quo annotantur nomina
7 baptizatorum cum annotatione parentum, *Cran. cons. 158. nu. 5. Grat. consil. 62. n. 11. volum. 2. Lancellott. cons. 15. sub num. 91. vol. 1 Verall. dec. 314. p. 1. Card. Caualer. decis. Rot. 28. nu. 2.* vbi quod tamen talis fides baptismi addito aliquo adminiculo satis probat filiationem, alias secus censeretur, quia posset dari occasio fraudibus, & imposturis, & ita testatur decisũ *in Rota in vna Aretina Cappellania 10. Maij 1591. coram Reuerendissimo Perusino,* & alias *in Regien. Prioratus 29. Aprilis 1592. coram Eminentissimo Cardinali Mellino. Thor. in compend. decisio. Regni, in verbo, Filiatio. to. 1.* imò idem *Caualer. dec. 123.* ait, Filiationẽ probari etiam ex adnotatione libro priuato, prout ex libro patrum, in quo describere solent natiuitates filiorum illã probatio tutantur, *Alex. cons. 181. volu. 7. Gozad. cons. 12. nu. 19. Decian. consil. 1. n. 115. Barzd. decis. 92. num. 10. Viu. decisio. 184. num. 3.*

Tertiò probatur per nominationem
7 factam in testamento, vel in alijs scripturis, dùm in huiusmodi parentes nominant aliquem filium, *Bald. in l. non ignorat nu. 4. C. de his qui accus. non poss. Paris cons. 29. num. 9. & seq. volum. 2. Vasq. controu. iur. li. 2. cap. 8. num. 2. Cephal. cons. 48. num. 14. & seq. vol. 1.* plenè *Roland. à Vall. cons. 22. num. 24. cum seq. vol. 3. Surd. decis. 83. nu. 4. & dec. 145 num. 4. & seqq. Caualer. dec. 575 num. 5. Ludouis. decisio. 349. nu. 5. Thomas. tract. de vltim. volunt. tract. 1. tit. 13. nu. 324.* Indè ex supplicatione porrecta pro filio legitimando, filiationem probari, notarunt *Paleott. de Nhot. & spur. cap. 22. nu. 9. & Raudens. decisio. 34. n. 16. & seq* quos recenter sequitur *D. Ricc. in suo nouo tract. de probat. Iurispatronatus, resolut. 153. vers. sic etiam.*

8 Quartò probatur, vbi quis in iudicio in aliqua sententia fuit admissus vti filius alicuius, vt post *Glo. in l. nemo, C. de sentent. interlocut.* firmauit *Præs. de Franch.*

dec.91.n.16. quem sequitur Barz.d.decis.92. num.15.

9 Quintò probatur ex tractatione tãquam filius, ita quod sic semper fuit habitus communiter tractatus, *Caphal.cõs. 540.num. 102. Vol.4. Bertrand.cons.26. Vol.2. Rota diuers. decis.12. & 238. & decis. 499. p.1. Valasc.decis. Lusit. 176.nu.19. Viu.decisio. 212.num.7. Caualer.dec.46. Vasq.illust.contr. controu.cap.85.nu.20. D.Ricc.in tract.de probat. Iurispatronatus, resol.213. nu.2.* vbi nos allegat, & sequitur in prima impressione Neapolitana, *Mantic dec.317. Rota Bononia diuers.decis.30.nu.34. Peregr.de fideic. art.1.nu.78.*

Vndè quando aliquis domo educetur, & à parentibus tractatur taliter, quòd loco filij videatur haberi, is in quasi possessione filiationis cõstituitur, hûcq; parit effectum, vt verè filius credatur, nisi contrarium probetur, *DD.communiter in cap.per tuas, de probat. Alex.cons.88. lib.6. Dec cons.44. Gozad cons.12. Paleotl.de noth. & spur.cap.12.nu.4. Rub.cons.16. nu.6. Alban.cons.83. Gratian.discept. forens.562. num.70. & sequent. & discept. 567. num.27.* & procedit etiam si agatur iudicio petitorio, dum quis petit hæreditatem sibi tanquam filio de communi, nam etsi in iudicio petitorio necessè sit probare titulum, siuè dominium, *l.sicuti, § sed etsi res, ff si seruit. vendit. DD. in l. cum res, C. de probat.* tamen in hoc casu sufficit probare quasi possessionem, *Bartol.in l.1. §.1. ff.de quæstion. Alex.cons.51. Vol.1. Paris cons.10. nu.110. lib.2.* latè *Crauett.cons.149.* iuxta quorum sententiã ego practicaui vti Regius Iudex districtus Amalphiæ in anno 1628. & de hoc modo probanti filiationem, latissimè est audiendus *Trentacinq. var.resol.lib.1.de filiatione,* vbi declarationes habes.

10 Sextò probatur ex confessione mulieris, & viri, & sic parentum, *Anchar.cons. 225. Crauett.cons.991.nu.24. Rimin.cons.611 n.25. & 26. Rot.diuers dec.238.n.17.p.1. Thomas.de Vlt. Vol.tract.1.tit.13.n.383.*

11 Septimò probatur filiatio vbi aliquis natus est ex vxore in domo mariti cohabitante, ibi, & vicinis scientibus, vt communi calculo senserunt *DD.in l.filium, ff.de his qui sunt sui, vel alien iur.* latè *Barbat.cons.27. Vol.1. Paleotl, de noth. & spur. tit.cap.22.* recenter post cęteros *D. Ricc. in decis.223.p.2.* affirmans pro indubitato fuisse habitum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, filium natum ex vxore in domo mariti cohabitante simul cum ipso marito, & vicinis scientibus præsumi verum, & proprium filium legitimum viri, *Duen. regul. 344. Thomas. tract.de Vltim. Volunt.tract.1. tit.13.nu.284.* adeò quod id procedit quamuis mater negaret, illum esse filium mariti, natûq; esse ex adulterio, quia id nihil obstaret, & adhuc præsumeretur filius mariti, ex *Abb.in cap per tuas, nu.3. & 4 de probat. Bal. cons.74.lib.1. Barbat.cons. 18.col.2. Vol.2. Ias. in l.Gallus, nu 63. ff.de liber. & posthum. gloss. in l.si post, §.fin ff.eod. tit. Alex in l.neque possessio, C.de testam. Marsil.in l 1.§.ad quæstionem, nu.35. ff.de quæstion. Gozad.cons.12.n.27. Boe. dec.289 nu.6. Paris consil.10.nu.14. lib.2.* Et etiam si tempore conceptionis vxor esset adultera, quia pariter in hoc casu præsumeretur filius mariti, per textum *in l.miles, §. defuncto, ff.ad l. Iul. de adulter.* quem textum appellat singularem *Bal. in rubr.C.de probat. col. fin. & in l.si matre, C.de suis, & legit.hared. Creme ns.singul.126. Castren.in l.3 ff.de liber & posthum. Bert. cons.121. Vol.2. Alciat. de præsumpt. regul.3. præsumpt.39. Couar.in epithom.de succes.cap.8 §.3.nu.8.p.2.* vbi perplures cumulat, addo *D.meos Coccin.decis.Rot.Rom.7. & Dom. Ricc collect.decis p.7.c.2669.* Indè talis poterit promoueri ad ordines, vt fundat *Marta dec. 26.*

12 Quibus sic adductis vtilè est scire, quod singuli huiusmodi adducti de per se non sufficiunt ad probandam filiationem, nam sunt coniecturæ, ita vt debent esse fulcitæ alijs adminiculis, & sic coniunctim, præsertim in decisorijs petitorij est filiatio probanda, vt exem-
13 pli gratia, quia ageret vti filius petendo hæreditatem, quo in casu diligenter est probanda, *Paris cons. 2 num.239. Vol.2. Dec.cons.321. Iason.cons.102. Vol.4. Alciat.de præsumpt.regul.3 præsumpt.38.nu.4. Roland. cons 49.nu 48 Vol.4 Caphal cons 82 nu.48. & seq. Vol.1.* & alij Moderniores passim.

Indè in praxi seruatur articulari coniunctim ad probandam alicuius filiationem, quod ille natus est ex viro, & vxore simul commorantibus; item quod sic à patre habitus, & tractatus fuit; itẽ quod sic à patre sæpius nominatus, & appellatus fuit, & tandem quod sic, ab omnibus communi fama, & voce habitus, & creditus fuit, vt notarunt *Bart. in l.1. C.quorum bonor. Abb. in cap. trasmissæ, nu.16. qui filij sint legitimi, Alex.cons.51.n.2. lib.1. Ruin.cons 52.nu.3. lib.5. Paleotl. de not.*

& spur.

& spurijs cap. 23. in fine, quos refert, & sequitur *Trentacinq. var. res. lib. 1. tit. de filiatione, resol. 1. nu. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Frater quando alterius fratris beneficio vtatur.*

2 *Immunitas hospitandi concessa clericis, extenditur ad Fratres, sed quid seruetur in Regno, nu. 5.*

3 *Doctores sunt immunes ab hospitijs, sic & eorum fratres, num. 4. Sed quid in casu necessitatis, nu. 6.*

7 *Soror gaudet priuilegio Fratris.*

ARGVMENTVM.

Frater priuilegiatæ personæ, an & quando vti possit beneficio Electionis, & Variationis Fori, quo fruitur Frater.

QVAESTIO XI.

1 REgula sit affirmatiua, quod valeat Frater habentis priuilegium Electionis *Fori* illo vti, dummodò tamen vna simul habitent, & stent in communione, ita quod patrimonium vnius sit alterius, & interesse quod habet non priuilegiatus sentiat priuilegiatus, & promiscua sit eorum bonorum possessio, adeò quod priuilegiatus sentiat formatum damnum, vel interesse, prout & priuilegiatus, argum. *tex. in l. penult. C. de metat. epidemet. li. 12.* quem adducit *Phæb. decis. Rot. Lusit. 55. n. 7. to. 1.*

Quæ sanè regula coadiuuatur ex altera DD. sententia, qui firmarunt im-
2 munitatem hospitandi concessam clericis, extendi ad eorum Fratres in communi habitantes, *Arnen. sing. 83. Bombin. dub. 8. post eius consilia Marsil sing. 180. Aloys. de Leo in l. placet, C. de sacros. eccles.* vbi allegat *tex. in cap. 1. de immun. Eccles. D. Ricc. decis. 229. nu. 11. par. 3.* & vide *Thor. in compend decisio. Regni, in verbo, Hospitandi immunitas, par. 2.* & Fratres militis sunt immunes ab hospitio sicuti miles, *Surd. decis. 301. Menoch. de arbit. Iudic. cas. 379. Capiblanc. de Baronibus, pragm. 8. num. 173. par. 3.* prout sicuti Doctores sunt immunes ab hospitijs, *l. 1. C. de sacros. Eccles. l. Aduocati, C. de Aduoc. diuers. Iudic. l. fin. in fi. ff. de muner. & honor. l. Medicos, C. de profess. & Medic. lib. 10. Roland. à Vall. cons. 66. nu. 36. & vol. 1. Viu. dec. 162. nu. 11. Gars. de nobilit. cap. 35. Carrab. sing. 169. Tesaur. forens. quæst. 93. lib. 1.* cum alijs recenter cumulauit per *Beract. in suo specul. visitation. cap. 16. nu. 29. pag. mihi 199. & per Mastrill. de ma-*
4 *gistrat. lib. 3. cap. 10.* Ita similiter, & eorum habitantes, *Natta cons. 1. & 65. vol. 1. Pascal. de patria potestate p. 2. c. 5. nu. 77. Mausonius in tract. de iudic. execut. lib. 1. ampl. 19.*
5 *nu. 119. in fine*, Licet non per hoc eximuntur, quin non teneantur contribuere in pecunia, prout seruatur in Regno, vt loquens de fratribus clericorum, testatur *Molfes. in sua summa tract. 12. c. 22. num. 167. tom. 2.* quem recenter posthæc scripta sequitur *Squillant. de priuileg. clericorum, cap. 9. nu. 4.* & de fratribus Doctorum scribunt *Carauit. in Rit. M. C. V. 166. nu. 30. & Capibl. de Baronib. prag. 10. nu. 68. in fine*, nisi in contrarium vigeret con-
6 suetudo, quæ tunc obseruari deberet, imò in casu necessitatis pariter tenerentur hospitandum, *Cancer. var. resolut. lib. 3. c. 5. nu. 73. Oliban. de iur. fisci c. 4. n. 35.* subdês, quod prætestu necessitatis, pauci Doctores sunt, qui à præfato hospitandi onere liberantur, maximè in paruis Terris, & Castris, & vide *decis. Regét. Moles* insertam apud *D Ricc. collect. decis. collect. 3109.*

7 Amplia, suprapositam conclusionem procedere etiam in sororibus, quæ & fratrum priuilegio vti possunt, prout è contra, cùm appellatione fratrum contineantur sorores, quia in iure masculinum concipit fœmininum, vt ex *glo. in l. si quis ita dederit, ff. de testamen. tutel in verbo continentur, l. tres fratres, ff. de pact. & in l. Lucius, §. quæsitum, ff. de leg. 3.* recenter affirmauit *Barbob. in suo tract. de filio famil. q. 3. nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Fraternitas probatur per famam, & per tractatum.*

2 *Fraternitas probatur ijsdem modis, quibus & filiatio.*

3 *Fraternitas ex nominatione probatur.*

4 *Fraternitatis in quasi possessione existens releuatur ab onere probandi.*

5 *Possessio transfert onus probandi in Aduersarium.*

ARGVMENTVM.

Fraternitas qualiter probetur ad finem de quo supra.

QVAESTIO XII.

1 REquirit firmata regula in antecedenti quæstione, vt hic discutiamus, qualiter probetur Fraternitas; Quare sciendum est Fraternitatẽ posse probari per famam, vel per tractatũ, videlicet, quia pro fratre quis fuit habitus, & tractatus, & pro tali reputetur à vicinis, *Castrens. cons. 151. Rit. Rom. decis. 157. par. 1. in recentior.* & latius *Mascard. de probat. conclus. 1312. num. 4. vbi nu. 5.* declarat vt ex isto modo non oriatur necessaria, & cõcludens probatio ex *Bal. in l. neque, C. de testam.* sed illam fraternitatem præsumi quousque contrarium probetur, vt per *Bar. in l. non modis, C. de probat.* qui cum
2 affirmet, fraternitatem probari ijsdem modis, quibus & filiatio probatur, ideò ad dicta superius *quæst. 10.* de probatione filiationis me remicto.

3 Item Fraternitas probatur ex nominatione, *Lup. de illegitim. §. 5. nu. 44. Peregrin. de fideicommiss. art. 43. nu. 88.* quos refert, & sequitur *Balthasar Thomasius in suo nouo tract. de vltim. volunt. tract. 1. tit. 13. num. 361.*

4 Et nota, quod existens in quasi possessione fraternitatis releuatur ab onere probandi, vt ex *Cyn. in l. neque natales, & in l. non epistolis, C. de probat.* & ibi etiam *Castrens.* firmat *Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 9. de probat.* vbi constituit regulam possessionem transferre onus probandi in Aduersarium, *ex cap. sæpè, extra de rest. spoliat. §. commodum, Instit. de interdict. & l. fin. C. de rei vendic.* declarationes tamen ad regulem adducendo, vt latius apud eum cerni poterit.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor dicitur vna, eademque persona cũ principali.*
2 *Fideiussor pro iudicij assecuratione potest carcerari.*
3 *Obligatio fideiussoria, est accessoria principali.*
4 *Fideiussor in duriorem causam non obligatur.*
5 *Fideiussio non extenditur vltra contractus naturam.*
6 *Exemptio quæ principale competit, debetur etiam fideiussori.*
7 *Fideiussor filij familias iuuatur Macedoniano, & sic in Velleiano procedit, nu. 8.*
9 *Beneficium l. 2. C. de resc. vend. suffragatur fideiussori.*
10 *Fisci priuilegium transit ad fideiussores.*
11 *Exceptio vsurarum competit fideiussori.*
12 *Fideiussor circa euictionem habet priuilegiũ principalis.*
13 *Exceptio quod metus causa competit fideiussori.*
14 *Exceptiones competentes principali, iuuant fideiussorem, & num. 19. Etiam principali inuito, & nu. 15. & vide etiam nu. 28.*
15 *Sterilitas quando dicatur, ad finem vt possit opponi exceptio remissionis mercedis, & num. 16.*
18 *Exceptio remissionis mercedis, competit fideiussori.*
20 *Exceptiones rei eius personæ cohærentes prosunt fideiussori, quando alias inutilis redderetur exceptio.*
21 *Exceptio personalis non competit fideiussori, & nu. 23.*
22 *Fideiussor miserabilis personæ, non gaudet fori electione.*
24 *Fideiussor clerici non gaudet priuilegio fori.*
25 *Laicus fideiubens in Curijs Ecclesiasticis potest cogi ad solutionem pœnæ.*
26 *Fideiussor clerici laicus non gaudet beneficio cap. Odoardus.*
27 *Dilatio concessa debitori, non prodest fideiussori.*
29 *Approbator dicitur alter fideiussor.*

ARGVMENTVM.

Fideiussor priuilegiatarum personarum habentium Electionem Fori, Num eodem priuilegio vti possit.

QVAESTIO XIII.

REgula videbatur firmanda pro parte affirmatiua in quadam facti contingentia, & propriè in causa Io. Gregorij Bambace cum hæredibus Pauli Emilij Pacifici, dùm præfatus Io. Gregorius tanquam fideiussor Dianoræ de Acampora viduę quondam

quondam Marci de Seuero pretendebat
declinare forum Regiæ Curiæ Aierulæ
sub prætestu, quod vellet vti beneficio
Electionis Fori tanquam fideiussor Viduæ.

Quæ sanè opinio posset colorari, eò
1 quia fideiussor dicitur vna, eademque
persona cum suo principali, itaut appelletur debitor, sicuti principalis, qui
recepit pecuniam, *l.4.ff.de solut. l seruum,*
§.nunc videamus,in fine, de verb.oblig.Bar.
in l.1.& ibi DD.ff si cert petat.Coler.in tra-
ctat.de process.execut.cap.3.sub num.42.p.2.
annuens propterea, quod sicuti pro iu-
2 dicij assecuratione potest debitor carcerari, ita pariter eius fideiussor, qui in
eodem contractu interuenit, quia vbi
principalis conueniri potest, ibi similiter permictitur eius fideiussor conueniri sibi reperiatur, *Bal.in l.fin.nu.2.C.de*
fideiuss.Gotofred.in praxi ciuil.lib.2.tit.4. de
in ius vocand.Pecch.de iur sistendi,cap.4.n.9.
Caualc.decis.1.nu 9. & latius prosequitur
modernus *Mauson.in tract.de iudic.in caus.*
execut.lib.1. ampliat 17. vbi ampliationes,
& declarationes cumulat, quod ego tã-
quam Regius Iudex Ciuitatis Amalphiæ seruaui in personam Io. Angeli Pisacani Terræ Atrani fideiussoris Marci
de Auitabile, & hoc in anno 1628. Act.
Camardella.

Obligatio enim fideiussoria est, ac-
3 cessoria ipsi principali, *§.in omnibus, In-*
stit.de fideiussor. vnde principali obligatione non subsistente fideiussoria corruit, ea verò consistente naturam, &
qualitates præcedentis obligationis inducit, *Caualc.decis.91.nu. 5.par.3.* cùm re-
4 gulariter non possit fideiussor in duriorem causam obligari, *l.Grauus, §.illud,ff.*
de fideiussor. Specul de comp.Iudic. adit.n.26.
in fine,Cancer.in 2.par. var.cap.5.nu.73 li.2.
commun.opin.pag 41.in fi.Gomez tom.2.c.23.
5 *nu.* 2. neque fideiussio extenditur vltra
contractus naturam, *Bursat.cons.193.n.6.*
idcircò omnes exceptiones competentes principali competunt fideiussori,
l.2.C.quæ res pig.l.constitutionibus,C.de vsur.
l.tàm mandatori, vbi Bald.C.de non numer.
pecun.l.omnes, ff de except.Magon.in decisio.
Florent.110.nu.3 declarat optimè *Farina.*
*in pract.crim.q.34.à nu.25.*eleganter *Gasp.*
*Caual.in addit.ad cons.18.But.*multa exempla refert *Marsil.in trac.de fideiu.ex n.268*
qui amplè loquutus est teste *Burs.cõs.193*
num.5.

6 Et priuilegium immunitas exemptio,
ac securitas, quæ principali debitori
competunt etiam ad fideiussorem protrahuntur, ac porriguntur, *Bart.in l.cùm*
filius familias,§ si stipulatus,nu.2. ff.de verb.
oblig Marsil.in rub.4. dist.37.nu. 284.in fine,
*vers.mihi autem magis placet,*qui sub *n.286.*
inquit priuilegium, & principalis securitatem suffragari fideiussori, etiam
quod fideiussor dicti priuilegij incapax
sit, quia secundum eum inhabilis sustinetur per habilem, & hoc idem firmat
Dyn.cons 11. dùm ponit, quòd securitas,
& saluus conductus datus à Principe
debitori, & reo principali opituletur
fideiussori, quod aduertunt *Barz. decisio.*
Bonon. Surd. dec.301.nu.16. quos refert, &
sequitur *Costa deport. rat. quæst.309.num.8.*
& ratio illa assignant principalis, Et vi-
7 demus, quod fideiussor filij familias iuuatur beneficio Macedoniani, *l.etsi pater,*
§. non solum, vbi Bar.ff.ad Macedon. idemq;
8 est in Velleiano, cùm exceptio Velleiani non solum mulieri, sed etiam eius fideiussori competat, *l exceptionibus, §.1.*
ff.de except l si mulier. ff. ad Vellesan. l. mu-
lierem,C.eod.tit. Valent Franc.in tract.de fi-
deiuss.cap.3.à nu 53.cum seq. Henriq in eius-
dem nominis tract cap.27 p.4. nu 56. Marsil.
in d.rubr.q.36. nu.170. post *Bal in l.si vxor*
nu.2.C.ad Vellesan. & hinc beneficium
9 *l.2.C.de rescind.vend.* non tantum suffragatur ipsi principali debitori, verum
etiam eius fideiussori *Alex & Ias.in l.1.*
C.de fideiuss minor. & fideiussor mariti,
gaudet priuilegio, & securitate mariti,
Alex.in l.quia tale pactum,nu.9.ff.solut.ma-
trim. vt etiam priuilegium concessum
10 Fisco, etiam competit fisci fideiussoribus, *l.in fraudem,§.qui pro alio,ff.de iur.fisci*
Peregr. dicens ita seruari in *tract.de iur.*
fisci lib.6.in tit de debitorib fiscalibus num.8.
11 & vsurarum exceptio nõ tantum principali debitori, verum etiam eius fideiussori datur, *Franc.de fideiuss.cap.3.n.79.*
Henriq.in eod.tract.cap.27 p 4.n.53 & qua-
12 drimestre condemnatis elargitum, vt
soluant etiam fideiussoribus, conceptũ
esse censetur, *l.fin.§.fin C.de vsur rei iudic.*
Mascard.de probat.concl.102.nu.8. & sicuti
venditor, qui succubuit conuentus ab
emptore passo rei venditæ euictionem,
habet electionem, vel restituendi rem
euictam, vel interesse soluendi, ita etiã
talem electionẽ habet eius de euictione fideiussor, *Bar.in l fideiussor, ff. de dol.*
mal.except.& in l.insulam,nu.14. ff de verb.
oblig. Cabal.de euict.§.2.nu.21. & exceptio

doli mali, quæ in rem ſcripta eſt competens reo principali etiam eius fideiuſſori opitulatur, veputà quando reus dolo alterius eſt circumuentus, *d l. exceptiones, §. inde except. l. teſtam. in princ. ff. de fideiuß. Franch. de fideiuſſ. cap. 3. n. 34. cum ſeq.* vnde ſi reus dolo venditoris ſe læſum eſſe doceat, & beneficio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* agat contra venditorem, & obtineat id non tantum prodeſt ipſi, verum etiam fideiuſſori per eum dato, *Suar. in theſaur. comm. opin. lit. F. nu. 174 & 175. Cabal. de euict. §. 2. nu. 20. Pinel. in l. 2. par 2. c. 3. nu. 43. & ſeq. C. de reſcind vend.* & ſic dicendum de minore dolo aduerſarij decepto, & circumuento, nàm non ſolum ipſi ſuccurritur, ſed etiam eius fideiuſſori per doli mali exceptionem, *l. 2 C. de fideiuſ. min. d. l. exceptiones, Henriq. de fideiuſ. cap. 27. p. 4. nu. 6.* & tandem alia ſimilia

13 omictendo exceptio, quod metus cauſa principali competens etiam fideiuſſorem iuuat, *d. l. exceptiones, §. 1. Franc. de fideiuſſ. cap. 3. nu. 45. Medic. de caſib. fortuitis p. 2. q. 7. nu. 35.*

14 Imò Exceptiones cõpetentes principali opiculanti fideiuſſori etiã principali inuito, & negante, *l. ex perſona, ff. de fideiuſſ. d l. omnes, ff. de except. Bald in l. ſi ſtipulatus, num. 1. ff. eod. Paris conſ. 121. vol. 1. & 105. nu 39. vol. 3 Bertazz. de clauſ. clauſ. 41. glo. 7. nu. 4.* vbi dicit, regulariter fideiuſſorem poſſe opponere illaſmet exceptiones, quas Reus principalis etiam reo inuito, *Henriq. de fideiuſſ d. c. 27. p. 4. num. 5. & 6 Arnon. caut. 32. Franc. de fideiuß. c. 3.* poſt *Bald. in l tam mandator. n. 26. C. de non num. pecun.* qua de cauſa fideiuſſorem etiam contradicente principali debitore poſſe vti beneficio reſtitutionis in integrum, quam habet minor ſuus principalis apparet ex *Glo. in l. ſi. vbi Bar. & Bal. n. 6. C. de vſur.* & tradit *Graſſ. de excep. cap 34. nu. 19. & 20.*

15 Quare in facto dicebam in quadam cauſa, quod licet vbi non recolligitur medietas fructuum ſolitorum, & conſuetorum, annus dicitur ſterilis, & poſſit opponi exceptio remiſſionis mercedis contra locatorem, *Panorm.* & omnes alij *Canoniſtæ in cap. propter ſterilitatem, de locato Io. de Amic. conſ. 143 col. 3* vbi fatetur hoc eſſe communiter receptum *Neuizant. cõſil. 90 Viuius dec. 72.* qui teſtatur iuxta hanc ſententiam iudicaſſe Regiam Audientiam Capitinatæ Apuleæ, & Comitatus Moliſij in anno 1584. in cauſa tũc vertente inter quoſdam de Terra Apicenæ, *Summa Angelica in verſ. locatio, n. 16 Mozz. de contract. in tit. de locato, verſ. accidentalia, num. 12.* vbi alias opiniones adducit, vt etiam facit *Anna in ſuo conſ. 64. lib. 1. Cauall. commun. contra commun. quæſt. 57.*

16 Quod tamen eſt verum, quando non ſolitum eſt in agro euenire ſterilitatẽ, nam conductori non fit remiſſio mercedis propter ſterilitatem grandines, bellum, aut peſtem, quando in loco ita ſolitum erat, *Alber. in l. licet, C. locati,* vigore *tex. in l. ex conducto, §. ſi uis, ff. locati, Calcan. conſ. 23. nu. 5. glo. in l. 3. C. locat. Gud. Pap. dec. 63. Burſ. conſ. 11. nu. 26 & 30. lib. 1. Ripa in l. 2. nu. 35. ff. ſol. matri. Natta conſ. 610 n 9. Molin to. 2. de iuſt. & iure diſp. 495. n. 13 Mant. de tac. & ambig. conu. tit. 8 n 6. Caſtill. lib. 3. quotid. controu. cap. 3. à nu 24. Rebell. de oblig. iuſtit. lib. 14. q 8. Alex. conſ. 112. nu. 4. lib. 1.* firmans *nu 18.* ſcientiam etiam

17 tollere facultatem remiſſionis mercedis, puta ſi conductor ſciebat tale periculum belli, peſtis, vel ſterilitatis iminere ſolitum, *Affl. dec. 365. nu. 8. Lap. in cap. per veſtras, §. 9. n. 9. de don. int. vir. & vx. Ruſt. de lib. in condit poſit. c. 10. n. 10. p. 1.* benè *Crau. in conſ. 77.* vbi bonus locus, quādo ſcientia tollat beneficium competens ex aliqua læſione, & idem eſt, quādo locatio eſſet facta cum pacto aſſi. candi, *Caphal. conſ. 90. nu. 20. Paris in trad. de vſur. q. 74 nu. 5 p. 2 Caroc. de loc. & cond. p 4. in tit. de Remiſ. merced. n. 42.* quo in loco alios refert caſus, in quibus remiſſio mercedis denegatur, & præcipuè ſi ſterilitas poteſt compenſari cum vbertate, *l. licet certis, C. locati, c. propter ſterilitatẽ, eo. tit.* de quo etiam latè *Lud. in concluſ. 11. Valaſc. de iur. emphit q. 27 Greue pract. concl. Cam Imper lib. 2. concl. 23. D Ricc. collect. deciſ. 1487. Gratian. diſceptat. forenſ. 195. nu. 14.*

18 Ita pariter exceptio iſta remiſſionis mercedis poſsit opponi per fideiuſſorē conductoris etiam ipſo inuito, quia exceptio omnis, ac defenſio realis, ſeu rei, & obligationi coherens, quæ competit principali debitori pariter vtiliter ſuffragatur, & competit ſpontaneo fideiuſſori, omnia enim iura, & exceptiones reales rei, & obligationi coherentes, &

19 competentes principali debitori, ex quibus ſe tueri poteſt aduerſus creditorem, competunt etiam fideiuſſori, *l. omnes, ff. de excep. l. defenſiones, C. eod. tit.* l. exceptio.

ceptione, §. rei, l. si postquam, l. vbicumque. l. si stipulatus, & l. ex persona, ff. de fideiuss. Marsil. in rub. de fideiuss. q. 36. à nu. 267. Caph. consil. 577. nu. 8. lib. 4. Rot. Rom. diuers. dec. 95. p. 1. vbi dicit, hoc procedere etiam ad impediendam obligationem cameralem, Surd. dec. 301. nu. 12. qui nu. 13. dicit, hoc etiam habere locum, quando exceptio concernit merita, & obligationem ipsam, Cartar. dec. 4. num 2. Magon. decis. Florent. 110. nu. 3. etiam si talis exceptio sit orta non tantum antequam intercessit, sed etiam postea quam intercessit, l. de fideiussoribus. ff. de fideiuss. Glo. in l. verum, ff. de compens. Paris cons. 121. n. 8. vol. 1. Bald. in l. tàm mandatori, C. de nonnume. pec. & etiam quod principalis talem exceptionem opponere, & ea vti non posset ex aliquo accidenti, putà quia excommunicatus, nam eam nihilominus fideiussor opponere potest, Paris d. cons. 121. nu 10. vol. 1. Marsil. in d. rub. de fideiuss. q. 36. n. 169. & 271. Becc. cons. 45. n. 46. firmans, fideiussorem etiam illas exceptiones opponere posse, à quibus principalis est exclusus, Abb. in c. cum inter, nu. 26. de except.

20 Et fortiùs exceptiones rei eius personæ cohærentes prosunt fideiussori, quando alias inutilis redderetur exceptio; vel priuilegium reo competentes veluti, quia fideiussor si solueret, repeteret soluta debitori principali; tunc enim reus nè iacturam patiatur, potest in iudicio comparere, suscepturus iudicium tanquam defensor necessarius, vel vt procurator in rem suam, ex l. lidèq; §. generaliter, & ex l. fideiussor, §. quidam, ff. mandat. tradunt Bar. in l. verum ff. pro soc. nu. 3. & in l. cum filius, §. 1. nu. 2. vbi Alex. nu. 6 Ias nu 4. de verb oblig. Bar. in l. stichum, §. quod vulgò, nu. 2. de solut Bald. in l. quoties, nu. 4. C. de pracib Imper offer. Rebuff in to. 3. tit. de rest. art. & glo. 3. nu. 5. Duen. regu. 330. nu. 3. latè Gutt. de iuram confirm p. 3. c. 15. ex nu. 15. asserens, huiusmodi cautelam probari in expressis terminis in dicta l. verum, in vers. videndum, vbi postquam dixerat, quod hoc beneficium est personale, & proindè fideiussori, non datur sub die, sed si hic fideiussor socii iudicium susceperit, proderit sibi, & ratio est, quia defendere est eandem vicem, quam reus subire, l. minor. vers. quoniam, ff. de procur. qui tex. inquit (D. fensor matri in amplius, quam maritus facere possit, non est commendandus,) & ibi glo. vers. quam reus, subire allegat d. l. verū §. 1. alia iura, ex quibus omnibus satis colligitur, quod exceptio declinatoria fori competens principali debet competere fideiussori,

21 Nec obstare dicebatur ex communi Doctorum opinione, quod exceptio ex eo, quod est personalis, non competit fideiussori, per tex. in l. ex persona competit in d. l. tam mandatori; nam adhuc saltem dici debet, quod reus potest iudicium in se suscipere, vt tueatur fideiussorem si opponat istam exceptionem in persona sua licet fideiussor, vt fideiussor, ea vti non potuisset, per tex. in d. §. generaliter, vers. quod si eam, vbi loquens textus in omissione exceptiones reo principali competenti, inquit, quod si eam quareus, vti potuit omisit fideiussor, non habitatum mandati actionem, si quando habuit facultatem, rei conueniendi desiderandique, vt ipse susciperet potius iudicium, vel suo, vel procuratorio nomine, & ibi glo. in verb. conueniendi, exponit, idest denunciandi coram testibus, quam quidem cautelam, tenet idē Bart. in d. l. & fi fideiussor, nu. 2. & Castr. in l. Marcellus, col. 2. post medium, ff. de fideiussor & tradūt Lanfranc. in cem. 1. col. 17. in vol. 3. commu opin. Gutt. de iur. confir. 3 p. c. 15. nu. 16. quia nisi id agere posset iacturam pateretur, quoniam hic potest opponere exceptionis falsi contra instrumentum probando per testes in iudicio sæculari, vnde si non fruatur fideiussor hoc beneficio soluet executionem, postea que repeteret ab eo, & sic reus frustra priuilegium habebit.

22 Verum supradictis minimè obstantibus fideiussores miserabilium personarum non gaudere fori electione, in proprijs nostris terminis scribit Marchesan. in praxi commissionum in tit. de Aduocatione causarum, p. 2. §. 2. nu. 55. vbi allegat textum in l. & si fideiussor. ff de re iudicata, & Franciscum Marcum decis. 1057. num. 12. tom. 2. & pro hac conclusione videndus est Grass. in tract. de except. c. 18. nu. 10. in 2. edit, & ita audiui in facto fuisse practicatum dum casus accidisset.

Quæ fanè opinio suaptè faciliter probari potest, nam exceptio declinatoria

23 fori, est merè personalis, ideò non transit ad fideiussorem, Rocc. Placentinus in prax. iudiciar. lib. 3. in tit. de except. quæ reo competunt, & regula illa, quod exceptiones rei competunt fideiussori procedit in exceptionibus obligatorium respicien-

cientibus,& hæredibus rei,& ſubſtantię obligationis; ſecus verò ſi perſonæ obligatæ adhæreant, quia tunc cum perſonales ſint obligati, & rei principali perſonam non egrediuntur, ſicque fideiuſſor vti non poteſt illis exceptionibus, *l.ſi reus.ff ind.ſolu.l.ſi reſtituat, §.1. de iudic. l.exceptiones quæ perſona,de except ſacit, l.priuilegia,& l.in omnibus,de regul iur.l.ex perſona.ff.de fideiuſſ.l.ſi ſtipulatus eſſet, eod.titul. l.fin.de pactis,l idemque,§ generaliter ff.mãdat.* & tradunt *G.mez tom.2.Variar.c.14. nu.9.Cancer.in 2.par.Var.cap. 5.n.161. Molin.de iuſtit.& iure diſput.539.Marſil.de fideiuß.n.263.Roman.ſing.633.*

24 Hinc oritur, quod laicus fideiuſſor
clerici non poteſt vti exceptione fori
declinatoria principali competente,ſed
coram Iudice ſæculari conuenitur,*Gui.*
Pap ſing.449.nu.2.Affl.dec.208 Bouadill.in
polit.lib 1.cap.18.à nu.246. Graſſ qui plu-
res adducit *de effect.cleric.eff.ct.1.nu.988.*
D.Ricc.in praxi fori eccl.reſol.145.to.2. vbi
quod tamen non per hoc intelligitur,
quia quando laicus in Curijs Eccleſia-
25 ſticis fideiuſſit, non poſſit per illam
exequi pœna fideiuſsionis,& in Curia
Archiepiſcopali Neapolitana ſeruatur,
quod laici fideiuſſores clericorum, qui
in foro eccleſiaſtico ſe ſubſerunt carcerantur per curſores dictæ Curiæ, vt pœnam fideiuſſionis ſoluant,& eorum bona vendantur de mandato eiuſdem Curiæ,vt teſtatur idem *dec.210.par.2.* & ſcribit etiam *Genuen.in praxi eiuſd. Curia cap.12.* eo quia laici poſſunt prorogare iuriſdictionem Epiſcopi, & eius foro ſe ſubmictere;*l.qui.& l.Epiſcopales,vbi DD. C.de Epiſcopal. Audient.* abſque licentia ſuperioris,*Franc.Marc.dec.82.*

Licet *Marſil.de fideiußor.n.311.*affirmet poſt *Bal.* quem allegat, quod ſi clericus fideiuberet pro laico, tunc ſententia Iudicis ſecularis non mictetur executioni aduerſus clericum fideiuſſorem annuens,quod *l.ſi. C.de Vſur.rei Iudic.* intelligitur quando reus,& fideiuſſor sũt eiuſdem fori, vel quando fideiuſſor poteſt prorogare iuriſdictionẽ, quod clerico fieri prohibetur, vt latè probat *Graß.in tract.de effect.cleric.effect.1. à n.42. cum ſeq.Viuian.de immun.eccleſ diſp.2.cõcl.3* Et ideo talis ſententia non poteſt executioni demandari contra clericum fideiuſſorem.

26 Amplios facit pro corroboratione
quia reſtitutio in integrum competens
principali,non competit fideiuſſori, vt
plenè tutatur *Sfor.Odd.in tract.de reſtit. in integ.q.48.Faber dec.1.C.de fideiuſſ.* licet contrarium teneant adducti per *Ludou. deciſ Peruſ.27.n.4.*& in materia videndus *Maurit.de reſtit.in integ.cap.24. & Treutacinq.Variar.reſol.lib.2.reſol.4.de minorib.*vbi declarat.

27 Et beneficium *Capit. Odoardus de ſolut.*
laico fideiuſſori clerici,neq; ſuffragatur
Roman.ſing.645.Caual.comm.contra comm. q.201.Cocla de remed.ſubſidia.remed.29.n.8. Gutter.de iuram.confirm c.15 nu.15.par.3. D.Ricc.in praxi fori Eccleſ reſol.248.p.1.& deciſ.Cur.Archiep.173.nu.8 p.4 nouiſſimè *Squillant.in tract.de priu.cleric.cap 10 n.47.* vbi quod ſi clericus eſſet fideiuſſor laici,gauderet tali beneficio, ex generali diſpoſitione *d.cap Odoardus,* vt per *Laym. in theolog moral.lib.3.tract.4. cap.29.num.7.* & per *D Ricc.deciſ.20: par.3.* qui fatetur ita in facto fuiſſe ſeruatum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana.

Et regulariter dilatio cõceſſa debitori ad ſoluendum mediantibus literis inducialibus non prodeſt fideiuſſori, *Menoch.*qui alios citat,*de arbitr.iud.caſ.237 n.22 Bonius de ſtat Vrb.præſcript.gl.22.n.64 Graß in tract de except. c.22. nu.37 Bonfin* plenè *deciſ.77. Genua in tract. de ſcriptura priuata lib.2 q 1* vbi hanc declarat concluſionem, ſed licet fideiuſſor vti non
poſſit exceptione perſonali, quæ tantũ
reo competit, vt dictum eſt. Tamen ſi
28 ipſe fideiuſſor denunciet reo princip-
li,vt litem in ſe ſuſcipiat illum defen-
dens, poterit tanquam neceſſarius defenſor fideiuſſoris litem ſuſcipere in ſe, *Bar.in l.Verum,ff.pro ſocio,nu.3.& in l.ſi procurator,§.1.nu 1.ff.rem rat.hab.& in l.Marcellus,num.6.ff.de fideiußor.& in l.ſiccum, §. quod Vulgò, ff. de ſolut.* ſequitur *Cened. pract.quaſt.Canon.cap.12 ſub nu.4.* quo in loco tractat articulum, ſi fideiuſſor familiaris Sãcti Officij Inquiſitionis gaudeat beneficio, & exceptione fori declinatoria, dicto familiari reo principali competenti, & negatiuam partem tuetur.

Amplia ſupradictam concluſionem,
quod ſicuti electionis fori priuilegium
longo competit fideiuſſori, ita quoque
nec ſuffragatur approbatori, cum &
29 approbatur parte dicatur aliter fide-
iuſſor, vndè tenetur ſciret approbans,
*Alex.in l.ſi Verè,§.qui pro rei,n.4. ff.qui ſatiſd.cog.*vbi etiam *Fulgoſ.in princ.& Iaſon.*

nu.2.

num.2.Maur.in tract. de fideiussor. p.2.princip.tot.1.cap.sub nu. 6. & approbator appellatur debitor sicuti fideiussor talis dicitur, *l.4.ff.de solut.l.si seruum,§.nunc videamus in fi.de verb.obliga. Coler.in tract.de process.executiu.cap.3.nu.42.p.2.* itaut argumentum de approbatore ad fideiussorem, valeat, & exemptio de vno ad alium regulariter fiat, dispositumque in vno habeat locum in alio.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius priuilegiati non gaudet fori electione, sed declara vt nu. 24.*

2 *Cessionarius suo priuilegio fruitur, & non cedentis.*

3 *Cessionarius nequit petere executionem instrumenti guarentigiati, & sic non potest instrumentum liquidari, & quæ sit cautela, num.4.*

5 *Cessionarius mulieris eiusdem priuilegijs non vtitur.*

6 *Cessionarius mariti non vtitur beneficio cap. salubriter, de vsuris.*

7 *Mutatione personæ mutatur priuilegium.*

8 *Exceptio declinatoria fori est personalis.*

9 *Exceptio coherens personæ, & non rei, non transit in singularem successorem.*

10 *Compromissum vbi est faciendum, non debet fieri cum cessionario.*

11 *Exceptio vbi non officiat obligationem, sed repellit personam non obstat cessionario.*

12 *Cessionarius succedit in ius cedentis, & reputatur eadem persona cum cedente, nu.13.*

14 *Cessionarius potest arrestare debitorem.*

15 *Subrogatus sapit naturam subrogantis, quod amplia vt nu.16 & declara vt nu.18.20. & 23.*

17 *Substitutus est honorandus vti principalis.*

19 *Res allodialis subrogata in locum feudalis, non efficitur feudalis.*

21 *Filius subrogatus in locum patris, & quando id procedat, nu.21.*

25 *Cessionarius ex causa necessaria habet priuilegium cedentis.*

ARGVMENTVM.

Cessionarius Miserabilis Personæ, An eodem Electionis Fori Priuilegio vtatur, quo & vti posset Principalis cedens.

QVAESTIO XIV.

1 Regula sit negatiua, quod cessionarius priuilegiatæ, & miserabilis personæ nō gaudeat fori electionis, & Variationis beneficio vti cedens gaudet, *Carauit.in Rit.M.C.V.228.nu.15. Rodriq. de ann.redit. q 4.nu.42.lib.3. Castill.controu.iur.lib.3.c.25. nu.31.*

2 Cuius regulæ palpabilis, assignatur ratio, eo quia cessionarius priuilegiatus minimè priuilegio cedentis, sed tantum suo gaudet, *Castrens. in l. si post diuortium, ff.solu.matrim. Roman.cons.135. Bal nouell.in tract.de dote in 12.par.col.2.vers.4. Fontanel. de pact.nupt.claus.4.glo.11. nu.78.*

3 Quare meritò videmus, quod cessionarius non potest petere executionem instrumenti guarentigiati, & habentis executionem paratam, sicuti poterat principalis creditor cedens, itaut cessionarius in Regno, nullatenus valeat liquidare instrumentum iuxta formam Ritus M.C.V, cùm iuramentum in eius facie non fuerit præstitum, nec ipse in instrumento nominetur, *Affl.in const.Regni eos qui scienter, num.16. Fusc.ad Frecc.de præsent.instru.in 11.par.q.1.nu.1.Viu.in silua comm opin.conclus.77.* vbi testatur sic vidisse iudicari, & practicari in M.C.V. & in Regia Audiētia Aprutij, *Vrsil dec.64.n.8.* annuens, cùm interuentu cedentis posse liquidari, itaut præsentibus cedente, & cessionario facienda sit interrogatio, & liquidatio contra debitorem cessum, prout sic in praxi seruatur in M. C. V, & si cedens non cogatur inuitus liquidatus liquidare, *Præs.de Franch.dec.353. D Ricc. collect. 152.* nisi cedens obligatus fuerit ad liquidandum instante cessionario, *Scaglion in Rit.183.nu.21.Reg.Rouit in prag.Regni sub rubr.de liquidat.instrum.n.11. Gait.in suo tract.de credito cap.3. tit.1.n.116. fol.mihi 268.*

4 Quamuis apud Modernos nostros Scriptores Regnicolas illam reperiam cautelam, vt cessionario, liceat liquidare instrumentum aduersus debitorem iuxta ritum, quod cessionarius constituatur à creditore procurator ad exigendum à debitore creditoris cedentis virtute suæ obligationis, & ad quietandum, ipsumq; obligationem cassandum, & in subsidium, quo debitor fuerit retinens pœnam ipsius obligationis accusandam, & accusatam exequi faciendā,

di-

dictumque creditum exactum pœnes se
retinendum pro tot ab eo receptis sub-
stituens eum in ius,& locum suum,con-
stituensq; illum procuratorem veluti in
rem propriam,& cedens ei omnē actio-
nem,omneque ius sibi spectant,ita *Gri-
mald. in Addit. ad Tartagl. in praxi ciuil.
M.C.V.pag mihi 20 col.2.*vbi idem scribit
posse dici in legatario ex pari ratione,
allegans pro sua opinione *Carau. in Ritu
M.C.V.286 nu.7.* qui tamen loquitur de
incusationē obligationum penes acta,
prout & ita pariter de eo scribit *Galte.
in pract.crim.instrum. 1.par.2. part.Rubric.
Aduertat creditor ad personam suam, nu.25.*
quæ quidem obligationes non est mirū,
si incusari possint per cessionarium, dū
videmus illas accusari à procuratori-
bus ad id specialiter deputatis, iuxta
notata à *Præsid de Franch. dec.118. num.9.*
ita recenter *Mauson. in tracta. de iudic. in
caus.execut.lib.1.ampl.21.nu.20.*

5 Et confert, quod quando mulier ces-
sit actionem de dote alteri,& is eam in-
tentat cessionarius non habet amplius
ea priuilegia, quæ mulier habuisset, si
intentata fuisset directò per ipsam, vt
eleganter notat *Bal.in l.1.col.4.versi.quæ-
runt DD.C.de priuil. Doct.* quem sequitur
*Ias.in l.cum fundus,§.1.versic.& an sit diffe-
rentia,ff.si cer.pet.* Addo *Affl. dec. 396. &
Mysing.obseru.3.cent.3.* vt sic pariter dici-
6 mus de cessionario mariti, qui non po-
test vti beneficio *cap.salubriter, de vsuris*,
ne teneatur fructus rei sibi pignori datę
pro solutione dotis in sortem compu-
tare, iuxta ea, quæ docuit *Bald. in rubr.
C.de vsur. Archiep.Florent.p.2.tit.1.c.7.§.3.
Clauas. in sua summa §.26 in verbo, vsura,*
7 quasi mutatione personæ, mutetur &
priuilegium, *l.1.à contrario sensu,C.de im-
ponend.lucrat. descript.l.cum quidam, §.si de-
bitores,ff.de public.& vectig.l.fiscus,ff.de iur.
fisc.l.paulus alias pro procuratore,ff.de acquir.
hæred.c.vni.§.verum,de iur.patron.*

Necnon pro huius opinionis corro-
boratione spectat *decisio Affl.74.*vbi fuit
excitatum, verum exceptio declinato-
ria fori competes debitori contra suū
creditorem obstet singulari successori
creditoris, hoc est eius cessionario; &
fuit decisum in causa cuiusdam Nota-
rij Melchioris, qui agebat contra quæ-
dam debitorem sui debitoris iure cesso
ex causa onerosa, quod illa exceptio
declinatoria competens contra ceden-
tem non obstabat cessionario agenti,
qui potest trahere quemcunque in Ci-
uitate Neapoli,sequuntur *Maxilla in cō-
suet.Bari,Rubr.de testib. §.licet viua,nu.25.
Matilian.in decis.Genuæ 12.& 31.* Eò quia
exceptio declinatoria fori est exceptio
8 personalis,& coherent personæ.& sic nō
transit ad cessionarium, licet obstaret
ipsi cedenti,vt tenent *Bal in l.per diuersas
C.manda.& in l.si cum dotem,§.si pater,ff.so-
lut.matrim.Bar.in l.apud Celsum, §.apud Iu-
lianum,ff.de dol.except. Ang.in l.si quis rem,
ff.de procur.* asserentes exceptionem per-
9 sonæ,& non rei coherentem non transi-
re ad successorem singularem, vndè si
cùm cedente fortè deberet fortè debe-
ret fieri compromissum, prout in Re-
gno est mandatum ex *Prag odia, de arbit.*
quando sunt consanguinei litigantes,
10 vtique non debet fieri cum cessionario
agenti vtili actione, vt etiam voluere
*Maranta in tract.de iudic.par.6.actu 2.n.24.
Duen.reg.36.limit.16. Ludou.conclus.4.vers.
declara decimo,Borrel.de compromiss.quæst.1.
nu. 41.* quidquid contrarium asserunt
*Marsil.sing.334.& 467 Blanc.de compromis.
quæst 3.n.52.Surd.de alim.tit.1. q.32. nu.77.
& Vrsil.d.dec.74.*

Inde dicebat *Bald. in l. qui stipendia,*
11 *C.de procur.*quod si exceptio non afficiat
obligationem, sed repellit personam,
tunc non obstat cessionario, sequuntur
*Glo.Io.Andr.in cap.1.de iur.patron. in 6.&
Dyn.in cap. si quis in ius, de regul. iur. in 6.*
quod ego pluries practicaui in varijs
casibus occursis,ac tractatis in Regia
Curia Ciuitatis Amalphiæ,& alias tan-
quàm Regius Gubernator Aierulæ, &
Plagiani habuit in facto de mense No-
uembris in Anno 1628.in causa verten-
te inter Seuerum de Iubeno,& Nicolaū
Antonium, ac Marcum Aurelium Bra-
catum super cessione litis cuiusdam
Castagneti,& Pomarij facta à Principio
de Iubeno præfato Seuero suo nepoti,
vt in Actis apud Caluanicum Actua-
rium.

Et licet posset attentari contrarium,
(prout mecum contendendo prætende-
bat quidam Aduocatus nō secundi no-
minis)ex regula,quod cessionarius suc-
12 cedit in ius cedentis, *l.emptor.vbi Bald.
in 1.notab.C.de hæred.& act.vend Surd.cons.
22. & 82.* vbi etiam quod cessionarius
13 reputatur eadem persona cum ceden-
te, quod pariter ex pluribus confirma-
uit in *suo tract.de aliment. tit.8. priuileg.55.*
14 vndè cessionarius potest arrestare de-
bitore,*Ias.§.fuerat,nu.62. de act. Graß.* qui
alios citat *de except.in prælud. nu.194. Co-*

ler.

ler. de processf. execut. p. 2. c. 2. num. 29. & latius Mausonius de caus. execut. lib. 1. ampl. 21. vbi hanc cōclusionem declarat, quasi quod tanquam subrogatus sapere debeat na-
15 turam eius, in cuius locum fuit subrogatus, iuxta terminos *tex. in l. eum qui ita, §. iniuriarum, ff. si quis caut. §. fuerat, vbi Faber, & Ias. Instit. de act. Bart. in l. 3. §. hac actio, ff. si quis testam. liber. ess. fuer. Napod. in consuet. si mulier, in verbo, si non extant, fol. meo 232. Frecc. & Praes. de Franch. in addit. ad eundem, in consuet. si moriatur, nu. 92. fol. mihi 103. Nouel. reg. 13. Card. Tusc. concl. 755. li. 5.*
16 & hoc est vulgatum, adeò vt fiat subrogatio cum omnibus qualitatibus inhærentibus rei, in cuius locum subrogatio facta est, idq; tàm respectu rerum, quādo vna res est subrogata in locum alterius, quàm etiam respectu personarum, vbi vna persona aliam repræsentat, *l. fin. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Cassan. cons. 22. nu. 22. Morosius cons. 20. nu. 7. Surd. consil. 424. nu. 26. vol. 3. Peregr. de fideicom. art. 16. n. 30.* amplians procedere, vt sapiat naturam procedentis dispositionis, in cuius locū subrogatum est, plenè *Gabr. concl. 2. de regul. iur.* vbi disputat, si hæc conclusio
17 in præheminentia, & honore, itaut substitutus honorari debeat, sicuti principalis, *& nu 69.* dissidentes DD. opiniones referendo illas concordando affirmat, quod si à principale fuisset quis subrogatus, tunc ei non deberetur idē honor, ac eadem præheminentia, si tamen à Principe, benè idem honor & reuerentia deberetur, prout ita in facto decisum reperio in personam Illustriss. D. Francisci de Castro, qui dùm fuisset in locum eius patris Excellentissimi Comitis Lemensium substitutus ob eius absentiam Romæ habitam, non aliter ei fuit titulus (Excellentiæ) sed (Illustrissimi) datus, nam à principali substitutus fuerat, licet postmodum eueniente morte eius patris, dùm reperiretur substitutus in Regni regimine, & per Catholicam Maiestatem confirmatus, titulo (Excellentiæ) fuerit decoratus, vt testatur *D. Reg. de Ponte in tract. de potesta. Proreg. tit. de Assens. Reg. §. 5. n. 4.*
18 Tu tamen a regula nè discedas, cùm supradicta sint vera, vbi subrogatus habet omnes qualitates subrogantis, nam si diuersas habeat, cessat subrogationis effectus, *l. cum in fundo, §. si fundo, ff. de iur. dot. Bald. in l. parabolani, C. de Episcop. & cleric. Surd.* qui centum allegat *cons. 31. n. 41. consil. 138. nu. 11. consil. 153. num. 48. volu. 1. & cons. 269. nu. 30. vol. 2. Sousa in repet. l. fæmina, par. 1. nu. 229. ff. de regul. iur. Dom. Regens Valenz. cons. 63. nu. 177.* vbi quod non debet esse differentia inter eos, sed eiusdem naturæ, & conditionis, quibus subrogans, vt probauit etiam *cons. 60. num. 4. Menoch. de arbitr. iud. q. 54. num. 31. cum seq. lib. 1.* vbi affluenter hanc tractat materiam *Castill. decis. Sicil. 125. tom. 2.* vbi discutit, si Officialis subrogatus debeat esse eiusdem iuris, & conditionis, cuius est ille, in cuius locum subrogatur, explicans doctrinam *Bald. in l. parabolani, C. de Episc. & cler.*

Hinc meritò videmus, quod si res allodialis subrogata sit in locum feudalis
19 vtique cessat subrogationis regula, cū res diuersæ sint qualitatis, & consequenter res libera, nō efficitur serua, vt probatur *in l. Lucius, ff. de fideicommiss. haredit.* & tradit *Andr. ab Iser. in cap. 1. §. cum autem, de controu. inuest.* & post reliquos scripsit *Surd. cons. 53. num. 14. vol. 1. & cons. 311. nu. 54. vol. 3.* quod est verum non accedente Domini consensu, alias secus, cū in eius arbitrio resideat allodium facere feudum, illudque segregare, & vnire, *Reg. de Ponte in tract. de potest. Pror. tit. 1. de prouis. fieri sol. §. 2. nu. 10.*

Et huc spectat, quod quando essent dispositio personalis, quia nempè electa
20 esset industria personæ, vel esset aliud speciale in illa re, in cuius locum faciēda esset subrogatio, tunc regula pariter non haberet locum, quia subrogantis qualitates deficiunt, *Bart. in d. l. 1. §. hac actio, ff. si quis testam. lib. 1. Surd.* qui alios citat *cons. 31. nu. 42. & cons. 53. num. 13. vol. 1.* & consequenter est regula vniuersalis, vt quoties mutaretur subrogantis qualitas, vel adesset aliqua ratio diuersitatis in subrogante, quæ cùm esset in subrogato, tunc nullo modo subrogatio procedere potest, idem *Surd. cons. 440. nu. 51. vol. 3.* vndè fit, quod ex subrogatione prædicta subrogatio non procedit, nisi in illis, in quibus expresè facta reperiretur, extraq; illa extendi non posse, *Alex. cons. 106. nu. 15. & 16. vol. 3. Decius cons. 38. in fi.* & post reliquos *Surd. cons. 151. nu. 32. vol. 2. & cons. 311. n. 53. vol. 3.*
21 Et hinc infertur, quod licet filius subrogetur in locum, & gradum patris, de qua sanè materia latè *Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 95. Molfes. in comment. ad consuet. Neap. par. 4. de success. ab intest. q. 36*

& ple-

& pleniſſimè *Caſtill.quotid.controuerſ.lib.3.*
32 *cap. 19.* id non eſt ſemper verum, ſed quoties in filijs eadem vigeret ratio, & eſſet qualitas, quæ eſt in patre, & ideò ſi ex diſpoſitione ſtatuti vocarentur maſculi ad ſucceſſionem excluſis fœminis, tunc filia non ſubingrederetur in locũ patris, ex quo non poſſet aſſumere qualitatem maſculinitatis, nec rationem conſeruationis bonorum in familia, quæ ſunt in patre, & ideò filij ex maſculis non nocẽt reliquis maſculis, vt probauit *Surd.* ex pluribus *conſ.403.num.61. vol.3.* affirmans *conſ.416. num. 24. volu.3.* quod nunquam cenſetur ſtatutum vocare fœminas, vbi adſunt maſculi, *Dec. conſil.164.nu.2.Peregrin.de fideicomm.art.25 num. 57.* vbi loquitur in fideicommiſſis, in quo caſu interrogatus iuxta eius ſententiam reſpondi, & præcipuè in cauſa Hæredum Helionoræ de Cionto cum Franciſco Antonio Pappalardo.

Vltra quod vbi aliquid eſt ſpecialiter
33 attributum (prout in caſu noſtro) ſubrogatus non ſapit eandem naturam, & ſubrogationis regula id extendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum, *Barboſ in l.cum prator,§.1.nu 421. ff. de indic. Surd. de alim. tit.9. q.21. num. 21.* & maximè, quia tractatur in materia priuilegiata, & in priuilegijs ſubrogatus non ſapit eandem naturam ſubrogantis, *Azeued in l. 1.n.27 tit.1.li.6.noua recopil. Girond. de priuil.explic. nu.1313.*

34 Quare diuiſis contrarijs, & firmâ remanente ſuppoſita regula, illam declarare procedere, & eſſe veram vbicunque ceſſio eſſet voluntaria, at ſecus ſi neceſſaria, quia ceſſionarius ex cauſa neceſ-
35 ſaria habet abſque dubio idem priuilegium, quod allegare poſſet cedens, vt poſt *Caſtrenſ.conſ.222. vol.1. & Bald.Nouel. de dote 12. par. col. 2.* determinauit *Vinius dec. 158. num.10.* per ea quæ ſcripſerunt *Bar. in l.poſt dotem, circa finem, ff.ſolut.matri. & in l.1.ff.de priuileg.dotal.& Ceoff.conſ.104 ſub nu.1. vol.2.* quam opinionem ego præcticaui in cauſa vertente inter Iuſtinam de Abinante ceſſionariam, ſororis Sanctæ de Amendola monialis Tertiariæ, vulgò, Bizoche, contra Paſchalem de Stephano, & hoc in Anno 1627. de menſe Iunij.

SVMMARIVM.

1 *Negotiorum geſtores priuilegiatorum, gaudent priuilegio.*
2 *Priuilegium conceſſum alicui, vt trahat alios ad ſuum forum competit negotiorum geſtori.*
3 *Negotiorum geſtores exemptorum, ſunt exempti.*

ARGVMENTVM.

Negotiorum Geſtorum Miſerabilis Perſonæ, An Electionis, & Variationis Fori Beneficio validè vti poſſit.

QVAESTIO XV.

1 Regulam conſtituo pro parte affirmatiua competere ſcilicet huiuſmodi negotiorum geſtoribus miſerabilium perſonarum priuilegium eligendi, & variandi forum, in cauſis tamen earundẽ perſonarum, ſicuti, & illud habent ipſæ miſerabiles perſonæ.

Quæ ſanè concluſio ſatis iuuatur, nã
2 in ſimili videmus, quod priuilegium conceſſum aliquibus, vt trahant ad eorum forum alios, nec poſſint ab aduerſarijs trahi, competit etiam eorum negotiorum geſtoribus, *Anna ſing.401. Petra ad Capic.dec.59.in fi. D.Ricc.deciſio.Cur. Archiep.Neap.69.num.8.par.1. per textum in l.hæres abſens, §.ſi apud Labeonem, ff. de Iudic.*, vbi ſi Dominus habet ſeruum Romæ, qui eius negotia gerit, ſi trahatur in iudicium Romæ, ibi ſe defendit, quia ita habetur, ac ſi cum Domino cõtraxiſſet; ergo ſi habetur, ac ſi cum Domino contraxiſſet vbi Dominus eſt perſona priuilegiata conueniendus eſt in loco, in quo Dominus poſſet conueniri, prout iſtud videtur ſentire *Caſtrenſ.* ibid. & fatetur *Roman.ſing.240.*

3 Indè negotiorum geſtores exemptorum eſſe quoque exemptos fatendum eſt, quia exemptio extenditur ad Adminiſtratores, ex *Cecchier.in tract. de iuriſdic. in exempt.par.1.q.30.n.12.tom.1.* vbi quod exemptio Xenodochij extenditur ad Adminiſtratores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seruientes Ecclesijs reponuntur in numero miserabilium personarum quoad priuilegium.*

2 *Seruientes Ecclesiæ fruuntur priuilegijs ijsdē, quibus gaudet Ecclesia.*

3 *Priuilegium concessum Hospitali, communicatur eiusdem seruis.*

4 *Priuilegium concessum scholaribus, extenditur ad seruos eorundem.*

5 *Priuilegium exemptionis Camaldolensium nō extenditur ad suos Colonos.*

ARGVMENTVM.

Seruiens Ecclesijs, *An* gaudeat Priuilegio Electionis, & Variationis Fori.

QVAESTIO XVI.

1 REgulam constituunt Doctores, quod seruientes Ecclesijs dicantur Miserabiles personæ, quod scilicet ego intelligo verum vt veniant sub earum nomine ad finem gaudendi ijsdem priuilegijs, quibus & illæ fruuntur, ita quidem notarunt *Tesaur. decis. Rot Pedamont. 177. n. 1. & Caballin. milleloq. 697.* vndè illos vti posse in earum causis priuilegio, *l. vnic. C. quando imper.* prout & illa vtitur Ecclesia vtique fatendum est.

Quæ sanè opinio ratione non caret, siquidem certum est seruientes Ecclesijs frui ijsdem priuilegijs, quibus, & Ecclesia vtitur vt statutum est *in cap. Ecclesia seruos 12. q. 2. D. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neap. 65. nu. 5. par. 1.* vbi per hoc affirmat illos esse conueniendos coram Iudice eiusdem Ecclesiæ, *ex gl. in cap. nullus Iudicum, de foro competenti, Aufrer. in tract. de potest. Iudic. Ecclesiast. super laic. & eorum bonis, num. 37. Alpher. cons. 44. num. 2. Decian. in tract crim. lib. 4. cap. 9. nu. 27. to. 1. Bellug. in specul. Princip. Rubr. 11. §. videndū, nu. 6. Aloys. de Leo in l. placet, nu. 17 C. de sacrosan. Eccles.* licet contrarium tutatur *Morla in emporio iuris par. 1. tit. 2. de iurisdi. omni iud. nu. 140.* quem sequitur *Graff. in tract. de effect. cleric. effect. 1. num. 131.* qui *nu. 146. cum seq.* amplè discutit, quando priuilegium clericorum competit eorundem seruis, & distinctionis sedere vtendo, firmat illud extendi ad seruos perpetuos, non autem ad temporales, vt apud eum.

3 Et confert prò corroboratione principalis conclusionis, nam videmus priuilegium concessum hospitali communicari eiusdē seruis, ac ministris, vt apud *Oldrad cons. 11.* quem refert, & sectatur *Gratian. decis. Rot. Marchiæ 233. nu. 13.* vbi etiam fatetur, quod per exemptionem Ecclesiæ ministri eius censentur exempti, vigore *tex. in cap. 1. de priuileg. in 6.* de quo latius *Cochier de iurisd. in exempt. q. 30 par. 1.*

4 Prout priuilegium concessum scholaribus, extenditur quoque ad eorundē seruientes, *Auth. habita, C. ne fil pro patre, Felyn. in c. 2. de foro compet Franc. in prohem. sexti, in verbo, scholaribus, Rebuff. in l. vnica, §. fin. C. de Colleg. lib. 11. Caball cons. 77. vol. 1. Menoch. de arbitr. Iud casu 368. nu. 10. Reg. Rouit. cons. 60. nu. 7. tom. 2.* vbi *nu. 6.* affirmat immunitatem concessam patri familias trahi ad totam eius familiam, nempè ad vxorem filios, & famulos, *iuxta textū cum glo. in l. 2. in verbo, ministeria, C. de Episc. & cleric.*

5 Licet priuilegium exemptionis Camaldulensium non extendi ad eorum colonos circa exemptionem solutionis decimarum, taliter quod præfati coloni tenentur soluere decimas Episcopo, fundat *Marta dec. 66.*

Hic igitur diuino adiutus auxilio, finem huic Sectionis consequor, portūq; tandem tango, plura quidem exarassem pro ornatu huius *Sectionis*, nisi amaro essem animo ob immaturam mortem meæ Genitricis Camillæ de Massario quam cœlestem Patriam penetrasse nūtium, (proh dolor) traditum accepi; Exiguum enim, & cum tedio datur tempus vitę nostrę, & non est refrigerium in fine hominis, & ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus, imò extinta cinis euadet corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquā mollis aer, transietque vita nostra vti vestigium nobis, & sicuti nebula dissoluetur, quę fugata est radijs Solis, & à calore ipsius grauata, vt legitur *Sapien. cap. 2.* Sit nomen Domini semper, & vbique benedictum, ipse dedit, ipse abstulit sicuti Domino placuit, ita factum est.

Excusatum ideò quęso (Beneuole

Lector) me habeas, & hęc quæ in huiusmodi Sectione ad tui vtilitatem cumulaui argutis, lincijſque oculis perlegere digneris, & ſi quid fortaſsè boni ex tali lectione percipies, & hauries Deo Optimo Maximo da gloriam, cui ſit laus in ſęcula ſęculorum.

Prout & eãdem laudem aſsigno Beatiſsimæ Marię Virgini meę protectrici, Sancto Michaeli Archangelo, Sancto Ioanni, & Sancto Antonio de Padua, meis particularibus Aduocatis & Patronis, quos flexis genibus ex corde rogo, vt me commendatum habeant, & in altera in eorum habitaculum ſuſcipiat. Faxit ſic Deus.

Finis Tertiæ Sectionis.



IO. MARIAE NOVARII I. C. LVCANI.

TRACTATVS, siue PRAXIS ELECTIONIS, & VARIATIONIS FORI.

SECTIO QVARTA.

CONTINENS SINGVLOS CASVS, in quibus Beneficium Electionis, & Variationis Fori concedantur, vel denegentur.



S V M M A R I V M.

Electio Fori datur priuilegiatis non obstāte, quod Baro habeat primas, & secundas causas.

Clausula derogatoriam quoruncumque priuilegiorum non derogat priuilegio miserabilium.

Mentio expressa requiritur, vt comprehendantur priuilegiata persona.

Clausula generalis non derogat priuilegia in corpore iuris clausa.

Priuilegium in corpore iuris redactum non tollitur ex derogatione generali, maximè attenta qualitate persona, nu. 6.

Princeps dùm gratias impartitur non censetur comprehendere casus speciales.

Priuilegium speciale non tollitur lege generali.

Beneficia iurispatronatus laicorum non comprehenduntur sub generali beneficiorum dispositione.

10 *Dotis causa non comprehenditur sub generali dispositione.*

11 *Legatum dotis non venit in generali renunciatione.*

12 *Dispensatio debet esse in specie derogatoria Bulla Clem. VII.*

13 *Derogatum non censetur beneficio restitutionis in integrum, per generalem derogationem.*

14 *Derogatum non censetur priuilegio optandi beneficia reseruata, nulla de eo mentione facta.*

15 *Concessio generalis non extenditur ad ea, quæ speciale exigunt concessionem.*

16 *Princeps non censetur abdicare à se summū imperium.*

17 *Infeudatio Castri cum omnimoda iurisdictione, quidnam comprehendat.*

18 *Regalia non censentur concessa sub larga cõcessione.*
19 *Casus pertinentes ad solam Magnam Curiã, non censentur concessi Baronibus.*
20 *Prouisum specialiter non censetur derogatum per generalem dispositionem.*
21 *Expressum continetur sub generalitate, sed quando id non procedat, nu.22.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num intentari possit à Miserabilibus personis, quando Barones, & Domini habent Iurisdictionem primarum, & secundarum causarum derogantem omnibus, & quibuscumque priuilegijs.

QVÆSTIO I.

1 Regula sit affirmatiua, procedit enim huiusmodi eligendi, & variãdi forum priuilegium, non obstante quod Barones, vel Domini habeant amplum priuilegium iurisdictionis, & cognitionis primarum, & secundarum causarum, itaut alibi non possint tractari cum clausula derogatoria quo-
2 rumcunque priuilegiorum, quia per illas non dicitur derogatum priuilegio miserabilium personarum, nisi in specie de ipsis fiat expressa derogatio, vt per *Cyn. Bald & Reliquos in l. vni C. quando imp. Roman. cons. 436. nu. 20. & 21. Felyn. in cap. 1. nu. 2. & in cap. nonnulli, num. 26 de Rescript. Dec. cons. 65. num. 20. Gramat. dec. 20. num. 4. & seq. Foller. in Const. Regni Statuimus, n. 16.* vbi concordantes adducit *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 66. nu. 33 lib. 2.* qui alios citat, prout & socios refert *Niger in cap. Regni, quoad decretam, nu. 9.* vbi de communi testatur *Milanens. decis. Sicil. 5. n. 14. p. 2. Tesaur. decis. 177. nu. 9. & ibi Filius in addit.* qui fatetur ita fuisse decisum in suo Senatu de Anno 1591. prout & sic determinatum per nostrum Sacrum Regium Consilium, ait *Anna in addit. ad Genitor. alleg. 148. Præs. de Franch dec. 187. num. 2. & decis. 192.* vbi de obseruantia Sacri Consilij *Peregr. decis. Rota Patauina 129. Borrell. in tract. de Regis Catholici præstantia cap. 61. nu. 59.* vbi colligit alios, & iterum in *summa decisio. tit. de iuramen. perhorrescentiæ nu. 37. tom. 1. Mastrill. decis. 127. n. 14. & 15. Cancer. variar. resolut. cap. 2. num. 25. par. 2. Giurba decis. Sicil. 82 nu. 4.* vbi sarcinam Doctorum adducit pro corroboratione *Raudens. de analog. cap. 23. nu. 83. D. Ricc. collectan. decis. collect. 1. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glo. 11. nu 78. tom. 1. Castill. decis. Siciliæ 39. par. 1.* vbi quod expressa fieri de-
3 bet mentio, vt scilicet, quod in priuilegio diceretur (non obstante *l. vni. C. quando Imp. & Constit. Regni statuimus*) vel non obstante quod clausulæ essent ad instãtiam miserabilium personarum, & ita vsu apud Regia Tribunalia huius Regni Neapolis receptum esse reperio.
4 Clausula siquidem generalis derogatoria (quibuscunque priuilegijs non obstantibus) non reuocat priuilegia in corpore iuris clausa) probe est illud Electionis, & Variationis Fori) *Ias. in rubric. ff. de constit. nu. 19. Alex. in l. miles, nu. 3. in fi. ff. de re iudic. Gomez in cap. 1. nu 93. de constit. in 6. Rebuff. respons. 15. & respons. 134. Gabr. concl. 9. n. 10. de regul. iur. Petra in addit. ad Gramat. dec. 21 Visconti in conclus. iur. in verbo, priuilegiũ in corpore iuris clausum,*
5 annuens priuilegium in corpore iuris redactum non tolli ex derogatione generali, in qua dicitur non obstantibus quibuscunque legibus, statutis, & priuilegijs, *Menoch. de arbitr. Iudic. casu 489. num 89.*
6 Quod sanè eò fortius locum habet attenta qualitate personæ, cui primum priuilegium reperitur concessum, vt exempli gratia, si piæ, vel fauorabili causæ, quia tunc reuocatio præsumitur facta per alterum priuilegiũ posterius, nisi specialiter concessum sit cum expressa clausula (Non obstante dicto priuilegio piæ, & fauorabili causæ elargito) vt post *Felyn. in d. cap. nonnulli, col. 23. de rescript. & Roman. in l. si verò. §. de viro, fallent. 24 ff solut. matrim.* tradit *Crot. in cap. 1. nu. 48. de Constit. in 6. vbi num. 49.* in terminis scripsit de concessione, & priuilegio facto miserabilibus.
7 Princeps enim, dum gratias impartitur, & priuilegia generalibus clausulis elargitur ad instar legis non censetur comprehendere casus speciales, & prærogatos. *Ias. cons. in l. 1. col. 3. ff solut. matri. Rum. cons. 136. col. 4. vol. 4 Gozad. cons. 43. Calcan. cons. 13. col. 2. Cassan. cons. 32. col. 2. Portius*

re-

regul. 16. vbi plures facit illationes, vti antiqua, & specialis lex, siuè statutum, proclama, vel Bannum non tollitur ex noua lege superueniente generali *Glo. in l. sciendam, ff. qui satisd. cog. Fulgos. in l. cum in testamen. C. de testam. Alexan. cons. 80. col. 3. Vol. 1.*

8 Indè priuilegium alicui specialiter concessum non tolli lege generaliter loquente affirmarunt *Glo. in l. 3. in verbo, decurionibus, C. de silent. lib. 12.* & post illam *Loffred. cons. 31. col. pen.* & hinc *Bald. in l. Lucius, in fin. ff. ad Turpill.* docuit dispositionem generalem de carceratis relaxandis non habere locum in carceratis ob crimen falsi, nisi ad id specialiter exprimatur, vt voluerunt pariter *Nell. in trac. de Bannit. q. 2. p. 3. secund. temp. & Boer. decis. 217. num. 21.* quod est notandum, quando conceduntur ob aliquam causam Indulta generalia, & Abolitiones vniuersales.

Et beneficia iuris patronatus laico- 9 rum ex fundatione, vel dotatione non comprehenduntur sub generali beneficiorum, dispositione *Glo. & DD. in cap. cum in illis, §. cum autem, de prabend. in 6. Couarr pract. quast. cap. 36. Lambert. de iu patron. lib. 2. p. 3. q. 3. art. 4. Rota Romana in Toletana Annatarum 2. April. 1590. & 4. Decemb. 1592. & 4. Iuny 1593. coram Eminentiss. Cad. Pamphilio, & in Toletana dimidia annata 17. & 22. Iuny 1594. coram Gyptio.*

10 Hinc etiam dispositio generaliter loquens non comprehendit causam dotis *Salic. in l. fin. C. de iur. dot. Camill. de Curt. in diuers. feud pag 70. nu. 38. Pras. de Franch decisio. 219. nu. 1. Portius conclus. siuè Regul. 17.* vbi & alias recitat opiniones, vt apud eum *Mart. dec.* 188. vbi allegat etiam *Castrens. in cons. 98. in fin. Vol. 1.* qui tenet, 11 legatum dotis non venire in generali renunciatione, *Ias. in l. 1. col. 3. ff. sol. matrim. Affl. in const. Regni, in tit. de seru & sal. ind. col. 1. & decis. 151. nu. 2. Bald. Nouell. in tract. de dot. special. 17. & 18. Marsil sing. 442 Loffred cons. 74. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 2. nu. 2.* recenter *Caualer. decis. Rot. Rom. 41. nu. 6*

Et adhuc facit, quod dispensatio de- 2 bet esse in specie derogatoria, *Bulla Clem. VII. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de Reformat.* vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium, vt latè comprobat *D. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 369. p. 2.* iuxta quam opinionem annis elapsis practicasse reminiscor.

Et ideò in generali exclusione, & derogatione priuilegiorum pro raro be- 13 neficio restitutionis in integrum, siuè primo, & secundo beneficio (vt in Regno vocamus) minoribus competenti derogatum censetur, ex *Glo. sing. in l. postquam liti, C. de pact.*, quam ad id notant *Benedict in cap. Raynutius, in verbo morimo, nu. 180. de testam. & Caball in. mille loq. 784.* cùm tale beneficium requirat specialē derogationem, *l. illud, §. fin. cum l. seq. ff. de minor. Aretin. in cap. 2. col. fi. de prob. Bal. cons. 236 lib. 1. Signorol cons. 234.*

14 Vndè consulendo respondit *Gemin. cons. 30.* priuilegio generali, vel speciali reseruationis beneficij non præsumi derogatum alteri priuilegio optando beneficia reseruata, nulla de ea mentione facta, & sic consuluit *Butr. cons. 95. in fine,* generali reuocatione priuilegiorum immunitatis, minimè censeri sublata specialiter concessam, sequitur *Soccin. Sen. cons. 209.*

15 Prout, & concessio generalis non extenditur ad ea, quæ specialem exigunt concessionem, atque ad ea, quæ insignũ priuilegij singularis sunt Principi reseruata, *Loffred, cons. 36. in fine, Gama decis. 31. in fine.*

16 Indè non censetur Rex, siuè Princeps cum abdicare à se summum imperium, & ius, *Bald. cons. 327. col. 3. Vol. 1. Ang. in l. si certarum, in fine, ff. de testam. milit. Alex. in l. filium quem pater, num. 15. ff. de liber. & posthum. Mandel. cons. 62. nu. 10. Salern. in Consuet. Neap. in prohem. §. præfatis, in Apostilla, qua incip. Magna est Principis;* itaut si Prin- 17 ceps infeudat Castrum, vel territorium cum omnimoda iurisdictione, non veniet eo casu, nisi prima cognitio causarum ciuilium, & criminalium, nec venient causæ appellationum, nisi in priuilegio fuerint expressæ; semper enim videbitur reseruatio ius appellationis, & superioritatis, *Io. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr. de iurisdict. omn. Iudic. Ang in l. 1. §. 1. ff. de officio eius*, quos sequitur *Borrel. in addit. ad Bellug. in specul. Princip. rubr. 1. lit. M.*

Hinc fluit, quod regalia non censen- 18 tur concessa, sub quauis larga, & generalissima concessione, de quibus *in cap. 1. quæ sint regalia*, & ibi Scribentes *Peregrin. de iure fisci art. 2. n. 97.* plenè *Mastril. de magistr. li. 1. c. 14.* vbi hanc declarat conclus.

19 Et casus pertinentes ad solam Magnam Curiam Vicariæ in generali concessione Baroni facta non veniunt, nisi de ijs sint particulariter priuilegiati, saltem per generalem clausulam concessionis casuum, de quibus sola Magna Curia cognoscit, *Capibl. in prag. 8. nu. 199. p. 1. de Baronibus*, vbi alia adducit, quæ hic adaptari possent, qui per prius *n. 87.* affirmauit, priuilegium concessum Baroni de casibus etiam Magnæ Curię cōcessis non interpretari, & extēdi ad casus, quos cognoscit vti Vicaria.

Et id, quod ante specialiter ex prouisum nō tollitur per generalem dispo-
20 sitionem, *Bal. in l. filium, col. 13. vers. & opponitur, C. famil. hercisc. Caballin.* qui alia adducit *milleloq. 559.* qui *milleloq. 46.* meritò firmat restitutionis in integrum beneficium non excludi à statuto generaliter loquente, per *Glo. fi. in l. postquam Titi*, & ibi *Salic. q. 5. & Ias. & Dec. in fi. C. de pact.*

Quibus veris existētibus oculis clau-
21 sis inferri posset, quod regulæ illæ vulgatæ, vt expressum dicatur contentum sub generalitate verborum, iuxta *Glo. in l. fi. in verbo specialiter, C. quod cum eo*, cum alijs apud *Monach. decis. Florent. 69. nu. 17.* & apud *Rend. in prompt. recept. sentent. ti. 106 num. 15.* & expressum dicatur, quod sub ratione comprehenditur, *l. quæsitum, ff. de testib. l. postulauerit, §. sed si negauerit, ff. de Adult. Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, susceperit, C. de reuoc. donat. nu. 37.* & quod ex eadem ratione deducitur *Pereira de resol. emphit. cap. 1. nu. 20. & 21. Surd. dec. 254. nu. 40.* & expressum censetur, quod virtualiter inest, *Ferrer. in constit. Cathalo. gl. 4. nu. 61. Magon decis. 67. nu. 22.* & expressum dicitur, quod continetur ex vi verborū, *Flores Diez de Mena q. 21. nu. 26. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. cap. 11. nu. 8. Sesse decisio. Aragon. 113. n. 170.* vbi etiam quod expressum dicitur, quod ex consequentia verborum necessariò colligitur, Non
22 possunt habere locum in casu de quo agitur nam, cùm in illo requiratur expressa derogatio, & sic expresè, & specialiter fieri, non sufficit id contineri sub verbis generalibus, *Menoch. cons. 331. num. 24.* expressum vbi requiritur non sufficit tacitum, neque præsumptum, *c. 2. de præben. c. si de procur. in 6. Valasc.* qui alios citat *de partit. bonor. c. 14. n. 18. Cabed. decis. Lusit. 12. nu. 7. p. 2. Tusc. concl. 654. lit. E.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio vbi est concessa motu proprio, adhuc Electionis Fori Beneficium procedit, licet contrarium nu. 5.*

2 *Clausula, Motu proprio parit effectus plures, sed non contra ius alterius, num. 3. Nec supplet defectum intentionis, nu. 4.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An concedatur, si Iurisdictio primarum, & secundarum Causarum derogatoria Priuilegijs cū clausula (Motu proprio) per Regem Baroni concessa foret.

QVAESTIO II.

1 REgula sit affirmatiua, vt Electionis *Fori* beneficium procedat, & allegari possit, quãuis iurisdictio motu proprio concessa foret, & derogatoria, vt in terminis notauit *Marchesan. de commission. par. 2. de Aduocat. causar. §. 2. nu. 67* vbi ad id allegat *Alciat. cons. 165. & Feller. in Constitut. Regni Statuimus, nu. 77. & 83. vers. sic. intellige tamen*, quibus assentire videtur *Rum. cons. 226. & 228. vol. 1.* illisq; iungo *Præs. de Franch. dec. 192. n. 5.*

2 Cuius sanè conclusionis ratio suaptè assignari sedulò potest, quia licet clausula, motu proprio, plures pariat effectus, de quibus latè *Rebuff. super concord. Franc. tit. de forma mandat. Apostolic. Gabr. concl. 2. de claus. Card. Tusc. conclus. 340. lit. C. D. Ricc. collect. 400. & 959.* itaut faciat dispositionem fauorabilem, *Rota Rom. diuers. 240. nu. 14. p. 1.*

3 Tamen non firmat priuilegium contra ius alterius, eadem *Rota dec. 451. p. 1. Marta de claus. p. 1. c. 72. n. 5.* dicens pariter *nu. 3.* quod nihil operatur in præiudiciū tertij, ex *Felyn. in cap. ad aures, nu. 25. de rescript.* sequitur *D. Ricc. in praxi fori eccles. resol. 100. nu. 3.* apud quos alia in materia sunt cumulata.

4 Et clausula, motu proprio, non supplet defectum intentionis, licet tollat defectum subreptionis, *Io. in cap. si motu* pro-

proprio, de praeben. Vital. in tract. clausi. in vers. motu proprio.

5 Bene verum *Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 182 num.* 18. videtur sentire contra firmatam regulam, vt existente clausula motu proprio, censeatur derogatum supradicto electionis fori priuilegio, cuius opinio potest roborari, *ex dictis Roman. cons. 327. num. 8. vers. secundo respondeo, & ibi Mandos. in addit. Felin in cap. nonnullis de rescript. & cap. accedentes, de praescript. & Gabr. concl. 2. n. 28. de claus.*

Sed fauore priuilegiatarum, & miserabilium personarum non putò à regula esse recedendum, tantò magis, quia *Roman.* nuper allegatus loquitur per verbum, fortè, & sic non se firmat in dicta opinione, & *Felyn.* simpliciter transit cũ *Romano*, non facta discussione articuli, vt in puncto animaduertit *Praes. de Franch. dec. 192 num.* 51. vndè iuxta hanc sententiam saepius requisitus de voto respondidi.

SVMMARIVM.

1 *Electionis fori competit Vassallis, qui sunt priuilegiati.*

2 *Priuilegio electionis fori non censetur derogatum per clausulam, non obstantibus.*

3 *Clausula, non obstantibus, tollit priuilegium in corpore iuris non clausum, & illa, quae sunt friuola, nu. 5.*

4 *Princeps sub verbis generalibus, non videtur posse fraudare illos, qui in iure specialiter sunt priuilegiati.*

6 *Derogatio priuilegiorum, quorum specialis mentio facienda esset non comprehendit priuilegium eligendi forum.*

ARGVMENTVM.

An si in deorogatione Priuilegiorum facta in concessione Iurisdictionis Baroni adesset clausula (Non obstantibus priuileglis, quorum specialis mentio faciẽda esset) Electionis Fori Priuilegium à priuilegiati possit intentari.

QVAESTIO III.

1 REgula fit, quod licet concessio iurisdictionis primarum, & secundarum causarum sit facta Baroni interueniẽte clausula, Non obstantibus & c. adhuc electio fori cõpetit priuilegiatis, qui sunt vassalli.

2 Cuius sanae conclusionis palpabilis rõ redditur, nã priuilegio *l. vnica, C. qñ Imper.* & sic electionis, & Variationis fori non censeri derogatum per istam clausulam, Non obstantibus, ita in terminis nostris *Marchesan. de commission. par. 2. de Aduocat. caus. §. 2. nu. 65.* vbi pro corroboratione huius rationis allegat inter caeteros, *Felin. in cap. 1. nu. 2. de Rescript. Alex. cons. 123. vol. 4. Gabr. concl. 2. nu. 9. de reg. iur. Put. dec. 465. n. 2. lib. 2.*

Et racio rationis assignari validè potest, quia hoc priuilegium electionis fori concessum miserabilibus est in corpore iuris clausum, clausula autem su-
3 pradicta sufficit tantum ad tollendum omne priuilegium in corpore iuris, non clausum, *clem. 1. in fin. de sepult. Io. Andr. in cap. 1. nu. 4. de excessib. Praelat. in 6. Bar. in extrauag. Ad reprimendum, in verbo, non obstãt. sub nu. 11. Ruin. cons. 163 nu. 17 & seq. lib. 5. Rota diuers. dec. 264 lib. 1. Caballin milleloq. 560. in fin.* vbi allegat *Imol. cons. 107. & Glo. in authen. qua in prouincia, l. vbi de crim. agi oport.*

4 Non est enim verisimile, quod sub verbis generalibus Princeps velit fraudare illos, quis in iure specialiter sunt priuilegiati, & idcò talis clausula non tollit, ea de quibus quis specialiter est prouisus, quoniam derogando obstantibus non censetur cogitasse de speciali prouisione, *Calder. cons. 1. nu. 2. de priuil. Roman. cons 393. nu. 13.*

5 Vndè quando in concessione dicitur, non obstantibus priuilegijs, intelligitur de friuolis, & inualidis, *Compostell. in cap. causam quae de Rescript. Alex. cons. 13 nu. 4. vol. 3. Ias. cons. 233. col. 3. vol. 2. Dec. cons. 33. col. fin. Selua de benefic. q. 13. p. 3. Afflit. in constit. Regni in praelud q. 25. col. 2. Reg. de Ponte cons. 59. nu. 46 lib. 1.*

Quae omnia adeò sunt vera, & iuridicè procedunt, vt habeant locum quãuis in concessione iurisdictionis adsit derogatio omnibus priuilegijs, quorum spe-
6 cialis mentio facienda esset, idem *Marchesan. loco nuper allegato, sub num. 67. versic.*

Amplia

amplia vigesimoprimo, vbi vltra *Cin. & Fulgos.* adducit *Felin in cap. Accedens, nu. 4. de prӕscript. Roman. cons.* 307. *nu.* 8. annuens ab hac opinione recedendum non esse, quibus iungo *Prӕsid. de Franch dec.* 192. *nu.* 4. & latius *Gramat. dec.* 20. vbi sic decisum refert alios pro hac opinione cumulando *Peregrin. decis. Patau.* 129. *nu.* 7. qui pariter alios adducit *Trentacinq. var. resolu. li.* 2. *resol.* 2. *nu.* 3. *de citationibus*, contrarium tamen reperio tenere *Afflict. nostrum in Const. Regni, Statuimus, num.* 15. *versic. quod si dictum*.

Cuius opinio ea tutari posset ratione, nam certum est pro derogatione huius priuilegij esse faciendam specialem mentionem, vndè dùm in derogatione ponitur talis clausula (Non obstantibus priuilegijs quorum specialis mentio facienda foret) vtique venit in consequẽtiam, quod Princeps intẽdat illi interrogare, alias elusoria esset appositio dictӕ clausulæ, & Princeps frustrà loqueretur, quod non est præsupponendum.

Verum in puncto iuris, vltra æquitatem à Regula non esset recedendum, censendum est enim Principem noluisse derogare priuilegio miserabilium, dùm expressè potuit in concessione iurisdictionis dicere, & non expressit.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, Quorum tenores, habet vim specialis expressionis cum omnibus suis qualitatibus, nu.* 2. *& habet vim, ac si tenor esset insertus, nu.* 3. *sed vide nu.* 6.

4 *Expressum aliquid esse, & haberi pro expresso diuersificantur.*

5 *Clausula, quorum tenores, non comprehendit priuilegium eligendi forum.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an possit fieri, quando in concessione iurisdictionis facta Baronibus cum derogatione priuilegiorum reperitur inserta clausula, quorum tenores.

QVAESTIO IV.

1 Regulam pro parte affirmatiua supponit *Gratian. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 182. *nu.* 18. ea ductus ratione, quia clausula, quorũ tenores, habet vim specialis, ac indiuiduæ expressionis, vt vltra citatos per eum voluerunt *Sese decis. Aragon.* 93. *n.* 21. *&* 22. *Paris de resignat. benefic. q.* 14. *nu.* 16. *lib.* 12. *D. Ricc. collect. decis. collect.* 499. *Rota Roman. dec.* 466. *nu.* 5. *& dec.* 506. *nu.* 5. *tom.* 1. *par.* 1. *in nouiss.* vbi etiam resoluit, quod habet vim expressionis, cuius litis, & prætensionis in iudicio deductӕ.

2 Et illam operari indiuiduam omnium expressionem cum omnibus suis qualitatibus scripserunt post Antiquiores *Affl. dec.* 220 *nu.* 17. *Cassador. decisi.* 10. *nu.* 3. *de Regul. Cancell. & Marta*, qui sarcinam DD. *& Romana Rota decisionem* adducit *in tract. de claus. par.* 1. *claus.* 123. *Mohedan. dec.* 1. *de rescript.*

3 Necnon habere tantam vim, ac si tenor esset insertus dixerunt *Cardin. Tusc. concl.* 350. *nu.* 3. *lit. C. Card. Mant. dec.* 76. *n.* 3. *Leo in Thesau. fori eccles. c.* 13. *n.* 21. *p.* 1. *Antonin. var. res. lib.* 1. *cap* 18.

Itaquod omnia comprehendere dixit *Rota apud Eminentissimum Card. Seraphin. decis.* 510. *nu.* 6. & ego ipse in varijs casibus, iuxta factorum vnitatem consului.

Verum posset contrarium sustineri
ex illa vulgari, & sæpius reiterata con-
clusione, quod vt censeatur derogatum
huic priuilegio, necessè est, quod in spe-
cie fiat derogatio, & expressio, & nega-
ri quippè non potest, quod propriè lo-
4 quendo diuersum sit expressum, & di-
uersum haberi pro expresso, & ideò vbi
requiritur expressa mentio non sufficit
pro expressis haberi, *Felin. in cap. nonnulli,
nu.* 6. *de rescript. Selua de benefic. q.* 14. *nu.* 17.
& seq. par. 3. *Gabr. cons.* 118. *num.* 58. *lib.* 2.
Gonzal. in Regul. 8. *Cancellar. glo.* 43. *nu.* 33.
vbi plenissimè iuxta morem multa cu-
mulat, quæ huic iuris dogmati conueni-
re possent, ibi videnda.

5 Eò fortius, quia cùm præfatum priuilegium sit concessum miserationis gratia minus intelligitur derogatum per supradictam clausulam, idem *Gonz. Regul.* 8. *Cancell. glo.* 36. *num.* 71. allegans *Castrens. cons.* 278. *in fin. lib.* 1. *Dec. cons.* 10. *sub nu.* 8. *Hugo de clausul. nu.* 44. *Selua de benefic. cit. quӕst.* 14. *n.* 36. *& seq.*

Et

Et maximè, quia legimus Romanam Rotam, non ità facilè, & semper admittere, quod dicta clausula, quorum tenores, apposita in concessione vltima, habeat vim specialis, & indiuiduæ expressionis, nisi quando natura casus, & materia subiecta, amplissimaque verba talem esse Principis concedentis voluntatem, innuunt, exempli gratia, vbi de primo priuilegio aliqua fiat mentio, licet non sic plena, & specifica, sicuti in primo priuilegio fieri disponebatur,
6 *Veral. dec. 121. par. 1.* vbi Rota iudicauit clausulam (quorum tenores) minimè operari expressam, & indiuiduam mentionem, iuxta *consil. Butr. 2.* quando non fuit facta mentio de illo, de cuius derogatione, vel mentione agebatur, *Feder. de Sen. cons. 33. nu. 3. Paris cons. 144. num. 13. vol. 4. Rota Roman. diuers. par. 1. decisio. 137. sub nu. 1. ibi*, Nisi de mente contraria Papæ appareat, *& sub nu. 7. ibi*, Quia in re verà ita materia pendet à voluntate, *& dec. 464 sub num. fin. ibi*, Cum non adsit concomitanti a clausulæ, quorum tenores, refert & sequitur *Gonzal. loco nuper cit. nu 66.* inferens propterea *num. 67.* cunctis clarum videri, quod Rota modo admittit dictam clausulam pro sufficienti derogatione, modo non, prout diuersitas materiæ, casusque natura suadet.

S V M M A R I V M.

1 *Concessa iurisdictione cum derogatione clausula, ex certa scientia, cessat fori electionis priuilegium.*
2 *Clausula, ex certa scientia, habet vim specialis derogationis.*
3 *Clausula, ex certa scientia, refertur ad ius, & non ad factum.*

A R G V M E N T V M.

Electio fori an competat, vbi in concessione iurisdictionis cum derogatione priuilegiorum facta Baroni adest clausula (ex certa scientia)

Q V AE S T I O V.

Regulam firmat negatiuam *Marchesan. de commissit. de Aucat. causar. p. 2. §. 2. sub nu. 68. versic. limita autem*, vt existente in concessione iurisdictionis cum dero-
1 gatione clausula (ex certa scientia) cesset fori electionis priuilegium, quin allegari non valeat à priuilegiatis.

Cuius conclusionis ratio dependet à vi, & eff. ctu huius clausulæ, de quibus vt alios reijciam *Card Tusc. conclus. 340. lit. C. Azured in l. 3. à num. 5. cum seq. tit. 14. lib. 4. noua Recopilat Marta de claus. par. 1. claus. 206. Gabr. concl. 1. de claus. ibi nu. 21. & 30.* voluit, illam habere vim specia-
2 lis derogationis, quod, & pariter confirmauit *concl. 2. nu. 24. & 28. eod tit.*

2 Verum posset tentari contrarium, quia intantum præfata clausula habet vim specialis derogationis, quando de leui præiudicio alterius agitur, secus si de graui vt post plures, quorum doctrina vtitur rutatur, *Menoch cons. 36. num. 39.* quem referendo sequitur *Barbos. in remiss. DD. de claus. cap. 25. nu. 7.* de leui autem non censendum est tractari præiudicio, dum agitur de perdendo forum Principis, eiusque Variationis priuilegium.

Tanto magis, quia hæc clausula, ex
3 certa scientia, refertur ad ius, & non ad factum, *Alex. cons. 122. col. fin. vers. 3.* quem ad id refert *Præs. de Franch. dec. 192. nu. 8.* quorum doctrina vtebar in facti contingentia in quodam Collegio habito cum disertis viris, & nouissimè vti Aduocatus in causa D. Saluatoris Rodriquez cum Francisco Antonio de Morra, ad cuius fauorem post sententiam reportaui.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, pro expressis habentes, non operatur in præiudicium miserabilium personarum.*
2 *Clausula, pro expressis habentes, quos parit effectus.*
3 *Clausula, pro expressis habentes, non operatur, quando lex aliquid expressum requirit.*
4 *Princeps præsumitur velle concedere legem absque præiudicio tertij.*

A R G V M E N T V M.

Beneficium Electionis Fori Num habeat locum, si in concessione iurisdictionis cum derogatione priuilegiorum reperiatur clausula (pro expressis habentes)

QVAE-

QVAESTIO VI.

1 REgulam firmare volo in fauorem priuilegiatorum, vt non obstante quod in concessione iurisdictionis cum derogatione priuilegiorum reperiatur inserta clausula (pro expressis habentes) adhuc Electionis Fori beneficium competat miserabilibus.

Cuius opinionis rationem nè subter-
2 fugere videar considero, quod per hanc clausulam non censetur derogatum tali priuilegio, quia licet illa nullus pariat effectus, vt apud *Gabr concl. 6. de clausul. Card. Tusc. concl. 329. D. Ricc. in collectan. decis. collect. 949 & Mart. in suo clausular. p. 1 claus. 96.* vbi quod operatur idem, ac si tenores specificè inserti essent, sequitur *Leon. in thesaur. fori Eccles. cap. 2 nu. 189. p. 2.* habentque vim specialis derogationis, vt post plures antiquiores, quos adducit probauit *Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæst. 39. nu. 6.*

Tamen cum satis in iure sit cautum, & à DD. communi calculo receptum, quod derogatio priuilegij miserabiliũ debeat esse specialis, & expressa, vigore
3 dictæ clausulæ nihil obstat, non sufficit enim clausula hæc (pro expressis habentes) quando lex consuetudo, vel stilus aliquod requirit expressum, *Sese decis. Aragon 93. num. 17.* quem sequitur nouissimè *Barbos. in remiss. DD. de claus. c. 59. nu. 11.*

Vbi enim requiritur specialis mentio non sufficit generalis (prout est ista clausula) ad textum *in cap. venient, vbi DD. de præscript. Calder. cons. 13. de priuileg. Alex. cons. 126. vol. 1.* cum alijs apud *Reg.*
4 *de Ponte cons. 59. n. 44. lib. 1.* assignantẽ rationem, quia semper præsumitur Principem, & legem velle concedere, nè tertio præiudicet, ex *Innocent. & alijs in cap. nisi, de renunciat.* cum latius adductis per *Alex. cons. 125. col. 2. & Socci. cons. 225. vol. 2.* quorum doctrina vtebar pro defensione iurium Francisci Rotundi in Curia Archiepiscopali Neapolitana, dum ibi vti Vicarius Generalis maximo omniũ applausu præsidebat Dominus meus Aloysius Riccius hodie Episcopus Vici equensis.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ pregnantes, & amplissimæ non derogant priuilegio l. vnic., C. quando Imper.*
2 *Priuilegium fori cõcessum miserabilibus personis, non censetur sublatum, quamuis supremus Princeps per titulum feudi concesserit inferiori Ciuitatem cum clausula derogatoria priuilegiorum.*
3 *Derogatio expressa est necessaria adhuc vt comprehendatur priuilegium electionis fori.*
4 *Prohibitio de non alienando facta filijs, non comprehendit Nepotes.*

ARGVMENTVM.

An si concessiò Iurisdictionis cum derogatione Priuilegiorum sit facta cum priuilegiis, & verbis Amplissimis habeat locum Electionis Fori Beneficium.

QVAESTIO VII.

REgula firmanda est, quod non tantum si iurisdictio reperiatur concessa cum derogatione priuilegiorum existẽtibus ibi clausulis (motu proprio) (non obstantibus priuilegijs quorum specialis mentio facienda esset) (quorum tenores) (ex certa scientia) & tandem (pro expressis habentes) adhuc non censetur derogatum priuilegio *l. vnica, C. quando Imper.* & sic Electionis, & Variationis beneficio, vt in superioribus quæstionibus resolutum fuit.

1 Verum etiam, etsi in concessione cum priuilegiorũ derogatione adessent aliæ clausulæ derogatoriæ amplissimæ, & valdè prægnantes, prout melius excogitari possunt, hoc non obstante semper electionis fori beneficium à priuilegiatis personis vassallis allegari potest, itaue validè Regia Tribunalia per viam Electionis, & Variationis fori adire possunt, ita Romana Rota apud *Cardin. Crescent. decis. 12. de priuilegijs*, vbi loquitur de Magno Magistro Melitæ, & eius *Religionis* priuilegijs cum amplissimis

simis clausulis, refert [illegible]quitur *Marchesan. de commissionibus tit.* [illegible] *Aduocat. caus. par. 2. §. 2. nu. 66.* addo *& D. Ricc. in collect. decis. collect. 1846. ampl. 4. & decis. Cur. Archiep. 161. sub nu. 3. par 3.* vbi nos allegat, & sequitur post huius operis primam impressionem, *Peregr. decis. Rot. Patauin. 129. num. 7.* vbi quod priuilegium fori
2 concessum his miserabilibus non censetur sublatũ, quamuis supremus Princeps per titulum feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori Domino castrum, vel Ciuitatem per verba ampla, & inserta legeretur clausula derogatoria in priuilegio per verba amplissima, quod ante eum firmauerat *Præs. de Franch. dec. 192.* & sequitur *Giurba dec. Sicil. 82. num. 4.*

3 Nulla siquidem sufficiunt verba in derogatione priuilegiorum facta, vt cõprehendat hoc electionis Fori beneficium, nisi specifica, & expressa derogatio adsit *Castill. decis. Sicil. 39. p. 1.*

Quamuis regulariter prægnantibus,
4 & amplis verbis in iure habeatur ratio, itaut conclusio illa, quod prohibitio facta filijs de non alienando, non comprehendat nepotes, vt per *Bursat. cons. 51 nu. 5. Roland. cons. 43. nu 48. vol. 4 Peregrin. de fideicommiss. art. 1. nu. 28. Viuius in silua commun. opin. concl. 661. Marta dec. 30. nu. 7.* cessat, quando verba prohibitionis essent ampla, & prægnantia, *Roman. cons. 457. & ibi Mandos. in addit. lit. C. Honded. cons. 78. col. 2. vol. 1. Capic. decis. 108. Molin. de primog. Hispan. cap. 5. nu. 22. Gabr. concl. 1. nu. 81. de verb. sign. Reg. de Ponte cons. 46 lib. 1.*

Sicut inquam mulier prægnans parit, ita, & similiter prægnantia verba, iuxta facti qualitatem, ad quam legitimè adaptari possunt suum sortiuntur effectum.

S V M M A R I V M.

Iurisdictiò concessa Baroni relatiuè ad aliam concessionem alterius Baronis, in qua adest derogatio priuilegij l. vnic. C. quando Imper. non operatur, ne miserabiles personæ prohibeantur Electionis Fori Priuilegio. vt, & num. 2.

Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.

Clausula (in reliquis) comprehendit omnia contenta in instrumento.

Relatio restringitur ad illud, quod in relatione continetur.

A R G V M E N T V M.

Electio Fori non competit Vassallis, quando Baroni esset concessa Iurisdictio primarum, & secundarum causarum derogatoria priuilegiorum per relationem ad aliud priuilegium, in quo adesset expressa derogatio priuilegij miserabilium personarum.

Q V AE S T I O VIII.

1 Regula fit, quod licet reperiatur concessa iurisdictio primarum, & secundarum causarum Baroni cum derogatione priuilegiorũ, prout in priuilegio, & concessione talis Baronibus, in quo verè, & realiter fit expressa derogatio beneficio *l. vnic. C. quando Imper.* & sic priuilegio miserabilium personarum.

Tamen adhuc dixerunt *DD.* posse huiusmodi Baronum vassallos relicto eorum domicilio venire per saltum ad Regia Tribunalia per viam electionis, & variationis fori.

Siquidem huiusmodi priuilegio non censetur derogatum nisi per specialem
2 derogationem, & non sufficit per relationem ad aliud priuilegium, in quo adesset expresè, non obstante *l. vnic.* ita *Præs. de Franch. dec. 192. Tesaur. decis. 177. nu. 12* quibus iungo *Castill. decis. Sicil. 39. nu. 3.* vbi illos citat, & sequitur, & ita ego pluries consultus respondi, & in specie in causa hæredum Marcelli Bonauenturæ cum Berardino Zenzana.

Quia regula vera existente (prout tan-
3 quam in praxi receptam, & decisione Sacri Consilij roboratam verissimam esse puto, vtique per istam limitatur commune iuris axioma, quod relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, vulg. *l. qua toto, ff. de hared. instit vbi Bar. & DD.* dicunt esse partem referentis *Card. Tusc. concl. 129. lit. R.* quia non adest discrepantia, vt quid nominatiua exprimatur, vel per relationem, *Castrens. cons. 91. in fi. lib. 1. Paris cons. 122. n. 3 cum seq. lib. 1.* quos recenter adducit Illustrissimus Dominus meus *Coccin. Rom. Rota*

Rota Decanus decis. 487. vbi propterea
4 firmauit dictionem, seù clausulam in reliquis comprehendere omnia contenta in instrumento, ad quod habetur relatio, quia expressum habetur propriè, & totaliter, quod per relationem exprimitur *Monach. decis. Lucens.* 33. *nu.* 10. licet
5 relatio restringatur, & limitetur ad illud, quod in relatione continetur tantum, & non amplius *Sese decis. Arag.* 125. *nu.* 41. & referenti intantum credatur, in quantum constat de relato, *Auth. si quis, C. de edend. Surd. cons.* 5. *nu* 57. *Antonin. var. resol. lib.* 1. *resol.* 38. *nu.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori datur priuilegiatis vbi iurisdictio concessa alicui Baroni cum expressa derogatione talis priuilegij, reuertitur in demanium.*
2 *Iurisdictiones fluunt, & refluunt à Rege.*

ARGVMENTVM.

An vbi iurisdictio concessa à Rege cum derogatione l. vnic. C. quando Imper. &c. reuertitur in demanium Electio Fori à priuilegiatis illius loci intentari possit.

QVAESTIO IX.

Regula sit, quod quando iurisdictio concessa alicui Baroni cum expressa derogatione *l. vnic. C. quando Imper.* reuerteretur in demanium, tunc electio fori posset opponi à priuilegiatis, non ob-
1 stante illa derogatione priori loco facta illi concessionario, vt in terminis probauit *Præs. de Franch. dec.* 517. vbi iuxta hanc sententiam decisum in Sacro Regio Consilio fatetur, meminit recenter illum allegando *Thor. in compend. decisio Regni, in verbo, vidua, tom.* 1. annuentes miserabiles personas gaudere fori electione, etiam si per Regem fuerit iurisdictio concessa cum derogatione, *d. l. vnic.* & venditione postmodum intermedia in demanium iurisdictio reuersa sit Vniuersitati concessaque cognitione primarum causarū pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus, & ita solet practicari in Regijs Tribunalibus, & duabus vicibus dum meum expeteretur votum illud propalaui.

Cuius regulæ palpabilis ratio assignatur illa, quia priuilegium derogationis concessum per Regem, reuersa iurisdictione concessa ad eundem Regem dicitur eo ipso extinctum, seù confusum ex dictis per eundem *Præsid. de Franch. decisio.* 192.

2 Et cùm à Rege fluant, & refluant iurisdictiones, *Bal. in cap.* 1. *§. adhæc, de pac. iuram. firm. Peregrin. de iure Fisci, lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 10 *Gramat. dec.* 46. *Capic. decis.* 9. *sub n.* 14 *Franc. Marc. decis.* 178. & 616 *Staec. cons.* 8. *nu.* 36. *vol.* 1. *Peguer. dec.* 36. *Borell. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 39. hac iurisdictione reuersa non nuncupatur amplius iurisdictio diuisa, vt à simili aqua fluminis ad mare reuersa nō dicitur amplius fluminis aqua.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum Baronibus, vt possit cognoscere de omnibus causis, non comprehendit causas miserabilium personarum, nisi aliter constet de mente Principis, nu.* 2.
3 *Error nominis vitiat dispositionem, nisi aliter constet de voluntate legantis.*
4 *Legatum quando valeat, vbi erratum in nomine, cognomine, vel agnomine.*
5 *Error in nomine non obest, vbi constat de corpore beneficij.*
6 *Error nominis, vel cognominis resignantis non vitiat publicationem.*
7 *Dispensatio valet, si error committatur in nomine illius, cui impetratur illa.*
8 *Error Diœcesis, quando vitiet gratiam.*
9 *Constare de Principis voluntate, quando dicatur.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An cesset, vbi concessio iurisdictionis primarum, & secundarum causarum cum derogatione priuilegiorum esset facta per clausulas generales; verum constaret de mente

Prin-

Principis, quod per illas priui-
legio miserabilium derogare
voluerit.

QVAESTIO X.

REgula pro parte negatiua est fir-
manda, vt in tali casu electionis
fori beneficium, nullatenus possit præ-
tendi ab huiusmodi priuilegiatis, & mi-
serabilibus personis.

1 Siquidem intantum est vera, & proce-
dit illa sæpius reiterata conclusio, quod
priuilegium concessum Baronibus cum
clausulis generalibus, vt possint cogno-
scere de omnibus, & quibuscunque cau-
sis, &c. non comprehendat priuilegia-
tos, & miserabiles personas, inquantum
non constat de mente Principis, & supre-
2 mi domini concedentis, vtputa Regis,
alias secus, quia vbi aliter de mente
Principis constat, tunc generales clau-
sulæ sufficiunt ad tollendum etiam pri-
uilegium miserabilibus personis con-
cessum, *Rip. in cap. 1. nu. 54. de rescript. Gabr.
concl. 9. nu. 6. & 7. de reg. iur. Gratian. discept.
forens. lib. 1. cap. 182. à nu. 13. cum seq.* quos
referendo sequitur *Giurba decis. Sicil.* 82.
nu. 6. addo, & *Castill. decis. eiusdem Rotæ 39.
in addit.* vbi eandem sustinet opinionem
in casu de quo agitur, & vide *Foller. in
Constit. Regni Capitaneorum, nu.* 30. pro cu-
ius opinionis corroboratione potest ad-
duci illud simile, quod licet regulariter
3 error nominis vitiet dispositionem, ta-
men secus est, quando constat de inten-
tione legantis, & testatoris, *l. si quis in fun-
di vocabulo, ff. de leg. 1. l. si me in vacuum, &
ibi DD. ff. de acquiren possess. Duen. reg. 256.
Azeued. in l. 13. nu. 10. cum seq. tit. 25. lib. 4.
nouæ recopil. Card. Tusc. concl. 324. lit. E Man-
tic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2.*

Vbi enim erratur in nomine, cogno-
4 mine, agnomine, & similibus valet lega-
tum relictum à testatore, si de persona,
cui relictum est legatum, constet *§. si quis
in nomine, Instit. de legat.* vbi redditur ra-
tio, quia nomina reperta sunt causa si-
gnificandorum hominum, qui si aliquo,
alio modi intelligantur, nihil interest,
l. si in nomine, C. de testam.

Indè Rota Romana errorem in nomi-
ne nullatenus obstare, dum constat de
corpore beneficij dixit in proprijs ter-
minis *in Salmantina Archipresbyteratu
Veneris 13. Martij, & Mercurij 1. Iulij 1615
coram R.P.D. Andrea,* vt est registratum
in recollectis per *Farinac. dec. 687. num. 5.
par. 1. tom. 1 ex l. si me in vacuum, in princip.*
(ibi, nisi fortè in nomine tantum erra-
uerimus, in corpore consenserimus) *ff. de
acquir. possess.* vbi DD. id quoque accepta-
runt *Rota in Antiquis dec. 4. nu. 5. de rescrip.
Put. dec. 449. num. 5. lib. 1.* & videndus est
*Hostiens. in summa de rescript. §. ratione au-
tem,* vndè error in nomine non vitiat sen-
tentiam, si constet de corpore, *Seraph. de-
cis. 701. nu. 1 Gomez dec. 34.*

Quæ opinio iuuatur, nam sic etiam
6 videmus errorem nominis, vel cogno-
minis resignantis non vitiare publica-
tionem resignationis, vt tenuit *Rota 1.
Februarij coram R.P.D. Bubalo in anno 1585*
si tamen ex alijs circumstantijs constet
de persona ex dictis per *D. Ricc.* qui alia
reassumit in materia *in collect. decis. colle-
ctan. 1496. Rota diuers. decis. 156 par. 4.* vbi
etiam, quod error in pronomine non
vitiat, quando constat de certitudine
personæ, ex *DD. in l. fin. C. de hæredib. insti-
tuend.*

7 Et ideò quando error committitur in
nomine illius, cui impetratur dispensa-
tio, vel gratia talis dispensatio, vel gra-
tia non per hoc redditur inualida, *Felin.
in cap. significante, nu. 1. de rescript. Millius in
suo repertorio in verbo, rescriptum, nu. 7. San-
tarell. var. resol. q. 63. Crescent. dec. 14 de rescr.*
vbi licet firmet, conclusionem errorem
in nomine diœcesis regulariter vitiare
8 gratiam, ad notata per *Ioa. Andr. in cap.
Rodulphus, de rescript. & Felin.* post alios
*in cit. cap. significante, col. 2. vers. secunda de-
claratio)* per textum in *cap. ab excommuni-
cato, de rescript. & in l. fin. vbi DD.* & præci-
puè *Bar. C. de hæred. instituend.* Tamen *nu. 4.*
id declarat cessare, quando eodem mo-
do gratia fuisset concessa, nam tunc di-
cit ipse errorem etiam in propria per-
sona, & diœcesi non vitiare, ex doctrina
Io. Andr. & Fælin. in pluries citato *cap.
significante, nu* 8. in quæstione, quam pro-
ponunt de illo Paduano narrantem se
Bononiensem, quando beneficium est in
diœcesi Florentina, *Salas de legibus disp. 20
sect. 16. nu. 123. Dian. in resolut. moral. tract. de
legibus resol. 36.* vbi quod non solum valet
dispensatio, si erratur in nomine perso-
næ, *Layman. in theolog. moral. lib. 1. tractat. 4.
cap. 32. nu. 27. Monet. de commut. vltim. volun.
cap. 12. concl. 9. nu. 205.* sed etiam quando
erratur in nomine diœcesis.

X Di-

Dicetur autem constare de Principis voluntate ex coniecturis, & circumstãtijs priuilegio appositis, quas debere esse indubitatum fauore miserabilium personarum, mihi suaderam.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium eligendi forum habet locum, etiam si priuilegiati sint mediatè subiecti Princips.*

2 *Priuilegium concessum miserabilibus, est reseruatum Principi ob pietatem.*

3 *Iurisdictio concessa Baroni, non potest auocari.*

4 *Prouisio non debet expediri à Regijs Tribunalibus, vt quis à proprio domicilio extrahatur.*

5 *Electio Fori cessat, quando Barones habent derogationem contra priuilegiatos, sed limita, vbi Baro haberet aliquod interesse in causa, nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori, An & quando concedatur Miserabilibus personis, qui sunt vassalli, itaut in præiudicium Curiarum Baronalium possint adire Regia Tribunalia.

QVAESTIO XI.

1 Regula sit affirmatiua, siquidem priuilegio eligendi forum cõcessum miserabilibus personis competit etiam, quod ipsi sint mediatè subiecti Principi, & immediatè Baroni, cui Ciuitas, vel oppidũ fuit infeudatum, nam adhuc miserabiles personæ conuenire possunt aduersarios in Tribunalibus Regijs, & conuenti declinare domicilij forum in præiudicium Baronum, vt in specie tradunt *Præs. de Franch. dec. 192. num. 7. & 8. Tesaur. dec. 177. num. 11.* quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. iudic. cas. 66. num. 33. lib. 2.*

Cuius regulæ illa assignatur ratio, nã 2 cùm hoc sit priuilegium Principi reseruatum ob pietatem vsu miserabiles, non censetur translatum in Baronem per generalem ipsam priuilegiorum concessionem, *Castill. decisio. Siciliæ 39. par. 1.*

Indè licet iurisdictio cõcessa per Regem, aut alium Principem Baroni, non 3 possit ab eo auocari, nec valeat concedens in primis causis vassallorum ipsi Baroni concessis se intromictere, vt per *Bal. in l. 1. quæst. 3. ff. de rer. diuision. Frecc. de subfeud. author 6 lib. 2. Gregor. de concess. feud. quæst. 2. nu. 7. & seq. par. 7 Cacher. dec. 29. n. 8. Lanar. cons. 52. nu. 5. Anna filius in addit. ad Patrem sing. 631.* quia Barones Reges in eorum Terris verè dici possunt, *Marat. in praxi disp. 6.* quem refert *Capibl. in prag. 9. nu 68. de Baron p. 1.*

Tamen id non procedit in causis miserabilium personarum, vndè quando tempore Illustrissimi, & Excellentissimi D. Perafani huius Regni Proregis de anno 1606 fuit expeditus ordo generalis, quod nulla prouisio expediatur à 4 Regijs Tribunalibus Superioribus, vt quis à proprio domicilio, & incolatu extrahatur, iuxta Regni sanctionem 2. *Incip. quærula. sub rubr. Vbi de delicto quis conuen. deb.* in illo ordine fuerunt exceptuatæ personæ priuilegiatæ, vt testatur *Fuler in constit. Regni, non sine grandi, sub nu. 7.* quem modernè refert *Viscont. in suis conclus. iur. in Verbo, iurisdictio concessa per Regem*, vbi etiam affirmat multoties se vidisse ordinatum per Collaterale Consilium in causis arduis, quod pro illa vice causa remaneret in Tribunali superiore citra præiudicium priuilegiorũ Baronis quod pariter ante eum attestati sunt *Reg. de Curte in tract. de feud. fol. 28. à tergo, nu. 12. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 1. nu. 19. fol. 92.* quod & vidi practicatum pariter in causa Petri Antonij de Vrso inquisiti de homicidio appẽsato in personam Minichelli Scaiani, non obstante quod per Baronem Pasitani pluries, atque pluries fuisset petita remissio, fuit enim interpositum decretũ, quod petita remissione non obstante, pro illa vice procedatur in Magna Curia Vicariæ absque præiudicio priuilegiorum dicti Baronis.

5 Declara tamen suprapositam principalem Regulam, vt quando Barones habent priuilegia cum derogatione *l. vn. C. quando Imper.* in tali casu miserabiles personæ prohibentur eligere forũ Principis, & à Curijs Baronalibus ad alia conuolare Tribunalia, *Cala de modo artic. gl. 1.*

gl.1.§.1.nu.78.Tartagl.in pract.ciuil.cap.2.nu.8.& ibi etiam Addition. vers.Regia Tribunalia,pag.mihi 28.Prass.de Franc.dec.541. vbi probauit, Barones Regni talia habentes priuilegia cum clausula abdicatiua,quoad miserabiles personas non posse in præiudicium vnius ex vassallis illis renunciare, *D.Ric.in collect.decis.1634 Paschal.de patria potest. p.2.cap.2. num.107. Borrell.in summa decis. tit de iuram. perhorrescentia,nu.53.tom.1.Vrsil.ad Affl.dec.257.nu.5.* vbi allegat *Cyn. & Felin.in cap.nonnulli,nu.15.de rescript.*

Quæ sanè declaratio procedit, etiam si Baro non habeat expressè in suo priuilegio cognitionem causarum contra huiusmodi personas, sed tantum obseruantiam alias sibi factas fuisse similes remissiones causarum aduersus tales miserabiles,vt decideret M.C.& S.C.in causa Margaritæ Pæpæ viduæ, *vt refert Thor.in compend.decisio.in verbo electio fori, fol.178.col.1.ver.& vlterius.*

Subdeclara tamen hanc declarationem non esse veram,vbicumque Baro in causa, quæ fortassè tractatur aliquod haberet interesse fortè pro pœnæ consecutione, vt accidit in causa Solertiæ Brundusinę viduę. & Octauij Guidę de Terra Laquelearum, nam dum elegisset in forum *S.*C.tanquam vidua, & comparuisset Curię coadiutor Baronis dictę Terrę petendo remissionem causę ad suam Curiam, vigore suorum priuilegiorum specialium contra viduas, quia tractabatur de interesse præfati Baronis,fuit prouisum per Reg. Consiliarium Meliorem sub die 24. Oct. 1618. quod petita remissione non obstante, procedatur in S.C.& ita facto verbo de inde fuit confirmatum per *S.*C.26. Iunij 1619. penes Secretarium in Banca de Amico,refert *Thor.in compend.decis.Regni in verbo, Remissio causæ ab aliqua vidua,to.2.* ita etiam seruatum dicit iterum in alia causa grauaminis illati per Curiam Opitati contra Io.Antonium Farzetta, Io.Gallũ, & alios,introducta in M.C.V. ex quo ex actis apparebat per compariciones factas penes acta ex parte Baronis dictæ Terræ resultare interesse ipsum habere pro iuribus sibi competentibus fuit per M.C.iudicatum, causam remanere debere in eadem M. C., licet interposita appellatione ad *S.* C. ex parte Baronis fuerit decisum, quod causa remitteretur ad Curiam secundarum causarum dictæ Terræ, dummodò procedat in Ciuitate Neapolis præuia licentia Suæ Excellentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus,quidquid contrariũ, nu.3.Etiam si delicta sint parua, nu.20. Vel si agatur ex officio,nu.21.*

2 *Electionis fori priuilegium quorsum tendat.*

4 *Forum quis sortitur ratione delicti, & ideò delinquens est remittendus ad locum delicti num 5.*

6 *Damnificans seminata sortitur forum illius fori,in quo damnum commissum est.*

7 *Iudex alias incompetens ratione delicti efficitur competens,& punire potest,& de ratione, nu.9.10.11.& 12.*

8 *Testis punitur de falsò à Iudice, coram quo deposuit.*

13 *Delictum per quos Iudices possit cognosci.*

14 *Iudex delicti potest requirere Iudicem originis, vt capiat delinquentem, & sibi remittat,prout remittere tenetur,n.15.*

16 *Aggratiatus à Barone loci delicti, non potest amplius molestari.*

17 *Iurisdictio minoris aboletur in præsentia maioris.*

18 *Decanus, vel Archidiaconus præsente Episcopo,non habent præheminentiam in administratione,& gubernio Ecclesiæ.*

19 *Episcopus, quando non vtatur Rocchetto, & Mantelletto.*

22 *Electio fori cessat in crimine raptus, vel in crimine hæresis,nu 23.*

24 *Appellatio in paruis causis adhuc permittitur, sed non in causa hæresis,nu.25.Et quæ alia in odium talis criminis introducta sunt, nu.26.27.& 28.& 29.*

30 *Priuilegiati personaliter comparere debent ad allegandum electionem fori in criminalibus,& quando non,nu.31.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus priuilegiatis personis competat.

QVAESTIO XII.

1 REgula sit, Beneficium Electionis Fori non solum habere locum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, cùm tàm *in l. vnic. C. quando Imper.* quàm *in Constit. Regni Statuimus,* dispositio sit generalis, vtraque quod in Regno est sancitum per particularem *Rit. M.C.V.* 130 ibi (pupillus citatus pro aliquo criminali) & tradiderunt *And. de Iser. & Afflict. in constit. statuimus ille nu. 17. iste nu. 23.* vbi pariter *Foller. nu. 69. & 70.* & iterum ∂o, illud non perdi, quoniam etiam delinquentes à Iudicibus, defendi, & pro- *in pract. crim. in verbo, audiantur excusatores, nu. 27 Menoch. de arbitr. Iud. cas. 66. num. 24. lib. 2. Borrell. in add. ad Bellug. in specul. Prin. rubr. 38. lit. A.* & recenter *in summa decis. tit. de iuram. perhorrescentia, nu. 38. tom. 1.* vbi plures alios Doctores pro hac opinione cumulat *Viu. dec. 65.* quem sequitur *D. Ricc. in collect. decisio. collect. 1.* & denuò *in collect.* 2307. vbi hunc locum post primã impressionem allegat me Doctissimum nuncupando, (cùm & ipse eademmet doctrina doctior sit) *Pres. de Franchis decisi. 507.* vbi loquitur in clerico de quo meminit *Capibl. in prag. 8. p. 1. n. 305. de Baronibus.*

2 Quæ sanè regula ea iuuatur ratione, quia cum hoc electionis fori priuilegiũ tendat, nè aduersarium potentia indebimiserabiles grauentur, sequitur ex delitegi debent, nè opprimantur, *l. & si non defendantur, ff. de pæn.*

3 Et licet *Marchesan. de commis. tit. de Auocat. caus. §. 2.* in contrarium iuerit opinionem, vt in causis criminalibus cesset tale electionis fori priuilegium, de quo & meminit *Scaccia in tract. de appellat. q. 7. num.* 112. vbi talem sententiam dicit probari *ex cap. 1. de priuileg. in 6.* vbi loco Paco Papa declarat, quod exemptio alicui concessa, nè conueniri possit coram suo Ordinario, non procedit, quando exemptus deliquit in loco non exempto intra iurisdictionem illius Iudicis ordinarij, itaut delinquens possit conueniri in loco commissi criminis, non obstante priuilegio sibi dato, nè conueniatur, nisi sub determinato, & certo Iudice, *Bald. in Auth. qua in Prouincia, sub n. 6. notab. si C. vbi de crim. agi opor.* sequitur *D. Ricc. collect. decis. collect.* 854.

Eò maximè, quia vigore allegata *authen.* est vulgatũ in iure ratione patrati delicti, quem sortiri forum vbi deliquit,
4 vt notatur pariter *in l. 1. C. cit. tit. vbi de crim. & in cap. postulasti, de foro competenti.* & de hac materia tractarunt *Duen. reg. 378. Auiles in cap. 27. prator. Clar. in §. fin. quæst. 38. cum seq. Perez in l. 1. tit. 17. lib. 8. ordin. Barbos. in l. hæres absens, §. proinde in art. de foro delicti, ff. de iudic.* plenè *Farinac. in pract. crim. q. 7. Molin. in tract. de bracchio sæculari, cap. 40. Villadieg. in politic. cap. 5. §. 27. Azeued. lib. 8. noua recopilat. tit. 16. num. 1.*

5 Adeò vt delinquens est remictendus ad locum delicti non obstante contraria consuetudine, *Glo. & Imol. in clem. pastoralis de re iud. Salic. & Ias. in l. 1. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Felyn. in cap. 1. col. 4 de foro compet. Bald. cons. 205. vol. 4. Castrens. cons. 307. Cæpoll. cons. 59. Foller. in pract. crim. in verbo, Audiantur excusatores, num.* 8. latè *Boer. dec. 29.*

6 Et ex his euenit, vt damnificans seminata sortiatur forum illius territorij, in quodam mandatum, & factum est, iuxta DD. sententiam in *l. hæres absens, ff. de iudic. Affl. in const. Regni. cum per partes Apuleæ, nu. 13. Anna,* qui ita in praxi seruari refert *sing. 137* addo *Cala in tract. de modo artic. pag. mea 13. nu. 116.* & recenter *Viscont. in suis conclus. iur. in verbo damnum, circa medium.*

7 Quorum omnium ratio depromitur ex *l. nullum, C. de testib.* vbi est prouisum, quod delinquens coram aliquo Iudice, licet alias Iudex ille non esset competẽs deliuquentis, efficitur tamen delinquens de foro illius, poteritque ipsum punire vti suum subditum, de quo latius, *Conar. pract. quæst cap. 18. Pres de Franch. decis. 147. Viu in silua commun. opin. concl.* 010. plenè *Anna in cons. 107. D Ricc. collect. decis. collectan.* 241. quorum authoritate probatur testem puniri de falsò à Iudice, coram quo testificatus est, quamuis ille Iudex alias sit incompetens, & ab eo testem esse castigandum, cuius aures sunt offensæ, plenè *Affl. dec. 219. & 230. Diaz,* & ibi etiam *Salzed. in praxi canon. cap. 93. Auil. in cap. 48. prator., in glo. qualesquier Iuezes, Guttie. pract. quæst. lib. 1. q. 24. Peguer. dec. 70. & dec. 60.* vbi decisum refert, Capitaneum Guerræ posse punire testem prouincialem coram eo falsum deponentem, *Facchin. controuers. var. lib. 9. cap. 27. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 13, q. 2, par. 1.*

itaut

itaut remissionem ad ordinarium Indicem competentem non debere fieri, sed ab illo coram quo falsum fuit depositũ puniendũ esse falsarium, pluribus comprobauit *D. Ricc. in praxi fori eccl. ref.* 140. *p.* 2. vbi ampliationes, & limitationes ad regulam, cumulat *Clar. & Baiar. in pract. crim. cit. q.* 38. *Tess. dec.* 266. & testes deponentes falsum corã Syndicatoribus ab ipsis puniuntur, nec ad Ordinarium remictuntur, vt per *Rou. in prag.* 1. *nu.* 10. *de find. Offic. Capibl. in prag.* 8. *n.* 124 *p.* 1. *de Baron.* licet cõtrarium affirment perplures apud *Borrel. de compromiss.* 6. 3. *gl.* 2. *nu.* 7.

Inde oritur *Bart.* dictum *in l. si quis obrepserit, in fi ff de fals.* quod vbi in actu iudiciario fit delictum aliquod corã Iudice à Notario à parte, à teste, vel ab Aduocato, poterit tunc ille Iudex ex officio tale delictũ punire, sequitur *Borrell. cons.* 78. *cent.* 1. vbi etiam inter alia *ex Bal. in cit. l. nullum, nu.* 6. affirmauit, quod Iudex Perusinus committens Iudici Florẽtino in causa pendente, vel de partium consensu, aut de iuris necessitate coram eodem Iudice Perusino, & testis Florentiæ receptus falsum deposuerit, quod et per viam inquisitionis poterit per Iudicem Florentinum puniri, vt etiam approbauit ibid. *Salic.* iuxta quorum sententiam practicauit Reg. Curia Amalfiæ in personam Dominici de lo Grande Terræ Citharæ sub gubernio D. Ioanois de Miranda me ibidem Regio Iudice, & Assessore assistente, & sic mandante, Actuario Camardella, & alias scio annis elapsis fuisse obseruatum in Curia Nunciaturæ huius inclytæ Ciuitatis Neapolis, tẽpore quo ibi assidebat Fisci patronus D. Iacobus Narsinus tunc temporis Eminentissimi, & Reuerendissimi Cardin. Burghesij in Regno agens, qui iam naturæ satisfaciẽdo in Domino (vt spero) obdormit, quem fiscalatus munus hodie, maxima cum integritate, & alacritate exercet D. Io. Baptista Valente eruditissimus quidem Vir, & nunquam satis laudatus.

Cuius fantionis plures constitui solẽt rationes, quarũ prima illa prædicatur, quia maximè Reipublicè congruit scelera in eo loco puniri, in quo patrata fuere propter exemplum, vt qui nondũ deliquerunt à criminibus abstineant delinquentium punitione territi, *l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. cap. ad liberandũ de iudic. clem.* (. *de offic. ordin. c. quapropter* 2. *q.* 7. & qui alias patrauerint crimina, se in posterum abstineant, si pœnam euadere, iuxta illud

Oderunt peccare boni virtutis Amore,
Oderunt peccare mali formidine pœna.

10 Alia subsequitur ratio, quod Respublica, siue Vniuersitas illa, in cuius territorio delictum fuit commissum absq; dubio speciali iniuria afficitur, vt constat, cùm Magistratus, illiusque Officiales maximè offendantur, quibus conuenit Prouinciam malis hominibus expurgare, ne ab his quieta hominum vita, illius Reipublicæ, quæ illis extitit delegata passim turbetur, & ideò par est, qd ad tales Iudices spectet eorum criminum punitio, vt publica fiat vindicta, & denique illius Reipublica satisfactio, quæ leta fuit, vtq; in ea tutior sit inter improbos innocentia, *l.* 3. *& l. congruit, ff. de offic. Præsid. cap. facta sunt leges* 4. *dist.* 3.

11 Pariter tertia adnectitur, eo quia punitio scelerum tam necessaria Vniuerso Orbi facilius fit, & commodius de criminis Authore discutitur, si causa in loco delicti commissi examinetur, nã si alibi foret agitanda, quotidiè rectarẽt scelera impunita ob occultam authorũ cognitionem, quæ difficillimè in lucem prodire posset, nisi in loco delicti causa ageretur, vt percipitur *ex §. hoc considerantes, auth. vt omnes obed. Iudic.*

12 Quibus rationibus suffragatur, & socia, quia iniuriam, & damnum passi, & coacti eius publicã vindictam in alieno territorio prosequi, præsertim apud Iudicem illius loci, cuius incolæ sunt, & in quo domicilium retinent delinquentes omitterent profectò publicam istam, vel priuatam accusationem, quam prosecuturi sunt multis expensis in eo loco, vbi qui iniuriam intulerunt amicos, & cognatos habent, & ideò parum essent tuti, nec temerè incerti de iustitia, & ministerio, vt notatur *in d. §. hoc consideràtes*, & scripserunt *Iacob. de Bellou. in c. Romana §. contrahentes, n.* 110. *de foro comp. in 6. Cesar. pract. quæst. c.* 11. *nu.* 3. *Decian. in tract. crim. cap.* 19. *lib.* 4. *tom.* 2. *Peguer. dec.* 66.

13 Vnde meritò licet regulariter delictũ cognoscatur per plures Iudices, nempè originis, domicilij, delicti, nihilominus delicti locum in criminibus puniendis, cæteris alijs potentiorem esse tradit alios allegans *Cyrill. in summa crim. in tit.*

vbi de crim. agi opert. nu. 2. quem sequuntur *Farinac. in pract. crim q.7 Præs de Franch. dec. 37.* addo, *&* *D. Ricc. in praxi fori eccl. res. 88. p. 2.* vbi plura cumulat.

14 Inde fluit, posse Iudicem loci delicti requirere Iudicem domicilij, vel originis, vt capiat delinquentem, adhoc, vt sibi remictat, *§. si quis comprehensorum, in auth. Vt nulli Iudic. l. solent. ff. de succ. reor. Soccin. in cap. postulasti, vers. quoad tertium, de foro comp. Falin. in cap. fin. eod. tit. Bart. in l. si cui, §. fin. ff. de accus. Boss.* qui testatur de communi in *prax. tit. de foro compet. nu. 49.* vbi quod tenetur Iudex id agere, & vbi repugnat superior coget, sequitur *Dom. Ricc. in praxi fori eccl. res. 80. p. 2.* imò puniri posset *l. si diu, & auth. si vero, C. ad l. Flau. de Adul.*

15 Vel si reperiatur delinquens in posse Iudicis originis, aut domicilij ad requisitionem Iudicis loci delicti, statim tenentur illum remictere, iuxta communē DD. sententiam, de qua per *Cæpol. in cons. crim. 59. Clar. in pract. crim q. 38. vers. est autem tanta potentia locus delicti, Tesar dec. 90. nu. 60. Præs de Franch. alleg. dec. 37. n. 1. & 2.* de quo nos Regnicolæ habemus *prag. 1. incip. licet, & 5. incip. item quod Officiales, sub rubr. Vbi de delict. quis conuen. deb.* per quam statuitur, omnes delinquentes remictendos esse ad Officialem Territorij, in quo deliquerunt, exceptis disrobatoribus stratarum.

Quæ omnia sunt vera, etiam quod ab alijs Iudicibus nempè originis, vel domicilij esset lata sententia, nam adhuc remissio fieri debet, saltem vt à Iudice loci delicti fiat eiusdem executio, *Bal. in l. fin. ff. de sen. Alex. in l. a Diuo Pio, §. sententiam col. 4. vers. & sic erit conclusio, ff. de re Iudic. Brun. cons. 2. col. 10. & seq.* quos cum alijs adducit *D. Ricc.* nuper alleg. *resol. 80. vers. amplia, p. 2.*

16 Quare meritò videmus, quod si quis sit inquisitus de eodem delicto tàm in loco originis, quàm domicilij, si habuerit gratiam à Domino loci originis non per hoc non posset puniri à Iudice loci delicti, at secus si à Barone loci delicti habuerit gratiam, vel fuerit punitus à Iudice commissi criminis, quia tunc non posset molestari à Iudice loci originis, quidquid contrarium decisum referat *Clar. in pract. crim. q. 57. versic. habet etiam*, absolutus n. à Iudice, magis priuilegiato, non molestatur ab alio minus priuilegiato, cùm & magis priuilegiatus videatur superior, itaut succedat regula, quod vbi maior manus apponent, minor cessare debet, nec se intromittere pôt.

In præsentia enim maioris deponitur potestas reuerentialis minoris. *D. Ricc. in praxi fori Eccl. dec. 570. n. 1. to. 1. in antiq. editione*, cùm maiori potestati debeat cedere minor, & maior vbi appareat
17 minor cesset, & per superuentiam maioris Magistratus, minoris iurisdictio aboleatur, *l. potior. C. de off. Rect. Prouinciæ;* Potestas inquam inferioris dependet à Superiore, qui sua præsentia, nè illa vtatur impedit, *Bonac. in tract. de legib. disp. 1. q. 2. pun. 1. propos. 3. nu. 12.* in superioris siquidem præsentia, inferioris euanescit potestas, moriunturque iura alias esset dare, vt inferior Superioris authoritatem subuertere posset, quod vtique in Iuristarum vtraq; schola non est approbatum, cantant namq; infracitandi inferiori superioris Iura tollere, atq; subuertere, fas non esse, ita *Surd. in cons. 58. nu. 6. Brun. in comp. resol. in ver. inferior, il quarto, Azeued. in l. 2. nu. 56. tit. 14. lib. 4 noua recopil Reg. Hisp. Cardos. in prax. iud. & adu. in verbo, lex, la nona.*

18 Et ideò consultus aliquando dicebam in cathedralibus non posse Decanū, vel Archidiaconum (præsente Episcopo) habere præheminentiam in administratione, & gubernio Ecclesiæ, nec in tali casu in actibus Capitularibus eorundē nomina apponere spreto nomine Episcopi loci Ordinarii, quod seruari corruptè in aliquibus Regionibus Hispaniæ maxima cùm admiratione audio, cum vigore *Concil. Trid. sess. 26. cap. 6. de reform.* Episcopis is honor tribuatur, qui eorū dignitati par est, eisque in choro, & Capitulo, ac in processionibus, & alijs actibus publicis sit prima sedes, & omnium rerum agendarum authoritas, & iuxta hæc requisitus de voto ab Eminentissimo Cardinali de Gusman. Archiepiscopo Seuiliarum vndique virtutibus ornatiss. & meo Domino obseruandissimo voce, & scriptis respondi.

Subuerteretur certè Ecclesiast. Hyerarchiæ ordo, si in Episcopi præsentia inferiores administrarent, cùm nullibi reperiatur cautum quo superioris in præsentia inferiori obtemperetur, arg. *tex. inibi DD. in cap. cum inferior, de maio. & obed.* minor namque in maioris præsentia potestatem habere pohibetur, *Mat. lib. 3. dial. 69.* quia totus honor, omnis reuerentia, singulorūq; administratio, maioris sub alis residet, inde dū Præpositus

Ec-

Ecclesiæ intendit à Choro exire, quia est caput omniũ Canonicorũ, licétiã à Canonico punctatore petere nõ tenetur, vt fundat *D. Ricc. in prax. for. Eccl. dec. 583 to. 1 in antiq impress.*

19 Hinc videmus Episcopũ in sua Ciuit. posse exercere iurisdictionẽ, & benedicere populo, & vti Rocchetto, & Mantelletto, & tũ vbicũq; superuenit Legatus, vel pñte Archiẽpõ Metropolitano, aut Eminentiss. Cardinali, id agere nequit, vt post *Anch. & Abb. in d. c. volentes, n. 4.* probarunt *Genues in prax Cur. Arch. c. 91. n. 36. in prima edit. Grat. dec. Rot. March. 29. & Ricc in praxi for. Eccl. dec. 570. p. 1.*

Nec Patriarchæ faciunt ante se Crucis vexillũ deferre vbicũq; Pontificis Legatus vtens insignis plenis existit, *Firm. in tract. de Episc. p. 1. n. 5 li. 4.* vbi .n. est caput, membra silere dẽnt, & ideò cũ Episcopus sit caput Capituli, & Canonici mẽbra, *c. nouit & ibi DD. de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capi. glo in c. irrefragabili, de off. ordin* & pñte dignitates inferiores preheminentiam habere nõ possunt, solius .n. Epi in Ecclesia authorizabilis est administratio, *Anch. in c. bene 16 q. 7. Genuen. in praxi Cur. Arch. cap. 41. nu. 2.*

Verũ deueniendo tandẽ post multa ad articulũ principalẽ, quidquid sit de supradictis, quæ sunt vera in eorũ casu. Tu in puncto propositi Artic. Electionis Fori à supposita regula nè recedas, tũ quia côiuoce à Doctoribus amplexa est, tũ êt quia quotidiana praxis in omnibus MundoTribunalibus illam recepit, vt passim videtur.

20 Quã tenendo amplia procedere tã in delictis paruis, quã grauibus, cũ & par ratio in ambobus vigeat, & DD. generaliter loquãtur, & ex dictis per *Mal. in tract. de brach. sæculari, c. 46.* vbi fundauit remissionẽ, danda est êt in leuibus delictis, etsi contrariũ teneat *D. Ric. in praxi resol. 78. n. 2.*

21 Amplia secus hẽre locũ, tã si ex officio quã si per inquisitionẽ procederetur, nã vtroq; casu procedere posse recursũ ad suprema Reg. Tribun. per viã electionis fori, annuit *Fill. in consil Reg. statuimus, n. 51. quẽ refert idem Marchesan de cômiss. cit. tit. de Aux. caus. §. 2. nu. 64.* & ita vidi expeditas prouisiones M.C.V. in crim. ad instantiã Elisabettæ Spanæ viduæ quõdã Octauij de lo Dolce, dũ per R. Cur. Ciuit. Causa ex officio aduersus eã procederetur pro causa cuiusdam prætensi incendij facti in domo suæ vicinæ, cum qua diebus præteritis rixata fuerat.

22 Declara tũ supposita regulã nõ procedere in crimine raptus, nã inquisitus de tali delicto fori declinatoriã opponere nequit, sed in priuilegiũ talis criminis, in loco, in quo capitur, potest cognosci, & puniri, *l. vn. C. de rap. vir. vbi Bal. nũ. 8.*

23 Declara pariter, vt habẽtes beneficiũ Electionis fori, illo vti nequeant in crimine hæresis, cũ de illo Iudex cõpetens sit Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, qꝫ huiusmodi facinorosos punire potest in quocũq; loco, vbi illos reperit, êt si ibi nihil impiũ fecerint, *Simãch. cath. inst. c. 2. Duc. reg. 378. n. 7. Morla in emp q. 20. n. 15. p. 1*

Et in crimine heresis exceptio declinatoria fori nõ opponitur, cũ in tali casu cesset remissio, vt apud *D. Ric. in praxi fori eccl. ref. 71. n. 3. p. 2.* & ante eũ *Gui. Pap. dec. 202. n. 2. Clar. in pract. cri. §. hæresis, n. 18. Carrer. in pract. crim. tit. de hæret. n. 68.*

24 Vltra qꝫ in huiusmodi delicto cessant legis beneficia, iurisq; priuilegia alijs coĩter elargita, prout videmus in appellatione, quę tã in ciuilibus, quã in criminalibus causis, siuè magnis, siuè paruis est permissa, *l. litigatoribus, & l. in maioribus C. de appell. l. 3. in fi. C. de pen. iud. qui mal. iud. c. de appell. pro caus. de appell. c. ad Rom. 2 q. 6.* quia appellãdi vsus est freques, nimirũ necessarius, cũ iniquitatẽ, vel imperitiã Iudicis à quo tollat, vt dicitur *in l. 1. ff. de appell. l. præfecti, ff. de min & c. ad nostrã, de appell.* & sit quędã defensio, oppressorũq; releuamẽ, *c. suggestũ, et c cũ speciali, de appell. c. cũ inter, & c. significauerunt, de except.* inde hõdi appellationis defẽsionẽ esse de iure naturali fatẽtur *Io. And. in c. fi de appel. in 6. Abb. in c. 1. n. 2. de rescr. Feli. in c. si diligẽnti, n 7. de for. cõp.* diciturq; remediũ fauorabile, *Alex. incons 95. vol. 6.* equitatẽq; sapit, *l. nõ tantũ, & l. serui, ff de app. c. ad nostrã, eod tit.* itaut in dubio faciẽdã esse interpretationẽ in fauorẽ appellationis, qꝫ admictẽdã notarũt *Marss sing. 84 n. 4. Belacob. to. 2. com op. li 7. ti 21 n. 137. f. mihi 310. Men cõs. 345 n. 49. Sur. de alim. tit. 8. priu. 60. n. 2.* et si euidẽs nullitas & notoria iniustitia sit, *Grat disc for li. 1. c. 41. n. 7.* vel saltẽ qꝫ nõ sit defe ta, *Bar. in l. 1. §. nihil nou. appel ped. Spec. tit de appell §. nunc dicamus, in prin. Alex. nuper alleg cons 97.* & ideo Iudex qui nõ detulit appellationi, punitur iuxta negotij qualitatẽ, *l. quoniã iudices, C. de appel. vbi Bal.* optimè distinguit *c. de priore & ibi DD. eod. tit. Boer. dec. 153. n. 4. cum seq.*

nec

nec non iura prohibentia appellationem sunt odiosa, & proinde strictè intelligẽda, *Surd. dec. 102. nu 1. Phæbus arresto 62. in fine post decis. Rot. Lusit. to. 1.*

25 Et tamen in causa hæresis appellatio minimè datur à sententijs diffinitiuis, quæ cum magno consilio, & deliberatione prolatæ censetur, nec prorogãdæ sũt *c. vt inquisitionibus, ibi non obstantibus appellationibus, de hæret. in 6. vbi Archid. Io. And. Domin. & Franch. Anan. in c. ad abolendam, vbi Felin. n. 3. de hæret. Carrer. in pract. crim. tit. de hæretic. nu. 129. Pegna in direct. inquisit. c. 117. p. 3. Squill. de fide Cathol. c. 45. Septim. Instit. Cath. c. 6. Villadieg. de hæret. q. 17. et 22. in fin.*, qui oẽs cõi voce cantarunt in tali crimine à sentẽtijs interlocutorijs, & nõ à diffinitiuis appellatiõnẽ admitti.

26 Hinc in odium tã pexími criminis inter cætera introductum est, quod hæretici ipso iure, & facto sunt priuati beneficio, & officio, *c. excõmunicamus §. credentes, de hæret. auth. credentes, C. eo. tit. c. si nos 23. q. 5. c. quo iure, & ibi gl. magna, 8. dist.* nec requiratur sẽtia declaratoria, *Nauar. cons. 19. de hæret. Azor inst. moral. li. 8. q. 3. & 8. p. 1. Rota diuers. dec. 728. li. 3.* latè *Garsi. de benef. c. 10. à n. 59. cum seq. p. 11.* itaut possunt tãquam vacantia impetrari antè sẽtiam criminis declaratoriã, & alteri cõferri, *Burs. cons. 14. nu. 18 lib. 1. Rot diuers. dec. 707. nu 4. p. 3. Paris de resig. benef. q. 3. nu. 2. lib. 1. Decian. in tract. crim. c. 44. n. 26. li. 5. Sanchez in summa lib. 2. c. 26. nu. 12. D. Riccuill. in sua tract. de iur. per son. c. 19. nu. 11. lib. 5.* vbi latè loquitur in hac materia, prout agit etiã *Santarel. in tract. de hæresi, c. 33.*

27 Inde sequitur, quod agenti petitorio, pro beneficio, quod semel habuit obstat exceptio, quod sit hæreticus, *Innoc. & Abb. in c. inter dilectos, de fide instrum.* imò petenti restitutionẽ alterius rei exceptio, quod sit hæreticus, adhuc obstat *glo. ind. c. quo iure, in verb. nam iure diuino, Abb. in c. ex parte, nu. 19. de rest. spol. Socc. reg. 466. fall. 7. Septim. Instit. Cathol. c. 45. nu. 13. Gomes. in reg. de trien. q. 52.*

28 Hinc licet beneficijs Ecclesiasticis, & honoribus publicis iam obtentis, quis non priuatur, quãdo efficitur indignus ob aliquod crimen ad obtinenda prædicta, *cap. nonne 8. q. 4.* & iuxta theoricam *glo. in clem. 1. in verbo, obtinenda, de pœnis*, vbi pariter id notarunt *Zabarel. & Imol. & gl. in cap. sæpè de appellat. Abb. in cap. per inquisitionem, col. 3. de elect. Iasin l. 1. n. 3. ff. de re iud.* Tamen hæretici, eorũq; fautores, & receptatores nõ solũ indigni efficiũtur ad beneficia obtinenda, sed et ad iã obtenta, *c. vt commissi, §. priuandi, vbi DD.* & præcipuè *Io. Andr. de hæret. in 6. glo. Domin. & Prepos. in c. quo iure 8. dist. latè Couar. var. res. lib. 2. c. 8. nu. 4.*

29 Nec ipsi gaudent beneficio regulæ de annali, vel triennali, vt tuetur *D. Ricc. in praxi fori eccles. res. 5. p. 2.* & acquirere ius patronatus prohibẽtur etiam iure successionis, vel quouis alio titulo *cap. pia mentis cum seq. 16. q. 7. Viuian. in praxi iuris patronatus, p. 1. lib. 2. cap. 6. nu. 12.* quo in loco latè tractat qui nam possint acquirere ius patronatus, & qui nõ amplians *nu. 21.* neq; hæreticum conuersum recuperare ius patronatus Ecclesiæ ab eo fundatæ, *ex Lambert. de iur. patr. q. 7. lib. 1. art. 11. par. 1.*

30 Quibus supponit aduersus quod ad allegandum huiusmodi Electionis fori beneficium in causis criminalibus priuilegiati personaliter comparere debeant, itaut non sufficiat id agere per procuratorem, vt in puncto scribit *Carau. in Rit. M. C. V. 230. num. 2.* quem refert & sequitur *Trentacinq. var. resol. lib. 2. res. sol lib. 2. resol. 2. num. 13. sub rubr. de citation.* addo *Capibl. in prag. Regni 8 p. 1. sub n. 337.*

Quorum, sanè opinio videtur fundata in illa vulgata iuris regula, quod in criminalibus non admittitur procurator, *cap. veniens, extra de accusat. l. 1. ff. an per aliam caus. appell. redd. poss. l. Accusatores, §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* cum latissimè probatis per *Farin. in pract. crim. q. 99.* vbi materiam tractat.

31 Et licet *Affl. in Const. Regni, statuimus*, aduersus declarationem senserit, Tu autem si declarationi inhærere intendens illam iuridicè sublimitare poteris cessare, vbi priuilegiata persona reperiretur carcerata in suo domicilio, vel alibi, quia tunc ad opponẽdam electionem fori, benè posset admitti per procuratorem, cum carceratus in alio loco extra Iudicis territoriũ possit in criminalibus per Procuratorẽ se defendere, vt per *Clar. in §. fi. q. 34. nu. 5 Rebuf. in tract. excep. n. 304. Men. de arb. Iud. lib. 1. q. 80. n. 87. Pereir. in cõment. ad l. vn C. ex delict. def p. 2. n. 65. cũ seq. Menchac. vsufrequent. c. 17. nu. 4.* nisi tũ carceratio fuerit procurata in alio loco ad finẽ nõ cõparẽdi, *Sur. dec. 262 nu. 16. Farin. in pract. crim. q. 34. à nu. 87.*

Et iuxta hanc sublimitationẽ forta sè *Affl.* opin. in Regno recipi, & adaptari posset.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Electionis Fori beneficium competit, vbi quis pendente lite efficitur persona miserabilis.*

2 *Priuilegium superueniens lite iam capta citra eius voluntatem eximit à prioris Iudicis iurisdictione.*

3 *Habitum clericalem suscipiens pendente iudicio mutat forum.*

4 *Mutatio status operatur mutationem conditionis.*

5 *Clericus si confugiat ad Ecclesiam, & ibidem renunciet clericatui, non potest extrahi à suo Prælato.*

6 *Clericus non gaudet immunitate Ecclesiastica.*

7 *Regularis non gaudet immunitate Ecclesiastica, nec Religiosi Ordinum Militarium, puta Equites Hierosolomitani, ibid.*

8 *Cessante fine adæquato legis, cessat ipsius dispositio.*

9 *Pactum de vendendo ex certa causa illa cessante, non seruatur.*

10 *Collector Apostolicus non habet ius pro spolijs in beneficijs ad collationem Regis existentibus.*

11 *Priuilegium superueniens, non mutat forum.*

12 *Priuilegiatus effectus post litem motam perempta instantia potest vti priuilegio.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium Num allegari possit, vbi miserabilitatis qualitas lite pendente superuenit.

QVAESTIO XIII.

1 Regula sit affirmatiua, quod si iudicio pendente quis efficiatur miserabilis, puta quia mulieri moriatur vir, impuberi pater, & sic de singulis, in tali casu pro currenti causa posset adire Regiũ Tribunal per viam variationis fori, cũ effectus lite pendente miserabilis electionis fori beneficio validè vti possit, vt in puncto dixit *Marchesan. de commiss. tit. de Auocat. caus. §. 2. n. 46. par. 2.* addo & *Giurb. decis. Sicil. 82. nu. 7.* adducens in terminis *Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. lit. C. ff. de pœn.* vbi voluit, quod si pendente causa contra mulierem, moriatur vir, viduale priuilegium superueniens non procuratum ad pendentem litem extẽditur *ex l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & eandem quoque tutatur sentẽtiam *D. Ricc. in collect. decis. coll. 2155.* vbi hunc nostrum locum post primam editionem Neapolitanam recenset, & sequitur.

2 Quæ sanè regula iustificatur, nam voluerunt DD. quod priuilegium superueniens lite iam cæpta citra actum eius voluntarium ab illius Iudicis iurisdictione, coram quo inchoatum fuit iudicium eximit, non obstante litis pendentia, *glo. in l. qui autem, ff. si quis caut.* quam communi calculo approbatam esse affirmauit *Ripa in cap. 1. num 81. de rescript.* sequuntur *Mazzol. cons. 22. n. 25. Lancellott. in tract. de attentat. limit. 20. nu. 21. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. dec. 147. Graff. in tract. de except. cap. 3. nu. 38.* vbi iuxta hanc opinionem iudicatum in Magna Regia Curia Siciliæ testimonium perhibet *Balbus decisio. 70.* vbi ad id inducit textũ *in l. non distinguemus, §. si quis, ff. de arbitr. & Angel. in l. si quis postea quam, ff. de iud.*

3 Sicuti effectus clericus pendente iudicio eximitur à prioris Iudicis sui iurisdictione, *Felin. in cap. ex tenore, colum. 10. fallent. 11. de rescript.* quem refert, & sequitur *Gabr. concl. 2. nu. 29. de iudic.* de cuius articuli veritate latius videndi sunt *Valasc. dec. 48. & 65. Præs. de Franc. dec. 209. Monal. cons. 133. lib. 1. Anna cons. 140. volu. 2. Farinac. in pract. crim. q. 8. à nu. 104. cum seq. Cabal. resol. crim. cas. 108. Gut. pract. quæst. li. 1. q. 5. Perez in lib 3 ordin. in rubi. tit. 1. Cauall. comm. contra commu. quæst. 563. Bellect. in disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauor. cleric. person. §. 4. Graß de effect. cleric. effect. 1. nu. 107. Giurba consil. crim. 15.* vbi sarcinam Doctrinarũ, & rationum reportat *Camill. de Larata cons. 105.*

4 Mutatio enim status operatur mutationem conditionis rei, & mutatione personæ dicitur alia dispositio, & alius contractus, *Menoch. cons. 160. nu. 15. Surdus dec. 201. nu. 6.* qui *cons. 396. nu. 19.* tradidit etiam, quod mutato personæ statu, mutatur & forus, *l. si filius, & ibi Bal. ff. de ration. distrahend.* itaut status mutatio, multa operatur, *Marsil. in rubric. de fideiussor. num. 136.*

5 Cui quidem nixus fundamento tutò inferri potest, quod si clericus confugit ad ecclesiam, & ibidem existens renun-

cia-

ciauerit clericatui modo, & forma ne-
cessarij, non poterit inuitus extrahi à
suo Ordinario, si casus non esset exce-
ptuatus à Bulla Gregorij XIV. prout
ita rogatus de voto fui in opinione.

6 Dicebam inquam, quod licet iuxta
communem, & inueteratam consuetu-
dinem, maximè in Regno immunitas
Ecclesiastica, nihil prosit Ecclesiasticis
personis, cùm ipsi non gaudeant illa, &
possint, imò de facto quotidiè ab Ordi-
narijs locorum extrahantur, *Abb. in cap.
inter alia, n. 13. de immun. eccles. Ianner in 2.
2. disp. 5. q. 8. dub. 1. nu 16. Suar. de relig. lib. 3.
c. 10. num. 6 tom. 1. Gutt. pract. quaest. c 3 lib. 3.
Azor. instit. moral. lib. 9. c. 9. q. 9 p. 2. Genuen.*
qui sectatur de obseruantia Curiæ Ar-
chiepiscopalis huius Ciuitatis Neapol.
cap. 22. nu. 11. de qua etiam *D. Ricc. in dec.
eiusdem Cur. 19. p. 2. Humad. in l. 4. Hispan.
glo. 8. tit. 11. p. 1. Caual. commun. contra comm.
q. 689. Montalu. in lib. 3. tit. 20. l. 15. Hispan.
glo. 1.* copiosè *Grass. de effect. clericat.
effect. 38. Portel. in dub. regul. in verbo, eccles.
immun. num. 13. Fagundez in precept. Eccles.
tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 52. Megal. in summa
cap. 2. num. 34. lib. 4. part. 3. Homobon. de exa-
min. eccles. tract. 11. cap. 12. quaest. 26 [illegible] 3.
par. 2.* quod est verum etiam in Re-
7 gularibus, vt decisum in eadem Archie-
piscopali Neapolitana Curia, testatur
*D. Ricc. dec. 172. p. 3 & Dian. in tract. de im-
mun. eccles. res. 25.* quidquid contrarium
tenuerunt *Cened. in suis quaest. canon cap 42.
& Gambacurt. de immun. eccles. c. 11. n. 10. l. 4.*
cùm contra eos cantent citata Bulla
Gregorij, dùm in illa tantum fiat men-
tio de laicis, ibi (vt laicis & infra præci-
pimus, vt laicos in casibus prędictis de-
linquentes) ergò non includuntur Ec-
clesiasticæ, & religiosæ personæ, alias .n.
daretur absurdum, quia nunquam pos-
sent à suis Prælatis, & Superioribus in
carcerem detrudi, dùm semper sunt in
Monasterio, vt considerarunt *Siluestr. in
summa in verbo, immunitas il terzo. §. 3. nu. 2.*
& recenter vltra alios *Peregr. de immun.
eccles. cap. 12. nu. 3. dub. 3. opin. 2. arg. 3.* quod
puto verum etiam respectu Religiosorũ
Ordinum Militarium, putà Equitum
Hierosolomitanorum, quos de mandato
Superiorum Ecclesiasticorum ab Ec-
clesijs extrahi posse mihi suadeo, nam
vti personæ Ecclesiasticæ tali immunita-
te minimè gaudeant, tanquam non cõ-
prehensi in dicta Bulla, quæ (vt dixi) lo-
quitur de laicis.

Tamen supradicta regula est vera,
persona in eodem statu permanente, at
secus si illam mutauerit, nempè de cle-
ricatu ad laicatum descendendo, prout
in casu de quo agebatur, quia tunc va-
8 riato statu, variatur eius conditio, quasi
quod cessante fiuè adæquato legis, pro-
ut est clericatus, cesset obligatio legis,
ad tradita per *Abb. in cap. quia in Insulis,
de Regul Comitol. lib. 7. respons. moral. q. 1. n. 10
Henriq. in summa lib 11. c. 17. n. 2. in glo. li. O.
Mexia in prag. taxa pan concl. 2. n 29 & seq.
Sosa in comment ad Bull. Clem VIII. de lar-
git. muner fundam. 3 Granad. in par. 2 contro-
uers. 7 tract. 3. p. 1. disp. 15. sect. 2.* vbi plenè
hanc tutatur sententiam, quemadmodũ
9 in simili pactum, seù promissio de ven-
dendo ex certa causa initum causa ces-
sante non seruatur, vt tutatur *Berlicch.
dec. 142.*

Quare meritò inferri potest, quod si-
sicuti in beneficijs existentibus ad col-
lationem, & præsentationem Inuictissi-
mi nostri Regis ex priuilegio Apostoli-
co, vt per *D. Reg. Tap. decis. Suprem Italia
10 Senatus 18. nu 3.* Collector Apostolicus
non habet aliquod ius pro spolijs, vt est
quotidiana Praxis, de qua testatur *Maur.
alleg. 34. nu 6.* taliter, quod fructus pendẽ-
tes, & non exacti vadunt ad beneficium
successorum, iuxta Bullam Iulij III. *An-
tonin. var. resol. lib. 1. resol. 46 & in materia
Viu. latè de iur. patron. par. 3. lib. 14. cap. 15.*
Ita similiter debet procedere quoties
beneficia Baronum, ex causa rebellionis
vel lineæ extinctione ad ipsum Regem
transeunt, vel transiuerint, quia cùm mu-
tent dominum, illius exemptiones assu-
munt, cum aqua fluminis, quæ intrat in
mare dicatur, postea aqua maritima, &
non fluminis, nam illius natura indui-
tur.

Et quamuis aduersus principalem
regulam adaptari posset illa iuris con-
clusio pariter à DD. nostris acceptata,
11 quod priuilegium superueniens, non
mutet forum, itaut nec mutatio fori à
prioris Iudicis iurisdictione, coram
quo cepta est lis reũ liberet, *l. cum qua-
dam puella, ff. de iurisd. omn. iud.* vbi latè
Cagnol Card. Tusc. concl. 445. lit. F.

Tamen respondetur, hanc conclusionẽ
esse veram, quando procuratur ad hunc
effectum priuilegium, at secus si ex ac-
cidenti superueniat, vel motu proprio,
quia tunc priuilegium superueniẽs pro-
dest litiganti, ad textum *in l. idem Vulpi.*

ff. de

ff. de extraſ. tut. Cabed deciſ. Luſit. 24. Capibl. in prag. 8. num. 318. Maſull. ad Capyc. dec. 51. ſub num. 13. Giurba deciſ. Sicil. 23. n. 4. vbi latè tractat articulum, ſi priuilegium motu proprio, vel ad poſtulationem partis conceſſum, lite pendente ſuperueniat rei forum immutet, de quo Regnicolæ habent pariter deciſionem Sacri Regij Conſilij apud *Præſid. de Franch. deciſio. 544.*

Et ſi fortè hanc ſecundam velles practicare ſententiam, illam declara, quod
12 licet poſt litem motam conuentus efficeretur priuilegiatus, quo vti non poſſet, *ex l. ſi quis poſt aquam ff. de iudic.* tamen perempta inſtantia poterit ſuo priuilegio vti, vt deciſum in S. R. C. teſtatur *Reg. Rouit. in pragm. vnic. num. 14 de inſtant. cauſ. non reſtit. Paſchal. de patria poteſt. cap. 8. nu. 215. p. 1. Palma in diuerſ. iur. cōm. & Regni, glo. 16. n. 14. p. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori datur priuilegiato etiam ex iure ceſſo, quamuis ceſſio ſit ex cauſa lucratiua, num. 2. At ſecus ſi ceſſio appareat facta in fraudem, nu. 3.*
4 *Simulata reputantur, ac ſi non ſint.*
5 *Ceſſio, quando dicatur ſimulatè facta, & nu. 6. & 7.*
8 *Simulatio probatur teſtibus.*
9 *Contractus non præſumitur ſimulatus.*
10 *Contractus ſimulatus caret conſenſu, & dicitur pictus, & figuratus, n. 11.*
12 *Simulationis contractus eſt difficilis probationis.*
13 *Fraus præſumitur vbi contractus eſt inter cōſanguineos.*
14 *Continuatio poſſeſſionis arguit ſimulationem contractus.*
15 *Simulatio ex clauſula, conſtituti, non excluditur.*
16 *Cautela inſolita arguunt ſuſpicionem.*
17 *Donatio vera, quæ nam ſit.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num detur, quando priuilegiatus agit ex iure ceſſo.

QVAESTIO XIV.

1 Regula ſit affirmatiua, procedit enim huiuſmodi electionis Fori beneficium, etiam quod priuilegiata, & miſerabilis perſonæ agat ex iure ceſſo, *Affl. in conſt. Regni, Statuimus,* vbi etiam *Foller. n. 24. & Alber. in tract. ſtatut. q. 202. par. 1. Carauit. in Rit. M. C. V. 228. nu. 7. Vrſil. in addit. ad Afflict. dec. 257. num. 7. Muſcatell. in praxi S. C. glo. competentes, nu. 80 & ſeq. Intrigl. ſing. 101.* qui loquitur in virgine, & iuxta hanc opinionem practicari in Senatu Cathaloniæ, teſtatur *Cancer. var. reſ. c. 2. de iuriſd. omn. Iud. nu. 28. in fi. p. 2.*

2 Amplia hanc concluſionem, adeò eſſe veram, vt procedat, ſiuè ceſſio fuerit facta ex cauſa oneroſa, ſiuè lucratiua, *Cumia in rit. Sicil. cap. 82. nu. 16. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 66. nu. 35. lib. 1.* Nam quamuis in Regno *Ritus M. C. Vic. 228. & 290.* prouideant, quod priuilegiatus pro iuribus ceſſis ex cauſa lucratiua, non trahat, hoc tamen non procedit, quando ceſſio eſt facta miſerabilibus perſonis, vt docuit *Andr. de Iſern.* quem in hunc ſenſum recepit noſter *Affl.* in nuper allegata *Conſtit. Regni, Statuimus, q. 6. nu. 18.* annuendo prędictos *Ritus* non obſtare, quia non comprehendunt huiuſmodi priuilegiatorum ſpeciem, iuxta quam ſententiam iudicatum per Sacrum Regium Conſilium die 3. Nouemb. de anno 1578. fatetur *Præſ. de Franch. dec. 195.* quem ſequuntur *Calà in tract. de modo articul. & proban. glo. 1. nu. 95. pag. mea 11. Capibl. in prag. 8. nu. 371. de Baron. p. 1. Paſchal. de patria poteſt. cap. 2. num. 91. p. 2.* vbi quod tàm in M. C. quàm in S. C. indiſtinctè admictuntur agentes iure ceſſo ex cauſa lucratiua, & vtuntur electione fori, *Muſcatell. in praxi S. C. d. glo. competentes, nu. 89. Thor. in compend. deciſ. Regni, in verbo, ceſſio facta miſerabilibus, tom. 1.*

Et licet contrarium teneat *Iacob. in l. 2. col. 6. num. 39. verſ. item quæro nunquid, C. ne lic. potent.* & aliter philoſophando diſtingunt *Foller. in cit. conſtit. Regni ſtatuimus, nu. 74. pag. mihi 120. col. 2.*

Tu verò ab ampliatione nè recedas, quæ in ſupremus Regijs Tribunalibus eſt in praxi recepta, & iuxta illam vidi ſeruatum per Magnam Curiam Vicariç ad fauorem Io. Angeli de la Donna pupilli, ad inſtantiam cuius fuerunt expeditç prouiſiones directç Curiæ ſui do-

domicilij, vt acta transmitteret, ex eo quia per viam electionis fori adiuerat ipsam Magnam Curiam, & licet pro parte Lucæ Staiani aduersarij opponeretur causam, & litem, quæ inter eos vertebatur esse ex cessione quorundam iurium facta à Michaele de la Donna, ex causa lucratiua, superuenit iterum obseruatoria, vt cum effectu transmitterentur acta ad ipsam Magnam Curiam.

Declara tamen præmissa non habere locum, quando cessio appareret facta

3 in fraudem, & simulatè, vt putà per terminum, *l. per diuersa, C. mandati*, ita idem *Affl. loco sæpius s mentionato, sub nu. 27*, vbi similiter *Foller. nu. 74. & Reg. Tap. num. 23. Burg. de laudimio par. 3. inspect. 4. nu. 9. Cumia in Ritu Sicil. d. cap. 82. nu. 17 Carau. nuper alleg. rit. 228. n. 7. & seq Marchesan. de commiss. tit. de Auocat caus. §. 2. par. 2. Capibl. in pragmat. 8. par. 1. nu. 351. de Baron.* vbi ad id citat per *Franch. decis. 195. & Vrsil. dec. 74.* addo *Borrell. in summa decis. tit. de iuramen. perhorresc. n. 40. to. 1.*

Quæ declaratio æqua, & iuridica est, tùm ad excludendā fraudem, tùm etiā, quia dùm cessio est originaria, nullum debet habere locum, ac si nullatenus fuisset facta; simulata enim tāquam imaginaria reputantur, quasi non sint, *l. qui sub imagine. ff. de distract. pignor. l. emptor, ff. de aqua pluu. arc. Bal. Castrens. & reliqui in*

4 *l. 1. C. plus valer. quod agitur, Aufend. de exeq. mand. cap. 1. nu. 3. Gomes. in l. 45. Tauri, n. 27.* Indè in contractu simulato cessat ius congrui, *Affl. dec. 339. D. Ricc. collect. decis. coll. 194.* vltra quod tanquam redemptore, alienarum litium excludi debent à tali priuilego, *Berlicch. dec. 32.* quem etiam videas in materia *dec. 33.*

5 Dicetur autem cessio simulatè facta, vbi in rei veritate agitur, quod lucrum sit cedentis, licet aliud appareat, *Glos. in d. l. per diuersas, in vers. quam alijs, in princip. C. mandat. Rot. in nouis decis. 1. de alienat. mutand. caus. fact. D. Ricc. in collect. decis. col. 2557 in fi. & vide Trentacinq. var. resol. lib. cap. 2. de action.*

6 Sic etiam, vbi cessio est facta ex causa crediti, de quo non apparet, *Abb. in cap. ex parte, sub nu. 7 de alien. iudit. mutand. caus. fact. Puteus dec. 22. lib. 3. Ludouis. dec. 47. num. 6.*

7 Præterea, quando cessionarius est homo litigiosus, & solitus talibus implicari, vel vbi nulla ratio validè assignari potest, quare cessio facta fuit, nisi vt reus vexetur, sic testatur *Carauit. sæpius cit. loco*, vbi & alias coniecturas reportat, quas apud eum videre poteris.

8 Sed num simulatio ista probetur testibus, affirmat *Franc. Marc. dec. 48. tom. 1.* quem reportat *D. Ricc. in collectan. decis. d. collect. 197.* vbi & alia in materia simulationis contractus cumulat, quod sanè est verum & si testes sint singulares, *Mascard. de probat. concl. 447. nu. 5. Farinac. de test. lib. q. 64. nu. 270.* & alia in materia simulationis vide in sequenti Iuris Allegatione, in quadam facti contingentia cōpilata, *Affl. sæpius cit. Constit. Regni, statuimus, col. 7. q. 6. Troysius in rit. M. C. 290. nu. 7. Paschal. de patr. potest. d. cap. 2. nu. 91. in fi. p. 2.* & recenter notauit *D. Ricc. in collect. decis. collect. 2556. vers. nota tandem.*

Eiusdem Authoris Allegatio.

Putabat partis aduersæ Aduocatus euadere allegatam contractus simulationem quam prætendebat fouens iura Magnifici Nicolai Spinæ interfuisse in

9 contractu, qui supponebatur gestus ab Anibale de lo Gaudo, cum Sebastiano Parisio, ex illa vulgata iuris regula, quod contractus non præsumitur simulatus, *l. quamuis, & ibi Bald. C. si quis alter. vel sibi, Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. Coccin. dec. 302. nu 6. & decis. 408. Ludouis. decis. 157. Farinac. de falsitat. q. 162. nu. 163.* prout nec in fraudem, *l. quoties. §. qui dolo, ff. de probat.* iunctis alijs de quibus *Mascard. de probat. conclus. 814.* vt alios omittam in re tam clara, quia fraudis suspitionem in dubio non intercessisse iudicandum est, *Caph. cons. 661. nu. 62. Decian. cons. 81. num. 8. vol. 4. Molin. de primogen. cap. 4. nu. 23. lib. 2. Aldouin. cons. 69. nu. 93.* nam contractus illicitus infert delictum, quod semper excludi debet, *Menoch. cons. 445. num. 2.* cùm omnis actus iustus præsumatur, *l. precib. C. de probatio. Bal. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. pet. Dec. consil. 119. Roland. cons. 96. n. 14. vol. 2. Car. Tusc. concl. 136. lit. A.*

At ego totum contrarium intendens probare affirmabam; auerso contractui, nullam esse habendam rationem tanquam facto ad damnum præfati Ni-

10 colai futuri creditoris cōtractus enim simulatus caret consensu substantia, & effectu, igitur & nomine carere debet, *l. à nullo, C. de ser. Socc. cons. 264. num. 4. lib. 2.* & in

& in conf.66.n.14 lib.1.Dec.conf.587. nu.2. cum alijs allegatis à *Bece in conf.52.n.38. Vol. 1.* & nihil valet, & nihil operatur, *Bal.conf.65.lib.1.Card.Tusc.concl.265.nu.1.*
11 *& 2. lit.5.* inquiens, quod ex eo nullum ius transfertur, & ratio est, quia contractus simulatus dicitur pictus, & figuratus, *l. ab Anastasio, C. mandati*, & caret substantia, & spiritu, appellaturq; corpus sine spiritu, *Paris conf.54.n.26.& seq. lib.1.Tusc.* qui alios coaceruat *loco nuper cit.nu.3.*

Non enim negabam regulam allatā à parte aduersa esse verissimam, sed non per hoc ipsa mihi concedere alteram non debebat, quod cùm simulatio con-
12 tractus sit difficilis probationis benè potest præsumptionibus, & coniecturis probari, *l.consensu §.si super plagis, C.de repud.cap.illo V.s de pignor.l.non omnes.§.à barbaris, ff.de re milit. Viu decisi 440. Rober.rer. iud.c.lib.2.cap 8.Roland.* qui mille adducit concordantes *conf.47 nu. 6. lib.4. Bertozz. conf.crim.230.n.6.lib 1.Card.Tusc.* qui plures citat, & testatur de communi *concl. 260.lib.5.* annuens, duas præsumptiones sufficere etiam quod sint leues, *cap.cum dilectus, de succes.ab intest glo.in l.instrumenta, C.de prob.Honded conf.32.n.4.lib.1.Natta conf.198.n.16.Mascard.de prob.concl.447* qui & alios cumulat, & in casu de quo agebatur non solum erant duæ, & leues, verum etiam plures, & quidem vrgentes,

Prima insurgebat, eo quod assertus
13 contractus erat gestus inter cōsanguineos, & coniunctas personas, prout est Sebastianus inter quas fraus vtriq; præsumitur, *Crau conf.82 n.5.Rui.conf.730.n.7. lib.1.Becc.d.conf.52.Grbm.conf.ciu.127.nu.3. Alcia.reg.3 præsumpt.29.n.4. Dec.conf.235. Bellon.decis Rot.Genuæ 13.num.38.Matiens. in l 1.glo 1.num 7.tit.19.lib.5.Recopil.Caracc. de excus bonorum q. 13.* & magis suspicio simulationis augetur, quia coniunctis maximè confidimus, *l.data, C.de don.l.pen. C.de bon.liber Bott.conf.59.num.41. Honded.* qui plures refert *conf.46.n.15.& 16.Vol.1.* & fraudis particeps censetur ex sanguinis coniunctione, argum. *l.de tutela, C.de in integ.restit.l.octaui ff.Vnde cognat.Angel. conf.48 n.2 Dec.in l post contractum, n.46. de donat.Reg.Valenz.conf.19.n.29.*

Secunda erat, quia ex retentione possessionis eorundem bonorum alienatorum ipse Anibal in fraudem Sebastiani creditoris alienasse videtur, dùm possessionem continuatur, *Menoch.conf.226. n.111.* fructus ex dictis bonis percipiēs, eaque administtans iuxta solitum, idem *conf.430.num.16.* continuatio enim possessionis arguit simulationem contractus, *l.sicut, §.superuacuum, & ibi Bar nu.5. ff.quib.mod.pig solu.l.si is qui, ff.de acquir.hæred.l qui sub imagine, C.de distract.pig.* cum alijs apud *Menoch de arb iud.cas.39.Valasc. dec.72.Tiraq.de retract.§.1.glo.14.n.35.li.1. Mascar.de probat.concl.439 Paris de confidēt. benefic.q.31.Boer.dec.102.Card Mant.de tac. & ambig.conu.tit.36 lib.13. Card.Tusc.conclus.260 Guazzin.de confisc.bonor. conclus 29. nu.30.Farinac.in pract crim. q.162.num.128.* apud quos antiquiores concordantes sunt allegati, tantò fortiùs, quia non cōcurrit titulus familiaritatis, quo casu excluderetur hæc præsumptio, *Ludonisio. dec.401.nu.16.*

Et licet aduersus hanc coniecturam audirem insurgere Aduocatum contrarium ex clauiula (constituti) apposita in contractu, tamen affirmabam adhuc,
17 & illa non obesse, nam ex constituti clausula simulatio, nec excluditur, vt docuit *Bar.in cit l.post contractum, nu.4. & in d.l.sicut, §.superuacuum, nu. 5.* vbi etiam notat *Angel.* constitutum minimè operari inter personas prohibitas, *Cassan. consil.7.nu.32.& seq.Menoch conf.430. n.15. Boss.in tit.de publ.bonor.nu.40. Tiraq.de constit.limit.7.nu 22.p.3. Decian.conf.81.nu.27. Vol. 4.* maximè quando à tertio allegatur simulatio, *Ruin.conf.64. nu 9 lib.4. Laderch.conf.75.nu.2.post Bal in l.1.C de donat. ante nupt.Salic.in l.emptorem, C.plus valer. quod agitur, Aret.conf 65.num.3.& nouissimè Reg.Valenz conf.69 nu.191.*

Tertia erat, nam supposita alienatio facta ipsi Sebastabiano, vt dicitur in instrumento est; ex eo, quia erat debitor ipsius in quadā quātitate, & quod residuum recepit de contanti, quod quidē debitum non verificatur nisi in confessione de recepto, per quam inducitur fraudis suspicio, & lex præsumit fuisse factam ad fraudandum futuros veros creditores, vt in *l.Titius, ff.qua res pignor. oblig. possess.* & post multos dixit *Cott. in memorabilibus in verbo, creditor prior. Menoc. in conf.720.nu.2.& 3.* vbi alios refest *n.8. Cuman.conf.155. in princ. Bal. conf. 149. in princ lib.1.Imol.conf 55.num.3. Castr.conf 58. nu.4.Versuadet etiam, lib.2. Tusc.concl.264. nu.13.Mascard.concl.372.*

Et licet in hoc replicari posset adesse plures Doctores affirmantes, confes-

sionē de recepto, plenè probare, vt patet ex eodem *Mascardo concl.361.n.1.*

Tamen pro responsione aduertendū putabam, q per eundem *loco cit.nu.5.* conciliantur huiusmodi dissentientes opiniones, & indè ipse fatetur huiusmodi confessionem probare aduersus confitentem, eiusque hæredes, at secus contra tertium, vt etiam repetit *nu.36.*& ab eodem *Mascar. cit. concl. 372.* disputatur iste articulus, & concluditur, confessionem de recepto minimè præiudicare futuris creditoribus, & creditorem posteriorem, de cuius vera numeratione constat præferri creditori anteriori, qui solum habet confessionem de recepto à debitore, quod satis casui nostro accedere censeo.

Quæ quidem coniecturæ vrgentiores imò validissimæ probationes reddebantur, dùm ab eodemmet Aniballe præfato Sebastiano donatio aliorum bonorū supponebatur facta intra mensem à die venditionis huius territorij, de quo agitur, nam multitudo contractuum propinquè factorum simulationem quaque arguere debet, vt in simili temporis donationis vicinitas post delictum fraudē arguere solet. *Placa in epithom delict. lib. 1. cap. 14 nu.6.Gomez de delict cap.3 nu 46.Rimin.Iun.conf. 42.nu.69. Morot.conf.38 nu 8. Cened.canon.quæst.cap.21.nu.13.Gratian.decis.102.nu.8. Borrell.conf.58. nu.16.* & alij pastim vno ore, quodquidem tempus arbitrio Iudicis remittendum esse, notarunt post antiquiores *Dec. d. conf.135. Menoch.de præsumpt.lib.3.præs.124.num.20. Peregr.de iu fisc.tit.1.nu.163.lib.5.Guazzi. de confisc.bonor.cit.concl.29 nu.15.*

Vltra quod præfata donatio quoque falsa, & simulata redditur, tùm quia fuit facta à dicto Aniballe tempore quo est onustus filiorum, & vxoris sub prætestu meritorum dicti Sebastiani, quæ non solum in rerum natura cōsiderari nequeunt, nec in effectu sunt, sed etiam, nec in specie fuerunt expressa tempore donationis, prout iura mandant *Glo. & DD. in l.si donatione, C.de collat. Bartol.in l.si fortè, ff.de castrens.pecul. Alex.conf 55.lib.1. Paris conf.86.nu.31. Vol.3. Soccin.conf.295. Volu.2. Affl. dec.370.Gram conf ciuil.89 n 9.Farin. conf.crim.42.nu.30.* taliter quod clausula illa, dedit ob merita Sebastiani inducere videtur potius simulationē, fraudisq; suspicionem, quam probationem meritorum, nisi aliunde merita ipsa constet, vt docuit noster *Affl.* præ alios *in cap.1. nu.26 de feu dat.in usc.leg.commis.*

Tùm etiam, quia in præfata donatione reperiuntur cautelæ plures insolitæ, quæ vtique reddunt actum simulatum, præter antiquos notarunt *Roland.conf.49 nu 56.lib.2.Sim.de Prat.conf.92. nu.4. Card. Tusc.concl.262.nu.25. lit.S, Card.Mantic.de tac.& ambig.conu tit.35.nu.14.lib.13.Barz. decis.Rot.Bonon 118.nu.19.& seq.Thesau.li.3. quæst forens cap.18.num.11.Antonin.Variar. resol.lib.3.cap.40.num.35.Monter.decis.Rot. Aragon.2.nu 6. Azeued.in lib.8. recopil l.4. nu.39.tit.6.* quia artificiosa cautela dolū arguit, *Cacher.conf.47.n.3.Menoch.conf.645 nu. 22.* & nimiam cautelam simulatum fecisse actum, probatur *in l.quis sit fugitiuus, §.apud Labeonem, ff.de edilit. edict.*, & scripserunt *Viu.dec.182.Gratian.discept.forens cap.255.nu.21.Gonz.l.in Regul.8. Cancell.glo 36.nu.86.* & pacta insolita falsitatem arguere docuit *Bal conf.175. Volu.2. Curt.Iun.conf.158.nu 12.Paris conf.54.n.39. li.1.* necnon & dolum, *Cæph conf.718.n.21. & seq.Cacher. d.conf.47.* Indè ex insolitis clausulis donationem suspectam reddi, vigore *tex. in cap. super his, de fide instrum.* ibidem voluerunt *DD.*, & dixerunt *Morot.conf.47.nu.3. Cocta in memorab.in Verbo, clausula, Gerard.singhl.77.& Crau.conf.930. nu.14.* vt alios moderniores omittam.

Et quando omnia deficerent reminiscendum est, quæ nam donationis species erat ista, dùm dicebatur fieri ob
17 merita, & postea adijcitur pactum, vt possit reuocari ad nutum eiusdem Aniballis, ex quo simulatio certè elicitur vera enim, & absoluta donatio est, quæ ita fuit, vt nullo casu reuocetur, *l.Senatus, §.de mortis causa, ff.de donation.caus.mort.* nec donationis nomine reuocabilis donatio continetur, *l in princip. l.filiusfamil. §.pari ff de donatio.* hinc non videri inquit *tex.l.omnes, §.1.ff de reg.iur.* perfectè cuiq; acquiri, quod ex causa auferri potest, confert *hæsit l.non videtur, ff de acquir. poss.* non videri possessionem adæptus, qui eā retinere non possit, nec possessio tradita intelligitur, quæ iure auocari potest, *l.ratio, & ibi Bar. ff. ae action.empt.l.3.§.siquis seruum.ff.de stat.liber.* vbi non videntur dati nummi, qui auelli ab eo possent qui accepit, *& in l.qui sic, ff.de solut.* vbi solués sic, vt repetat minimè liberatur, nam solutum non dicitur, quod creditori auferri

ferri potest, *l. cum quis. §. qui hominem, & l. qui decem, §. fin. & ibi Alber. ff. de solution.* & qui alteri tenetur restituere pretium recepisse non dicitur, *l. 1. C. de vendit. rer. Fiscal. lib.* 10. & ideò donatio inter viuos cum pacto reuocando non est propriè donatio, vt fundant *Tiraq. de retract. §. 2. §. 2. gl. 1. nu. 9 & Signorol. cons. 8.*

Quibus omnibus simul iunctis credo, ni fallor, euidenter simulationem huiusmodi contractus apparere, prout ita per eximios Senatores determinandum esse speratur. Dat. Neap. die 29. Aprilis 1627.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Electio Fori cessat in casu obligationis Cameralis.*
2 *Obligatio in forma Cameræ, tollit omnia legum auxilia.*
3 *Facultates Auditoris Cameræ, ad quæ nam extendantur.*
4 *Auditor Cameræ potest causas super obligationibus Cameralibus pendentes ad se auocare.*
5 *Obligatus in forma Cameræ non potest opponere exceptionem incompetentiæ Iudicis.*
6 *Facultates Auditoris Cameræ continent derogationes omnium priuilegiorum.*
7 *Exemptus vigore Cameralis obligationis an conueniatur coram Ordinario.*
8 *Auditor Cameræ est delegatus ad generalitatem causarum obligationis Cameralis.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An competat priuilegiato obligato in Forma Cameræ.

QVAESTIO XV.

1 REgula sit negatiua, quod beneficium Electionis Fori cesset in casu obligationis Cameralis, vt in proprijs terminis scripserunt *Gratian forens. discept. lib. 1. cap. 182. num. 6.* latè *Robuster. olim Romanæ Rotæ Decanus in vna Bononien. 12. Maij 1594.* vt in eius discursu, qui in calce huius operis impressus est, vbi testatur sic fuisse decisum in signatura Iustitiæ, sequitur *Genuen. in praxi Cur. Archiep. c. 96.*

2 *num. 3.* vbi meminit quoque de dicta decisione, annuens, quod obligatio in forma Cameræ tollit omnia legum auxilia, itaut trahat omnes ad Tribunal Auditoris Cameræ non obstante priuilegio, *l. vn. C. quando Imper. Marchesan. de commission. tit. de Auocat. causarum, par. 2. §. 2. nu. 93.*

3 Facultates enim eidem Auditori Cameræ à Summis Pontificibus concessæ se extendunt, & locum sibi vendicant ad omnes obligationes Camerales, vbicunq; & à quibuscunque fuerint factæ, illarumque est perpetuus ordinarius, & executor, potestq; procedere aduersus tales obligatos, licet in partibus existãt & extra Vrbem contraxerit, vt plena manu post plures quos adducunt probarunt *Diez de Mena quæst. iur. cap. 12. & Dom Ricc. in praxi fori ecclesi. resol. 342 par. 2.*

4 vbi etiam, quod poterit causis super dictis obligationibus pendentes coram Ordinarijs ad se auocare *Lancell. de attentat. lit. pend. lim. 15. num. 8. & cap. 10. lim. 26.* cum alijs de quibus latè in facultatibus dicti Auditoris Cameræ, & vide *D. Ricc. in praxi resol. 240. p. 3.* qui *resol. 239. ead. par.*

5 meritò firmauit, quod obligatus in forma Cameræ non potest opponere exceptionem incompetentiæ Iudicis, *Mandos. de inhibit. q. 93. nu. 5 Surd. cons. 280. n. 15. Amat. decis. Rot. March. 81. Grass. de except. cap. 18.*

6 Et cùm facultates dicti Auditoris Cameræ contineant derogationes omnium priuilegiorum cum clausulis amplissimis dicit *Gratiã loco cit.* per eas quoque fuisse derogatum priuilegio *d. l. vni.* cuius notitiam præsumitur Principem habuisse, cùm illud sit priuilegium vulgare, & notorium, & consequenter illius derogatio censebitur facta per secundum priuilegium, quamuis de primo nulla fuerit facta mentio, ex *Rip. in cap. 1 nu. 57 de rescript. & Menoch.* qui nauim huics farinæ adducit *de præsumption. lib. 6. præsumpt. 4. nu. 16.* dùm apparet de mente Summi Pontificis, in casu de quo agitur, eo quia illi dedit facultatem priuatiuã quoad omnes in huiusmodi obligationibus Cameralibus, vnde etiam coprehendi debẽt personæ priuilegiatæ, quorum priuilegio expresse videtur derogatum, dum Auditores Cameræ facultates expresse se extendant ad Communitates, & Vniuersitates, de quibus in indiuiduo fuit facta mentio, quæ quidem

dem satis sub se comprehendant miserabiles personas.

6 Et licet nouissimè *Cochier. in suo tract. de iurisdict. in exempt. par. 2. q. 46. to. 1.* tuetur vigore Cameralis obligationis exēptum non posse conueniri coram Ordinario, Tamen suam fulcire videtur opinionem in eo, quia exemptus nec tacitè nec expresè Ordinarij iurisdictionem prorogare potest, nisi cum Pōtificis, vel Legati à latere facultate, vt latius dixit idem in eodem tractatu *q. 2. & 7. lib. 2.* quia Pontifex est Diœcesanus exemptorum, vt idem tutatur *q. 48.*

Vltra quod *nu. 7.* ipsemet affirmat, id non esse verum vbi exemptus conueni-
8 retur coram Auditorio Cameræ, quia Auditor Cameræ creatus est à Papa generalis causarum Auditor, & inter cœtera causarum genera demandatur, & executio obligationum in forma Cameræ, vndè tanquam expresè delegatus ad hanc similium causarum generalitatem omnibus est Iudex competēs ex quo est à Papa delegatus, *cap. antiqua de priuileg. Alber. in dictionar. in Verb. promittat, sapè debitor, §. Aliquando, Mass. ad form. Camer. oblig. q. 1. p. 2. nu. 3. & 4.* & ita dicit tenere *Vestr. in prax. Roman. Cur. li. 2. cap. 4. n. 4. & 6. & Amat. decis. Rot. March. 27. nu. 1.* iuxta quorum opinionem consului ad fauorem Damiani de Diamante à Viterbo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Electionis Fori suffragatur miserabilibus personis, licet dederint cautionē de iudicio Sisti.*

2 *Consentire in Iudicem quis non censetur per cautionem de iudicio sisti.*

3 *Fori priuilegium non amictitur per cautionē de soluendo iudicatum.*

4 *Ius petendi remissionem causa non amictitur per cautiones de iudicia sisti, vel iudicatum soluendo.*

5 *Debitor carceratus tenetur cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo dare.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num cōpetat, quando priuilegiatus satis dedit de Iudicio sisti, seù de stando iuri, vel de indicatum soluendo.

QVAESTIO XVI.

1 Regula sit affirmatiua, nam miserabiles, & priuilegiatæ personæ etsi cautionem de iudicio sisti dederint, nō per hoc arceantur, quin eorum priuilegium allegare non valeant, de qua quidem cautione plura cumulat *Maur. Aretin. in suo tract. de fideiuss. cap. 1.*

Cuius sanè conclusionis ratio principalis videtur esse, nam priuilegio Electionis Fori non potest renunciarij, nisi expresis verbis, vt latius in prima sectione promulgatum est *q. 12.*

2 Vltra quod per hanc cautionem de iudicio sisti non censetur quis in Iudicē consentire, *Alexan. in l. quidam consulebat, ff. de re iud. Bald. in Auth. offerantur, in fine, C. de lit. contest. Anna singul. 413. Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholos. dec. 181.* quem pro hac opinione adducit *Manson. in suo tract. de iudic. executiuis lib. 1. ampliat. 13. nu. 5. pag. 152. col. 1. Trentacinq. Var. resol. lib. 3. res. 26. nu. 28. de solut. D. Ricc. collect. dec. 2554. in fi. Viscon. in suis decisiuis conclusionibus in Verbo, Fori priuilegium, pag. 103. col. 2.* qui idem
3 affirmat, quando præstatur cautio de soluendo iudicatum, quia per talem cautionem fori priuilegium non amictitur, *Afflict. dec. 133. num. 4.* vbi etiam *Vrsil. in addit. nu. 7. Præs de Franch. dec. 601.*
4 *num. 18.* Et taliter quod per has satisdationes non amictitur ius petendi remissionem causæ, *D. Ricc. in praxi resolut. 54. tom. 2.*

Et ideo non obstante cautione data à priuilegiatis, & miserabilibus personis de iudicatum soluendo in quocunque Tribunali potest ab illis allegari huiusmodi Electionis Fori priuilegium, nam per similem cautionem præstitam iura non præsumunt priuilegiatum videri consentire in Iudicem, *Abb. & Aretin. in cap. 1. col. 1. de Iudic. Bar. in l. si conuenerit, col. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Arnon solil. 37 Marsil. sing. 227.* de qua cautione plura cumulat *Maur. Aretin. in tract. de fideiuss. cap. 2.*

Quare cùm quidam priuilegiatus sub prætestu debiti tanquam exterus fuisset ad instantiam quorundam creditorum arrestatus per Regiam Curiam Ciuitatis Minorum, & pro iudicij assecuratione, me tanquam Regio Assessore
5 sic mandante præstitisset cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, ex

re-

regula, quod debitor carceratus tenetur dare vtramque cautionem pro iudicij assecurationem, nempè de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, iuxta S. C. decisiones communiter receptas, de quibus per *Afflict. & Vrsil. dec. 170. Henriq. in tract. de fideiussor. cap. 1. n. 40. cum seq. Muscatel. in praxi fideiuss. par. 1. modo 12. & 13. Coler. de processi. executiu cap. 1. nu. 83. & seq. par. 2. D. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 61. p. 1.* vbi sic iudicatum in illa Curia refert *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 26. num. 23.* licet in prestatione dictarum cautionum non fuisset protestatus se noluisse in Iudicem consentire, nisi si & quatenus, dicebam, quod non per hoc videbatur in illam Curiam consensisse, itaut deindè non potuisset fori declinatoriam opponere, prout cum effectu illam opposuit, & tanquam Neapolitanus procurauit prouisiones Magnæ Curiæ Vicariæ, ad quam Acta fuerunt transmissa, & ibi causa determinata est.

Quibus omnibus veris existentibus, (prout verissima illa esse fateor) tunc non videtur opinio *Pecchij in suo tract. de iure sistendi, cap. 15. vers. tamen longe*, dùm voluit, quod non existente protestatione facta tempore, quo dantur huiusmodi cautiones debitor censeatur in Iudicem consentire, prout nec hanc opinionem vti Iudex in facti contingentia admisi, sed contra illam determinaui.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cautionis expensarum datur reo.*
2 *Iudici consentire non videtur, qui cautionem expensarum dedit.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num fieri possit, quãdo priuilegiatus in Tribunali, in quo lis agitatur dederit cautionem expensarum.

QVAESTIO XVII.

1 Regulariter inter alias exceptiones, quæ reo competunt, est & illa cautionis expensarum, quæ quidem fuit introducta de iure communi, *Auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric.* cum socijs de quibus apud *Oinotom. in comment. ad Institut. Ciuil. tit. de satisdat. num. 6.* & hodiè indifferenter in Regno seruatur in praxi apud Regia Suprema Tribunalia, in quibus non proceditur ad vlteriora, nisi adimpleta dicta exceptione, vt omnes pratici sciunt.

Sed num per huiusmodi cautionis expensarum præstationem factam in Curia inferiori prohibeatur priuilegiatus habere recursum ad Suprema Regia Tribunalia per viam Electionis Fori vo luit à me scire quidam Procurator.

2 Et pro negatiua parte respondi motus ex eo, quia vltra quod miserabiles personæ etiam post conclusum in causa possint variare, & sic post omnes actus factos, vt alias diximus (in prima sectione) adhuc etiam per prestationem talis cautionis non censetur quis in Iudicem consentire taliter, quod volens postea cum possit illud deindè declinare tanquam priuilegiatus adeundo Maiora Tribunalia, & ita solet pradicari, & sępius consultus respódi in varijs quippè casibus.

SVMMARIVM.

1 *Petitio copia libelli non impedit, quod priuilegiatus non possit eligere forum.*
2 *Petens copiam libelli, non dicitur in Iudicem consentire.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An sit admittenda vbi priuilegiatus petijsset copiam libelli in Tribunali, in quo conuentus fuit.

QVAESTIO XVIII.

1 Regula fit affirmatiua, quod priuilegium Electionis Fori suas habeat vires, & possit à priuilegiatis allegari, non obstante quod petijssent copiam libelli in illo Tribunali, siue Curia, in quo conueniebantur, prout passim in Regijs Tribunalibus seruatur.

Nam in iure satis est notum, cunctisque patet, vt quandoquis petit copiam libelli coram aliquo Iudice, quod mini-

3 mè præsumatur, nec velit in illum consentire, itaut excludatur à remissionis petitione ad suum Iudicem competentem, ita suadet *textus in l. non videtur, §. secunda, ff. de Iudic.* sicque tradiderunt *Iaf. in l. fin. C. de iurisdict. omn. Iud. Innocent. in cap. præterea de dilat. Bald cons. 28. n. 5. vol. 1. Castrens. cons. 276. vol. 2. Oldrad. cons. 26. Anchar cons. 139. Calderin. cons. 1. de iur. iuran. Maranta in tract. iudic. par. 4. dist. 12. nu. 11.* quem solum allegando sequitur *Viscont. in suis iuris conclusionibus in verbo, Fori priuilegium circa princ. fol. 103. col. 1.*

Quare dùm casus ex facto accidisset in causa Beatricis de Summonte viduę quondam Anelli Porporę cum Sebastiano de Pellino consultus in hanc deueni sententiam, & iuxta meum consilium fuit mandatum executioni per Magnā Curiam Vicarię, vt partes me certiorē fecerunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius declinandi forum, non amictitur per traditionem sportularum factam Iudici.*
2 *Iudici consentire nec dicitur, qui sportulas illi tradit.*
3 *Solutio sportularum tacitam fori renunciationem importare videtur.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An detur si à priuilegiato essent datæ sportulæ Iudici.

QVAESTIO XIX.

1 Regula est communi calculo à DD. recepta, quod licet sint datæ sportulę Iudici, non per hoc illas tradens consentire in illius Curiam videtur, nec per hoc amictitur ius declinandi forum, ita sanè scripserunt *Bald. in Auth. offeratur, notab. 2. C. de litis contest. Felin. in cap. inter monasterium, de sent. & re iudic. Iaf. in §. triplici, Instit, nu. 41. de action. Alex. cons. 57 num. 4. vol. 1. Dec. cons. 142. nu. 5. vol. 1.*

Quare per hunc actum priuilegiatā, & miserabilem personam non prohiberi suum allegare fori priuilegium censendum est, & consequenter tutò firmari potest regula, vt electio fori concedatur illis, quamuis sportulas Iudici dedissent.

2 Nam per consignationem huiusmodi sportularum iura non præsumunt quem velle in Iudicem consentire eo animo, vt deindè fori priuilegium, quod fortasse habet allegare prohibeatur, nec ob id præiudicatur, quin declinatorię fori exceptione vti minimè possit; prout, & ità dicebam rogatus de voto in quadam causa vertente in Regia Curia Gragnani inter Alterium de Censone cum Vincentio, & Sueua della Rocca fratre, & sorore, altero pupillo, altera vero Virgine in capillo, vt mihi supponebatur ab illius Curię Gubernatore, & Iudice, quos iuxta meam consultationem determinasse audiui.

3 Vltrà quod dum solutio harum sportularum ad plus posset sapere tacitam renunciationem fori, quod non est verum, adhuc, dùm sumus in casu miserabilium personarum, tacita renunciatio, & submissio non obest, vt millies fuit dictum.

Et ideò indistinctè in Regijs Tribunalibus solet practicari, quod ad Electionis Fori priuilegium admictantur miserabiles personę; quamuis constet fuisse datas sportulas Iudicibus inferioribus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus vtitur beneficio Electionis Fori, & si dederit cautionem de parendo mandatis Curia.*
2 *Renunciare fori priuilegio non dicitur, quis cautionem de parendo mandatis Curiæ præstat.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An possit fieri à priuilegiato, casu quo satis dedisset de parendo mandatis Curiæ, in qua fuit conuentus.

QVAESTIO XX.

1 Regula sit affirmatiua, vt non obstante, quod persona priuilegiata dedisset cautionē de parendo mandatis Curię, in qua fortasse reperiretur conuenta, adhuc

adhuc illum forum declinando valeat Regia Tribunalia per viam electionis fori adire.

Quam conclusionem nè gratis sustinere videar illam adduco rationem, eò quia quoties aliquis satisdat de parendo mandatis Curiæ, non per hoc fori priuilegio, quod ei competit renunciare censetur, *Alex. in l. quidam consulebat, ff. de re iud. Bald. in l. iurisdictionis, in fi. C. de bon. author. Iudic. possid. Marsil. sing. 227. Ann. sing. 413.* quem refert, & sequitur *Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resol. 26. nu. 28. versic. nota in hac materia, sub tit. de solutionibus,* & nouissimè meminit *Viscont. in suis decisionis conclus. iur. in verbo, Fori priuilegium non amittitur, pag. mihi 103. col. 1.* & recenter *D. Ricc. in collect. decis. collect. 2554. in fine, par. 7.*

Iuxta quorum sententiam ego pronunciaui tanquam Regius Iudex Ciuitatis Amalfiæ in causa Io. Antonij, & Marcelli de Auitabile cum Hieronymo de Florio sub gubernio D. Hieronymi Sifchanæ Militis Neapolitani Actuario Io. Vincentio Camardella, cumq; à meo decreto fuisset appellatum ad Magnam Curiam Vicariæ, audiui ab vna ex partibus illud fuisse confirmatum, & pronuisum malè appellatum, & benè iudicatum per Regiam Curiam Amalphitanam.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori datur priuilegiato, & si penes acta alicuius Curiæ præstitisset Procuratorem.*

2 *Renunciatum priuilegium Fori non videtur per constitutionem Procuratoris ad respondendum.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori priuilegium Nam allegari possit, quando priuilegiatus constituisset pro curatorem penes acta in illa Curia, in qua fuit conuentus.

QVAESTIO XXI.

1 Regula sit affirmatiua, vt in huiusmodi casu Electionis Fori priuilegium benè valeat à priuilegiato allegari, indè cùm Robertus Mannara loci Montis pertusij pupillus conuentus in Regia Curia Agerulæ per Andræam Cinquum pro solutione ducatorum sexaginta quatuor cum dimidio penes acta illius Curiæ constituisset Procuratorem Hieronymum Caualerium, & deindè per viam Electionis Fori adiuisset Magnam Curiam Vicariæ, nolui amplius in causa tanquam ordinarius Regius Gubernator me ingerere non obstante, quod pro parte Andreæ Actoris principalis instaretur in causa esse ad vlteriora procedendum opposita electione Fori M.C.V. non obstante, sub prætestu, quod per constitutionem Procuratoris videbatur consensisse in illam Curiam, & ita indistinctè practicatur apud Regia Tribunalia.

2 Nam per constitutionem Procuratoris ad respondendum coram Iudice, vel ad disputandum super exceptionibus, iura non præsumunt constituentem velle Iudici, eiusque foro consentire, tum *argum. tex. in cap. fin. de dilat.* tùm etiam, quia ita docuerunt *Felin. in cap. inter monasterium, de sententia, & re iudicata, & Butrin cap. 1. col. 15. vers. nota primum, de Iudic.* iuxta quorum sententiam alias practicaui tanquam Aduocatus in causa Petri Antonij Graffi de Cilento cum Marco Aurelio, & Fabio de Leone fratribus, & hoc in anno *1626*.

Inde inueterata praxis viget in Regijs Tribunalibus indistinctè expediendi prouisiones ad instantiam miserabilium, & priuilegiatarum personarum, quamuis per ipsas appareat fuisse constitutos procuratores penes acta, & ita in dies seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus contumax gaudet beneficio Electionis Fori.*

2 *Contumax regulariter perdit priuilegium declinandi forum.*

3 *Contumacia operatur tacitam renunciationē fori declinatoriam.*

4 *Contumacia vassalli non nocet Baroni, qui potest petere causæ remissionem.*

ARGVMENTVM:

Electio Fori Num competat priuilegiato contumaci.

QVAESTIO XXII.

1 REgula sit affirmatiua, quod priuilegiata, & miserabilis persona contumax gaudeat beneficio Electionis Fori, prout & ita vidi expeditas prouisiones M. C. Vicariæ ad fauorem Laurentij de Fusco priuilegiati non obstante contumacia contracta in foro sui domicilij.

2 Cuius regulę palpabilis ratio illa est, nam licet inter alias contumacium pęnas, de quibus nos latius *in prag. Regni 1. sub rubr. de contumacibus, & Borrel. in summa decis. tit. de contumac. to 1.* illa sit, quod per contumaciam amictatur priuilegium declinandi forum, itaut illa opponi minimè valeat, vt communi sententia approbarunt *DD. ita Innoc. in cap. præterea, extra, de dilat. Bar. in l. vbi captum, ff de iudi. Bal. in l. si quis, ex consensu, C. de Episc. Aud. Alex. in l si quis ex aliena, ff. de iudic. Marsil. sing. 239. Foller. in pract. crim. in verbo, Banniantur, nu. 51. Muscatel. in prax. S. C. glo. veniens, nu. 5. par. 2. Præs. de Franch. decisio. 417. Olina in rit. Cur. Archiep 18. nu 8. Godofred. de Bauo in sua praxi, § contumax, nu. 53. Dom. Reg. Tap. in suo iur. Reg to. 3. prag. 1. num. 43. vbi de crim. agi oport. Marta dec. 164. nu. 19. Baiar. ad Clar. q. 31. num. 50. Canale. decis. 2. num. 11. par. 1. D. Ricc. in praxi resol. 148. nu. 2. tom. 2.*

Tamē rationis ratio est, quia per cōtumaciam tacitè videtur, & intelligitur renunciatum fori declinatoriæ, argum. *tex. in l. de die, vbi Bar. ff qui satisd. cog. Affl. decis. 133.* qui iuxta supradictam opinionem decisum testatur, vt nouissimè meminit illum allegando *Galupp. in praxi S. C. tit. de contumacia, c. 4. n. 39. p. 2.*

Quæ sanè ratio deficit in casu nostro, dùm icimus, vt alibi in Prima Sectione, firmatum fuit huic priuilegio Electionis Fori non posse renunciari, nisi expressissimis verbis.

4 Prout cùm vassallus nequeat suo foro in præiudicium Baronis renunciare contumacia vassalli non nocet Baroni, quin, & ipse non possit petere remissionem, *Caran. Rit. 205. Anna sing. 120. Capiblan. in prag. Regni 8. nu. 82. par. 2. de Baron.* & vide *Giurb. cons. crimin 95.* vbi probauit regulam illam, quod contumax non declinet forum non operantis, quia suus superior illum reuendicare non possit, vt in dies iu Regijs Tribunalibus seruari videmus.

SVMMARIVM.

1 *Forum declinare non licet priuilegiato succedenti litis capta cum defuncto, & quid si lis non sit contestata cum defuncto, num. 11. Et quid si instantia esset perempta, nu. 13. Et quid si esset nulla, num. 16.*
2 *Hæres sequitur forum defuncti, & dicitur eadem persona cum defuncto, n. 3.*
4 *Testamentum defuncti dicitur, & hæredis.*
5 *Promittens pro se, hæredibus promisisse videtur.*
6 *Obligatio non variatur ex persona successoris.*
7 *In iudicijs quasi contrahitur.*
8 *Ius creatum in persona defuncti transit ad hæredem.*
9 *Præscriptio inchoata contra defunctum perficitur contra hæredem, nisi sit pupillus, num. 10.*
11 *Primum, & secundum beneficium denegatus pupillo in causa cum patre defuncto contestata.*
12 *Ecclesiasticus succedens laico quando teneatur sequi iudicium iam captum.*
13 *Acta ordinatoria pereunt perempta instantia, nec Iudicis iurisdictio durat, nu. 15.*

ARGVMENTVM:

Electio Fori An concedatur in lite incepta cum defuncto, cui priuilegiatus successit.

QVAESTIO XXIII.

1 REgula sit negatiua, quod miserabilis, & priuilegiata persona in lite incepta cum defuncto, cui successit nequeat declinare forum, itaut vbi persona priuilegiata succedit in lite cæpta, tanquam hæres non potest fori declinatoriam opponere, sic inquam de iure Regni est sancitum vigore *Rit. M. C. V. 334.* & ita notarunt *Præs. de Franch. dec. 234. & 364.*

Cala

Cala in tract. de mod. artic. & prob. glo. 1. n. 55. pag. 8. Valasc. dec. 136. Castill. controu. iur. li. 3. cap. 25. nu. 45. Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 2. de citat. Thor. in compend. decis. Regni in verbo, Remissio causa incepta, tom. 2. vbi hũc locum in antiqua impressione allegat *Carrab. sing. 118.* sequitur etiam *D. Ricc. in collect. decis. collect. 2309.* vbi pariter nos allegat *Palma in diuers. iur. comm. & Regni glo. 16. par. 2. num. 9.* qui similiter nos citat in hoc loco, & ita in facto annis non longè elapsis fuit decisum per Magnam Curiam Vicariæ in causa illorum de Troysio Gesunensiũ cum nonnullis mulieribus familiæ de Roberto, & iuxta hanc eandem opinionem practicasse D. meum Genitorem Io. Dominicum Nouarium ad fauorem Magnifici Francisci de Sion. contra Camillam de Honofrio reminiscor.

Licet de iure communi aliter procedere, & totum contrarium practicari apparet ex *Gramat. in addit. ad Const. Regni, statuimus, nu. 12. in fi.* qui ait ita fuisse tunc temporis decisum per Magnam Curiam Vicariæ, *Petra ad Gram. decis. 52. nu. 1.* & ita decisum Hispaniæ testatur *Valasc. nuper alleg. decisio. 136. argum. l. Reg. Hispan. lib. 3. tit. 4. §. 3. in cap. & Orfan.*

Quæ sanè regula pluribus iustificatur fundamentis, siquidem hæres tene-
2 tur sequi forum defuncti non obstante proprio priuilegio, *vulg. l. hæres absens, ff. de iudic.* instantia enim cœpta cum defuncto transit in hæredem, *l. si constante, §. fin. ff solut. matrimon. vbi Alex. col. 2. l. Lucius, §. rogatus, vbi Bar. ff. ad Trebell. & in l. si is qui Roma. ff. eod. tit. Bal. in l. si intra, ff. de in integr. rest. minor. Soccin. cons. 31. n. 8. vol. 1. Neuizant. cons. 20. nu. 31. Marant. in praxi de ordin. Iudic. par. 5. n. 12. Franc. Marc. dec. 321. num. 4.*

Præterea, nam hæres censetur vna,
3 eademque persona defuncti, *§. 1. Authen. de iur. iur. à morient. præstand. l. hæredem, ff. d. reg. iur. l. cum à matre, C. de rei vend. Ancharan. cons. 244. Pinel. in l. 1. nu. 81. C. de bon. matern.* copiosè *Gabr. concl. 11. de reg. iur. Ludouis. dec. 535. n. 5.* & sermo defũcti dicitur proprius hæredis sermo, *Soccin. consil. 293. col. 1. vol. 2. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Bocc. cons. 75. nu. 7.* Inde factum nomine defuncti per hæredem ratificari potest, *l. quo enim, §. si procurator, ff. rem ratam haberi, Bart. in l. bonorum, col. 2. vers. quaro, ff. eod. tit. Alex. in l. si eius, in verbo, negotiorum, col. 3. ff. si cer. pet. Ang. cons. 162 col. fin.* imò eò ipso videtur ratificare, *Bar. in l. 1. ff. solut. matrim. Alex. cons. 91. col. 2. lib. 3. & cons. 92. nu. 4. lib. 4.* factumque hæredis reputatur factum defuncti, *Ang. cons. 185. per tex. in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de legat. 3.* & testamentum defuncti, &
4 & hæredis vnum, & idem reputantur, *Castrens. cons. 64.* & hæredi non potest opponi, quod non sit nominatus in instrumento, quia nominato Ioanne eius hæres censetur nominatus, *Bal. in l. 1. C. quã do legat.* & ideò nequit hæres improbare factum defuncti, *d. l. si cum à matre, C. de rei vendic. l. si vxor, ff. de bon. Author. Iudic. possid. l. si ad ea, C. de negot. gest.* & qui
5 promittit pro se, pro hæredibus promisisse censetur, vt ex *glo. & Bar. in l. si sic ff. de verb. oblig.* tradit *Alex. cons. 13. n. 69.* & promittens tantum de facto suo minimè videtur excludere hæredem, *Bar. in l. si seruus, la seconda, ff. de condit. furti. Bal. in l. fi. C. de act. empt. Alex. cons. 18. col. fi. li. 5.* inde hęres põt declarare mẽte defuncti.

6 Amplius facit, quia obligatio nõ variatur ex persona successoris, nec ius alicuius ex mutatione personæ deterius reddendum est, *l. 2. §. ex his*, vbi *Glo.* concordantes adducit, *ff. de verb. oblig. l. in executione, §. parte parte, & ibi Castrens. ff. eo.* par enim debet esse fortuna hæredis, & defuncti, *glo. in l. 2. in fi. C. de indict. & l. it. expens. Felin. in cap. quia, col. 3. in fi. de iudic. Cagnol. in l. 2. nu. 252. C. de pact. inter emptor. & vendit.*

Similiter confert, quia defunctus cõ-
7 uentus coram Iudice, videtur quasi contraxisse cum actore, nè possit forum declinare, cùm in iudicijs quasi contrahatur, *l. 3. idem scribit, ff. de pecul. Felin. nuper alleg. cap. quia, col. 3. in fi. de iudic.* hæres autem tenetur contractum celebratum à defuncto seruare, *d. l. cùm à matre, C. de rei vend. Bar. in d. l. de eo, ff. de iudic.* ergo iudicium debet prosequi coram eo, coram quo citatus fuit defunctus, nam sicuti hæredi necesse est defuncti contractum seruare, ita & iudiciũ, valet enim argumentum istud, *l. si pupilli, §. si quis ita, ff. de negot. gest.*

8 Et tandem iuuantur supradicta, eò quia ius formatum, & creatum in persona defuncti transit actiuè, & passiuè in hæredem, *d. l. cum à matre, C. de reiuend. l. 2. C. de hæredit. act. Cagnol. in l. hæredem, ff. de regul. iur. Aretin. cons. 123. nu. 6.* & eo modo transmictitur in hæredem, quo erat apud defunctum. ideò dicunt quod de-

fun-

functo ſpoliato poteſt agere hæres ex perſona defuncti ad recuperãdam poſſeſſionem, *Corn.conſ.329.nu 43.Vol.1. Becc.* alios cumulans *conſil. 75.* per tot. vbi id comprobat, & quando ius eſt iam in eſſe deductum non attenditur finis, ſed principium, *l.damni infecti, §.Sabini, ff. de damn. infect.* & ex eo caſu ſucceſſor non vtitur priuilegio, *l.Fiſcus, ff.de iur.fiſci, l.cũ quidam, ff.de Vſur.* & ita arguit *Aretin. in d.cap.quia, col.fin.de iudic. Cagnol. in cit. l.2. nu.257. verſ.5.& fin. C.de pact. int.empt. &*
9 *vendit.* & hinc præſcriptio firmata contra defunctum conſumatur, & perficitur contra hæredem etiam priuilegiatum, *l.1.C.ſi aduerſ.fiſc.l.ſi fundum, ff.de fund.dota.* vbi præſcriptio inchoata perficitur in præiudiciũ dotis, quæ valdè priuilegiata eſt, recenter tradit *Caroc. in tract.de excep. q.4.except.22.nu.16.* vbi quod præſcriptio inchoata contra defunctum, perficitur contra hæredem minorem, etiam ſi ſit præſcriptio longiſſimi temporis quadraginta, ſex annorum, *Cardin. in cap.1. quæſtio. 1. de reſtitut. in integr. Aretin.* dicens communem *conſ.104. nu. 5. Crot.conſ. 289.nu 3.Sfor.Odd.in tract.de reſtit.in integ.*
10 *q.90.art.1.in fi.* niſi ſit pupillus contra quem durante pupillari ætate præſcriptio cõtra defunctum inchoata dormit, *l.Emilius, ff. de minor. l.non eſt incognitum, C.quibus non obijcitur longa temp. præſcr. glo. & Bal in l. ſicut, C. de præſcript. trigin. vel quadrag.annor.* pulchrè *Balb.in tract.de præſcript.in 6.par. nu.34.* vbi dicit communẽ *Leo deciſ.Valent.193.nu.14.tom.2.* & ita in facto requiſitus de voto ab Illuſtriſſimo & Excellentiſsimo Domino Principe Satriani reſpondi.

Quare omni ratione concludendum eſt cauſam inchoatam coram Iudice defuncti, minimè debere trahi, & finiri coram alio, prout notarunt *Caſtren.in d. l.hæres abſens, & in l. qui Romæ, ff. de iudic. Aloyſ.de Leo in l. vn.nu.12.C.quando Imper. inter pupil.& vid.Gratian.lib.1.diſcep.forenſ. cap.187.nu.27.*

11 Declara tamen ſuprapoſitam regulã procedere vbi lis eſt conteſtata cum defuncto, at ſecus ſi ſolũ cæpta ſit, *D. Reg. Tap.in cit.conſt.Reg.ſtatuimus, nu.29. Capibl. in prag.8 de Baron.p.244.Vin.dec.250.nu.2.*
12 idem aſſerens eſſe in primo, & ſecundo beneficio, quod pupillus petere nequit, vbi lis eſt inchoata, & concluſum cum eius patre defũcto, & ſic deciſum refert in Regia Audientia Apuleæ, & ſimiliter etiam per S.C. dicit *Affl.dec.212.* & ſcribit *Carrab. ſing.117.* quod practicaui vti Aduocatus in cauſa Helenæ de Fiorillo.

Indè diſtinctionis fœdere poſſumus vti circa illam ventilatam quæſtionem apud Doctores, an Eccleſiaſticus ſucce-
13 dens laico teneatur proſequi iudicium iam cæptum in eodem foro, circa cuius articuli reſolutionem iuxta morem ſe diuiſere ſcribentes in contrarias opiniones, alij pro affirmatiua, & reliqui pro negatiua, vt latius reaſſumunt *Viu. in ſilua comm.opin.concl.108. Scacc.de Iudic. cauſ crim.lib.1.cap.11. Farin.in pract. crim. tit. de inquiſit.q.8.nu.46. Ceual.comm.contra comm.q.36.Surd.conſ.122.& dec.210. D.Ric. deciſ.Cur.Archiep.218.p.4.Bonacin.de legib. diſp.10.c.2 pun.1.§.1.Ambroſin.de immunit. eccl.c.20.à nu.45.Antonin.reſol. 49.lib.1.Fachin.controu iur.li.12.c.42.Molf.ſ.in cõment. ad conſuet.Neap. p.2. tit de perſon.q.8.tom.2. Dian.in reſol moral.tract.de immun.eccl. reſol. 24 Tamburrin.in tract. de iure Abbat. q 22.diſp.15.to.1.* quod affirmantium opinio poſſit procedere quoties Eccleſiaſticus hæres ſuccedit laico, cum quo reperitur lis conteſtata, at negantiũ ſententia eſt vera vbicunque lis non reperitur conteſtata, nec concluſum cum laico, prout ſenſerunt ex recentioribus *Spin.in ſpec.teſtam.gl.33.n.75. Gratian.diſc. forenſ.lib.1.cap.16.nu 33. Graſſ.* qui plures adducit, & hanc materiam copioſè tractat. *de effect.cleric.effect.1.nu.281.verſ.ſub ampliatur tertio*, recẽter *Caſtil.dec.220.p.2.* vbi ita deciſum fatetur, ſicque in dies ſeruari ait.

Declara etiam firmatam regulam ceſſare, quoties litis inſtantia eſt pe-
13 rempta, nam id quod dictum eſt ſucceſſorem non poſſe vti proprio priuilegio ad declinandum Iudicem eſt verum durante illa litis inſtantia, ſed vbi eſt perempta inſtantia, quamuis actor obtinuerit inſufflationem ſpiritus, & ipſius inſtaurationem tunc hæres priuilegiatus poteſt vti proprio priuilegio, & allegare fori electionem, *Anna alleg.129. Palma in diuerſ.iur.comm. & Regni gloſ. 16. nu.14.par.2.*

14 Perempta enim inſtantia, pereunt omnia acta ordinatoria, & habetur ac ſi lis nũquam fuiſſet incepta, vt plenè per *Aſin.in pract.execut.§.2. cap.15. Ronchegal. in tract.de duob.reis leg.16.lib.3.nu.17.Lancell.de attent.p.2.c.4.de attent.lit.pend.n.698.*

vbi

vbi *n.526.* voluit, quod instantia perempta effectus inhibitionis facta per Iudicem omninò annullatur, sequitur *Rim. Iun.cons.821.nu.20.lib.7.Surd.cons.160.n.22. lib.2.* affirmans, instantia perempta desinere amplius esse litem, taliter quod cessare in hoc casu vitium litigiosi, & rē de qua litigatur validè alienari posse, annuunt post antiquiorum scholam *Gabr.cons.52.num.8.lib.1.Mandos.in tract.de inhibit.q.113. & Tesau decis.199. nu.9.* nec
15 Iudicis iurisdictio durat *l.facta, §.si quis bonor.ff.ad Trebell. Io.de Amic.cons.32.nu.9.* itaut persona priuata dicatur assuēter *Vant.in tract.de nullit. tit.de nullit.ex defectu iurisd.n.115.& 127.cum seq. Lud.dec.Lucēs. 43.nu.20. Menoch de arbit.Iud.q.67. nu. 17.* & latiori calamo *Carpan.* qui perplura conglomerat *de iurisdict. Iudicis instantia perempta in comment.ad Stat.Medi.l.cap.1.à n.108. cum seq. par.1.*

Declara similiter suppositam regulā cessare, quoties iudicium inceptum cū
16 defuncto esset ex aliquo capite nullum, quia tūc persona priuilegiata posset per viam electionis fori declinare illum Iudicem, eo quod iudicium nullum pro nō iudicio habetur, quia nullum quod est nullum producit effectum, *cap.non praestat de regul.iur.in 6.l.non dubium, C.de leg.* indè vbi citatio est aliquo modo nulla litis pendentia non inducitur, *Preb.ad Monach.in rub.vt lit.pend.in 6.Dec.cons.460.n.21. Affl dec.336.n.14 & seq Lancellott de atten. par.2.c.4.in praefat. nu.94. Scribens num.99.* quod per citationem, & processum nullum non fit, vt quis desinat esse pacificus possessor ad effectum regulae de annali possessore, & sententia, nulla non appellatur sententia, *l.4.§.condemnatum, ff.de re iudic.* taliter quod solutum vigore huiusmodi sententiae tanquam indebitum repeti potest, *Afflin in pract.execu.§.2.c.14 nu.6.Carpan.ad Stat.Mediol.cap.21.nu.111. par.1.*

Declara tandem, quod priuilegiatus in litibus inceptis cum defuncto possit declinare forū, quando per partes fuisset liti cessum, & renunciatum, quia tunc singula acta pereunt, & lis habetur pro non incepta, *Balb.dec 441 cent.5. Carpan. super Stat. Mediol. d.cap. 21. num. 98. par.1.* & alij, quos refert, & sequitur *Graff. in tract.de effect.cler.eff.1.a.318.* & confert decisio Rotae Rom. apud *Mohedan. decis. 3 de transact.*

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis, qualiter concedatur, & quid si debitor non asserat velle cedere bonis, nu.2.*

3 *Electio fori cessat vbi agitur de causa quinquennalis dilationis.*

4 *Remissio non datur in causa concurrentiae.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An sit concedenda vbi agitur de causa concurrentiae in quinquennali dilatione.

QVAESTIO XXIV.

1 Regulariter solet inquam dilatio Iudicis ministerio debitoribus, concurrente maiori summa, & numero creditorū, reluctante etiā minori summa, & parte creditorum, quae dilatio quinquennalis, vulgò appellatur, fundamentum habēs, *ex l.maiorem.ff.de pact.& ex l.vn. C.de cess. bonor.* vt inquit *Cuiacius in suis obseru.lib.2. cap.10.* & latius in materia *Genua in suo tract.de scriptur.priu.lib 3. tit. de liter. indu-cial. seu dilator. vel moratorijs, Graff in tract. de except.cap.32.Trentacinq.Var.resol.lib.3. resol lib.3.resol.1.2.& 3 de solution. Muscatel. in praxi fideiuss.par.2.quaest.9. Apicella in suo tutam.pauper.tit.de dilat.quinquennali,* apud quos haec materia diffusè est tractata.

Quod quidem stat in viridi obseruantia in nostris Regijs Tribunalibus, in
2 quibus quotidiè conceditur talis dilatio, etiam quod debitor non asserat velle cedere bonis, vt apud *Praesid.de Franch. dec.82.* sequitur *Viu. dec.38.* vbi quod licet in Sacro Consilio consuetum sit cōcedi dilationem quinquennalem ad instantiam creditorum pro maiori concurrentium quantitate, tamen in Regia Audientia Capitanatae Apuleae, & Comitatus Molisij, & in Sacra Regia Audientia Terrae Bari pluries huiusmodi dilatio fuit concessa quoque ad instantiam debitorum, ex *d.l.vni.C.qui bon.ced. poss.* vbi conuenienter, fauorabiliterque disponitur, quod si debitor velit, atque determinet bonis cedere, nisi sibi dilatio praememorata quinquennalis ad soluendum concedatur, tunc nempè extat in

in electione creditorum dare istam dilationem, taliter, quod debitor in hoc iudicio discernitur actor, non autem creditor.

3 Verum vbi agitur de causa concurrentiæ in quinquennali dilatione, si agẽtes sint priuilegiati in tali casu nõ possunt vti Electionis fori beneficio, vt in proprijs terminis notarunt *Cala in tract. de modo articul. glo. 1. nu. 97. & Vin. d. dec. 38. num. 8.* vbi voluit causam concurrentiæ in quinquennali dilatione terminandam esse vbi capta est, quamuis creditores remissionem petentes sint priuilegiati, & fori electionem habeant, annuens ita fuisse decisum in Sacra Regia Audientia Terræ Bari de Anno 1559. in causa aliquorum de Ciuitate Ruborum, dùm petita remissione per Magnificam Iuliam Gentilem de Terra Baroli ad suum Iudicem fuit prouisum, prædictam causam remanere debere in eadem Sacra Regia Audientia, & in ea procedendum, petita remissione non obstante, ad quod allegat *Vrsill. in addit. ad Affl. dec. 380.* qui pariter fatetur per Sacrum Regium

4 Consilium fuisse concessam dilationem quinquennalem debitori ad instantiam creditorum concurrentium respuentibus alijs creditoribus minoribus in quã citate inter quos extabat clericus petens remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum, aliter fuit facta remissio, prout etiam de hoc meminere *Muscat. in praxi Sac. Consil. glo. veniens, nu. 100. in fin. p. 2. lib. 1.* & recenter *Thor. in compen. Decis. Regni, in verbo dilatio quinquennalis, il quinto, tom. 1.* & iuxta supradictam principalem regulam requisitus libenter votum impartitus sum.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad recognoscendam apocam non potest forum declinare.*

2 *Declinatoria fori, an & quando detur aduersus Apocas, & nu. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Miserabiles persona in Constitutionibus, & Pragmaticis, non censentur comprehensa, quando de eis non fit mentio.*

8 *Priuilegium concessum Ordini S. Benedicti, vt possit alienare sua bona, cum decreto duorum Patrum, an sit reuocatum per decretum nouissimum, de Rebus Regularium non alienand.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num competat priuilegiatis personis, qui fuerunt citati ad recognoscendam Apocham.

QVAESTIO XXV.

1 Regula est, quod citatus ad cognoscendum Apocam, non potest forum declinare, sed respectu recognitionis causa fit in foro actoris, vt tradunt *Carauit. in Ritu M. C. V. 54. num. 2. Calà de modo articul. & proban. glo. 1. nu. 80.* vbi dicit non esse locum remissioni causæ ad Iudicem domicilij, quando M. C. V. citaret aliquem ad recognoscendam apocam, nam in huiusmodi casu ante apocæ recognitionem, causæ remitti non solet, & sic post *Carauitam* seruari inquit, sequitur etiam *Muscatell. in praxi Sac. Consil. in glos. competentes, nu. 99.* per hæc verba videlicet. *Item citatus ad recognoscendam apocam, non potest forum declinare, sed respectu causa, scilicet recognitionis facienda forus ipsius citati declinatur ad forum actoris, nam citatus tenetur recognoscere in foro actoris, imò aliquando etiam apoca recognita non remittitur, quando recognoscens aliquid frivolè aduersus apocam apposuerit, nam tunc dabitur terminus ad probandum, vel ad soluendum in eodem loco,* ita dicit *Frecc. de subfeud. in titul. de off. Magist. iustit. in fine.*

Ad quod pariter videndus est *Regens Rouit. in pragm. Regni 64. §. item volemo, de offi. proc. Cæs. à n. 38. cum seq.* vbi loquendo de declinatoria fori aduersus apocas distinguit, quod, aut remissio causæ petitur ante factam recognitionem apocæ præsentatæ, vel post recognitionem, aut post depositum factum, seu constitutum debitorem in carcere, iuxta formam dictæ pragmaticæ mandatis non audiri, nisi in vinculis, vel facto deposito.

3 Et primo tempore ait nullatenus esse locum remissioni tàm in Apoca priuata, quàm in Bancaria, siuè petatur remissio à parte, siuè à Barone, seu alio Iudice ex præheminentia M. C. V. allegat *Carauit. in Rit. 54. nu. 2.* & assignat rationem, ex *Rebuff. in tit. de chirograph. artic. 1.* nè scilicet per mortem debitoris pereat probatio scripturæ per recogni-

tio-

tionem, quæ ratio militat in vtroque relato casu, nisi Baro haberet speciale priuilegium cognoscendi etiam de recognitione scripturarum, nam tunc in Apocis priuatis datur remissio, licet secus in Bancariis.

Secundo tempore dicit, vel recognitio est facta negatiuè, vt quia conuentus negat apocam esse sua manu scriptā vel subscriptam, & tunc tàm in apoca priuata, quàm in Bācaria erit locus remissioni à quocunque petatur.

4 Vel recognitio est facta affirmatiuè, asserendo esse scriptam, vel subscriptam propria manu, & tali casu locus erit remissioni in apoca priuata, nisi in actu recognitionis, aut deinde opponatur aliqua friuola exceptio ex sui inspectione, nam tunc non remictitur, & ex præheminentia M.C.V. datur terminus ad probandum, alias ad soluendum, ex *Carau. in d. rit. 54. ante num. 3. & Frecc. de subfeud. lib. 1. in tit. de Offic. Magist. Iustitiar.* quod putat verum *Rou. vbi supra num. 44.* si remissio petatur nomine principalis conuenti, at secus si Baronis, cùm iurisdictionis sit reijcere exceptiones, etiam friuolas, & ita ego rogatus de voto, dicebam in quadam facti contingentia in anno 1627.

5 In apoca verò Bancaria annuit, nullatenus esse locum remissioni, attenta dispositione *cit. prag. 68.* quæ denegat Audientiam, & sic omnes exceptiones ei competentes tollit, & præsertim exceptionem declinatoriam Fori, vt est videre penes *Milanensem* sic decisum referentem *in decis. Sicil. 2 nu. 39 par. 2. Cunarr. pract. quest. cap. 25. nu. 3.* quos in facto in causa Marsilij Francontario, vti Aduocatus sectabar.

6 Quo ad apocas priuatas tenet nullā cadere inspectionem, supponendo quod remissio iam habuerit effectum suum, siuè in primo tempore ex priuilegio, siuè in secundo tempore ex natura causæ. Et quo ad Bancarias, si Baro habet priuilegium speciale, cognoscendi etiā de Apochis bancarijs, erit locus remissioni ad sui instantiam, nec sufficeret, quod pro hac remissione in apocis bancarijs, Baro haberet priuilegiū cognoscendi de instrumentis liquidatis, sicque semper obseruatum in Aula Sacri Consilij, in qua ipse residet, sectatur subdens, quod sub die 28. *Sept.* Anni *1616.* dùm hic casus accidisset disputandus in causa Vincentij Vitelli cum Carolo Campagna conuento, cuius remissionē petierat Magnus Admiratus vigore suorum priuilegiorum ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ prouiderat, quod facto deposito prouideberetur super petita remissione, conuocatis omnibus Consiliarijs quatuor Aularum ob diuersitatem decisionum in similibus factarum fuit, latè disputatus articulus respectu omnium trium temporum supra consideratorum, & determinatum à maiori parte votantium, vt respectu primi, & secundi temporis, nullo modo sit locus remissioni petitę per Barones, aut alios habentes iurisdictiones, etiam quo ad Magnum Admiratum, & sic fuit confirmatum decretum M. C. quo respiciebat secundum tempus; Quo verò ad tertium tempus s3 post factum depositum, vel constitutum debitorem in vinculis, fuit conclusum, quod possit esse locus remissioni, ad instantiam Baronū in Banca M.C. tunc Signorell. & insuper fuit factum decretum generale tenoris sequentis.

Suborta difficultate in Sacro Regio Consilio ob varias decisiones in eo factas an possit Iudex quandoquis conuenitur vigore Apocæ Bancalis, & petitur remissio prouidere, quid faciat depositum, aut se constituat in vinculis, vel debeat præcisè prouidere ante omnia super petita remissione.

Die 28. Sept. 1616. Neap. Congregato dicto Sacro Consilio ordine Illustris Regentis Marci Antonij de Ponte Marchionis Sancti Angeli Regij Collateralis Consilij, & Præsidis S.C. Viceque Prothonotarij pro dicenda dicta difficultate interuenientibus præfato Illustri Marchioni infrascriptis Magnificis Regijs Consiliarijs, fuit declaratum pro obseruantia Regiæ pragmaticæ aditæ sub die 13. Ianuarij 1588. in causis motis, & mouendis vigore apocarum directarum publicis Bancis non esse admictendam exceptionem fori declinatoriam, siuè apponatur à parte, siuè à Barone, aut quauis alia Curia prætendente causa remissionem, virtute quorumuis priuilegiorum, nisi post apocas recognitas, aut legitimè verificatas fuerit factum depositum per debitorem conuentum, vel se constituerit in vinculis. Hoc suum. Franciscus Antonius de Macerato Secret.

Quidquid tamen sit in supradictis, vbi conuentus esset miserabilis persona, crederem posse in tali casu vti be-

7 neficio electionis fori, cùm ille in legibus, statutis, pragmaticis, constitutioni-

Z bus,

bus,& decretis generalibus, nunquam censeantur comprehensæ, nisi in specie de eis fiat mentio, itaut quando generaliter loquuntur miserabiles non cõprehendant, quoniam miserabilium personarum causæ semper exceptuatæ à Principe & legislatore censetur, quando illas exprimere potuit, nec expressit, tanquam specialiter priuilegiatæ argumento eorum, quæ cumulat *Camill. de Laratha cons. 7.* vbi pluribus concludit, priuilegium Apostolicum concessum Ordini S. Benedicti alienandi bona cum decreto duorum Patrum non censeri reuocatum ex posterioribus Pontificalibus prohibitionibus, dũm in eo expressa mentio non fuerat facta, quod est notãdum pro intellectu decreti nouissimi Sacræ Congregationis (de Rebus Regularium non alienandis) taliter, quod mihi suaptè suaderem vires *Prag. Regni* supra allegatæ, nempè 64. *§. item volemo, de offic. procur. Cæs.* cessare in harum miserabilium personarum causis.

SVMMARIVM.

1 *Electio Fori facta non cessat cessante causa miserabilitatis quidquid contrarium, num. 2. Etiam si non fuerit lis contestata, num. 20.*

3 *Lis capta in iudicio priuilegiato non remittitur cessante causa primordialis priuilegij.*

4 *Qualitas priuilegij, quæ produxit litem ad aliquod Tribunal, si cesset non per hoc transferri illam ad aliud.*

5 *Ius quæsitum non cessat cessante causa.*

6 *Effectus causa consumata, non cessat cessante causa, & nu. 17. Imo etiam si sit inchoata, num. 8.*

7 *Inhabilitas superueniens post consumatum actum non nocet.*

9 *Status primus, qui in exordio fuit est inspiciendus.*

10 *Dispensatio non cessat cessante causa dispensationis.*

11 *Irregularis dispensatus ad ordines ob paupertatem, licet cesset illa causa, potest ordinari.*

12 *Legatum præstitum ob paupertatem non cessat, si eidem sit collatus Episcopatus.*

13 *Breue impetratum ob paupertatem non vitiatur, si tempore executionis impetrans sit diues.*

14 *Priuilegium concessum monasterio ad exigendas decimas, non cessat acquisitis diuitijs.*

15 *Quarta debetur mulieri pauperi, tempori mortis mariti, licet postea non egeat.*

16 *Maior restituitur in causa, quæ fuit capta tempore minoris ætatis.*

18 *Actus qualiter intelligatur re in eodem statu permanente.*

16 *Mandatum quando morte mandantis expiret.*

21 *Iudicium incipit à litis contestatione.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium, Num duret quando miserabilitatis Ratio cessat.

QVAESTIO XXVI.

1 Regula est communi calculo à DD. recepta, quod electio fori facta à miserabili persona, minimè cesset cessante causa miserabilitatis, vt plena manu comprobat *Valasc. decis. Lusit. 57. Feller. in Const. Regni, statuimus, nu 39. cum seq.* vbi etiam *D. Reg. Tap nu. 18. Tesaur. dec. 177. num. 4.* vbi *Gasp. Filius*, ita decisum in Senatu Sabaudiæ recenset *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 66. nu. 36. in addit lib. 2 Giurba decis. 82. nu. 13. Paschal de patr. potest p. 2. c. 2. nu. 100. D. Ricc.* qui nos allegat in prima impressione *decis. Cur. Archiep. 174. nu. 5. p. 3. Borrell. in summa decis. tit. de iuramento perhocrescentiæ, nu. 30. tom. 1. Capibl. in pragm. 8. nu. 10. de Baron. tom. 1. & pract. quæst. super ead. pragm. cap. 44. nu. 11. tom. 2.* vbi firmat, quod tũc nec Baro poterit petere causæ remissionem, vt diximus supra, *q. 6. nu. 3 sect. 2.*

2 Et licet totum contrarium annuant *Carau. in Rit M. C. V. 233. q. 4. & Calà de modo artic. & prob. glo. 1. n. 83.*

Tamẽ à prima opinione vti magis recepta, in Tribunalibus, & communiori calculo DD. approbata ne recedas.

3 Lis enim capta in iudicio priuilegiato non debet remitti cessante causæ primordiali priuilegij, quia sufficere debet, quod tempore litis motæ, & citationis pertineat lis ad iurisdictionem citantis, *l. siquis postea, vbi DD. omnes, ff. de iudic.* nam citatio continet effectum citationis

tationis præuentiuum, vt notatur in cap. proposuisti, de foro compet. glo. in clem. 2. de Iudic. Faber dec. 1. C. de in ius voc. & inducit litis pendentiam, clem. 2. vt lit. pend. glo in cap. vt debitus honor, de appellat. plenè Guid. Pap. dec. 488. Mysing. obseru. 26. cent. 4. Gail. obser. 74. nu. 17. lib. 1. Berlicch. dec. 1.

4 Et vbi cessat qualitas priuilegij, quę produxit litem ad illud iudicium non debet idcircò transferri ad aliud Tribunal, l. fin. C. de veteran. lib. 10. Foller. in d. Constit. Statuimus, nu. 39. vbi satisfacit cōtrarijs pleno calamo affirmans miserabiles personas adeundo Regium Tribunal, & iurando perhorrescētiam aduersariorum in partibus, ac eligendo suum Iudicem competentem prefatum Tribunal in eo instanti consequi effectum priuilegij, & priuilegium ipsum, ex vi l. vn. C quando Imp. ibi in verbo, Orauerint, & ibi cogantur eorum aduersarij, nam cum appareant introduxisse iudicium in tēpore habili, sufficit quod tunc fuerint in priuilegio, & elegisse Regium Tribunal, quod ex dictà electione statim res ipsa effectum est competens & priuilegiatum, taliter quod posset inquirere, & instare, vndè si cęptum sit inquiri, & processum sit ad citationem acquisitū est ius ipsi Tribunali electo, nam per citationem perpetuatur iurisdictio.

Sufficit inquam, quod tempore citationis vigeat causa miserabilitatis, & sic priuilegium, vigore cuius sit alicui ius acquisitum, nam in tali casu quamuis cesset priuilegij causa, non tamen

5 cessat ius quæsitum, imò illud retinetur, l. si post mortem, §. 1. & l non putauit, §. sed post mortem, ff. de bonor. possess. contra tabul. l. cum vxori, C. quando dies legat. ced. cap. ab eo, de elect. in 6. clem. constitutus, eod. tit. Tiraquel. abundè in suo tract. cessante causa, limit. 11.

6 Effectus siquidem causæ consumatę, nunquam cessat cessante causa, l. inter stipulantem, § sacram ff de verb. obl. l. qui res §. aream, ff de solut l. fin in princ. ff. vnde lib. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. cap. de bigamis, extra de bigam. cap. quaris, & ibi glo in verbo contrahatur, de consec. distin. 4. Nec cessat effectus, si qualitas certo aliquo tempore requisita illo etiā tempore adfuit, & postea cessauit, arg. l. si quis hæredem, C. de Instit. & substit. Bald. in l generaliter, col. 3. C de Episc. & cleric. Felin & Dec in cap. cum cessante, de appellat. quia sufficit momento temporis adfuisse, l. quæcunque, §. vltio, ff. de public. in rem act. Eelaalet. in margarita cas. conscient. in verbo, causa, F. nut in tract. de momento tempor. e. 10. nu. 5. D. Reg. Tap. de constit. Princip. c. 9. p. 2.

7 Et inhabilitas superueniens post consumatum actum in consideratione minimè est habenda, nec nocet Anchar. cons. sil. 494. n. 10. Scrader de feud. p. 10. sect. 8. n. 1 11 & 118. Hinc facto legato cum onere, si legatarius morari debeat cum aliquo, si legatarius cæperit mortui, & moriatur ille, vel defecerit conditio, aut onus adhuc debetur legatum, l. quæcunque, §. vltio, ff. de publ in rem act. l. meuia, in princ. ff. de ann. leg. Fulgos. in l. 1. C. de instit. & substit. vbi Den. nu. 11. Menoch. cons. 146. lib. 2.

8 Imò, vbi effectus est inchoatus, nec cessat cessante illius causa, l. etsi non sint, §. infect. ff. de aur. & argent. legat. Curt. Iun in l. more, nu. 12. ff. de iurisd. iudic. Giurb. d. decis. 82. sub nu. 13. vbi nu. 15. ait, Et eo in casu, quo qualitas determinato tempore requiritur, mutatio qualitatis postea superueniens nihil nocet, l. sciendum, §. fin. vai DD. ff. qui satisd. cog. l. in delictis, § si dānum, ff. de noxal Ias. in l. 1. §. veteres, num. 32. ff. de acquir poss.

9 Quia primus rei status, qui in exordio fuit inspiciendus est, nec aduentitij casus considerari debēt, l. in ratione, ff. ad fale l. Iulianus, ff. qui, & in quibus, l fil. famil. & l. insulam, ff de verb. oblig. Pras. de Franch. dec. 599. num 2.

10 Indè sunt, qui putarunt cessante causa dispensationis, non cessare ipsam dispensationem, Salas de legib. disput. 20. sect. 5. num. 64. Emanuel Sà in sua aphorisma, in verbo, gratia, n 6. Gutt. de matrim. c. 126. n. 2. Pont. de matrim. cap. 20. nu. 4. lib. 8. sequitur nouissimè Pat. Dian. in suis resolut. moral. tract. de legib. resol. 41. vbi affirmat, quod si quis à principio obtinuit dispensationem cum causa rationabili, & sufficienti, postea tamen decursu temporis cessauit totaliter illa causa non peccat vtens tali dispensatione, quasi quod per talem dispensationem verè relaxata est illa lex, eiusq; obligatio extincta, nec potest reuiuiscere, eò quod causa cessauerit, & ex Suar. de legib. lib. 6. cap 20. num. 15.

11 infert propterea, quod irregularis dispensatus ad ordinem propter paupertatem propriam, vel propter indigentiam ministrorum Ecclesiæ, licet deindè cesset illa causa ante susceptos ordines, nihilominus potest licitè ordinari ex vi illius dispositionis.

Z 2 Du-

Durant igitur adhuc priuilegia, cessante etiam causa, propter quam illa fuerunt concessa, *l. eos, vbi Io. de Plat. & l. maximam, vbi glo. Bar. & Ang. C. de excus. muner. lib. 10.*

12 Et ideò videmus, quod legatum pauperi præstitum ob paupertatem non cessat si eidem sit collatus Episcopatus à Summo Pontifice, vt pleno cornu cōsuluit *Anna cons. 21. vol. 1.* iuxta quod consilium fuit decisum in S.C. referente tunc Regio Consiliario Salernitano, sequuntur *Molfes. in summa tract. de contract. tit. 1. 3. c. 5. nu. 159. Thor. in summa priuil. piæ caus. priu. 113.*

13 Prout etiam rescriptum, siuè breue paupertatis gratia obtentum à Sede Apostolica (putà quia tunc orator erat pauper) non vitiatur, quamuis postea tempore informationis, & executionis factus esset diues, sufficit enim causam tempore rescripti adfuisse, *Couarr. lib. 1. var. resol. cad. 20. nu. 5. Henriq. in summa tit. de irregular. cap. 17. in fin. Nald in summa in verbo Delegatus n. 2. & in verbo gratia, n. 3.* quod ego practicaui vti Aduocatus in causa Reu. D. Lucæ de Campo.

14 Et priuilegium concessum Monasterio ad exigendas decimas ob paupertatem non cessat acquisitis diuitijs à Monasterio, *Suar. de legib. cap. 8. §. 30 Salas in eiusdem nominis tract. disp. 20 sect. 6. nu. 67.* quos adducit *Bonac. de legib. q. 3. pun. 8. §. 3 propos. 2.*

15 Et mulier relicta pauper tempore mortis mariti obtinet quartam, vigore *auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.* vt latè per *Mart. dec. 22.* quia cùm tempore mariti mulier reperiatur laborare extrema inopia effectus est consumatus, ideò potest petere, & exigere ipsam quartā, licet superuenient bona, copiosè *Mangil. in tract. de imputat. & detract. legitim. quæst. 166.*

16 Quare meritò restituendum esse maiorem illa in causa, quæ tempore minoris ætatis ab eo fuit cæpta decisum in S.C. fatetur *Affl. dec. 210. Giurb. d. dec. 82. nu. 14.*

Nec hanc sustinendo opinionem obstat *tex. in alleg. cap. cum cessante, de appell.* vbi cessante causa cessat effectus,

17 Siquidem Regula hæc procedit vbi effectus non est consumatus, at secus quoties produxerit effectum perfectū, consumatum *l. fin. in princ. ff. vnde liber. l sancimus, C. de ad ministr. tutor. Gam. decis. Lusit. 27. Molin. de rit nupt. lib. 3. q. 25. nu. 34.* vbi id etiam probat in iure iam radicato, prout & sic in facti contingentia obtinui contra quendā Aduocatum, qui in causa quam tuebatur semper se fundabat in causa cessata, & no animaduertebat effectum fuisse consumatum.

18 Neque tandem obstat, quod omnis actus est intelligendus re in eodem statu permanente, vnde quia exempli gratia vidua nubendo videtur desistere à suo statu per hoc cessare debeat electio sori facta tempore viduitatis, quia respondeo, illud esse verum, quando superuenit causa, quæ partibus præuideri non potuerit, vnde cùm per Imperatorē potuisset præuideri, & hoc expressè dici quod vbi cesset ratio miserabilitatis cesset electio facta, dùm non dixit, etsi omnis actus esset intelligēdus re in eōdem statu permanente in casu nostro, nihil obest sic declarat, *Alcia. de præsum. reg. 2. præsumpt. 6. nu 4. Natta cons. 527. nu. 8. Cacher dec. 91. num. 16. Marta de claus. par. 1. claus. 27. nu. 4.* vbi sic resolutum refert in *vna causa Romana dotis coram Rubusterio.*

Vel respondeo, illud esse verum vbi res est integra, secus vbi res non est integra, vt in casu nostro, in quo iam fuit acquisitum ius Tribunali electo, vt in simili dicitur de mandato, quod morte

19 mandantis expirat, quando res est integra, *§. item si adhuc, instit. mandat. l. mādati, C. eodem, Guid Pap. dec. 119. & dec. 491* latissimè *Gabr. concl. 2. de procur.* secus autem, quando res non esset integra, quo casu mandatum morte mandantis non expirat, *l. mandatum, C. mandati,* latè idem *Gabr. concl. 3. de procur.*

20 Quam opinionem tenendo amplia vt sit vera, quamuis in causa non fuerit contestata lis, per quam videtur reus subijci Iudici, & obligari actori, *Specul. tit. de lit. contest. §. 5. nu. 7. & §. 6. in fi.* & incipi iudicium, cum iudicium ab ipsa incipere, probent *glo. in c. ex parte, il secondo,*

21 *de verb. signif. Viu. dec. 610. Ceual. comm. contra comm. q. 36. Muscat. in prax. S. C. glo. sententiam, n. 43. D. Ric. collect. dec. 1039.* Nam in Regijs Tribunalibus indistinctè seruatur sufficere tempore electionis esse personam priuilegiatam, nec curat de mutatione status, quæ superuenit, & ita annis elapsis scio fuisse decisum contra Baronem Ortidoni ad fauorem Regij

gij Fisci apud Daniel. Actuarium Magnæ Curiæ Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus in loco contractus non declinat forum.*
2 *Contrahens sortitur forum illius Iudicis, in cuius territorio contraxit, si ibi tamen reperiatur, nu. 4. Nisi proprio foro renunciasset, num. 5.*
3 *Locus, in quo distractus fuit celebratus, attenditur.*
6 *Viator in loco contractus non conuenitur.*
7 *Locus contractus non attenditur vbi alibi solutio destinatus.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An habeat locum vbi priuilegiatus conuenitur in loco contractus.

QVAESTIO XXVII.

1 Regula sit negatiua, quod habens fori electionis priuilegium illo potiri non possit, vbi esset conuentus in loco contractus, *Calà in tract. de modo articul. & prob. glo. 1. nu 67. Gratian discept. forens c. 568. nu. 12. D. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 296 nu 2. p. 3.* vbi nos allegat, & sequitur in prima impressione huius operis.

Cuius regulæ palpabilis ratio datur,
2 nam contrahens sortitur forum Iudicis in cuius territorio contraxit, *l. 2. C. de iurisd. omn. Iud. l. hæres absens, §. proinde, ff. de iudic. cap. Romana, §. contrahentes, de foro competenti*; latè hoc examinat *Couarr. practic. quæst. cap.* 10. *Diaz reg.* 642. *Gutt. de iuram. confirmat. p.* 3. *c.* 16. *Bellug. in spec. Princ. rub.* 11. *§. visum est*, vbi copiosa *Additio Auend respon.* 40. *Auiles in cap.* 27. *Pratoris in glo. Entreguen Caual. comm. contra comm. q.* 154. *D Ricc. collect. decis. c.* 339.

3 Quam conclusionẽ ampliarunt DD. habere locum pro distractu, & sic resolutione, ac rescissione contractus attẽditur locus, vbi celebratus fuit, *Coler. de process. execut. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 24. *Tiraq. de ll. connub. glo.* 5. *nu.* 8. *Gratian. discept. forens. cap.* 14. *num.* 22. licet *Calà de modo articul. d. glo.* 1. *nu.* 68. affirmet, supradicta non procedere, vbi non agitur ad obseruantiam contractus, sed ad distractum, allegat *Bal. in l.* 2. *nu.* 1. *C. vbi, & apud quem cognit. restit. in integr.* vbi *Castrens.* ait ita respondisse de facto cum esse interrogatus à quodam Doctore primo anno, quo venerat ad legendum Paduæ, subdẽs, quod tunc non erat memor. doctrinæ *Bald.* sequitur *Socc. reg.* 160.

Declara tamen antepositã esse verã,
3 quoties in loco contractus, vel distractus conuentus reperiretur alias secus, vt in dict. iuribus, *Menchac. vsufrequens cõtrouers. cap.* 52. *Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. in verbo, Forus, nu.* 2. *Molin. de bracchio sæculari, cap.* 28. *nu.* 6 quia in contractibus regulariter non habet locum remissio, *cap. fin. de foro compet.* latè *Cened. in collect. iur. Canonis. collect. vltim. Tholom. in decis. nouiss. Roman.* 847. *p.* 3. & vide *Borrel. in sum. decis. in tit. de foro comp. n.* 47. *to.* 1.

Et vbi contrahens reperitur in loco contractus, ibi conueniri potest non solum si erit laicus, sed etiam si sit clericus, etiam si absque licentia sui Episcopi in aliena Diœcesi contraxerit, *cap. dilecti*, vbi notant DD. & in *d. cap. fin. de foro compet, Ripa in cap.* 1. *num* 67. *extra de iudic.* etiam si casu ibi reperiatur, vt decisum in Curia Archiep. Neap. testatur *D. Ric. alleg. decis.* 296.

5 Non tamen locum habet communis hæc traditio superius relata, si contrahens contrahendo renunciat proprio foro, quia tunc fit remissio, & si in loco contractus non reperiatur, vt est, *glos. sing. in l.* 1. *ff si quis in ius vocat. non inter.* quã notandam dicit *Bar. ibid. nu.* 3. *vbi Alber.* dicit eam seruari in vsu iudiciorum, & sic post alios, quos allegat, recensẽt *Auiles in cap.* 27. *Prætor in glos. Entreguen. nu.* 19. *Diaz in reg.* 642. *Borrell. ad Bellug. in Specul. Princip. §. visum est, rubr.* 11. *lit A.* alios recensẽt eiusdemmet opinionis cũ cęteris communem opinionẽ esse Scribentibus relatis per *Gutt. de iuram. confir. cap.* 16. *nu* 4 qui *nu.* 6 subdit supradictam communem sententiam neque habere locum si debitor cum iuramento promictat se litigaturum, seu responsurum in loco contractus, etiam si ibi non inueniatur ex *Bar. Rom. Diaz. Bauer. Auil. & Couar.* quos allegat quibus addo *Castrens. Ang. Alex. Fulgos. Ias. Dec. Imol. Ancharan. Falin. & Rip.* relatos per *Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *res.* 26. *sub num.* 18. *versic.*

prima est, qui licet enumerat aliquos contrarium tenentes, vt etiam facit *Borrell addit. ad Bellug. in Spec. Princ. §. visum est, rubr. 11. lit. A.* tamen *nu. 19.* durũ esse dicit recedere à relata opinione, vbi illam defendit, & communem, veriorem que appellat.

6 Sed vbi contractus esset factus cum viatore, ipse viator in loco contractus non posset conueniri, ex *d. l. hæres absens, §. proindè, versic. nunc dicimus, vbi glo. & DD. Trentacinq. vbi supra, nu. 4.* dicens in hoc notandum, quod si conuentus asserat ibi contraxisse tanquam viatorem, & statim recessurum debet hoc probare, quia nos habemus regulã, quos quis ratione contractus, potest in loco contractus conueniri, si ibi fuerit inuentus, si igitur conuentus excipit, quod ibi contraxit, tanquam viator debet hanc exceptionem probare, *l. ab ea parte, in princ. & l. in exceptionibus, ff. de prob.*

7 Sic etiam quando alibi destinatur solutio, tunc in loco contractus quis non sortitur forum, sed in loco destinatæ solutionis est conueniendum, iuxta doctrinam *Bar. in l. fin. ff. de bon. auth. Iudic. possid.* per illum *tex. & in l. quaro, ff. de solut.* vbi etiam *Ang. Felin in cap fin. num. 40. de foro compet Salic. & Cyn in l. 1. vbi conuen. in certo loco, Soccin. cons. 35. sub nu. 5. vol. 1. Rip. in cap. 1. nu. 63. de iudic.* vbi quod additur forus celebrati contractus foro destinatæ solutionis, quando destinatio fieret ex interuallo, isto enim casu, & in loco celebrati contractus in loco solutionis, & in loco domicilij poterit conueniri, subdẽs *n. 64.* vbi etiam *Dec. col. 20. in verbo tertio prædicta conclusio, post Abb. in cap. fin. de foro compet.* quod licet in loco destinatæ solutionis possit conueniri, tamen intelligitur si ibi reperiatur, sequitur *Trentacinq. in resol. 26. in tit. de solut. sub nu. 5. & 12.* vbi quærit, an hæc conclusio procedat, quando in loco contractus, seu destinatæ solutionis, non reperiatur dominus, aut procurator, & scribit *Bald. in cons. 167. & Dec. in l. si conuenerit, de iurisd. omn. Iudic. & in cap. 1. extra de Iudic.* vbi etiam *Ripa sub num. 64. in vers. quinto;* amplia negatiuam partem sequi, ipse tamen horum opinionem declarat procedere vbi ageretur actione personali, aut promissione soluendi facta vbique, vel in tali loco certo, sed quando actione reali secus esse dicit, quia hoc casu de iuris dispositione possessor conueniri poterit actione reali, & maximè quando procurator est in specie constitutus, vt decisum per Sacrum nostrum Consilium Neapolitanum tradit *Præs. de Franch. dec. 177.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium non suffragatur miserabilibus personis comparentibus vti tertijs.*

2 *Comparens pro suo interesse, non opponit exceptiones declinatorias, etiam si sit clericus, nu. 3.*

4 *Tertius sequitur causam in eo statu, in quo illam reperit.*

5 *Tertius non habet potiora iura, quam principalis.*

6 *Conditio Actoris non fit deterior ex admissione tertij.*

7 *Tertius ad causam veniens eisdem terminis arctatur, quibus principalis.*

8 *Via præclusa est tertio, sicuti principali in probationibus.*

9 *Tertius comparens pro suo interesse, habet primum, & secundum beneficium.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An habeat locum vbi priuilegiatus conuenitur in loco contractus.

QVAESTIO XXVIII.

1 Regula sit negatiua, quod habens fori electionem comparens, seu vti tertius minimè gaudeat in tali casu beneficio electionis fori, vt in proprijs terminis tradit *Marchesan. de commission. tit. de Auocat. caus par. 2. §. 2. n. 1. D. Ricc. in collect. decis. collect. 2284.* vbi nos in prima impressione refert, & sequitur, & ita reperio fuisse seruatum per M. C. V. in causa Francisci & Petri de Stefano cum hæredibus Nicolai de Manso.

2 Cuius sanè sententiæ palpabilis ratio dari suaptè potest, eò quia comparens pro suo interesse nequit opponere exceptiones declinatorias, aut dilatorias, *Bal. in l. si eo tempore, in fine, C. de remis. pignor. Natta cons. 99. Cauale. dec. 5. nu. 39. p. 4. Bellon. in decis. Genuæ 143 nu. 7. Cornazzan. dec. 215. nu. 8. & 9. Surd. dec. 147. num. 5. in fi.* plenè *Reg. Valenz. cons. 95. & D. Ricc. in* pra-

praxi fori Eccles.resol.146.par.2. vbi firmat tertium comparentem in causa pro suo interesse non posse petere remissionem causæ.

3 Quod esse verum etiam si sit clericus percipitur, *ex cap. super eo, de offic. delegat. Anchar.cons 183. Couarr. pract.quæst. cap.8. nu.8. Gram.dec.21.Caballin.milleloq 983.n.4 Scaccia de appellat.q. 7.n.123. Anna*, qui sic decisum testatur *allegat.76* plenè *Viuius dec.30.n.6.& 7.*

4 Tertius enim, causam in eo statu prosequi debet, in quo reperitur, *cap. fin. vt lit.pend.in 6.clem. constitutio, vbi Ancharan. notab.6 de elect.* latissimè *Giurba*, qui concordantes recenset *dec.1.n.24.& 25.Gizzarel. dec.* 40. videndi in materia *Ludou. dec.259.303. & 396. Trentacinq var. resol. lib.2.res 16. Dom Rice. collect 106. & 2284. Anna cons 97.& 98. Viscon.in concl. iur. in ver.Tertius.*

5 Nec Tertius potiora iura habere debet, quam principalis, *Suar. in l. post rem iudicatam,limit. 1.n.4 ff.de re iud. Milanens. dec.7.n.25.lib.2.*

6 Nec ex admissione tertij defensoris actoris conditio in aliquo deterior fieri potest, *l.2. §. defendi, ff. ex quib. caus. in possessionem eatur, Honded.cons.25.num.11. Couarr. pract quæst cap.15.nu.5.Surd.cons.396.nu.35. Fachin.contron.iur.li.11. c 5. Grati.dec.149. n.8. Anna cons.197.n.18.*

7 Indè Tertius pro suo interesse ad causam veniens eisdem terminis arctatur, quibus & arctãtur ipsimet litigatores, *Bal.in l.si eo tempore,in si.C.de remiss.pignor. Alber.in l.sapè ff.de re iudic.Luc.de Penn.in l.apparitores.C.de exact.& tribut.lib.10. Felin in cap.super,col. 5 de re iudic.Dec.in cap. cum super,col. 1.extra de offic.deleg. Gemin.in cap. vbi periculum, §.sane,de elect.in 6. Ancharan. in cons.* 182. *Alex. cons.* 82. *num.6. vol.1.*

8 Et ideò præclusa via principali vlterius probandi, erit similiter præclusa tertio pro suo interesse comparente, *Marzar.cons.24.Natta cons.45.Franc.Marc. decisio.161.tom.2.Gratian.decisio March.147.*

9 Licet Tertium comparentem pro suo interesse posse petere primum, & secundum beneficium, & esse concedendũ, decisum firmat *Gizzar. d. dec.40.* & alias determinatum testatur in causa Petri Spinulæ cum Marchione Sancti Stefani, *Caput.ad Consuet. Neap. in proœm. Carol. V. §.3.n.22.Ther.in comp.decis Neap.in ver.Beneficia tom.2.*vbi id declarat.

SVMMARIVM.

1 *Electio Fori spectat ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus.& num.2.*

3 *In alternatiuis electio est rei conuenti.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An concedatur habendi priuilegium, vt possit coram pluribus Iudicibus conueniri.

QVAESTIO XXIX.

1 REgula sit affirmatiua vt scilicet, quod electio fori spectet ad eum, qui habet priuilegiũ vt possit conueniri coram pluribus Iudicibus, vt in proprijs terminis electionis fori determinat, *Gratian.discept.forens.lib 3.c.569.nu.1.* per hæc verba sequentia videlicet,

Remittendam esse dicebam causam in partibus cum rei conuenti non potuerint conueniri in Vrbe, agitur enim de negotio principaliter spectante ad rationem bancariam existentem in Ciuitate Anconæ adeo, vt non sit euitandũ iudicium mercatorum eiusdem Ciuitatis, cui specialiter per Summos Pontifices fuerunt concessa priuilegia, vt huiusmodi causæ coram mercatoribus Anconæ cognoscantur etiam priuatiue quo ad omnes alios, prout etiam modo fuerint illa confirmata per Sanctissimum D.N.Paulum V. ita vt stante dicto casu priuilegiato ob fauorem mercatorum, vel similium quamuis aliquis posset conueniri coram pluribus Iudicibus, tamen electio debet competere reo conuento, qui semper poterit declinare forum, coram quo ipse voluerit & in alternatiuis ipse eligit quidquid alias cessante huiusmodi priuilegio actor eligat, l. plerumque 10. in fine, de iure dot. l. illud 25. de constitut. pecun. & est tex.in terminis, in authen. habita, vbi Salyc. num.211.C.ne fil pro patr. Bal.in l.cum clericus 25.C de Episc. & cler. Franc. in cap. Romana, §. contrahentes, n.2. de foro compet.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ diuites habent intelligẽdi forum, quidquid contrarium, num.2. Nam prima opinio est vera, nu.3.*

4 *Primum, & secundum beneficium competit*

mi-

miserabilibus personis diuitibus.
5 *Vidua & pupillus, quare dicantur miserabiles.*
6 *Paupertas facit hominem miserabilem.*
7 *Alimenta, & dos sunt priuilegiata, quamuis relinquantur diuiti.*
8 *Dispositio Principis generalis generaliter est intelligenda.*
9 *Fauorabilis materia est extendenda.*
10 *Institutio filij in re certa valet, sed exheredatio non.*
11 *Pactum de non petendo tollit naturalem obligationem, sed non pactum de petendo.*
12 *Beneficium à Principe dependens latè interpretatur, etiam quoad verba, & quoad vltimas voluntates.*
13 *Dictio (seu) in priuilegio Principis, augmentatiuè interpretatur.*
14 *Dictio, prout, qualiter intelligatur in beneficijs Principum.*
15 *Verba enunciatiua Principis dispositionem inducunt.*
16 *Concesso Castro, dicitur concessum cum adiacentibus.*
17 *Concesso Castro alicui, & filijs, dicitur concessum ad nepotes, & ad ascendentes.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium An competat personis priuilegiatis, & miserabilibus, quæ sunt diuites.

QVAESTIO XXX.

1 REgula sit affirmatiua, nempè huiusmodi beneficium Electionis fori prodesse miserabilibus personis tàm si sint pauperes, quàm si sint diuites, vt probarunt *Abb. in cap. ex parte, extra de foro compet. Alex. in l. Titia Testores, num. 7. ff. de leg. 1. Bulgar. in l. 1. num. 125. ff. sol. matrimon. Bald. Nouel. in tract. de dot. par. 9. priuileg. 12. Neuizan. in silua nuptial. lib. 6. nu. 34. & 35. Lup. in cap. per vestras, notab. 2. num. 12. de donat. inter vir. & vxor. Couarr. pract. quæst. c. 6. nu. 2. vers. obtinet. Parpal. in l. 1. C. de sacrosan. Eccl. Alber. in l. vn. C. quando Imper.* latè *Natta cons. 390. vol. 3.* loquens de viduis, & pupillis diuitibus, *Azo in summa, C. quando Imper. inter pupil. & vid. Tusc. singul. 39. lit. V. Cala de modo artic. §. 1. glo. 1. nu. 85. Menoch.* alios referens *de arb. Iudic. lib. 2. cas. 66. nu. 17. & seq. Milanens. dec. 5. n. 5. li. 1. Cum. in rit. Sicil. cap. 82. num. 12. Marta, siue Modern. in tract. de iurisdict. p. 2. c. 21. num. 6.* vbi hoc verissimum esse ait *Molfes. in comment. ad Consuet. Neap. p. 2. de bonis, q. 12. n. 18 Niger in cap. Regni, quoad decretam, num. 12. de offic. Iustit. Tesaur. dec. 177. n. 3.* vbi refert decisum in Senatu Pedemontano in anno 1586. viduam etiam diuitem gaudere priuilegio fori, & sic indistinctè iudicari in nostro Sacro Consilio Neapolit. testatur *Præs. de Franch. dec. 100. n. 19.* & in Senatu Patauino *Pereg. dec. 129.* & ita seruari in Senatu Cathaloniæ affirmat *Cancer. var. resolut. cap. 2. tit. de iurisdict. omn. Iudic p. 2. nu. 5. Capibl. in prag. 8. p. 1. n. 110. de Baronib.* vbi ex *Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. consid.* 1, affirmat, Reginam viduam dici miserabilem, & inclu- di sub statuto *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glo. 11. n. 84. Muscat. in prax. S. C. glo. competentes, nu. 73 Giurba cons. crim. 48. num* 8. vbi nos allegat in prima impressione Neap. *Viuius dec. 521. sub nu. 8.* qui testatur sic pluries decisum in Regia Audiētia Barensi, & alias Romæ in vna Reatina D. Virginiæ viduæ per signaturam Iustitiæ coram Eminentissimo Cardinali Sfortia tunc dictæ signaturæ Præfecto. *Marchesan. de commission. tit. de Aduocat. causarum, p. 2. 9. 2. sub nu. 93.*

2 Et licet totum contrarium tutari conati sint, *Innoc. Imol. Card. & Felin. in cap. significantibus, de offic. deleg. Speculat. in tit. de instrumentor. edit. §. nunc verò, vers. & sciasi il secondo, Alex. consil. 121. col. fin. vol. 1. Bero. cons. 74. nu. 20 lib. 3. Rebuff. in instit. Gallia tit de sentent. prouis. glo. fin. col. 2. Ias. in d. l. Titia Testores ff. de leg. 1. Tiraq in l. si vnquam, in verbo, Facultatum, col. 2. in princ. C. de reuoc. donat. Affl. in Constit Regni, Rubr. 33. de dand. Aduoc. pupil. nu. 4. Maranta in sua praxi p. 4. pag. 204. nu. 70. Andr. de Isern. in consit. Regni, lege præsenti, col. 2. Rol. à Vall. cons. 20. vol. 2.* vbi testatur hanc ege communem opinionem *Caræu. in rit. M. C. V. 19. nu. 11. Thor. in compend decisio. Regnl, in verbo, Restitutio in integrum, in fi. fol. mihi 483. tom. 1.*

3 Tamen prima opinio est magis in praxi recepta, & verior vt testatur *Trentacinq. var. resol. cap. 2. n. 16. in tit. de citation. Castill. controu iur. c. 25. nu. 25. lib. 3.* vbi opinionem ad fauorem miserabilium personarum verissimam, & in puncto iuris, ac in praxi tenendam omninò esse annuit *Borrellus in summa decisio. titul. de iu-*

ra-

ramenta perhorrescentia, num. 9. tom. 1.

4 Prout in simili primum, & secundum beneficium, competit etiam miserabilibus personis diuitibus, iuxta inueteratam praxim Regiorum Tribunalium Regni Neapolis.

Quæ sanè sententia pluribus fulcitur rationibus, & primò per textum *in d. l. Vnic. C. quand Imper.* cuius verba sunt ista, *Si pupilli vel vidua, alia que iniuria miserabiles iudicium nostra serenitatis orauerint cogantur Aduersary examini nostro sui copiam facere.*

5 In primis consideranda sunt illa verba (fortunæ iniuria miserabiles) & sic vocat illos fortunæ iniuria miserabiles, quia vidua amisit virum, pupillus patrem, & hæc est fortunæ iniuria, nam ex hoc oritur, quod neuter sibi possit in causis opem ferre, vidua nempè propter sexus fragilitatem, pupillus ob ætatis defectum, id inquam est miseratione dignum vxores, & filios videre maritorũ, & patrum subsidio orbatos, quæ consideratio habet locum, etiam si pupillus, & vidua sint diuites, vt optimè elicitur ex verbis eiusdem tex. dùm dicit, *Præsertim cum alicuius potentiam perhorrescant.* Illa enim implicatiua (præsertim) ostendit idem esse in casu contrario, ideſt si non perhorrescant aduersarij potentiã ob diuitias, nam ostendit, quod respectu viduitatis, vel pupillaris ætatis gaudent ipsi hoc beneficio, quia Imperator in eorum litibus specialis protector esse intendit.

6 Præterea cùm sola paupertas faciat aliquem esse miserabilem personam, & consequenter gaudere priuilegio fori vt latiori calamo ostendimus supra *q. 33. Sect. 2.* Si diceremus miserabilem personam, & sic pupillum, vel viduam tunc habere electionem fori, quando est pauper, sequeretur qualitatem pupillaris ætatis, & mortem patris, & viduitatem respectu mulieris ad nihil deseruire, nã sola paupertas sufficeret, & nihilominus pupillus, vel vidua, eò ipso, quòd perdũt patres, & maritum miserabiles euadũt, vt benè perpendit *Menoch. de arb. Iud. li. 2. d. cas. 66. nu. 18.*

7 Iuuatur similiter præfata Regula secundum *Viu. cit. dec. 521. num. 9.* ex tex. *in l. cùm hi, §. nihil, ff. de transact.* vbi alimenta sunt priuilegiata, etiam quod eam diuiti relinquantur, ex quo illud tantum attenditur, quod sint alimenta ipsa, non autem cui ea relinquantur, dùm à limeta dantur pro vitę sustentatione, & idẽ dicit de dote, quæ pluribus fruitur priuilegijs, *l. 1. ff. solut. matrim. cap. fin. de re iud.* quæ nempè priuilegia competunt ipsi doti, siuè Pauperi, siuè diuiti relinquatur, nam causa ipsius dotis inspicitur, non autem cui assignatur.

Et ideò non diuitiæ viduarum, pupillorum, & aliarum personarum miserabilium, sed potius conditio viduitatis, pupillaris ætatis, & miserabilitatis debet attendi, quia huiusmodi personæ, quibus hæ conditiones insunt solent regulariter opprimi, vt experientia (quæ est rerum magistra) docet, & probat *tex. in cap. Regum 23. q. 5. & in §. pen. Instit. vbi Ang. de satisd. & in cap. qua sit, de elect. in 6.*

Amplius pro corroboratione facit, quia Imperator dum concedunt beneficium hoc miserabilibus personis non distinguit de diuitibus, vel pauperibus,

8 & vbi Princeps generaliter concedit, & loquitur, generaliter eius dispositio est intelligenda, *vulg. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præstand.* cum latius recollectis per *Card. Tusc. cõclus. 508. lit. D.*

9 Maximè cùm simus in materia fauorabili, quæ potius est amplianda, quàm restringenda, *cap. nè aliquid, de priuileg. in 6. cap. statutum* à contrario sensu *de elect.* vbi dicitur, quod statutum de his, qui ad Parrochialium Ecclesiarum regimẽ assumuntur promouendis ad sacerdotium intra annum, alioquin ipsis Ecclesijs sunt priuati ad collegiatas extendi non debet, quia non sit odiosum restringi potius debet, quam ampliari cõcordat *tex. in l. cum quidam, ff. de liber. & posth.*

10 vbi si pater instituat Filium ex re certa, valet institutio, sed si exheredet à re certa, non valet exhæredatio, quia in institutione versatur fauor, quem conuenit laxari.

11 Hinc licet pactum liberatorium, ideſt de non petendo, tollat ipso iure naturalem obligationem, *l. sliccum, §. naturalis, ff. de pactis*; pactum verò de petendo, quod est obligatorium, non tollit ipso iure, *l. Vnus, §. pactus, nè petere, ff. de pactis*, quia in pacto prædicto de non petendo versatur fauor, quem conuenit ampliari, in pacto verò de petendo versatur odium, quod oportet restringi, *l. Arrianus, ff de pact. & oblig.*

De-

Denique non eſt tacẽdum hoc priuilegium electionis fori fuiſſe conceſſum
12 per Principem, perſonis conſtitutis in miſerabilitate,& vti beneficium à Principe dependens, latiſſimè eſt, interpretandum, *l.3 ff. de conſtitut. Principum, l. quod verò, ff. de legib. l. 2. C. de noxal.* cum plenius cumulatis à *Tuſc. concluſ. 49. & 50. lit. B.* etiam quoad verba, nam vt inquit *Bald. in conſ. 381.* quem refert *Roland. in conſil. 7. num. 17. lib. 1.* beneficiorum verba ſunt gratioſè, ac liberaliter intelligenda, nec tenaciter interpretandu, *tex. & Glo. in cap. allegant. 26. q. 7. Gramat. conſ. 6. nu. 3. & conſ. 58. nu. 23. & ſeq.* in quibus aſtricta verborum ſignificatione eſt recedẽdum,& ad amplam, latioremque, & generalem, quam in vltimis voluntatibus accedendum, vt poſt alios firmat *Franc. Marc. in dec. 365. nu. 20. & dec. 454. num. 28. tom. 1.* imò etiam ad impropriam,& poſt *Oldrad.* tradidit *Gram dec. 59. nu. 48.* & ita interpretanda,& ſub verbis comprehẽdant, quod alias eſſet exprimendum, vt tradit *Bero. conſ. 70. nu. 30. lib. 1.* itaque intelligenda, vt circa ius propriũ, aliquid de nouo concedatur, iuxta allegata per *Suar. in alleg. 28.* cuius ſententiam in facti contingentia ſectatus magnum aſſumpſi honorem, in mea adoleſcentia, in quodã Collegio habito cum eximijs Aduocatis S.R.C. Neapol.

13 Hinc dixit *Alex. conſ. 193. num. 3. lib. 2.* dictionem (ſeù) in beneficijs Principum augmentatiuè, & non diſiunctiuè interpretandam, de qua dictione plura *Ce-ned. ſingul. 15. Barboſ. de diction. cap. 312.* ideoque data poteſtate edificandi molendinum, ſeù domum intelligendi datã poteſtatem vtrumque ędificandi,& hinc *Gram. in dec. 59. n. 21. & ſeq.* latiſſimè probauit dictionem (prout) in beneficijs,
14 pro quia accipi, nec conditionem, ſed cauſam inducere, ideoque etiam non vera cauſa ſubſtineri conceſſionem, vt idem eſt indictione ſecundum, & ſicut iuxta plenè probata per *Glo. in cap. Abb. ex illo tex. de verb. ſignific. Dec. conſ. 168. nu. 4. Boer. dec. 247. n. 1. Pariſ. conſ. 25. nu. 47. lib. 1.* & alij recentiores paſſim.

15 Et huc etiã ſpectat, quod verba enunciatiua Principis ex certa ſcientia prolata diſpoſitionem inducunt, *Innocent. in cap. cum ab Eccleſiarum, n. 3, in fi. de off. ordin. Butr. in proœm. decret. num 31. vbi Felyn. num. 21.* moti *ex cap. indemnitatibus, §. fin. de elect. in 6. & clement. attendentes, de ſtatu monacor. Bar. in l. ſodales, n. 5. de colleg. illic. Rom. in l. ex hac ſcriptura, num. 7. de donat. Bellam. dec. 741. nu. 9.* vide *Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter num. 22. de Capitan. qui Cur. vend.* vbi dixit, quod ſi Rex conceſſit alicui Caſtrum, vel feudum in Baroniam, ex certa ſcientia id faciens cõceſſionarius, ex eo erit Baro.

16 Hinc etiam conceſſio Caſtri, ſimpliciter facta à Principe intelligitur cum adiacentibus,& pertinentijs ſuis omnibus, *l. ſi quando, la prima, C. de bon. vacan. lib. 10. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Butr. Abb. & Imola in cap. cum dilecti, de donat. Corſet. in ſing. 251. Glo. Odofred. Bart. & Alber. in l. fi. ff. de Conſtit. Princip.* & ita dicebam ad fauorem Magnifici Marci Antonij de Spada Hydruntini.

17 Hinc conceſſo Caſtro alicui, & filijs etiam ad nepotes extendi, tradiderunt *Bart. in l. liberorum, n. 7. de verb. ſignif. Alex. conſ. 17. nu 5. lib. 5. Card. in cap. 2. de verb. ſig. Anchar. in c. 2. de baptiſm. Felyn. in c. cauſam, que nu. 12. de reſcript. Dec. conſ. 372. num. 9. Natta conſ. 64. n. 14.* qui ad omnes deſcendentes extendit, latè *Gabr.* alios cumulans *in concluſ. 1. num. 15. de verbor. ſignificationem,* vbi *num. 36.* dicit, non ſolum ad nepotes, verum etiam ad omnes deſcendentes feudum alicui, & filijs conceſſum extendi, vt etiam ante eum voluerunt *glo. in cap. 1. §. etſi clientulus*, quam ibi receperunt *Bald. & Beluiſ. de alienat. feud. Alex. conſ. 124. nu. 7. lib. 4. Dec. conſ. 443. nu. 51. Iaſ. in l. de quibus, num. 20. ff. de legat. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. de diſtin. inter feuda regalia, diſt. 41, Menoch. conſ. 1. num. 189.* latè poſt alios *Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 6. nu. 29.* & iuxta hanc firmatam opinionem votaui in caſibus occurrentibus, cùm fuiſſem in ſtatus de conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Electio Fori datur vbi miſerabilis perſona eſſet laudata in Authorem, ſed contrarium, nu. 3. & declara vt nu. 8. 9. & 10.*

2 *Eccleſiaſticus laudatus in Authorem, an poſſit declinare forum.*

4 *Author laudatus, debet defendere in foro laudantis.*

5 *Forum, quod eſt declinabile à defenſo, non poteſt declinari à defenſore.*

6 *Author laudatus non opponit exceptiones, quæ opponere nequit laudans.*

7 *Aſſiſtens iudicio ob proprium intereſſe, debet aſſiſtere in iudicio rei conuenti.*

AR.

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num concedatur vbi persona priuilegiata esset laudata in Authorem.

QVAESTIO XXXI.

1 REgulam pro parte affirmatiuæ constituit *Blanc. in tract. de compromiss.q.3.n.41.* Quæ sanè opinio iuuari potest ex vera DD. sententia affirmantiũ, quod vbi persona Ecclesiastica de cuius-
2 ctione teneretur,& esset in authorẽ laudata,& nominata ab emptore ad se defendendam rei venditam, poterit declinare forum, & petere vt lis agatur, & terminetur coram suo competenti Iudice, *Glo. in cap. Clericus nullus, il secondo, 11.q.1. Aretin.in §. Actionum autem, nu.43. & seq. de action.* qui de stilo ita seruari ait *Affl. in Const.Regni Si quis in posterum, Caballin.de euiction.in verbo, Venditor, versic. vigesimo nono,* vbi testatur de communi, & alios concordantes citat *Gramat. decis.21.Calà dr modo artic.§.1. glo.1. num.50.* qui pariter socios adducit *Boer. dec.69. nu.27.Carbon. in pract practic.cap.4. num. 96. lib 3.Capic.decis.197. & ibi Addentes, Muscatell.in praxi S.C.glo.2.in verbo intimatio, num. 36.* vbi nostrum Sacrum Regium Consilium Neapolitanum hanc seruare opinionem, sicque pluribus vicibus decisum,& ita praxim vigere annuit, prout similiter ita testatur *Imbrian. in tract. de Iudic.Regni Dialog.2.n.47.* sicque alias decisum scribit *Anna sing.45.* nouissimè *Thor.in compen.decis.Regni, in verbo, Remissio causa par.577.tom.2.* & hodie communiter seruatur in Regijs Tribunalibus, Quamuis non desint numero,& authoritate DD. negatiuæ opinionis, vt apud *Gail.obseru.31.lib.1.Mysing.obseru.22.cent.1. Gomez var.resol.tom.2.cap.2.nu.39.Scapp.de iur.non script.cap.21.lib.1.Molin.de contract. disput.380.n.11. Caual.comm contra commun. q.588. Ambrosin.de immun.Eccles.c.20.n.22. Scacc.de Iudic.cap.11.p.1.num.98.* copiosè iuxtà morem *Grass in tract.de effect. cleric. effect.1.num.262.Bellett.in disquisit. clericat. p.497.nu.11.Bonacin.de legib.disp.18.quæst.2. pun.1.§.1.nu.23.Mangil.*nouissimè *de euict. quæst.6.* quasi quod iudicium sit institutum contra emptorem laicum vti possessorem, & Ecclesiasticus veniat solum ad assistendum emptori, & defendendũ illum,vt in *l.1.C.Vbi in rem actio,* quo casu non videtur conuenta coram sæculari,quia tantum præstat authoritatem, & defensionem ipsi emptori,*Abb.in c.fi. nu.8.de empt. & vend.*

3 Sed contra fundatam regulam in proprijs terminis aduersus miserabiles personas, vt in casu quo iudicium sumant per alium, puta quia velint defendere emptorem rei à se venditæ, quod non debeat dari electionis fori priuilegium sensiere,*Couarr.pract.quæst.c.8.nu.2. & seq. & Marchesan.de commission.p.2.§.2.in tit.de Auocat.caus.nu.57.* vbi addit ab hac opinione non esse recedendum;quam etiam his non adductis,sequitur *Capibl.in pragmat.8.p.1.nu.325. to.1.* & vide *Caballin. de euict.§.3. n.121.* sicque reperio practicatum vna vice per M.C.V.in causa Marci de Petrillo.

4 Quorum opinio iuuatur ex dispositione *l.Venditor ff.de Iudic.* vbi cautum est Authores laudatos debere regulariter defendere emptorem in foro laudãtis,latè *Affl.dec.227.Gam decis Lusit.332. Caballin.de euict.§.3.n.118,Mangil.in eiusdẽ nominis tract. quæst. 7.* vbi declarationes adducit.

5 Forum enim, quod est declinabile à defenso declinari non potest à defensore volente, *Gramm. decisio. 21. num. 1. & 2.* copiosè *Honded.consil.25.li.1.* vbi etiam, quod ea, quæ emptori cum quo lis est obstabunt, venditori qui eius defensionem assumit pariter nocebunt,& ab illis omnibus, à quibus expelliditur emptor principaliter conuentus excluditur etiã ipse emptor ad defensionem admissus, *Soccin.Sen.cons.91.nu.11. lib.3. Corn.cons.79. col pen lib 4.*

6 Præterea quia author laudatus, etsi priuilegiatus prohibetur opponere exceptiones,quas reus principaliter conuẽtus opponere non potest,iuxta theoricam *Bald. & Ang. in l. si parentes,C.de euiction,*quam reportat *Honded. in d. cons. 25.nu.10.13.& 23.* vbi insuper affirmat, venditorem principaliter non veniente pro suo interesse, sed ad defensionem emptoris astringi causam defendere in statu,& termino,in quo reperitur, taliter quod actoris conditionem deteriorem reddere nequit, eo quia sententia aduersus emptorem pronunciata ex in-

trin-

promissum, esse tale compromissum faciendum in eadem Ciuitate, in cuius Regio Tribunali reperitur iam facta electio, vel variatio; præuio tamen iuramento perhorrescentiæ, quod in partibus non posset habere iustitiam ex potentia Aduersarij.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori denegatur excommunicato.*
2 *Beneficia denegantur excommunicato.*
3 *Excommunicatus actiua, & passiua participatione Sacramentorum priuatur.*
4 *Excommunicatus diuina officia, & missam recitare nequit.*
5 *Testari an possit excommunicatus.*
6 *Excommunicatus nequit esse tutor.*
7 *Fides denegatur excommunicatis.*
8 *Legis auxilium non implorat, qui in illam commisit.*
9 *Excommunicatus non potest in iudicio comparere.*
10 *Insordescentia mensalis in excommunicatione est punibilis, sic etiam & annalis, nu. 11*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium Num. competat personis priuilegiatis, qui sunt excommunicati.

QVAESTIO XXXIII.

1 Regula sit negatiua, vt debeant priuari hoc eligendi, & variandi forum priuilegio miserabiles personæ, quoties essent innodati excommunicationis labe, quia si conuenirentur non possent declinare forum tanquam priuilegiati, & ita fuit seruatum in Regia Audientia Calabriæ Citra, contra quendam Senẽ, qui non obstante excommunicatione qua erat innodatus, elegerat in forum ipsam Regiam Audientiam.

Quæ sanè verissima redditur triplici de ratione, Tùm quia excommunicato
2 denegantur omnia, & singula iuris beneficia, & priuilegia, cùm participet cũ diabolo in incendio ignis æterni, vt per *Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 41. n. 3. & seq.* de quo meminit *Farin. de hæres. q. 191. §. 2. num. 13.* & dicatur membrum diaboli extra Ecclesiam deiectus, vt per *tex. in cap. omnis Christianus 11. q. 3. cap. multi 2. q. 1.* firmat *D. meus Ricc. in praxi resolut. 250 vol. 1. n. 1. in fine.*

3 Vnde videmus, quod excommunicatus actiua, & passiua Sacramentorum participatione priuatur, itaut contra faciendo mortaliter peccet, vt colligitur *ex cap. Apostolica, & cap. si celebret, de cler. excommun. ministr. & ibi gl. & Doctores, & cap. cum illorum, & cap. pen. de sent. excom.* latè *Sayr. in thesaur. cas. conscient. lib. 2. c. 1. nu. 2. & seq.* vbi quod ita est communis tùm Theologorum, tùm Canonistarum, & Summistarum sententia allegat *Sanct. Thom. in addit. 3. par. quest. 21. art. 1. Alex. in Alexan. in 4. par. sum. q. 22. memb. 1. art. 2. Bonau. 4. dist. 18. in vlt. par. dist. q. 1. n. 53. & 54. Henriq. lib. 13. in summa, de excomm. cap. 4. & 7. §. 1. lit. B Conar. in cap. Alma Mater, in prima parte, in princip. n. 3. & 6. nu. 5. de sent. excomm. Nauar. in manual c. 27. nu. 17. Vgolin. de censur. Eccl. tab. 2. c. 6.*

4 Hinc excommunicatus denunciatus ex officio, vt Minister Ecclesiæ officia diuina recitare, Missam celebrare, vel aliquid ordinis alicuius facere nequit, vt DD. communis schola docet, & colligitur ex *cap. sicut Apostolicum, & ibi gl. 11. q. 3. & cap. permittimus,* vbi etiam *Canet. de sent. excomm. gl. in cap. si quis presbyt. in verb. præsumpserit, & ibi Panorm nu. 1. & 8. Sec. cin. Sen. num. 6. de cler. excomm. Ministr. summa Angel. in verbo, excomm. vlt. num. 4.* vbi etiam alij Summistæ *Medin. in summa li. 1. cap. 11. & 54.* abundè alios cumulans *Sair. in thesaur. cas. conscient lib. 2. cap. 3. nu. 2. & seq.* vbi post alios refert excommunicatum denunciatum officia diuina, missas, & similia publicè, vt ministrum Ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularem fieri, argum. *cap. Clerici, cum tribus seq. & cap. fin. de cler. excomm. ministr.* id quod non solum procedit, si publicè missam, alijs officium diuinum recitet; sed etiam si tanquam persona priuata, easdem preces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat.

Et hinc *Hostiens. in cap. pia, de except. in 6. & Monach. in cap. quamquam, de Vsur. in 6.* quos refert, & sequitur *gl. fin in d. cap. quãquam, & in cap. decernimus, in verbo, testificando, de seni excomm. in 6. & Goffred.* vt refert *Lignan. in cap. quamquam, & Alber. in 4. par. stat. q. 13. col. fi. & Gab. concl. 1. de testam.* exi-

5 existimant, testamentũ excommunicati non valere, quia tales non possunt testari, eo quod cõmunione hominũ separati sunt, arg. *cap.pen.de sent.excommunic.& cap.Engeltrudam 3.q.4.* sed à communione hominum separato omne beneficium ex legibus descendens denegatur, vt in *authen.de priuil.dot.haret.mulier non præstandi, in §. ante penult.* & hanc etiam sententiam sequutus est *Iacob.Bel.* quem refert, & sequi videtur *Specul.in tit.de instrumen.edit. §.compendiose, vers.quid, de excommun.* licet sint multi contrarium tenentes, quos hic breuitatis causa non refero. latè videndus *Ricciullus de iure personarum, cap.58 lib.4.*

Et ideò *Sayr.in thesaur.cas.conscient.li.2. cap.77.num.2.* dixit, quod excommunica-
6 tus tutor esse nequit, & hoc non solum, quia caret hominum communione, quæ necessaria est ad officium tutoris exercendum, sed etiam, quia tutela licet vtilitate quid priuatum sit, est tamen authoritate officium publicum, vt habetur *in Institut.in princ.vers.nam, & tutelam, de excusat.tutor.* & ibi notat *glo.in ver.publicũ,* & latius tradunt *Panor.in cap.prudentiam nu.14.de off.iudic.delegat. Ang.cons.56. Aretin.cons.66. Soccin.in cap.sacris, nu.455.de senten.excomm. Vgolin.de censur.ecclesiast.tab.2. cap.14.* acta verò ab excommunicato denunciato ratione publici officij non valent, & ita si quid alienaret nomine tutelæ alienatio non valeret; sicuti nec alienatio à Prælato excommunicato facta valet, & ita nec potest esse curator, nec orphano trophus, nec hospitalarius, nec similia officia exercere, argumento eorum, quæ notant *DD in cap.veritatis, de dolo, & contumacia, & in cap.fin.de procurat. & in cap.aduersus, de immunit.Eccl.Ioan. And.in cap.pia, de except.in 6.*

7 Et ex his etiam apparet, iura denegare fidem excommunicantis, dùm illos repellũt à testimonio ferendo, nisi prius ad cautelam absoluantur, vt habetur in *cap.decernimus, & ibi glo.in verbo, & testificando, de senten.excommun. Lanfranc.in cap.quoniam contra falsam, in verbo, testium, col.14 de probat. Henriq.lib.13. de excommu.cap.7. §.5. Vgol.de censur.Eccl.tab.1.cap.12.* & alij relati per *Sayr.in thesaur.cas.conscient.lib.2. cap.8.num.1.* vbi benè hoc probat, & declarat.

8 Tum secundo, quia frustra legis auxilium implorare debet, qui contra legẽ ipsam committit, *l.1.C.de haret.& manich. cap.quia frustra, de Vsur.l.auxilium ff.de minor.* cum latius recollectis per *Cardin. Tusc.concl.954 lit.C.& concl.270. lit.L.* nec gaudere legis auxilio debet, qui in legẽ delinquit, *l.isti quidem, ff.quod met.caus.c.2. nè cler. vel monach.* sed priuilegiatus, & miserabilis persona contemnendo claues Ecclesiæ, dicitur in legem committere, vt post *Calder.* quem allegat tradit *D.Ricc.in praxi fori eccl.resol.250 n.2.tom.1.* Igitur frustrà legis auxilio vti valent in tali casu miserabiles personæ.

Tùm tertiò, & tandem, quia ex ista priuilegij priuatione oritur publica vtilitas, quod magis censura Ecclesiastica timeatur, & contumaciæ periculum reprimatur, & excommunicati rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & recon-
9 ciliationis affectum facilius inclinentur iuxta dispositionem *text.in cap.quia, de except.in 6.* vbi meritò statutum est excommunicatum non posse agere, nec in iudicio comparere, vt etiam suadetur *in cap.intelleximus, de iudic.cap.post cessionẽ, de probat.cap.decernimus, de sentent.excomm.* & notant *Vgolin.in tract.de censur.tabul.2. cap.15. Henriq.in summa lib.13. de excomm. cap.7.§.4. D.Ric.in praxi resol.250.par.1, Sayr.in thesaur.cas.conscient.cap.7.lib.2.* vbi ampliat, hoc procedere non solum in iudicio Ecclesiastico, sed etiam sæculari, *ex glo.in d.cap.pia, in verbo, Ecclesiasticus, & in verbo, apponat,* nec potest agere in iudicio per procuratorẽ, *Soccin.in cap.sacris, nu.327.de sent.excom.* plenè *Caroc.in tract.de except cap.86*

Excommunicato siquidem non tàm actus, quàm modus agendi prohibitus est, & ideò nec per procuratorem admitti potest, nec debet.

Quam retinendo opinionem dicas, supradictam conclusionem habere locum, eò magis in eo, qui per mensem
10 in excommunicatione persiiterit, & perseuerauerit, cùm insordescentia mensalis in excommunicatione sit punibilis, vt per *Guttier.canon.quæst.cap.14 Genuen.in praxi Cur.Archiep.cap.7.* & latius nouissimè *D. Ricc.in praxi fori eccl.to.4. in tit. particulari de insordescentia mensali.*

Idque maximè habebit locum in insordescente per annum in excommuni-
11 catione, cùm in tali casu reddatur de hæresis crimine suspectus, vt per *S.C.T. sess.25. de reformat.cap.3.* plenè *Cened.canon. quæst.cap.15.* vbi latè id examinat copiosè *Farinac.in tract.de heresi quæst.192. §.2.*

luculenter Ricciull. in tract. de iur. perſonar. lib. 4. cap. 7. & 8. Sayr. affluenter in theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 10. vbi ait, quacunq; de cauſa criminali, vel ciuili quis ſit excommunicatus, ſi per annum perſeuerauerit, nec abſolutionem procurauerit, eſt ſuſpectus de hæreſi, D. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 209. p. 3. qui in deciſ. Cur. Archiep. 202 par. 1. firmauit, perſiſtentem in excommunicatione per annum ob contumaciam per binas citationes domi factas, poſſe excommunicari.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium Electionis Fori non habet perſona priuilegiata in redditione rationem, & reliquorum ſolutione, & nu. 3.*

2 *Adminiſtrationem ſi quis extra ſuum locum domicilij fecerit de bonis alterius, non apud Iudicem domiciliarium, ſed apud Iudicem loci adminiſtrationis pro ratione reddenda conueniri debet.*

3 *Ioannes Dominicus Nouarius Authoris Genitor memoratur.*

4 *Author declarat tex in l. talis, §. priſcus, ff. de cond. & demonſt.*

5 *Rationes præſtare potenti, vel magnati habitanti in fortalitijs, quis non compellitur, ſed demum Adminiſtratore petente Domus Concilij, debet pro adminiſtratione aſſignari.*

6 *Blanditiæ, & orationes Dominorum in ſubditos inſtar oppreſſionis, & coactionis habentur.*

7 *Miſerabiles perſonæ, vbi reddere rationes debeant alicui Magnati, etiam nondum conſtito de aliqua oppreſſione, quam eis intulerint.*

8 *Allegare timorem ſufficit, vbi litigandum eſt cum potenti, adhoc vt cauſa in Curia Regis retineatur.*

9 *Regium officium eſt facere iudicium, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, peregrinis, viduis, pupillis, & his qui facilius opprimuntur auxilium præbere.*

A R G V M E N T V M.

Electionis Fori Beneficium An competat in redditione rationum, & reliquorũ ſolutione.

Q V AE S T I O XXXIV.

1 Regula ſit negatiua, quod habentes fori electionem, illa non gaudeant in redditione rationum, & reliquorum ſolutione, vt in proprijs terminis concludit Munnoz. Eſcobar de ratiocin. adminiſtr. cap. 7. nu. 56. & 57. de quo meminit Gratian. in addit. ad deciſ. Rot. March. 180. nu. 8. vbi eandem opinionem ſequitur, addo Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. cap. in fine, Palm. in diuerſ. iure comm. & Reg. glo. 16 p. 2. vbi nos allegat, & ſequitur Capibl pract. quæſt. ſuper pragm. 8. de Baron cap. 44. nu. 4. Thor. in compend deciſ. Regni, in verbo, Rationes, to. 2. vbi nos etiam commemorat, & ſequitur Caput de regimin. reipublicæ, cap. 7. n. 14. & cap. 26. §. 10. vbi quod Electio, ſeu Variatio fori non operatur circa redditionem rationum, ex Paſchal. de patr. poteſtat. cap. 2. in fi. p. 2.

2 Cuius ſanè regulæ palpabilis ratio eſt, quia quoad reddendam rationem adminiſtrationis factæ côueniendus eſt, quis vbi adminiſtratio geſta eſt, nam ratione adminiſtrationis, quis ſortitur forum, vbi adminiſtrauit, l. prætor, §. ii etiam, ff. de eden. vbi argentarius ſortitur forum in edendis rationibus in loco adminiſtrationis, quod procedit ſiuè adminiſtratio ſit publica, ſiuè priuata, quia ibi poteſt faciliùs, & pleniùs veritas inueniri tàm per teſtes, quàm per inſtrumenta, l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin agi opor. vbi Bart. Bal. & Salyc. in l. hæres abſens, §. 1. de iudic. Abb. in cap. Sacerdotib. nu. 6. & ibi Cardin. ne cleric. vel monach. ſæcul. negot. Soccin. conſ. 31. in fine. & conſ. 149. nu. 4. lib. 1. Berart. in ſpecul. viſitat. cap. 23. num. 140. Sicque Senatus Genuenſis iudicauit in negotiorum geſtore, vt eſt deciſio eiuſdem Rotæ, Gratian. alleg. deciſ. Rot. March. 180. vbi ſic concluſum refert, quoad reddendam rationem adminiſtrationis factæ per matrem tutricem, Auendan. de exeq. mand. Reg. cap. 1. nu. 16. & cap. 9. affirmans, cuſtodes publicos teneri reddere rationem in illis locis, in quibus exercuerunt cuſtodiam, & iuxta ſupradictam ſententiam pluries determinauit Romana Rota, & in ſpecie in vna Firmana olei 1577. corã Eminentiſſimo Cardinali Blanchetto, & in alia Ludgunen. redditionis rationis 7. Martij 1589. coram R. P. D. Penia, vbi etiam, quod poteſt quis côueniri in loco domicilij ad rationes red-

reddendas, dummodò liberi, & cætera actorum instrumenta trasportentur expensis, & periculo actoris petentis rationem reddi extra locum administrationis, *Castr. in l. præter ait, §. sed hoc constitutum, de edend. Secc. cons. 149. nu. 4. vers. prædicta tamen limita, lib. 1. Sim. de Prat. cōs. 154 nu. 2. lib. 1.* intelligendo quatenus Administrator non obtulisset rationem reddere in loco administrationis, & Dominus fuisse in mora recipiendi hāc oblationem, & tunc Administrator contraxisset incolatum alterius loci, vt declarat, *Surd. de alim. tit. 4. q. 47. n. 11.* sequitur *Munnoz. de ratiocin admin. c. 7. nu. 5.* vbi addit casum, quando de reuidenda ratione ageretur, *Gutt. de tutela lib. 3. 9 n. 126.*

Vndè meritò in quadam facti contingentia Administratorum gabellæ Terræ Bernaudi, Doctissimus Genitor meus, Ioannes Dominicus Nouarius inter iureconsultos facilè Princeps obtinuit, quod dùm intendebat Vniuersitas Terræ prædictæ facere sibi reddere rationes, & reliqua restituere ab Administratoribus, qui elegerant in forum Regiā Dohanam Menepecudum Foggiæ, rationes esse reddendas in dicta Terra, in qua fuit facta administratio, & electio facta non fuit admissa per eius prægnātes allegationes, & specialiter per *tex. in l. hac perpetua, C. vbi decur. & cohortal.* vbi est casus expressus, quod Administratores Vniuersitatis pro redditione rationum, & reliquorum solutione non habent, nec modo aliquo gaudent eorū fori priuilegio, & sic ego, quandoq; requisitus votaui vigore dict. tex. refert nouissimè *Dom. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap. 296. vers. vt sic pariter dicimus, sub n. 3. par. 3.* & alias sic practicatum in eadem Regia Dohana Menepecudum Apuleę, dùm casus ex facto accidisset ad meas peruenit aures.

4 Nec obstat *tex. in l. talis, §. priscus, ff. de condit. & demonstr.* vbi videtur totum arbitrio Iudicis relictum, vbi nam fit reddenda ratio, ibi, *Verissimum est autem, vt alias aliud ex persona, locoque sit extimandum,* quod ibidem fatentur *gl. in ver. extimādum,* necnon *Castrens. & Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 5. cas. 468. Rota in Tullen. Coadiutoria 5. Decemb. 1614. coram D. Damasceno,* vt in recollectis nouissimè per *Farinac. decisio. 607. p. 2. tom. 2. fol. mihi 64.*

Siquidem suaptè responderi potest, hoc esse intelligendum in rationibus à liberto patrono à præstandis, de quibus *tex. in d. §. priscus,* ibi enim loquitur vbi patronus, vel qui Reipublicæ cū abest, rationes reddere debet, quia reddere tenetur libertus patrono operas obsequiales, vel ei, qui Reipublicæ causa abest, fauore publico, nè Dominis, qui in Republicæ negotijs est intrigatus, compellatur ad locum administrationis peracti accedere pro ratione recipiēda, ex quo publica vtilitas lædi posset, quæ non solum priuatæ Regiæ comoditati est præferenda, vti *in auth. res quæ, C. communia de legat. & in l. fin. §. fi. C. de caduc. toll.* & ideò arbitrio Iudicis hoc relinquit, vt videat congruum, an in cōgruum sit Administratorem ad domum talium dominorum pro reddenda ratione accedere. In alijs autem, regulariter rationes in loco administrationis sunt præstandæ, ac dispungendæ, vt in iuribus supra relatis; Et ita intelligendum censeo, quod notat *Vlpian. in d. §. Priscus*; quatenus dicit, quod si rationes alicui Magnati præstari debeant Administrator, illas reddere tenetur in domo ipsius Magnati, & ita tenuit *Otalora de nobilit. 5. par. cap. vlt. nu. 16.* non tamen rationes præstare deberet Magnati, stante, & habitante in fortalitio, sed demum Administratore petente domus Concilij Ciuitatis, vel Villæ vbi Dominus esset pro ratione reddenda, si agnari deberet, vt voluit *Bald. in l. cum sententiam, C. de sent. & interloc. omn. Iud. Autles in cap. Prætor. cap. 30. nu. 2. vers. y acaben,* & ita decisum fuisse per Dominos Supremi Concilij, testatur *Auend. de exeq. mandat. par. 1. cap. 9. nu. 4.* & licet ibi loquatur, quando Dominis rationem bonorum Reipublicæ à Syndicis, & Rectoribus Villæ, vel Ciuitatis exigit, idem dicendum erit, & maiori ratione, quādo Dominus peteret rationem sibi reddi de administratione suarum rerum, vt in *d. §. Priscus,* nam si Administrator in domo ipsius Domini rationem reddere compelletur, fortè ob ipsius Magnatis potentiam, oppressionem, vel reuerentiam, compelletur signare partitas, quę alias iure signanda non erant; quod si oppressione fortè blāditijs id fieri posset, quæ quidem blanditiæ Dominorum in subditos instar oppressionis, & coactionis reputantur, *Mascard. de probatio. conclusio. 193.* iuxta illud vulgatum

Est orare Ducum species violenta iubendi,
Et quasi nudato supplicat ense potens.

His enim violentijs obuiare Iudici congruit, nè illicitæ extorsiones fiant, vt in *l. illicitas, §. si de offic. Præsidis*, & ideò in *d. §. priscus*, totum hoc Iudicis arbitrio committitur, ipse namque videre poterit, expediat, vel non in domo Magnatis, vel potentis rationes calculari.

Credit tamen *Escob. de ratioc. c. 7. n. 57.* quod si huiusmodi miserabiles personæ, dùm in loco gestæ administrationis, rationes calculantur, vexarentur per Iudicem, vt calculatores possent appellare ad Curiam, & ibi petere, vt rationum causa retineretur, ibique terminarentur rationes, & iure retineri possent, cùm ad officium Iudicis pertineat, nè illicitę extorsiones fiant, vt in *l. illicitas, §. nè potentiores, ff. de offic. Præsid.* & causa retinendi rationes in Curia, erit arbitraria, ex ratione *tex. in l. pen. §. priscus, ff. de condi. & demonstr.* ibi (Verissimum est autem, vt alias aliud ex persona, locoque sit extimandum.)

Quinimò & Supremi Iudices procliues esse debent ad retinendas similes rationes in Curia constito de aliquo grauamine istis miserabilibus illato interim, quod rationes in loco gestæ administrationis dispugnãtur, prout sic à Supremis Tribunalibus, in varijs factis contingentijs vidi seruatum, & alias practicatum quoque audiui à Regijs Senatoribus.

Adeoquod, & si rationes dispungerẽtur inter aliquem Magnatum, & aliam personam diuitem, & opulentam, minorem, vel similem aliam miserabilem personam sufficeret allegari aduersarij potentiam, & præstitem tyrannidem, adhoc vt nullo alio apparente grauamine rationes in Curia retineãtur, quia sufficit allegare timorem, vbi litigandũ est cum potenti, adhoc, vt causa pro casu Curiæ recipiatur, vt *d. l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ibi (Cùm alicuius potentiam perhorrescant,) & ita seruatur in praxi. Vndè Sacrum Regium Consilium in causa Troiani Riuera, & Francisci Oliuæ cum Matthæo, & Sebastiano Riuera ad relationem Consiliarij Vargas in Banca Scacciauẽti determinauit reddendas esse rationes hic Neapoli per quendam tutorem Aquilanum, stante quod ipse erat potẽs, & erat suspitio forsitan fraudis, aduersus pupillos in redditione rationis.

Et licet, non esset miserabilis persona, quæ de oppressione timetur, adhuc si iusta timoris causa interuenit, poterit petere, vel rõnes in Curia calculentur, & retineantur, quia proprium officium Regium, est facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, peregrinis, pupillisq; & viduis, qui facilius opprimũtur à potestatibus præstare auxilium *cap. 1. 87. distinct. Lauden. in tract. de Princip. q. 116. volum. 10. tract.* & alii recentiores passim, prout sic vidi practicatum, quandoque per S. R. C.

SVMMARIVM.

1 *Electionis Fori beneficium non potest allegari in causis Officialium, nisi actu non seruiant, vt nu. 11.*

2 *Officiales non extrahuntur ab eorum Tribunali, nec alios trahere possunt, nu. 3.*

4 *Officialis supernumerarius non gaudet priuilegijs Ordinariorum, & ideo non habet immunitatem alias concedi solitam Officialibus, nu. 5.*

6 *Canonicus supernumerarius non habet vocem in Capitulo, nec potest insigniri almucia, seù veste Canonicali absque licentia Papa, num. 10.*

7 *Magna Curia non cognoscit de delictis Officialium supernumerariorum.*

8 *Prorex potest se intromictere contra Officiales supernumerarios.*

9 *Doctores supernumerarij non habent vocem in Collegio.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium, Num intentari possit in causis Regiorum Officialium.

QVAESTIO XXXV.

1 REgula sit negatiua, quod in causis Regiorum Officialium miserabiles personæ eorum priuilegium allegare nequeant. Cuius sanæ conclusionis ratio est, siquidem huiusmodi Officiales Regij actu
2 seruientes non extrahuntur extra Tribunalia, quibus præsunt, & inseruiunt, sed ibidem conueniuntur, *Rebuff. in Const. Gal-*

Gallia in tit. de sentent. prouisional. glo. fin. vers. 3. Mandos in reg. 5 Cancell. Apostol. de reseruat. nu. 5. Azeued in l. 9 nu. 11. lib. 4. noua recopilat. tit. 3. Reg. Tap. in suo oper. iur. Regni in Constitut. Statuimus, nu. 17. vbi huiusmodi Officiales inter miserabiles personas quoad habendum scilicet priuilegium electionis fori reponit, sequitur *Vin. in addit. ad decis. 65. num. 7.* vbi quod Officialis tanquam priuilegiatus, & nexibus Curiæ, & Principis ligatus, & obnoxius potest eligere eius Consistoriũ, & in eo agere ratione electionis fori, ex *Cap. Regni, Item quid si clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus*, prout in facti cõtingentia nouissimè fuit decisum in hoc anno 1630. ad fauorem Domini Præsidis Reg. Cam. Salinas.

3 Itaquod nec ipsos Regios Officiales posse trahere alios à Iudicibus proprijs decisum refert *Pisanell. in addit. ad Afflict. dec. 56.* quem referunt, & sectantur *Foll. in pract. crim. in verb. Audiantur excusatores num. 38. Reg. de Ponte dec. 36. nu. 11.* & nouiter *Thor. in compend. decis. Reg. in verbo Officiales, to. 1.*

Declara tamen suprapositam regulã cessare, nec habere locum in Officialibus supernumerarijs, nam tales non gaudent vti ordinarij, prout in specie loquens de fori declinatoria, scribit *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 4. §. 8. n. 53. & 54.* & notatur *in l. fi. C. de apparit. mag. Milit. lib. 12. l. 3. vbi Bald. C. de Episc. & Cler. l. 1. §. 1. C. de colleg. lib. 11. Præs. de Franch. dec. 553.*

4 Satis enim est notum, quod Officiales supernumerarij non gaudent priuilegijs ordinariorum, ad textum *in l Decurionibus, C. de silentiar. lib. 12.* Ibi enim triginta numero instituuntur Consiliarij, & illi immunes dicuntur, & propterea si alij creentur silentiarij, non gaudebunt priuilegio illorum, qui sunt numerarij.

5 Indè immunitates concessæ Officialibus, non dantur supernumerarijs, *Rebuff. in d. l. Decurionibus, C. de silentiar. lib. 12.* vbi etiam, quod si fit factum legatum Canonicis, & sint aliqui vltra numerũ, illi nihil habebunt de legato, sequitur *Andreas de Barul. in l. fi. C. de apparit. Alciat. in l non plures, num. 5. C. de sacros. eccles. Mastrill. dec. 156.* & sic in Doctoribus Collegij decisum referunt *Præs. de Franch. decis. 234. & D. Ricc. in collect. decis. collectan. 986.*

6 Hinc Canonicus supernumerarius authoritate Apostolica creatus, non habet locum in choro, & vocem in Capitulo, vt post *Franc. Marc. decis. 473.* probat *D. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 263. tom 2. & decisis Cur. Archiep. Neapolit. 94 par. 4.* quare contra eum posset procedi ab Episcopo sine Adiunctis, licet regulariter Canonici gaudeãt priuilegio adiũctorum, vt in *Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de Reformat.* de qua materia latè *Leina in examin. Episcopor. tit. de visitat. Canonicorum.*

7 Et hinc etiam inferri potest, quod de delictis Officialium supernumerariorũ sola Magna Curia non cognoscit, quãuis regulariter de illorum delictis, sola Magna Curia cognoscit, vt cauetur per *Ritus M.C.V. 49. 51. & 61.* quod procedit tãm actiuè, quàm passiuè, & sic quẽadmodum de delictis Officialium, sola Magna Cur. cognoscit, ita pariter quoties excessus aduersus eos committuntur, vt iudicatum refert *Præs. de Franch. in dec. 274.* & ita nostrum Sacrum Consilium Neapolitanum solitum est prouidere, licet in Officialibus non exercentibus iurisdictionem dispositio dictorum Rituum non procedat, vndè si fuerit commissum delictum contra Officialem non exercentem iurisdictionẽ, vtique sola Magna Curia nõ cognoscet, *Franch. in dec. 407.* vbi si decisum refert, quod pariter fuit declaratum ex quadam pragmatica Excellentissimi Comitis Oliuares, olim meritissimi Proregis in hoc nostro Regno.

Prout similiter, licet Prorex Regni Neapolis non possit via ordinaria, vel visitationis inquirere contra supremos Magistratus perpetuam iurisdictionis administrationem, habentes, vt ex *l. fin. C. vbi Senat.* & alijs Regni Constitutionibus, Instructionibus, & declarationibus factis per Suam Catholicam Maiestatem, plenissimè probat *D. Reg. Tapia decis. Suprem. Ital. Senatus 3.* tamen id non habet locum vbi agere vellet contra Officiales supernumerarios.

Et hac de causa Doctores de Colle-
9 gio supernumerarij, votum non habent in approbatione Doctoris, sed ibi deseruiunt vti testes, nec priuilegio Ordinariorum gaudent, *Tasson. in pragm. de antephat. versic. 3. obseru. 3. num. 258. fol. 159.* vbi etiam supra *nu. 255.* aduertit, Doctores ordinarios tantum habere priuilegium,

vt

vt eorum causæ tàm ciuiles, quàm criminales cognoscantur in Collegio, ex *Franch. dec. 234. num. 9.*

Et hinc licet alias *forens. quaest. 24. to. 1.* affirmaremus, licere Episcopo insignire suos Canonicos Almutia; tamen id fa-
10 cere prohibetur Canonicis supernumerarijs, qui hæc insignia debent procurare à Sede Apostolica, prout declarauit Sacra Eminentissimorum Cardinalium Congregatio *in vna Hydruntina 1. Sept. 1612. & in alia Brundusina 10. Nouembris eodem anno*, sicque scio fuisse rescriptum Generali Vicario Ciuitatis Potentiæ, quarum literarum seriem hic transcribere libuit, & sunt tenoris sequentis videlicet. foris.

Al Molto Reuerendo Sign. Vicario di Potenza.

Intus verò incipiunt,

Molto Reu. Signore

Essendo fatta instanza à V. S. per quello ci viene supposto che prohibesse à i Canonici supernumerarij di cotesta Chiesa di portare l'habito Canonicale, ottenuta da loro, senza licenza della Sede Apostolica, deue V. S. in ogni maniera esequirlo, come già più volte è stato risoluto da questa Sacra Congregatione de Riti, e perche i Canonici non possono allegare ignoranza, publichi V. S. questo nostro ordine, e faci che in essi domandino quì quello, che non hanno possuto ottenere dal Vescouo, & à V. S. me raccomando, di Roma li 25. di Maggio 1624.

Al piacere di V. S. Il Cardinal de Monte.

Iuxta quarum literarum formam fuerunt sequentes aliæ eidem rescriptæ videlicet,

Molto Reuerendo Signore,

Hà visto finalmente questa Sacra Congregatione di Riti dopò molte diligenze fatte, che nō può sostenersi in alcuna maniera l'hauere i Canonici supernumerarij preso l'habito senza licenza della Sede Apostolica, e che quello punto non hà alcuna dependenza dall'altro introdotto nella Congregatione di Vescoui sopra l'inualidita dell'erettione, però questi Illustrissimi Signori ordinano à V. S. che facci omninamente deporre a i medesimi Canonici l'habito già preso, conforme all'altra lettera, che se li scrisse; e come haueranno obediti, gli assolua dalle censure nelle quali sono incorsi, per occasione del precetto da lei fatto, non obstante le quali stante da che hanno fin quì celebrato, & à V. S. m'offero. Di Roma li 27. di Sett. 1624.

Al piacere di V. S. Il Card de Monte.

Declara pariter firmatam regulam, non procedere in illis Officialibus, qui actu non exercent, sed ex licentia Suæ
11 Catholicæ Maiestatis tanquam senes se quiescunt, nam nisi in specie habeant in licentia eis impartita, quod gaudeāt omnibus priuilegijs gagijs, & immunitatibus, quibus perprius fruebantur, nec possent vti priuilegio, de quo supra, quia Officialis officium non exercens, & scholaris non studens, & clericus non seruiens in diuinis, & artifex non exercens suam artem nunquam priuilegio alias eisdem concesso vti possunt, vt latius probant *D. Ricc. in praxi fori Ecclesi. resol. 491. to. 3. & Genuen. in practicabil. Eccl. quaest. 622.*

SVMMARIVM.

1 *Milites sortiuntur forum Magistri militum; & ad illum remittuntur, nu. 3. Dummodo tamen sint descripti in Rollo, nu. 6. Et non conueniantur pro negotiatione, nu. 7.*
2 *Auditor Exercitus cognoscit de causis militum.*
4 *Vigiles dicuntur Milites.*
5 *Priuilegium Militum, competit Trattenuitis.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori beneficium à priuilegiatis, & personis miserabilibus, Num possint opponi, quoties litem habent cum Militibus.

QVAESTIO XXXVI.

1 Regula sit negatiua, & sic quod habentes fori electionem, illa gaudere nequeant, vbicunque causam haberent cum Militibus, & sic cum ipsis litigarent, enim Milites sortiuntur forum Magistri militum, & non conueniuntur, seù accusantur, nisi coram ipso, nec ab alio puniuntur, *l. 2. ff. de re Milit.* cum alijs concordantibus iuribus allegatis per *Speculat. in tit. de reo, §. 1. num. 1.* tradit latè *Viuius in dec. 254.* & est dispositum in Regno per *pragm. 15. de Militibus*, qua cauetur, quod
2 causæ omnes tàm ciuiles, quàm criminales, nedum Hispanæ Militiæ huius Regni, sed omnium, qui sunt stipendiarij Re-

Regia Curia occasione retroactæ Militiæ, etiam pendentes cognoscantur per Auditorem Generalē exercitus, & quod in hoc Regno in causis Militum sit deputatus Iudex particularis dictus (l'Auditor del Campo) meminit *Reg. de Pon. de potest. Proreg. in tit. de assab Reg num.* 1. *& Thor. in compen. decis. Regni in verbo, Remissio petita per Auditorem, tom.* 2.

3 Itaut Miles ob eius crimen remitti-tur indubitanter ad Magistratum Militum, & sic ad Auditorem Generalem exercitus cum omnibus actis causæ, *tex. est in l. si Miles, C. de exhibend. & transmitten. Reis*, de quibus omnibus ad dilucidationem, & explanationem, vide copiosè adducta per me *in comment. ad dict. pragm.* 15. *de Militib.* vbi ad saturicatem poteris cognoscere, quando hoc procedat, vel non, necnon *Reg. Routtin prag.* 16. *sod. tit.* & latius ibidem *Consil. Patign. in comment. particulari*, qui pleno cornu hanc exanclauit materiam, *Tasson. in comment. ad prag. de anteph at. vers. 3 obseru 3. à n.* 363. *cum seq. Paschal. de patr. potest. c. 3. nu.* 25. *& seq. par.* 3.

Et id, quod dicimus de Militibus, procedit etiam in vigibilibus, vnde sicuti habentes fori electionem, illa non gaudent, vbicunque habent causam cum Militibus; idem dico, quando agitur de causis vigilum, vt memini *in comment. ad d. prag.* 15. *de Militibus, ex Vinio in alleg. decisio.* 254. vbi quod vigiles dicuntur etiā Milites taliter, quod gaudent quoque, & ipsi absque controuersia aliqua militando priuilegijs Militaribus quemadmodum, & alij veri Milites, *l. vnica, vers. item milites vigiles, ff. de bonor. possess. ex testam. Milit.*

5 Idemque procedit in Tractenutis, cū ipsis similiter competat priuilegium Militum, vt copiosè probat *Castil. in decisio.* 119. vbi nouissimè *in addit.* nos refert, & sequitur; & ita aliquando fuisse obseruatum apud Tribunal Auditoris Campi huius Regni Neapolis reminiscor.

6 Declara tamen, Milites non gaudere priuilegio fori, & immunitatum, ex eo, quod à Capitaneo cohortis sint ad militiam recepti, nisi cum effectu descripti sint in Rollo Principis destinato, vt per *Capibl sing.* 112. vbi ad id allegat *tex. in l. probatorias, C. de diuers. offic. lib. 12. l. Matriculam, §. fin. C. de agent. in reb. lib.* 10. quia destinatio non sufficit, vt accinctus gaudeat, *Tiraq. de legib connub. gl. mihi* 89. vbi latè declaratur regula *tex. l. pen. ff. de milit. testam.* quando de proximo accingendus habeatur pro accincto. Indè si aufugerit, non poterit puniri eadem pœna, qua miles in Rollo descriptus erit obnoxius, quod practicaui vti Aduocatus apud Delegatum contra Milites in hoc Regno.

7 Declara similiter, quod Milites Negotiatores conuenti pro illa Negotiatione priuilegio militari non gaudent, sed sub Iudice Ordinario subsunt, etiam si sint Curiales, & familiares, qui ad latus Principis seruiunt, vt scribit *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de Assensibus Regiu.* 18. qui *nu.* 32. dicit, quod milites ex priuilegio, qui non exercent in factis armorum, fori priuilegio nō gaudent, allegat *Castrensis in l. fin. vbi Senat. vel Clarissimi, & n.* 38. inquit, Militem in matricula descriptum, si militiam nō exercet, priuilegio militari non gaudere, allegat *Bar. in l. Serinarius, C. de testam. militari*, vbi *Aretin.* citerque, & omnes, hinc dicunt, quod veterani milites non gaudent, quia non exercent, ad *tex. in l.* 1. *C. de veter. lib.* 10. *in l. adueterani, ff. ad l. falcid. Afflict in Const. Regni Magister Iustitiarius, in verbo, & alios, sequitur Vinius decis.* 153. & *Ricc. in praxi fori Eccles. resol.* 491. *num.* 2. *tom.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Lis vbi vertitur cum Baronibus, cessat eligendi forum priuilegium.*
2 *Barones dicuntur Milites Regij, & Curiales.*
3 *Barones ratione contractus in suis Terris sortiuntur forum ordinarij Præsidis Prouinciæ.*
4 *Baro ciuilis magis dicitur Baro, quam criminalis.*
5 *Par in parem non habet imperium, & quando talis Regula sit vera, nu.* 6.

ARGVMENTVM.

Priuilegium Eligendi, & Variandi Forum Num competat miserabilibus personis, vbi litigant cum Baronibus.

QVAE.

QVAESTIO XXXVII.

1 REgula sit, cessare quoque huiusmodi forum eligẽdi, & variandi priuilegium, vbicunq; causa esset cum Baronibus, & cum illis personæ miserabiles litigarẽt, nam non haberent priuilegium trahendi huiusmodi personas.

Eò quia Barones dicuntur Milites Regij, vt in *Const. Regni Incip. Vt Vniuersis*,
2 & ideò eorundem priuilegio vti debent & ideò tantum forum Principis, & eius Superiorum Magistratuum ipsi sortiuntur, *l. qui locum, §. rem, ff. de re milit. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de Assens. §. 7. fol. mihi* 339. vbi affirmat, illos esse Curiales, qui gaudent etiam priuilegio fori, vt alias diximus, ergò tantò fortiùs Barones, qui sunt Curiales Regis, ita *Capibl. in prag 8. n. 264. p. 2 de Baronibus tom. 1.* vbi allegat *Frecc. de subfeud. tit. quis dicatur Marchio, in fine*, annuens, Barones esse personas illustres, & Principis Officiales, & ab eo esse recognoscendos, ex *l. 1. C. vbi Senat. vel Clarissimi*, & ideò in *Rubr. 1. nu. 56.* etiam asserit, Barones dici Officiales Regios perpetuos Magistratus, & ordinarios, itaquod offendens eos dicatur offendere Regios Ministros, & non posse gaudere indultu, *ex Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 15.*

3 Licet Barones ratione contractus, & delicti in suis Terris, sortiantur forum ordinarij Prælidis Prouinciæ, *Capy. dec. 59* dicens iudicatum, Regiam Audientiam Calabriæ, legitimè processisse contra Baronem circa expositam quærelam de spolio, vt ibi, & ita seruari in praxi post *Caranit.* affirmat idem *Capiblancus in pragmat. duodecima num. 3. de Baronib.* vbi secus ait, si deliqueret in alia Terra extranea, in qua non esset ipse Baro, quia tunc daretur remissio ad Magnam Curiam, quæ sola de his cognoscit, iuxta tradita per eundem in *Rub. de Baronib. & eorum officio*.

Amplia præfatam conclusionem esse veram tàm in Barone in ciuilibus, quàm
4 in Barone in criminalibus, si fortaslè iurisdictio esset diuisa, nàm patet ad sensum ambos esse Barones, & pares, & licet verè Baro ciuilis dicatur Dominus, cùm criminalis videatur habere iurisdictionem, quæ coheret officio circa criminum cognitionem, *Frecc. de subfeud. author. 4. in fine*, & ideò ille non iurat fidelitatem, nec exigit adiutorium, idem *Frecc. de subfeud. auth. 2. n. 20. Pras. de Franch. dec.* 131. nec assecuratur a vassallis, *Capic. in inuest feudal. in rubr. feudorum Assecurationes, col. 2. vers. quod autem erit*, & prohibetur depingere arma in Terra, *Capic. decis. 27. Frecc. de subfeu. auth. 47. lib. 2.* dicẽs, alias in simili casu fuisse decisum, quod arma, & insignia apponerentur ab eo, qui habet iurisdictionem ciuilem, *Thor. in compend. decis. Reg. Neapol. in verbo, Arma Baronis, to. 1.*

Tamen suaptè negari non potest, *Dominum* in criminalibus adhuc appellari Baronem, saltem tanquam *Dominus* in potentia vbi crimina committuntur, ergo parificari debet cum Domino in ciuilibus, quem vti parẽ ideò videmus non posse punire, si delinquat, *Capibl. in prag. 8 p. 2. nu. 261. tom. 1.* vbi refert, fuisse in facti contingentia denegatam remissionem per Regiam Audientiam Baroni Sancti Martini in criminalibus, *Pras. de Franch. decisi. 274. Peregr. consil. 3. num. 47. lib. 3.*

5 Satis enim est nota regula, quod par in parem non habet imperium, *l. ille, à quo, §. tempestiuum ff ad Trebellian. l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de arbitr.* latè *D. Ricc. in collect. decis. 1904.* & sic ad retractandam, seù reuocandam sententiã vnius Iudicis adiri debet superior per viam appellationis, supplicationis, vel quærele, quia æqualis id facere nequit, *l. 2. C. de sent. rescind. non poss. Cap. dilectus, il 2. de rescript. cap. vt debitus honor. de appellat l. si quis aduers. C. de precib. Imperator offerend.* latè *Ruginel. de appellat. §. 5. cap. 2. glo vnica, ad quem sit appellandum.*

Licet aliquando ex noua causa, vel
6 alias iusta possit successor in officio, puta, Papæ, Regis, vel etiam Episcopi corrigere sententiam à prædecessore latã, nec hoc derogat authoritati Iudicum, vt docet *Henriq. in summa tit. de pœnitent. lib. 2 cap. 22. §. 2. & 4.* vbi in *glosa* exponit exempla in Episcopo dispensante in lege, & sententia Episcopi prædecessoris, & in Cancellaria Papæ, seù Tribunali Rotæ, & in audientijs, seù Cancellarijs Regijs, vbi ijdem Iudices, Auditores, aut quis eis succedant, possunt in reuisione corrigere, & mutare sententiam ab alijs æqualibus latam.

Prout etiam in foro pœnitentiali indistinctè, potest Parochus, vel quiuis alius

alius Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ electus ex causa commutare, vel minuere sententiam, seu pœnitentiam ab alio impositam, ita *Siluest. in summa in verbo confessio 1.q.27. Ang. in verbo confessio 6.n.4. Rosel. ver. confessio sacramentalis, n.11. Victor n.211. Nauarr. cap.26.n.22. Ledesma, Medina, & Soto in 4. dist.20.q.2.art.3. versic. in calce autem*, & dicit communem *Suar. tom.3. de pænit. disput.34. sect.1.no.4. pag.564.* vbi prædictos Doctores allegat, idem docet *Henriq. vbi sup. §.4. & glo. in c. tempora penitudinis 26. q.7.* quam dicit singularem, & receptam *Marsil.* post alios *singul. 182. Felin. in cap.1. num 49. de constitut. Vinal in candelab. aur. ti. de satisfactione n.28.* & ita quotidie practicatur, sicque in facti continhentia interrogatus respondi, Et licet aliqui contrarium dicebant, ipse nolui ab hac opinione recedere, eam firmãdo ex pluribus, & primò, quia & si par in parem non habeant imperiũ in causa iam iudicata, benè tamen potest causam de nouo exortam iudicare, qualis est non posse adimplere penitentiam, quod intelligendum secundus Cõfessarius habeat potestatem absoluendi à peccatis super quibus penitentia imposita est, vt si penitens habeat Bullam Cruciatæ, & ea vsus adhuc non est, quod casus Papæ reseruatos, vel alias certificetur à penitente, quod non est imposita ob peccata, à quibus ipse secundus Confessarius commutans esse æqualis, vel superior eo. qui penitentiam imposuit alias si fit inferior, nec habet potestatem absoluendi ab illis peccatis, nullo modo poterit dictam penitentiam commutare, vt post alios docet *Nauarr. in manual. cap.26. nu.22. & Borgas. de irregul 3. par. num.1. Ange. verb. confessio 6.§.4. Beia 1. par. casu 15. Rodriq 1.p.c.56.nu.8.* & alij Recentiores passim.

Præterea, quia Tribunale hoc Penitẽtiale est Supremum Tribunali, in eo quippe vice Christi omnes Confessarij sunt Iudices supremi, adeò vt quilibet Confessarius in non reseruatis, sit æqualis ipsi Papæ tanquam officium Christi gerens immediatè in reseruatis, si penitens habeat Bullam Cruciatæ, eandem cum eo habeat potestatem, *Henriq. in summa lib.2. de penitent. cap. vlt. §.1. in fine*, sed in Tribunalibus Regijs Supremis Iudices vnius aulæ, seu ordinis, licet sint æquales alijs alterius aulæ cognoscunt per viam supplicationis de sententijs alterius aulæ, & eas reuocant, aliquando moderant, vt est notissimum. Igitur multò melius poterunt idem facere Confessarij, cùm habeant magis amplã, & liberam potestatem.

Insuper eandem sententiam confirmabam, quia hoc Sacramentum Penitentiæ est iterabile, & potest quis in eo peccata semel confessa, iterum atque iterum confiteri, vt est communis vsus, & practica in Ecclesia Dei, & docet *D.Tho. in 4. dist. 18. q.4. art.3.* & ibi *Sot.* & consequenter potest Confessarius secundus ferre suam sententiam, siue absolutionem, & dare penitentiam sibi benè visam, licet sit mitior, & diuersa à data à primo Confessario, vt docet *Ledesm. in 4. dist. lib.2. de penit cap.21. §. vlt. in tex. & liter. G.* & isto in casu erit penitenti liberum, quam voluerit penitentiam eligere, ex *Suar. d.q.2. art.3. nu.7. in fine*; licet enim se obligauerit primæ penitentiæ, intelligitur tamen dummodò alius æque potest Confessarius eam non relaxauerit, vel ab ea ipsum liberum fecerit, non enim Deus iudicat bis in idipsum, quod si penitens non confiteatur, nec repetat eadem peccata, à quibus iam erat absolutus, sed alia noua peccata, & petat penitentiam ab alio Confessario impositam, ex causis dictis per *Valer. in differ. vtriusq. for. in verbo, Iudex, differ.13. num.7.* sibi in aliam commutari poterit iure optimo, idem secundus Confessarius cõmutare sicut primus, quia licet materialiter sint diuersi; Confessarij tamen re vera eodem est vtriusque potestas, & ambo reputantur pro vno, eodemque Confessario, quoad penitentem, ob cuius gratiam, & non propter Confessarios, hæc clauium potestas data est, vt dicit *Suar. d. sect.10. nu.5.*

Et tandem mouebar, quia sicut Confessarius imponens penitentiam, potest eam commutare ex causa, iuxta tradita per *Valer. in differ. vtriusq. foris, in verb. Iudex, d. differ.13.* sic & alius eidem æqualis, poterit idem facere, nam inter æquales censetur idem Tribunal, vt per *Henriq. vbi proxime §.4.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex alias incompetens, ratione salarij fit competens.*

Sa-

2 *Salaria Aduocatorum, & Procuratorum possunt peti apud Iudicem causæ principalis.*

3 *Iudex causæ principalis est Iudex accessorij.*

ARGVMENTVM.

Electio, & Variatio Fori An sit concedenda Miserabilibus personis conuentis pro salario Aduocatorum, & Procuratorum.

QVAESTIO XXXVIII.

Registrabatur mihi in facto à quodam Domino Consiliario per viã Electionis Fori fuisse aditum Sacrum Consilium à quibusdam pupillis, tanquam conuentis pro solutione salarij debiti Aduocato, & Procuratori, qui causam in quadam Regia Audientia Regni defenderant, vel aliquid pro palmario acceperant, cumque dubitaretur circa hunc articulum voluit à me scire, quidnam sentirem.

Et ego quidem transiui cum opinione negatiua habens æquitatem ante oculos, quod dùm ipsi Aduocatus, & Procurator reportauerant palmã causæ, satis rigiditatis habebat hodie defatigari extra proprium Tribunal.

1 Imò sententiam meam fundabam, eò quia salarij ratione Iudex alias incompetens fit competens, vt tenuerunt *Maf. in tract. de commissionibus forma* 11. *in verbo validitate iurisdictionis, Ferrer. obseruat.*484. *par.*3, qui testatur ita fuisse iudicatum in Regia Audientia Cathaloniæ, *Gratian.forens.discept.cap.*154. *num.* 24. *Cancer variar.resolut. tom.*2.*tit.de literis requisitorij, nu.* 66. *& seq.* & nouissimè post hunc casum propositum habitus, *Leon in decis. Rota Valentiæ* 177. *par.* 2. vbi in

2 proprijs terminis testatur decisum, salaria Aduocati & Procuratoris, peti posse per eos coram Iudice causæ principalis, quamuis clientuli sint alterius fori, & alias non possint conueniri extra domicilium.

Quæ quidem opinio illa iuuari potest ratione, nam tale salarium est quid de-

3 pendens à dicta causa, & consequenter Iudex causæ principalis debet quoque esse Iudex in causa accessorij, vt iuxta vulgatas regulas notauit *Brun. cons.*129. *nu.*6.*Ferrer. obseru.*70. *p.*1.

SVMMARIVM.

1 *Electis Fori non potest opponi, vbi agitur de liquidatione instrumentorum.*

2 *Magna Curia Vicaria cognoscit de liquidationibus instrumentorum, Licet hodie omnes Curiæ Baronales in illis procedant, nu.*3.

4 *Causæ liquidationum instrumentorum nõ remittuntur, sed declara, vt nu.*5.

ARGVMENTVM.

Electionis Fori priuilegium Num possit opponi à priuilegiato aduersus citationem super Tenore instrumenti contra eum factam.

QVAESTIO XXXIX.

1 Regula fit negatiua, vt priuilegiatus citatus super tenore instrumenti non valeat eligere forum, vel illud variare, *Calà in tract. de modo articul & proban.glo.*1. *n.*61.*pag.*58. *Capibl.pract quæst.super prag.*8. *de Baron. cap.* 43. *nu.* 6. vbi allegat ad id *Marant. in sua praxi distinct.*9. *artic.Iudicijs Mercatorum,nu.*176. *& Couar. pract. quæst. cap.*14.*nu.*4. annuens, quod dùm esset citata vidua super tenore instrumenti, & illa conuolasset ad Regiam Audientiam per viam Electionis fori comparente creditore, & dicente tractari de liquidatione via ritus, Regia Audientia causam remisit, *Mascatell.in praxi S. C. in glo. competentes, nu.* 100. vbi ex *Rit.M.C.V.*54.

2 affirmat, nullum alium Iudicẽ, nisi Magnam Curiam Vicariæ cognoscere posse de liquidationibus Instrumentorum.

Et licet multi Doctores practici dixerint, illum Ritum recessisse ab Aula,

3 ex quo omnes Barones habent in ipsorum priuilegijs, quod possint de præsentationibus instrumentorum cognoscere, sicque possent petere remissionẽ causarum, vt etiam annuit *Freccia de subfeud. tit. de Officio Magistr. Iustitiar. in fine.*

Ta

Tamen dicit veritatem esse, quod
vassalli cuiuscunque Baronis citati su-
per tenore instrumenti in Magna Curia,
vel in aliqua ex Regijs Audientijs non
possunt petere remissionem causæ, neq;
ex persona ipsorum stante renunciatio-
ne fori, quæ communiter in instrumen-
tis apponitur, neque ex persona Baro-
num ratione suorum priuilegiorum, cũ
Reg. pragm. 1. sub tit. de instrum. liquidatione,
4 in specie prohibeat tales causas remi-
cti, & ita seruari de generali consuetu-
dine in hoc Regno fatetur *Carau. in ritu*
166. nu. 7. & 75. & Scaglion. in rit. 54.

Sed ego animaduertendum puto, qđ
vbi Barones in specie habent in priuile-
5 gio facultatem cognoscendi de huius-
modi causis, tunc non posset eis dene-
gari remissio, non obstante supradicta
pragmatica, vt decisum in Sacro Regio
Consilio ad relationem Magnæ Curiæ
pro Ill. Marchione Burgentiæ vtili Do-
mini Status Diani super remissione
causæ liquidationis instrumenti ad in-
stantiam Fabritij Salui aduersus Lau-
rentium Sabinum de Diano, fatetur
Reg. Rouit. in comment. ad eand. prag. 1. quem
refert *Thor. in compen. decis. Regni in verbo,*
Remissio causa liquidationis, to. 1. f. 459. col. 2.
addo *Galter. in pract. liquidat. instrum. p. 3.*
vers. verum debitor de persona compareat,
num. 19. vbi allegat nos pariter *in cit.*
pragmat. & sic quandoque rogati de vo-
to, respondimus in facti contingentia,
& nonnullis quippè vicibus practicaui-
mus.

SVMMARIVM.

1 *In Fiscalibus cessat fori electio.*
2 *Fiscus in causis Fiscalibus habet Iudices speciales.*
3 *Fiscus in Authorem laudatus vtitur priuilegio fori.*
4 *Emptores à Fisco Iudices fiscales habent pro re emptam.*
5 *Fideiussor pro reo aliquid in officio soluens pro eo potest reum in eo officio conuenire.*
6 *Fiscus non tenetur instantia capta per priuatum suum authorem.*
7 *Instantia iudicij per priuatum non obligat Fiscum successorem.*
8 *Fiscus appellans à sententia lata contra priuatum suum authorem, non immutat Iudicem, sed prosequitur coram Iudice appellationis.*
9 *Fiscus non trahit personas Ecclesiasticas.*
10 *Fiscus quando assistat tantum liti, nec potest causa remissionem petere.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium Num habeat locum in causis Fiscalibus.

QVAESTIO XL.

1 Regula sit negatiua, vt in causis Fiscalibus beneficium electionis fori alias competens miserabilibus personis cesset in tali casu, prout in proprijs terminis notarunt *Scaglion. in comment. ad Rit. Mag. Cur. Vic. 230. num. 3. Menoch. de arbit. Iudic. cas. 66. num. 52. Aretin. cons. 8. Marchesan. de commiss. in tit. de Auocat. caus. §. 2. num. 192. par. 2.*

2 Quæ sanè conclusio verificatur, tùm quia Fiscus est priuilegiatus ex parte sua, tùm etiam quia in Fiscalibus causis Iudex particularis ex principium Constitutionibus, & ex vsu designatus reperitur, nempè Procurator Cæsaris, qui de causis Fiscalibus cognoscit, *l. si vt proponis, C. de bon. præscript. l. 1. de offic. Procurat. Cæsaris, l. 2. vbi DD. & toto tit. C. vbi Fiscal. cauj.* in quo non mediocre Fisci priuilegium versatur contra regulam, *C. nè quis in sua causa,* prout aduertit *Alciat. cons. 12 nu. 11. lib. 8.* vbi propterea infert, quod Fiscus est formidolosus, & de Iure Regni loquendi Tribunal Regiæ Cameræ cognoscit de causis Fiscus tãgentibus, vt est prouisum *in prag. 13. Item vt Regia Camera, sub tit. de off procur. Cæs. & in pragmat. 62. eodem tit.* vbi nonnulla vtilia, & satis ad praxim conducibilia scripsi.

Licet quando in Prouincia non ad est Procurator Cęsaris, tunc Præses cognoscet, vt habetur per *Bar. in d. l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10.* vbi ita intelligit illum *tex. & glo. in l. defensionis, C. de iure Fisci eodem lib.* Vndè Fiscus siuè reus sit, siuè actor supra cumque causa Iudices suos habet, vt in citatis iuribus, *& in l. 1. C. de fide instrument. eod. lib. & in l. si constante, §. fin. ff solut. matrim. & l. cum eorum, C. de senten. Laudens. in tract. de Fisco q. 122. & 147. Lucan. in eiusdem nom. tract. par. 1. nu. 24.*

3 Et id quod dicimus, procedit etiam

si ipse fiscus sit in authorē laudatus, nā hoc non obstante adhuc est conueniendus in Regia Camera, vt habetur *per d. pragm. item Vt Regia Camera*, & de iure communi tradunt *glo. in l. 3. C. de iure Fisci lib. 10.* de quo latè *Couarr. pract. quaest. cap. 8. concl. 2.* licet contrarium fuerit decisum per Senatum Pedemontanum, teste *Thesaur. in dec. 213.* & latè disputando plures opiniones retulit *Capyc. in decis. 197.* de quibus meminit *Reg. Reuer. in comm. ad eandem pragm. nu. 2.* subdens, hoc esse intelligendum cum grano salis, nempè quando Fiscus re vera tenetur de euictione, secus si tamen constaret in promptu de interesse Fisci, Nam tunc Aduocatus fiscalis præiudicaret Fisco, nàm tacitè censeretur fateri, quod Fiscus tenetur de euictione suscipiendo onus litis, tanquam author laudatus, & esset aperire viam fraudi per quam omnes causæ deberent remitti ad Regiam Cameram, & ita ipso patrocinante pro Fisco, dicit fuisse decisum per S. C. & confirmatum per Collaterale Consilium in causa Monasterij Sanctorum Petri, & Sebastiani, cū Marchione Laini, Actuarius est Sarrus, vide quæ dico ipse in commentario ad eandem pragmaticam, *Thor. in comp. decis. Regni in verbo, Remissio, tom. 1. fol. 457.*

4 Insuper procedit etiam in emptoribus à Fisco, nā emptores etiam, & causam à Fisco habentes Iudices habent Fiscales, idcircò coram alio Iudice conuenienti procuratore à Fisco emptapetere possunt remissionem ad Iudicem vn ipsos Fiscales, casus est in *l. fin. C. si aduersus Castr. & in d. l. 1. C. de instrument. fide.*

Parte autem non opponente, nec Fisco remissionem petente valet processum coram Ordinario, *Soccin. Senior cons. 46. in 1. dub. in 4.* Vbi plenius scribit, de quo memini in meis *Commentarijs ad d. pragm. Item Vt Regia Camera, de offic. Procurat. Caes. Peregr. in tract. de iure Fisci lib. 7. tit. 1.*

5 Amplia tertio, etiam in fideiussore pro reo, in aliquo officio soluente pro eo, nàm talis debet conueniri in forum Fisci, & non tenent sequi forum rei, in fideiussor soluens in Camera pro debitore principali Fisci, seu emptore alieno nomine rei per Fiscum venditæ potest debitores suos, & bonorum possessores coram Iudicibus Fiscalibus conuenire, prout Fiscus ipse poterat, vt explificant iura illa, ponderando ibi elegeris, ad quod etiam est *tex. in l. fraudem, §. qui pro alio, ff. de iure fisci*. vndè actoris est electio, *Bald. Salyc. & Castr.* post antiquos *in l. si vendente, C. de senten*. Ideoque inferunt fideiussiorem in aliquo officio veluti maleficiorum, soluentem pro reo posse eundem reum coram eo Iudice conuenire pro sui indemnitate, licet alias sit Iudex incompetens, vt fuit dictum *Bart. in d. l. cum eorum*, quibus omnibus conducuit, quæ *Iason.* scripsit *in l. si quis, §. rationem, ff. de edendo, Peregr. de iur. fisci, lib. 7. d. tit. 1.*

6 Vt etiam Fiscus succedens in ius priuati non tenetur stare instantiæ litis cœptę pro, vel contra authorem suum, sed coram suis Iudicibus causa agi, & terminari debet, casus est *in d. l. si constante, §. fin. & Bald. in l. 1. coll. 2. C. de her. vend.* quamuis secus sit in priuato, *l. si cum hominem, ff. de fideiuss. cap. quia, extra de iudic.* hoc tamē dictum limitatur, cùm Fiscus succedit iure hæreditario, tunc enim iudicij instantia ab illo Iudice non remouetur, quia Fiscus tunc priuato succedit in præteritis, & connexis priuato iure vtitur, *l. fiscus, qui in priuati, ff. de iure fisci*, sic sanè concludunt *Bald. Angel. & Castr. in d. l. si constante, §. fin. Alex. cons. 22. lib. 6.* & horum opinionem sequitur *Alexand. d. §. fin. post Imol. in d. l. si cum hominem*, nè alioquin pereat instantia in præiudicium actoris, *& tex. in d. §. fin.* respondet, quod loquitur in casu cum Fiscus succedit in bonis per publicationem, non iure successionis hæreditario.

Veruntamen licet in via disputatiua, multa dici possent, circa intellectum *d. § fin.* ex scriptis *per DD. ibi, & per Dec. in d. cap. quia*.

Conclusiuè tamen, cùm in priuatis causis decisum habeamus, tàm in actore, quàm in reo, instantiàm transire cōtra successorem, *l. si petitor, ff. de iudic. & l. si cum hominem, ff. de fideiuss.* etiam quod sit successor bonorum tantum, *l. tàm ex contractibus, ff. de iudic. l. 2. ff. de castr. pecul. d. cap. quia de extra iudic.*

Et cùm in Fisco contra reperiatur decisum *in d. §. fin.* ideò speciale in Fisco esse fateri, melius est ea ratione

7 quia Fiscus habet Iudices speciales, siuè succedat in persona, siuè in bonis, vt post *Bart. ibi* tradunt *Ang. in l. si Vt proponis, C. de bon. damnat. Abb. & Butr. in plurisci-*

citato cap. quia extra de iudic. Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. nu. 5. Salyc. in l. 1. C. si pendent. appellat. vbi per illum tex. dicit, hoc procedere, quando Fiscus succedit priua-
8 to durante prima instantia, secus si post latam sententiam in causa appellationis, nam eo casu Fiscus tenetur iudicialia appellationis prosequi, vt etiam voluit Lucan. de priuileg. fisci, num. 70. & latius videndus Peregr loco cit.

Et Fiscus coram suis Iudicibus trahit illos, contra quos ex suo priuilegio, vel alia ratione actiones suas dirigere potest; veluti debitores suorum debitorum, ex tex. in l. 1. C. de condit. ex leg. si debitum, C. quando fiscus, vide quæ dixi in comment. ad prag. item Vt Regia Camera, de off. procur. Cæsar. Vbi plura in materia cumulaui.

9 Limita supradicta non procedere in personis Ecclesiasticis, quas Fiscus trahere nequit ad latè tradita per Afflict. qui sic decisum refert in dec. 2.

10 Et declara, quod vbi Fiscus non habet interesse formatũ, sed dubitatur, nè ex lite inter partes posset oriri, in tali casu, nec remittitur causa ad Regiam Cameram; sed datur facultas assistendi tantum Aduocato Regij patrimonij, vt tradit Præses de Franch. dec. 117. post nu. 2. & vide Tesaur. dec. 213. post nu. 4. & ibi pariter Gasp. Fil. in addit.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori cessat in causis minimis.*
2 *Iudex, à quo potest cognoscere de causa, non obstante Auocatione, si illa sit modici valoris.*
3 *Modica non habentur in consideratione.*
4 *Remissio causæ cessat in paruis delictis.*
5 *Petitio restitutionis in integrum, quando impediat sententiæ executionem.*
6 *Legentes minimam partem librorum prohibitorum non sunt excommunicati.*
7 *Citatio ad informandum relaxari non debet, in causis parui momenti.*
8 *Dispositio generalis parua non comprehendit.*
9 *Debitum modicæ summæ non continetur sub appellatione debiti.*
10 *Appellatio in causis minimis non datur.*
11 *Appellatio interposita ex Regiarum Audientiarum Tribunalibus ad M. C. vel ad S. C. remittuntur eisdem Audientijs, si sint causæ modicæ.*

ARGVMENTVM:

An in causis minimis, & parui momenti habeat locum electionis fori priuilegium.

QVAESTIO XLI.

1 Regula sit negatiua, ea ratione nè partes litigantes pro modica re defatigentur, & plus sit exitus quam introitus, & ideò æquitas suadere debet, quod in huiusmodi casu cesset tale beneficium priuilegiatis personis, quod credendũ est in similibus causis tam parui momenti non posse habere perhorrescentiam aliquam ex modicitate materiæ, & subiecti, & consequenter cessare debet priuilegium ipsum, nec pro modica & leui iniuria recepta debent aures Supremorum Tribunalium increpare, cap. anteriorũ, §. illud 2. q. 6. & ibi Card. Cechier. de iurisdict. in exempt. par. 4. 487. prout in facto dicebam cum doctissimo D. meo Genitore Io. Dominico Nouario, & deindè ita reperi in terminis teneret Cur. Philippic. par. 1. §. 9. num. 15. Azeued. in l. 10. nu. 3. tit. 3. lib. 4. noua recopilat. Barbos. in remiss. DD. ad ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 1. num. 3.

Et secundum Sese in tract. de inhibition. instit. Aragon. cap. 25 fol. mihi 749. Iudex, à quo non obstante reuocatione potest
2 cognoscere de causa, si illa sit modici valoris, annuens, quod illa non est tractanda in locis remotis, nec est trahenda ad Regiam Audientiam, & ideo in euocatione perhorrescentiæ non comprehenduntur causæ non excedentes sexaginta solidos, sicuti etiam executãtur non obstante firma, allegat Bardax in tract. de offic. gubern. q. 5. nu. 69. fol. 88. in fi. & ita testatur suis temporibus vidisse declarari.

Quæ regula fundari potest ex illa
3 communi traditione, quod modica non sunt habenda in consideratione, nec de eis est curandum, l. si oleum, §. fin. cum l. seq. ff. de dol. quia nocere non possunt, cap. si proponente, & ibi glo. de rescript. & modica semper sunt excepta, Card. Tusc. concl. 238. lit. M. nu. 5. vbi plura concernentia cumulat annuens, illa habere multa priuilegia, & specialia, & de minimis non

curat prætor, vulg. *l. scio, ff. de in integr. restitut.* cum latius cumulatis per *Ias. in l. sciendum, ff. qui satisd. cog.* & per nos *lib. 1. forens. quæst. 37. & 54.* vbi plura huius farinæ reportata sunt.

4 Facit, quia remissio causæ cessat in paruis delictis, *Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. q. 7. nu. 49. D. Ricc. in praxi fori eccl. resol. 78. par. 2.*

5 Quibus iungitur, quod in praxi videmus, quod licet petitio restitutionis in integrum impediat sententiæ executionem, per *tex. in l. si causa cognita, C. de transact.* etiam si esset sententia Principis, & Sacr. Consilij, *Afflict. dec. 356. nu. 4. Præs. de Franch. dec. 702.* tamen secus est in causis minimis, *Galupp in prax. S. C. p. 3. c. 6. n. 19.* & pro modica læsione, non conceditur restitutio in integrum, *Maring. in pract. sup. Rit. M. C. Sicil. vota 104. n. 2. col. 2. f. 112.* vbi allegat *l. si dolum in fin. ff. de dol. & in l. sero, ff. de in integr. restit.* addo latius *Caballin. milleloq. 777.*

6 Et confert nam legentes minimam partem librorum hereticorum hæresim continentium, vel de Religione tractantium non incidere in excommunicationem Bullæ Cænæ Domini, notarunt *Graff. decis. lib 4. cap. 28. nu. 45. Azor. instit. moral. lib. 8 par. 1. cap. 16. quæstio. 3. San. lib. 2. Decal. cap. 10. nu. 32.* vbi per paucos versus intelligit vnam solam paginam quamuis sit ex voluminibus maioribus, sequitur *Duard. in explicat. eiusdem Bull. lib. 2. can. 1. quæst. 46. num. 4. fol. mihi 163.* vbi alios citat concordantes, & contrarijs satisfacit, quod habui in facto rogatus de voto ab Adm. Reu. P. Prouinciali S. Francisci de Paula huius Ciuitatis Neapolis.

Intantum, quod sicuti pro modica febri non est recurrendum ad apothecam remediorum, nec ad schamoneam, *Bal. in cap. cum adeo, n. 5. de rescript.* Ita pariter in causa modicæ summæ, & paruæ quantitatis non debet concedi recursus ad supremа Tribunalia Principis, quæ pro magni momenti causis adiri debent.

7 Et citatio ad informandum relaxari non potest in causis criminalibus, nisi sint magni momenti, *ex prag. 39. de off. magist. Iustit. Viu. dec. 121.*

Et confert in simili practica Dohanæ Menepecudum Apuleæ, quæ licet recognoscat singulos suos locatos in omnibus eorum causis, Tamen quando ipse locatus paruam quantitatem ouium possidet, non facit eum potiri dicto priuilegio fori, habens oculos ad paruitatem materiæ; Prout & literæ Regiæ solitæ expediri per M. C. V. & per scriptorium Suæ Excellentiæ, & per Tribunalia contrabandorum cum præcepto, quod aliquis se conferat infra dies, &c. pro Regio seruitio, &c. sub pœna ducatorũ mille Regio fisco, non debent relaxari pro re minima, sed iure magni momenti, vt considerat *Mauson. in tract. de contrabandis, q. 13. nu. 19.* vbi *nu. 11.* affirmat, Iudicem in causis magnis procedere posse ex præcepto, maximè vbi iudicia sufficientia non adsunt ad inquisitionem formandam ex *Boss. in tract. crimin. quando procedatur per præceptum, Clar. in pract. crim. quæst. 31. Vers. Item quæro numquid possit Iudex.*

Nec obstat, quod priuilegium istarũ personarum situatum in *l. vnic. C. quando Imper. & in Const. Regni, Statuimus,* loquatur generaliter, nõ aperiens causas momenti, vel parui ponderis, & sic indistinctè debet procedere in singulis causis, vlla facta exceptione magnarum, vel minimarum.

Nam respondetur in iure non esse nouum, quod qualibet dispositio generaliter loquens non comprehendat paruas, nec causas minimas, *Afflict. in prax. iudic. §. 26. cap. 1. nu. 3. Leon decis. Valent. 113. nu. 9. lib. 1.* intantum, quod prohibitio alienationis domorum in forenses non habet locum in alienãte paruas domus, *Mascard. de probat. concl. 5. num. 50. Giurba in consuet. Messan. glo. 1 cap. 16. nu. 14.* & dispositio loquens de debitoribus non applicatur ad modicum debitum, *Alex. consil. 188. lib. 7.* itaut statutum, siuè pragmatica faciens mentionem de debitore, vel creditore non habet locum in creditore, vel debitore modicæ summæ, *Glo. in Auth. iam necesse, C. de donat. ante nupt. Corn. in l. 1. col. pen. ff. si cert. petat.* & ideò licet curator minoris nequeat esse quis est debitor, *Auth. minoris debitor. C. qui dar. tutor. vel curat.* Tamen ibi *Glo. in Vers. debitor,* docet, quod si est in modica quantitate debitor non prohibetur, sequuntur *Bal. in l. cum in eo, nu. 2. ff. de pact. Lopez in l. 14. Hypp. in glo. deudores, tit. 16. par. 6. Piagg. in tract. de tutor. & curator. quæst. 3. nu. 19. Guttier. de tutel. cap. 20. n. 13. par. 1.*

Et iuxta hanc opinionem expeditæ fue-

fuerunt prouisiones à Magna Curia Vicariæ in anno 1628. de Mense Decẽbris in causa Theodoræ de Leo cum Io. Ferdinando dello Sinno, nam cùm conuenta esset dicta Theodora ad soluendum ducatos octo, quos debebat ipsi Io. Ferdinãdo ex causa remediorũ præstitorum, & per Curiam Terræ Pistitij fuisset citata pro tali causa, & elegisset in forum M.C.V. tanquam vidua, cùm Io. Ferdinandus Actor comparuisset in Magna Curiæ Vicar. expeditæ fuerunt prouisiones directæ supradictæ Curiæ Pistitij, vt stante quod tractatur de modica summa, procedat in dicta causa allegata electione fori non obstante; Iudex fuit Camillus de la Ratha, Actuarius Petrus Antonius Sclauus, & scriba Franciscus Antonius de Santis.

Quare cùm ad instantiam Caroli de Palma fuisset conuenta in R.Cur.Plagiani Desiata de Rocco ad soluendum sibi ducatos quinque, & tarenorum vnum, quos debebat pro rebus commestibilibus sibi præstitis, licet per eandem Desiatam tanquam viduam qu. Sebastiani della Lama fuisset opposita exceptio electionis fori in Regia Audientia Principatus Citra, & Basilicatæ, ego tamen procedendum esse ad vlteriora mandaui opposita electione fori non obstante, & probato, ac verificato debito illam condemnaui ad soluendum prædictam quantitatem, & sententia executa fuit.

10 Facit in simili, quod in causis minimis & breuioribus, non datur appellatio de iure ciuili, *Auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex pericul. recitand.* latè *Scaccia de appell. q. 17. lim.* 40. Et appellatio interposita ex Regiarum Audientiarum Tribunalibus Regni ad Magnam Curiam, vel ad Sacrum Regium Consilium in
11 causis modicæ summæ, non solet admitti, sed illæ eisdem Audientijs remictũtur, idest illarum Præsidibus, & Gubernatoribus cum voto *Doctoris* non suspecti eligendi, vt cautum est *in prag. 7. §. 2. & 4. de off. S. R. C.* de qua meminerunt *Carau. in rit. M C.V. 52. sub nu. 2. Tartagl. in praxi ciuil. c. 6. col. 5. Muscatel. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. glo. tenebitur nu. 2.* & nouissimè videndus est *Thor. in compen. decis. Regni in verbo Appellatio interposita to. 2. pag. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Causa alia ciuilis, alia criminalis, & qua sit ciuilis, & qua criminalis, nu. 2.*
3 *Causarum ciuilium alia sunt infima, alia humiles, nu. 4. alia media n. 5. & alia maxima nu. 6.*
7 *Causa an dicatur magna, vel minima Iudicis arbitrio reponitur, & nu 8.*
9 *Modica summa quanam appelletur, & n. 10*
11 *Causarum criminalium alia sunt laues, quandam atroces, & alia grauiores.*
12 *Iniuria grauis qua dicatur remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Causæ modicæ, & parui momenti quænam appellari possint, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus ad effectum vt electionis fori priuilegium cesset.

QVÆSTIO XLII.

Stante quod supra determinaui mus, electionem fori cessare in causis minimis, modicis, & parui momenti, ideò oportet hic discutere, quænam taliter appellari pos-
1 sint, sed quia nomen (Causa) substantialiter tanquam generale continet ciuilem, & criminalem, ideò antequam ad vlteriora procedamus breuitati studẽdo, & omictendo plura, quæ hac occasione cumulari possent inherendo communiori, & crebriori DD. sententiæ firmamus causam dici ciuilem, quando agitur ad priuatum commodum, siuè tale commodum descendat ex contractu, siuè ex delicto *glo. in l. 3. in verbo, centum aureorum, & ibidem Bar. ff. de sepulchr. viol.* latè *Asinius in sua praxi iudic. cap. 5. à num. 14. Vestr. in pract. lib. 3. cap. 2. num. 2. Marant. in specul. par. 4. dist. 1. nu. 2. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 1. Scaccia de Iudic. caus. ciuil. cap. 5. Buccaron.* recenter *in different. inter Iudic. ciuil. & crimin. in probem. Calà de modo artic. gl. 2.* vbi plura refert exempla, quando causa dicatur ciuilis, *Dom. Ricc. dec. Cur. Archiep. 58. p. 4.*

2 Criminalis verò iuxta pariter communem DD. vocem nuncupatur causa illa, per quam fisco pœna applicatur *glo. in l. 3. ff. de sepulchr. violat. Blanc. in praxi crim. par. 5. nu. 58.* vbi de magis recepta

sententia testatur. *Duaren. lib. 1. dispept. Anniuers. cap. 35. Mascard. de probat. conclus. 464. Preses de Franch. dec. 162. n. 15. & seq. Viu. in silua commun. opin. concl. 172. num. 3. Boer. dec. 394. Menoch. de arbit. Iud. cas. 265. num. 4.* & ad materiam vide luculenter *Farinac. in pract. crim. tit. de var. ac diuers. crimin. q. 100. cap. 1.* vbi ad saturitatem loquitur.

3 Causarum autem ciuilium aliquæ sunt infimæ, & tales appellari possunt illæ, quæ infra summam trecentum solidorum existunt, *ad tex. in l. 1. ff. de off. eius cui mandat. est iurisdict. §. iudicare, & §. audient. Auth. de defens. Ciuit.*

4 Aliæ nuncupantur humiliores, & sunt quæ tercentos aureos non excedunt, *§. Audient. Authen. de Iudic. Gotofred. in sua prax. ciuil. tit. de iurisdict. omn. Iud. lib. 2.*

5 Aliæ appellantur mediæ, quæ prædictam summam infimarum excedunt iuxta terminos *tex. in l. placet, in princ. C. de pedan. Iudic.*

6 Aliæ tandem maximæ nominantur, & sunt quæ ad merum pertinent imperiū, ad tex. *in cit. l. placet. §. non ita, Specul. in rub. de iurisd. nu. 8. par. 1.*

Causarum pariter aliqua dicitur minima, aliqua magna, & alia maxima, vt notauit post antiquiores, *Viu. dec. 136 nu. 6.*

7 Et à Iudicis arbitrio dependere debet, si in rei veritate dicatur minima, magna, vel maxima, vt plenè deducit *Menoch. de arbitr. iud. cas. 27. nu. 10.* & est communis Doctorum sententia testibus *Gutt. lib. 1. canon. quæst. cap. 11. num. 62. & Muscatell. in praxi S. C. par. 1. glo. petitur, nu. 28.* annuentibus, quod causæ magnæ, vel paruæ dicuntur inspecta personarū qualitate ante eos *Curt. Iun. in l. 3. nu. 28. ff. si cert. pet.* addo *Carroccin. tract. de locat. & conduct. q. 7. nu. 57. par. 1.* nam causa, quæ inter diuites potest esse minima inter pauperes fortassè erit magna, plenè *Ias. in l. admonendi nu. 222. ff. de iureiur.* latè *Scaccia de appell. q. 17. lim. 40. num. 5. & seq.* vbi benè loquitur.

8 Similiter nō dicatur vilis, vel modica Iudicis arbitrio standum est, qui personarum qualitate inspecta considerabit, an sit modica & vilis, prout & parificatur, quoties causa ventilatur inter viles personas, nam etsi causæ non sint viles, adhuc tamen respectu personarū, inter quas illæ agitantur viles nuncupari valent, *Abb. Panorm. in cap. 1. num. 17. de libell. oblat. Gotofred. in praxi ciuil. lib. 2. tit. de edendo, Burg. in tract. de modo proceden. ex abrupto q. 5. nu. 37 cent. 1.*

9 Modica tamen summa appellari potest, quando est vsque ad viginti carolenos, ad tex. *in l. si oleum, §. fin. ff. de dol.* item quando infra duos Augustales, seu infra triginta carolenos lis vertitur, quo in casu causa appellatur summaria in Regno, vt habetur *in Constit. incip. dilationes, tit. de dilat.* per quam cautum est in causa supra duos Augustales porrigendum esse libellum, *Niger in cap. Regni adhoc quod nostrum, nu 8. Gramat. cons. 50.* in tantum quod est determinanda verbatenus & non scripto, vt dixit *Paris de Put in tract. de synd. in vers. libellus qualiter formetur cap. 2. nu. 6.*

Pariter modica summa appellari potest causa infra duas vncias, & sic dum
10 non excedit summam ducatorum sex, quo in casu videmus instrumentum infra talem summam nō liquidari ad formam ritus, vigore *Rit. M. C. V. 183. Gramm. par. 3. declar. 4. de præsent instrum. Frece. in eodem tract. par. 15.* vbi etiam *Fusc. in addit. lit. A.* nisi dicta summa fuisset ex residuo maioris summæ, *Galter. in pract. instrument. in 2. 1. par. vers. Aduertat ad debita, nu. 37.* & ante eum *Caran. alleg. rit. 1.*

Prout per decretum Regiæ Cameræ Summariæ vidua, habens in bonis citra vnciam vnam annuatim, vel tantundem non tenetur ad solutionem collectæ, *Manson. de caus. executiu. lib. 1. ampl. 29. n. 129* vbi quod in dies vigore huius decreti expediuntur prouisiones ad fauorem viduarum.

Imo causa octo ducatorum dicitur modica inspectis prouisionibus expeditis per Magnam Curiam Vicariæ ad instantiam Io. Ferdinandi de Sinno, vt retuli superiori *quæst. in fi. vers.* Iuxta.

Licet etiam pro modica summa reputetur quoties non excedit duas vncias, & sic duodecim ducatos, quoad effectum non recipiendi appellationem, restat dandi causa executionem, constat *ex rit. M. C. V. 257.*

Et in terminis huius priuilegij electionis fori, causa parui valoris in Hispania intelligitur quantitas vsque ad sex milia realia, vt dicit *Barbos. in remiss. ad ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 1. n. 30. pag. 229. col. 2.*

Sed hactenus de causis modicis in materia ciuili locutum fuisse sufficiat;

De-

Deueniendo autem ad criminales paucis contenti affirmamus illarū aliquas
11 posse appellari leues, quędam atroces, siuè graue, aliquę grauiores, & atrociores, & alię grauissimę, siuè atrocissimę, quę vt tales sint arbitrio Iudicis standum esse scribunt, *Clar. in praxi crim. § 1. & ibi Baiar. Card. Tusc. concl. 1077. lit. C. & concl. 161. lit. D.* largè *Farinac. in pract crim. tit. de de delict. q. 18. à nu. 61.* & percipitur ex *Menoch. de arbit. Iud. cas. 266.* vbi declarat, quod dicatur delictum graue, & qui excessus enormis annuens *in cas. 263.* quę, & qualis dicatur grauis, & atrox iniuria eius gradus enumerando, & Iudicis arbitrio remicti tandem concludit, vide pariter *Tesaur. decisio. 229. & Farinac. in pract. crim. q. 105. inspect. 4.* apud quem in hac materia latiori pelago nauigare poteris.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non datur in causis executiuis.*
2 *Causa est summaria vbi sumus in executiuis.*
3 *Lis non contestatur in executiuis, nec libellus offertur.*
4 *Ordo non seruatur in causis executiuis.*
5 *Reprobatio Testium non datur in causis summarijs.*
6 *Semiplena probatio sufficit in causis summarijs, Et illa possunt terminari iuramento partis, nu. 7.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori Num concedatur in causis executiuis, & summarijs.

QVAESTIO XLIII.

1 Regula sit priuilegium eligendi forum cessare in causis executiuis & summarijs, prout in varijs quippè casibus vidi seruatum in nostris Regijs Tribunalibus & sic non practicatur tunc fori electio, sed vbi cęptum est iudicium exequitur, & perficitur, non obstante quauis declinatione petita, vt per *Carauit. in Ritu M. C. V. 166. à nu. 73.* quem in proprijs terminis *l. vn. C. quando Imper.* loquendo tradit *Capibl. pract. quaest. super pragm. 8. de Baron. cap. 43. n. 5.* vbi quod in executiuis, & summarijs celeritas est seruanda, ita quod abdicata in ijs, censetur data potestas, nisi persona priuilegiata compareret, & faceret depositum, nam tunc super reliquis, in quibus peteret audiri plenariè posset eligere forum, iuxta ea quę dixit in eadem *prag. 8. num. 83. par. 1. tom. 1.*

2 Redditur inquam causa summaria, si agitur de executiuis, *Soccin. cons. 75. n. 7.*
3 *Castrens. cons. 48. vol. 3.* & ideo in illis lis non contestatur, secundum *Gui d. Pap. sing. 698. Barbat. cons. 12. nu. 13. vol. 3. Alex. cons. 181. n. 7. & 16. vol. 6. Rot. in nouiss. dec. 3. de lit. contest.* Nec libellus offertur, sed per viam actus executio postulatur, *D. Reg. Valenz. cons. 21. nu. 2.* & lis tunc contestari dicitur, quando reus se opponit executioni negando se debere, & petendo reuocationem executionis, vt iuxta communem resoluit *Foller. de censibus ad finem, §. qua quidem executio, nu. 36.*

4 Et similiter in causis summarijs ordo non seruatur, nec sollemniter proceditur *ad tex. in clem. sapè, de verbor. signific at. Felin. in c. nouit, de iudit. Bart. in extrauag. ad reprimendum, nu 73. Mysing. obseru. Camer 70 centur. 3. & in alia 44. cent. 2. Imbrian. in tract. de primo, & secundo benef. consid. 4. n. 2. D. Ricc. collect. dec. 1202. p. 4.* Nec testium reprobatio habet locum in causis summarijs, *Affl. dec 351.* ac sine scriptis in
5 eis proceditur, vt per *Ias. cons. 2. vol. 3. & Menoch. de arbitrar. Iudic. q. 18.*

Immo Officialis cogi potest, vt in eis procedat summariè, & sine scriptis, nisi de voluntate partium ordinariè ceptæ fuerint, vt inquit *Roman. cons. 132.*

6 In quibus causis summarijs sufficere semiplenam probationē, dixerunt *Bart. in l. 3. §. causa, in fine, ff. de Carbonian. adict. Gabr. cons. 25. num. 2. vol. 1. & Aret. cons. 66. nu. 10. Cacher. dec. 38.* & ideò vnicum testem in eis sufficere, docet *Couarr. practic. quaest. cap. 6. nu. 8. Dec. consil. 56. num. 1. & Decian. cons. 66. nu. 3. vol. 3.* qui vnicus testis debet esse omni exceptione maior, vt ait *Menoch. praesumpt. 35. nu. 32. Benintend. dec. 62. nu. 14.* & quod sit talis debet articulari, & probari, *Bart. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. testam. aper.*

7 Immo, & iuramento partis possunt causæ summariæ terminari, *Guid. Pap. decis. 64. D. Ricc. collect. dec. 1202. p. 4.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Causæ ciuiles alia sunt ordinaria, & alia summaria.*
2 *Causa quando dicatur summaria, & quæ causæ summariè sint agitandæ, nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 26. 27. 20. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.*
16 *Decretum in alienatione bonorum pupilli est interponendum cum causæ cognitione.*
23 *Dilationes omnes sunt cohartandæ, vbi agitur de alimentis.*
24 *Alimenta sunt iuris naturalis.*
25 *Appellatio non datur à decreto alimentorum.*
28 *Pupillus apud quem sit educandus, & multa in materia educationis reponuntur.*
30 *Actio quænam competat pro damno dato.*

ARGVMENTVM.

Causæ Summariæ, & Executiuæ, quænam dicantur ad finem de quo supra.

QVAESTIO XLIV.

PRo ornatu dictorum in superiori quæstione reducendo omnia ad practicã notare debemus, quod Causæ ciuiles aliæ sunt ordinariæ, aliæ summariæ.

1 Causæ ordinariæ quidem sunt, in quibus Apicibus iuris seruatis proceditur, *argum. tex. in §. 1. Instit. de success. sublat.* ac seruatis omnibus iuris sollemnitatibus iudiciorumque substantijs, alias si aliquid deficiat ex sollemnitatibus iudiciũ tunc inualidum centeri, scripserunt *Bar. in l probatam, C. de sentent, Roman. cons. 220.* in causis enim ordinarijs proceditur omnibus iuris sollemnitatibus seruatis, *clem. sæpè de verb. signific.* Intantum quod ordinarium iudiciũ dicitur illud, quod ordinariè tractatur iuris ordine seruato, vbi offertus libellus, lis contestatur fit publicatio interuenit cõclusio, & vbi debent adesse sollemnitates iuris positiui, de quibus *in l. 1. & in auth. offeratur, C. de lit. contest. & in l. prolatam, vbi DD. C. de sentent. & in cap. quoniam contra, de probat*

2 Causæ autem summariæ sunt, in quibus absque libello proceditur absque figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, *Gramat. dec. 103. nu 141. Carauit. in Rit. M. C. V. 288. Mascatell. in praxi S. C. in glo. libellus,* quãuis in Regno omnes causæ sint summariæ, per *cap. Regni detestantes, & vigore prag. 1. de ord. iudic.* vbi plura diximus in *collectan. decision.* vt poteris videre.

3 Inter quas quidẽ causas summarias reponitur illa decimarum, *clem. dispendiosam, de decim.* in qua procedi debet simpliciter, ac de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, quinimò Officiali incontinenti requiritur, tenetur licentiam exequendi impartire, videndus est *Cancer. var. resol. p. 1. c. 23. de decimis.*

4 Et causa summaria est dotis, quando pro dote restituenda ageret mulier, vel vir pro dote promissa sibi restituenda, *Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 14. num. 72. in fine.*

5 Et causa summaria dicitur, quando agitur contra gabellarios platearios, ac passagerios, & quando noluerint soluere, vel gabellarij exigerint indebitas gabellas, quia tunc de plano, ac celeriter procedendum per *Const. Reg. Authoritatem, vbi Affl. & Iser.*

6 Et causa summariè agitanda, quando debitor non habet bona mobilia, neque super quibus posset excqui, quia facta summaria inquisitione per relationem iurati fit decretum, quod stante defectu bonorum capiatur de persona, *Mating. dec. 91.*

Et causa quando fuit exequuta in bonis alienis, quia summariè debet hoc iudicium cognosci, cuius sunt bona, & si apparebant esse debitoris exequutio orocedet, sin autem tertij comparentis, tunc restituentur tertij, & sic alia exequutio contra debitorem, *Mascat. in practic. app. par. 3. glos. seruata, à num. 40. vsque ad num. 52.*

Et causa summaria dicitur, quando emptor promisit facultatem venditori redimendi intra certum tempus, quia potest de directo venditor offerre pretium, & petere sibi fieri retrouenditionem, nullo procedente iudicio ordinario super promissione de retrouendendo, *Papon. lib. 11. tit. 6. arrest. 7.* quod nõ approbo in Regno, in quo seruatur contrarium.

7 Causa summariè agitanda est, vbi tra-
cta-

datur de Officialium sindicatu, in causa enim sindicatus summariè, & sine libello proceditur, *Bar. in §. necessitatem, in Authen. Vt Iudice sine quoq. suffragio, Tepat. variar. sentent. tit. 81. cap. 16. de pœna Iudic.*

8 Causa summaria cũ postulatur cautio damni infecti, & hoc quia celeritatem desiderat, *l. 1. ff. de dam. infect.* & quia Iudicis officium expenditur, *l. 4. §. hoc autem, ff. eod.*

9 Et causa summatim agitanda est in funeralibus, *Rebuff. in Const. Galliæ tract. de sentent. prouisio. in præfat. nu. 39. tom. 1.* adeò vt expensæ funeris, statim repetantur non expectata dilatione legali, *l. 6. ff. solu. matrim.* & ante omnia sunt deducenda de hæreditate *Cassan. in Consuet. Burgund. des droict. rub. 4. §. 9. glo. 7. nu. 5.* & vt necessariæ deducuntur æs alienum de *Rauen. singul. 689.* maximè à marito sint facta, qui non tenetur sepellire vxorem de proprio, sed de dote, *Caball. milleloq. 53.* & tunc datur marito actio contra vxoris hæredes, idem *Caballin. milleloq. 678.* & dixit Rota *in vna Recanaten. funeralium, coram R.P. Damasceno.*

Item causa summatim agitanda, si petatur caueri super stipulatione, *l. 1. §. 1 ff. de Prætor. stipulat.* Et causa quando le-
10 gatarius petit satisdari pro legato, & quæritur, an legatum sit relictũ, vel nè, *l. si is à quo, ff. vt in poss. legat.* & causa summaria est cognitio restitutionis in integrum, *Innoc. in c. cum venisset, & in c. ex literis, de restit. in integ.*

11 Et causa summariè tractanda est in notorijs criminibus, in quibus summatim proceditur, cum omnis iuris solemnitas sit remissa, *Grammat. dec. 65. num. 8.* In notorijs enim ordo, est ordinem non seruare, sed non est hoc tollendæ sunt defensiones, res depositas suas excusationes proponere, *Bar. in l scriptus, ff. de relig. & sumpt. funer.*

12 Et causa summariè cognoscenda est, quando actor agendo actione reali, vel personali reo absente contumaciter petit tenutam, *l. 1. C. quor. app. non recip. §. si verò, in Auth. de hæred. & falcid 42.*

13 Et causa summatim agenda, quando petitur super causa fieri certas interrogationes, & pars neget fieri, *l. si defensor, §. illud, ff. de interrogator. actionib.* & causa summariè terminanda, vbi petitur declaratio obscurè, vel ambiguæ sententiæ ex officio superioris, *c. in his, & c. olim tibi de verb. signific.*

14 Causa summaria est, quando confirmatur tutor testamentarius, vel curator, *l. qui habet, §. quolibet, ff. de tutor. l. nec mãdante, §. dari, ff. de tutor. & curator. dat. ab his.*

15 Causa summaria est, vbi agitur de venditione bonorum stabiliũ pupilli, quia mediante Iudicis decreto summariè procedendum est, *l. lex quæ tutores, C. de*
16 *administr. tutor.* quod decretum interponendum est cum causæ cognitione, & in scriptis, *Innoc. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien.* alias inualidum erit, *Put. dec. 364. lib. 1.* latè in materia *Simoncell. in special. tract. de decret. minor.*

17 Causa pariter summaria vocatur, & summariè proceditur, vbi filius declaratur hæres ex testamento, & fit preambulum, absque citatione partis, per *Rit. M.C.V. 181. Affl. in Const. Regni ees, qui sciẽter, nu. 7. Bald. in l. ea quæ num. 11. C. quomodo, & quando Index.*

18 Causa summaria reputatur, vbi petitur venia à Curia, quæ datur liberis ad in ius vocandum parentes, vt dicit *Bal. in l. ea quæ, nu. 11. C. quomod. & quando Iudex Carauit. Rit. 181. nu. 5.* & est necessaria omnibus, qui volunt vrgere in ius personas, quibus debetur reuerentia, *tot tit. ff. & C de in ius voc. Duen. reg. 35. Ias. in §. pænales, nu. 52. & ibid. Gomes. nu. 23. Institut. de action.*

19 Causæ agitandæ in Curijs nundinarũ adhuc sunt summariæ, quia in illis summariè proceditur, sollẽnitatibus omissis, & absque omni alio processu iudiciali, vt latius diximus *lib. 2. forens. quæst. cap. 32.*

20 Causa summaria dicitur, vbi respicit obligationes penes acta stipulatas, quæ solent habere executionem paratam, vt dicit *Glos. in Auth. generaliter, C. de Episcop. & cleric.* & diximus *forens. quæst. lib. 1. vide Rit. M.C.V. 128. & Carau. in ritu 44. nu. 13.*

Causa summaria est attentatorum, *Rota in antiqu. decis. 1. & 2. de appellat.* latè *Gratian. decis. Marchiæ 70.* vbi causa at-
21 tentatorum, quando dicatur summaria & priuilegiata, itaut in ea non debeant seruari termini seruandi in causis ordinarijs, & reuocentur in primis, & ante omnia pendente causa nullitatis, & vbi constat de notorio non iure.

22 Causa summaria est alimentorum, secundum *Gomes. in §. præiudiciales, num. 5. Instit. de action. Maranta in pract. par. 4. dist. 9. nu. 52.*

nu. 52. fol. 80. Reg. Valenz. in conf. 10. num. 11. vltra alios recentiores; nam cùm respiciant necessariam corporis substentationem, & vitæ subuentionem non requiritur libellus, nec alia iuris follem-
23 nitas cum Iudicis officio expediatur, vt dixit Iaf. in d. §. præiudiciales, num. 24. Marant. d. par. 4. dist. 9. nu. 168.

Immò & dilationes omnes sunt cohartandæ, vbi de alimentis agitur, Bart. in l. 2. ff. de re iud.

Ex quo venter dilationem ferre non potest, vt inquit Menoc. de arbit. Iud. cas. 52. ita vt etiam die feriato tractari possit, ad tex. in l. 2. ff. de fer. Ratio illa potissima
24 videtur, nam alimenta iuris naturalis sunt, cap. pasce, dist. 86. l. necare, ff. de liber. agnoscend. l. 1. §. huius studij, vbi Doct. ff. de iust. & iure; Et adeò alimenta sunt priuilegiata, vt à decreto alimentorum,
25 seu mandato de exequendo, non possit appellari, ita Reg. Valenz. in d. cõs. 10. n. 17. quoad effectum tamen suspensiuum, secus verò quoad deuolutiuum, nam licitum est appellare, sed non retardatur exequutio, Triuis. dec. 16. nu. 7. lib. 2. Aret. cons. 97. Gram. consil. civ. 146. nu. 14.

Aliud speciale est, vt pro eis possit exequi insolidum contra plures hæredes, secundum Praf. de Franch. decisi. 203. & sunt priuilegiata, vt possint alimenta solui anticipatè, Praf. de Franch. decis. 155. nu. 2. & per litis pendentiam non impeditur alimentorum præstatio, Speculat. in tit. de appellat.

26 Causa summaria est vbi tractatur de legatis pijs, Reg. Valenz. cons. 10. nu. 11. in quibus procedendum est summariè, & de plano, secundum Speculat. lib. 2. tit. de instrument. edit. §. nunc verò, num 57. Bald. in lect. l. 1. num. 49. C. de sacros. Eccl. vbi Franc de Aret. priuil. 6. & Tiraq de priuileg. piæ causæ priuil. 157.

Et sic exequutiuè procedendum in eis tàm coram Iudice sæculari, quàm Ecclesiastico, vt idem Dom. Reg. dixit ex doctrina Bald. in l. hæreditas, §. si defuncto, num. 1. ff. de petit. hæred. And Sicul. in cap. si hæredes, col. 13 de testamen. quos sequitur Doct. de Paz in praxi tom. 3. c. 5. §. 4. num. 49. quia eius solutio retardari nequit ob suam pietatem, l nulli, C. de Episc. & cler. ibi (pium defuncti propositum sine vlla cunctatione, vt cõuenit impleturus) iuncta expositione gl. ibi dicente, sine vlla cunctatione, idest sine vlla mora, vt dixit Roder. Suar. in l. post rem iudicatam, in declaratione l. Reg. ampl. 1. nu. 6.

27 Causa summaria est vbi tractatur de educatione puerorum, in quo negotio potissima causa est adhibenda, vt pupillus non educetur apud eos, qui propter spè successionis vitæ, & pudicitiæ im-
28 puberis insidiari possunt, l. si disceptetur, vbi pupill. educ. deb. l. 1. & 2. C. eod.

Vndè Iudex extimabit vbi educandus erit, & si ordinaueric educari penes aliquem, ipse necessitatem habebit hoc facere, & educationem acceptare, l. 1. C. eodem l. 1. §. quamuis, ff. eo.

Ad quod onus suscipiendum Iudex poterit compellere aliquem multis remedijs, & primo captis pignoribus; Secundo per indictionem mulctæ, & plenè; Tertio, per impositionem banni. Quarto, per personalem detemptionem, & carcerationem, gl. in l. apud Labeonem, ff. de iniur.

At si testator eligeric personam, penesquem educari debeat, tunc testatoris voluntas erit seruanda, nisi suspitio maligna, vel alia causa superueneri, quia tunc à voluntate testatoris, potest recedi, Viu. dec. 15 l. 1. ff. eod. l. & si quis impediat, §. non autem, ff. de legat. 1. l. quidam, ff. de cond. & instit. l. legatum, ff. de vsu, & vsufruct. legat. Affl. dec. 183. Praf. de Franc. decisio. 330. Sed an liceat à testatoris voluntate recedere, vide Philipp. Por. Imol. cons. 190. cap. afferte, de præsumptio. in qua educatione primo loco vocatur mater, cùm nullus amor vincat paternum, l. possessione, C. commun. vtriusq. Iudic. Si tamen innupta manserit, si verò secundo nupserit, vel mortua fuerit Iudex causa cognita ex personæ conditione, & tempore debet statuere vbi pupillus sit educandus, l. si disceptatur, ff. vbi pupil. educ. deb. quod Iudicis arbitrio relinqui dixit Praf. de Franch. d. dec. 330.

Matre enim transeunte ad secundas nuptias, eius filij penes eam educandi amplius non sunt, Doct. in l. 1. C. vbi pupill. educ. debent, Curt. Iun. cons. 94. num. 9. volu. 1. Crauett. consil. 18. nu. 3. & 11. Menoch. de arbi. Iud. cas. 168. nu. 10. Surd. de alim. tit. 4. q. 13. nu. 15. Greg. Lop par. 6. tit. 16 l. 19. Gut. de tutel. p. 2. cap. 8. nu. 21. Didac. Spin. in spec. testamen. glo. 29 num 13. Viu. dec. 16. & Carthar. Genuens. dec. 133. nu. 13.

Sed quid si adultus petat educari penes matrem, vel vitricum, & eum sibi dari in curatorem, an Iudex assentire teneatur? vide Caualc. de tutor. num. 308. Surd.

Sard. de alim. tit. 4. q. 13. n. 5. Molf. in Consuet. Neap. p. 3. tit. de success. ex testam. q. 11. nu. 3. poterit etiam arbitrare Iudex, vt educetur penès monasterium, & ita iudicatum dicit *Ann. sing. 395.* Vel in domo alterius consanguinei, *Anna cons. 33.* Aut penes aliam, etiam testatore aliter disponente, *Gratia. dec. 55. & Gram. dec. 55.* Et etiam penès substitutum, si hoc visũ fuerit Iudici expedire pupillo, vt inquit *Vin. d. dec. 16.*

Et si mater fuerit vilis, ac turpis, tũc pupillus non debet æducari penès eam, *Bald. cons. 487. vol. 5. Menoch. cas. 168. de arb. Iudic. nu. 5.* nec debet educari penès alterum, qui vitæ, religioni, moribus, vel bonis pupilli insidiari præsumeretur, secundum *Menoch. loco relato n. 5.*

In decernendo tamen educationem Iudex aduertat vt sit seuerus, rigorosus & non gratiosus, nec lachrymis matris moueatur, aut tutorum blanditijs, sed solùm vitæ meritis, vt inquit *Præs. de Franch. d. decisio. 350. Bald. in dict. cons. 487. vol. 5.*

Quæ autem sint consideranda circa huiusmodi educationem concedendam, vide *Menoch. cons. 62. n. 12. vol. 1. Ann. cons. 43. & sing. 395. & Ludouic. Morot. consil. 74. nu. 11.* de qua materia videndi sunt *Dom. Reg. Valenz. in cons. 36. Reg. Tap. dec. S. C. 41* & latius *Martius decis. Senens. examin. 38. & dec. 61. cum seq.*

29 Causa summaria est, damni dati, *Magon decis. Florent. 89 num. 2.* in qua Officialis tenetur de plano cognoscere, ac procedere, quia est leuis causa, *Salic. in l. non ideo, C. de accusation. Canonist. in clem. 1. ver. de plano, de verborr. signif. Paris de sindicat. in ver. Iudices puras, nu. 7.*

30 Pro quo damno dato duplex via cõpetit ciuilis, s3, & criminalis, ita *Sempron Ascia determin. 74. in princip. Farinac. de reo confesso q. 100 nu. 37.* & sic potest agi ciuiliter, ac criminaliter, prout damnum passo videbitur, si enim quis in vinea damnum dederit, vel in agro poterit criminaliter accusari, maximè quuando studiosè, lata, ac leui culpa damnum datur, secundum *Nigr. in prag. Reg. incip. Illustri Viceregi nostro, fol. 237. nu. 54. tit. de caus. crim. vel cum* cùm dare damnum maleficium sit, *l. ex maleficio, ff. de actio. & obli. & Institutio. de obligat. quæ ex malefic. nascunt.*

Ac si damnum datum fuerit in omittendo, tunc ciuiliter tantùm proceditur, & non criminaliter. *Affl. dec. 57.* de quo ponit exemplum Niger *loco cit. n. 55.* de eo, qui accusauit Dominum canis, qui occiderat vitulum, ex quo Dominus erat absens, & canem non imitauit, & si culpa aliqua posset considerari, ex quo non tenebat canem alligatum, & sic fuit in omictendo ideò criminaliter non agitur, sed tantùm ciuiliter, *ex edict. si quatrup. paup. fecis. dicatur*, & ita dicit iudicatum fuisse.

Si verò canem imitauerit, & fecit vt aliquem morderet, tunc actione legis Aquiliæ tenetur, *l. item mela, §. item cum eo, ff. ad leg. Aquil. Oinotom. in §. ex maleficijs, nu. 11. Instit. de action. fol. 433.* & eo casu criminaliter agitur contra eum, & punitur Iudicis arbitrio.

31 Causa summaria est, expellendi conductorem de domo locata, *Bal. in l. ædem C. locati*, quæ expulsio in multis casibus locum sibi vendicat, & primo si post locationem superueniat locatori necessitas pro suo vsu, *l. æde locati*, vt quia alia domus quam habitabat corruit, vel vxorem duxit, vt *dixit glo. in d. l. æde, ver. necessariam*, quod fallit si tempore contractus hoc præuidere potuit, *l. si is à quo, §. fin. & l. seq ff. vt in poss. legat. l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. action.* vt etiam potest locator expellere conductorẽ, si indiget domo locata pro vsu filij vxorem ducentis, vel quia eius pater, aut mater ex aliqua noua, & honesta causa eius domus habitatione indigeant, prout in vtroque casu notabiliter dicit *Bal. in d. l. æde, nu. 1.* & sequitur *Gomes. tom. 2. var. resol. cap. 3. num. 6. in fine, Pasch. de patr. potest. p. 4. cap. 6. nu. 2.* vel si domus locata reficienda sit *d. l. æde*, & interim probata debet pensio remicti, vel restitui, si fuit soluta anticipatè, vt inquit *glo. in d. l. æde, ver. arrigere*, & refecta domo debet conductori restitui, *l. si duo, §. cum inquilinus, ff. vti possidet. Crem. sing. 81. & Roman. sing. 332.* vel si conductor malè vtatur, & domus deterior efficiatur, *l. quæro, §. inter locatorem, & l. si merces, §. culpa, ff. locati, & d. l. æde, C. locati*, vel si pensionem non soluerit, *d. l. æde, l. Colonus, ff. locati, Alex. cons. 39. vol. 2. & cons. 108. vol. 4. Speculat. in tit. de actor. ver. idem excipitur contra locatorem, & in tit. de locat. §. postquam, Paschal. de patr. pot. par. 4. c. 6. nu. 61.*

Quo casu etiam propria authoritate posse ex multorum opinione, affirmant *Caroc. de locat. & conduct. tit. de recusation. quæst. 14.*

quæst. 14. num. 16. licet tutius sit Iudicis officium implorari, vt dicit idem Carec. quæ conclusio sic firmata, vt locator possit expellere conductorem in supradictis casibus nonnullas limitationes recipit,& primo, si conductor soluerit pensionem totius anni, vel biennij in principio locationis; tunc enim locatori imputatur,nam recipiendo pensionem,& locationem totius temporis, se à iure deijciendi exclusit, vt eleganter docet Oinotom. in §. fin. Institut. de locat. & conduct. num. 10. quod habui in facto in anno 1515. & obtinui in fauorem clientuli per dictam doctrinam,quæ non omnibus est nota.

Causa summaria est, quando agitur contra gabellarios, platearios, ac passagerios, quando tales exigunt indebitas gabellas,quia tunc de plano, ac celeriter proceditur,per Const.Reg. authoritatem, vbi And & Affl. Maran.p.4. dist.9. nu.182.in eius practica.

32

33 Causa summaria est salarij, secundũ Muscatell.in pract. S.R C. d.par.1. glo. petitur,num.32. Bald.in Authen.nisi breuiores, C.de sentent. ex peric. recitat. & in tantum est summaria, vt merces operarij vsque ad mane retardari non possit,cùm solui debeat laborantibus in fine diei ante Solis occasum, vt habetur in Deuteronom. cap. 14.Thob.cap.4. Leuitic.cap.3. Cardin.in clem.fin.quæst. 13. de prabend. Salarium enim de labore præstatur,l.idem, & in l. in fundo §. idem Labeo, ff. mandat. & ideò naturali iure debentur cibaria, & alimenta ei,qui seruit, l.in rebus, §. possunt, ff. commodat.l.item si serui, ff. de adilit. edict. l. diuortio,§.fin. ff. solut.matrim. l. cùm duobus, §.si quis, ff. pro soc.Guliel.Duran.in c.1.n.68. de postuland.in 6.

Et iuri consentaneum est,vt qui pondus diei, & æstus patiuntur mercede expectata gaudeant, glo. Panorm & Doct. in cap cùm ades,de rescript. glo.in cap. 1. 21. q.1.glo in cap.quoniam. de vita, & honestate cleric. nàm vt ait Cassiod.lib.10.var. epistolar.27. impium est plenissimis cellis vacuos esurire cultores,& Diu. Paul.1. ad Corinth. dixit cap. 9. qui plantat vineam, de fructu eius edat, & qui pascit gregem,de lacte manducet.

34 Causa summaria dicitur,quando tractatur de exactionibus datiorum, gabellarum,functionum fiscalium, ac collectarum Vniuersitatis,quia tunc Officialis gratis tenetur impartiri licentiã Exactoribus exequendi realiter, & personaliter,habetur in Authen. vt iudic.sine quoq. suffrag.§.eos autem, & in Reg. prag.5. cap.10.tit.de administr. Vniuers. per quam disponitur,vt Officialis statim, & incõtinenti summariè simpliciter, & de plano,ac sine scriptis,& figura iudicij,etiã ex non scripto, iustitia mediante omni mora postposita adstringere debeat omnes,& quoscunque debitores Vniuersitatis, & licentiam exequendi gratis per Officialem impartiri.

34 Causa summaria dicitur matrimonialis, quæ debet expediri sine figura iudicij, Panorm.in cap. Abbas, de testibus, Marant.in pract.p.4.n.172.

35 Causa summaria erit vbi quis in iudicio confitetur debitum, quia eo casu fit præceptum vt soluat, & alius ordo iuris ibi non requiritur,Bald.in l.si debitori, ff.de iudic. l.vnica, vbi Doct. C.de confess.Marant.par.4 disp.9.nu.169. Affl.decisio. 191. nu. 9. quia nulla maior probatio, quam oris confessio, l. cùm precum. C. de liberal.caus. & in confessis nullæ sunt partes Iudicis, nisi in concedendo, & exequendo,l.vnica,C.de confess. Speculat. in tit. de confess. Farinac.par.4. tit.de præp. confess. q.8 .nu.3.fol.2.

Et confessio enim facta apud acta Iudicis,paratam habet exequutionem, l.tale pactum, §. qui prouocauit, ff de pact. Castr.in l.cum pro quo,ff de in ius vocand.cap. super eo,de testib. & cap. 1. de exceptio. hodie verò quomodo obseruetur, videndus est practicus Muscatel.in pract S.R.C. par.1.glo.petitur,num.36. qui dicit,hoc Iudicis arbitrio remittendum, prout facti,personarum, ac quantitatis debitæ qualitas expoposcerit, vt dixit Menoch. cons.1060.nu 4.de arbitrar Iudic. Caran. in Ritu 187. Affl.in Const.Reg Regiæ Maiestati, à qua confessione non appellatur,vt dicit idem Muscatell.loco citato num.38. per Rit.M C.V.256 vbi Carau.nu 5. Galter.in pract.instrum fol 286. nu 6. nec dicitur de errore confessionis ad finem retardandi exequutionem secundum eum. Quod si confessus, fuerit suspectus ob impotentiam cautionis præstandæ de soluendo ipsum Iudex carcerabit,vt dicit Muscatell.ibidem, qui num.37. subdit,quod etiã die feriato Iudice pro Tribunali non sedente, sed in Camera poterit hoc casu fieri præceptum de soluendo,per doctrinam Affl.in d.Const. Reg.Maiest. n.12. & Carau.in Rit.187.n.3. ratio,quia confes-

fessio potest recipi etiam die feriata. *Inno. in cap. vltra tertiam de test. Guid. Pap. sing. 73. num. 4.*

Causa summaria est quando præsentatur instrumentum ad formā ritus M. C.V. in qua proceditur via executiua, & elapso peremptorio deuenitur ad capturam personæ, vt docet practicus *Marant. par. 4. dist. 9. num. 176.* de qua materia latè *Frecc. de liquid. instrument. Lanar. de execut. instrument. de Iudic. Robert. de liquid. instru. Pand. de exeq. instrum. Galt. in pract. instrum. & Borrell. in summa decis. tit. de liquidat. instrum. tom. 2.*

Procedendum est Summarie pro instrumento censuali contra hæredes debitoris, & contra quemcumque tertium
37 possessorem rei subiectæ censui dummodo citentur ad dicendum causam, quare non debet contra ipsos exequi instrumentum census, &c. & constet ipsos esse hæredes, & possessores summarie, & sic sine partis citatione ad testiū iuramenta videndum, & alios actus, & adsit pactum executiuum scilicet, vt instrumentum exequitur sicut si essent pensiones domorum Ciuitatis Neapol. vt dicit *Galter. in pract. instrument. 2. 2. par. Princip. aduertat insuper ad debitorem num. 38. & seq. Viu. commun. opin. 381.* vbi ita pluries practicari, & iudicari vidisse se patrocinante testatur.

38 Summarie proceditur quando debitor fuerit suspectus de fuga, quia capi poterit nullo iuris ordine seruato *l. ait prætor §. debitorē ff. de his quæ in fraud. creditor.*

Etiam à Iudice incompetenti, vt dixit *Misinger. obseru. 65. cent. 2.* immo non solus fugitiuus potest capi, sed etiā præparans se ad fugam secundum *Gomez. Leo. in dec. 22.*

Et tunc si talis debitor armata manu desistit, poterit eo casu impune vulnerari, ita inquit *Gayl. obseru. 44. lib. 2.* vbi etiam quod hæc apprehensio fieri potest die feriata in honorem Dei, vt dixerunt *Pecch. de iur. sistendi cap. 1. Ricc. collect. decis. 1203. lib. 4. Cauall. commun. contra commun. quæst. 207. Graff. in tract. de except. 4. in prælud. num. 137.*

Vnde quando debitor est suspectus de fuga, & non adest obligatio, nec instrumentum, tunc officialis decernit, quod capiatur summaria informatio, & examinatis duobus testibus, & constito fit decretum, quod capiatur de persona, & non excarceretur nisi præstita fideiussoria cautione de stando iuri, &c. de qua materia latissimè *Mauson. in special. tract. de caus. executiu.*

Causa summaria illa dicitur, vbi tractatur de deposito.

39 Depositum enim adeo est priuilegiatum propter exuberantiam fidei à deponente habitam erga depositarium, vt paratam habeat exequitionem secundum *Boer. decis. 295. Cauale. decis. 27. par. 2.* & ideo compensatio contra eum minime admictitur *l. fin. C. de compensat. l. si quis vbi Bart. & Bald. C. depos. cap. 2. vbi Abb. depos. l. penult. C. eod. Bald. cons. 334. vol. 1. Soccin. cons. 143. vol. 4. Rot. Genuens. decis. 44. Ann. cons. 102. par. 2.*

Quod amplio etiam in deposito ficto, & re vera non facto vt aduertit *Castr. in cons. incip.* viso processu.

Immo si depositarius pecuniæ fuerit morosus tenetur ad vsuras à die moræ ad *tex. in l. die §. qui pecuniā vbi Bart. ff. deposit. l. 2. C. deposit.* quod fallit in deposito speciei, vt dixit *Bald. loco citato.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non competit priuilegiatis in causa feudali, & secus de iure communi num. 5.*
2 *Fori declinatoria non habet locum in causa feudali.*
3 *Feudalis causa tractatur in Regia Camera.*
4 *Vasallus coram Domino feudi est conueniendus.*

ARGVMENTVM.

An in causis feudalibus concedendum sit electionis fori priuilegium.

QVÆSTIO XXXXV.

REgula sit negatiua, nam priuilegium eligendi forum de Iure Regni non competit priuilegiatis personis in tali casu, quia de feudis quaternatis non cognoscit

nisi Magna Curia Vicariæ, ita concludit *Afflict. in Constitu. Regni Statuimus notab.4.& in Constit. Magna Curia in 2.& 3.notab.& alibi* quem sequitur *Vrsill.in addit.ad eundem in decis. 257.in fin.Put.de reintegr.feud.cap.19. num.14.Niger in cap. Regni, quod decretam num.10.Borrel.de præstantia Reg.Cath. cap.62. num.58.*

2 Et fori declinatoriam non habere locum in causa feudali annuit *Balzar. in d.constit.Regni statuimus nu.42.* imò & hodiè quæstiones super re feudali determinantur in Regia Camera Summariæ, quæ est Iudex competens, intantum quoad quando dubitatur an causa sit feudalis, vel burgensatica seruatur in praxi remicti huiusmodi articulum ad illam, & interim iurisdictio coram quo lis est cæpra silet testatur *Thor.in Compend. decis. Regni verb. articulus incidens tom.1.*& commemorat.*Galupp.in praxi S. C. par. 2. cap.6.num.75.* affirmans *num. 73.* feudalem causam esse

3 tractandam in Regia Camera etiam si Actor, & Reus essent Clerius ex conuentione inter Romanam Ecclesiam, & *Carolum 2.in Cap.Reg.statuimus*, vbi *Addent.* & conferunt nuper tradita per *Muscatel.in prax.S.C. glos.competentes à num.96.*& per *Amat.cons.28.cen. 1.* vbi decisum refert restitutionem in integrum pro assensus registratione non obstante temporis lapsu in Regia Camera petendam esse, etiam si de clerici inter esse agatur, & vide *prag.Regni 2.sub rubr.de cleric.fieri.diacon.saluat.* vbi inter alia *in 3. capite* notatur istos pro causis feudalibus trahi ad Iudicia secularia.

4 Cum vigore *tex.in cap.cæterum de Iudicijs* disponatur vasallum coram Domino feudi conueniendum esse, quãuis dominus feudi sit ecclesiastica persona, quia ratione feudi sortiuntur forum alienum vt post antiquiores notarunt *Guid.Pap.decis.139.Boer.decis.69. num.8 Scapp. in tract.de iur. non scripto lib.1.cap.6.Duen.reg.321. Gra.* qui plures citat *de effect.clerse.effect. 1. nu. 718.Rodriq.quæst.regul.tom.2.quæst.62 art. 10.* vbi etiam de causa mota super maioratu &c. *Soar. in defens. fid. contra Anglican.secta errores lib.4. de crimin.cap.14.Barbos.in l.2;ff.de Iudic.artic.3.num.159. cum seq.* resoluens *arti. 4.num.51.* quod domino feudi priuatiuè est concessa iurisdictio respectu aliorum iudicum, & ideo non possunt vasalli in illis causis prorogare iurisdictionem alterius Iudicis absque Domini directi consensu, siuè agatur de proprietate; siuè de sola feudi possessione *Intrigl.de feud.artic.94. num.12. cent.2. Menoch.cons.2.num.97.Mozz.de contractib. tit. de feud. Rubric.de Natur. feud. num. 121.Villalob.6,tom.1.commun.opin.lib.1.tit.11.num.4. Farin.in pract.crimin. quæst.8. num. 22. Grau. ad practic.Camer.Imper.lib.1.conclus. 37.consid.4. & latius prosequitur Reg. Rouit.in comment.ad d.pragmat. à nu. 2.cum seq.*

Adeo ꝙ in Reg. Cam. preiudicium in alium Iudicem huiusmodi iurisdictionem non esse prorogabilem concludendum est exnotat per *glos. in cap. Imperialem §.præterea de prohibi.feud.alien. & ibi Andr. col.* 8. latè *Surd. cons. 47. Capyc.decis.9.num.8.& seq. Franc.decis. 417. Molin. Hispan.primog.cap.9. num.5.Gauall.quæst.782.num.2.* plenè per *Intrigl.de feud. arti.14. à num. 65. cent. 2. Scad.de feud.part.10. à nu.136. cum seq. sect. 1.*

Declara tamen firmatam regulam principalem habere locum in Regno, at secus in alijs Regionibus, cum ex iuris communis dispositione non reperiatur exceptuatus huiusmodi casus à generalitate *l.vnic. C. quando Imper.* iuxta *Menochij sententiam in tract. de arbitr.iudic.lib.2.cas.66.lib.2.nu.49.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum quid sit num. 7. 8.10. & 15.*
2 *Feudum quaternatum vbi, & quare registradantur nu.7.*
3 *Adobamentum quid.*
4 *Adoba est vulgare verbum Regni Neapol.seruitium significans, quod Galli vulgo orrierebere vocant, & nu. 5.*
6 *Adoba dicitur seruitium pecuniarium quod Regi præstatur.*
9 *Princeps si concesserit Castrum cum domibus iardenis, & alijs ista concessa cum Castro non sunt feudo quaternata nisi de per se concessa fuerint à Rege.*
11 *Feudum nouiter factum, & per Regem concessum potest esse quaternatum.*
12 *Castrum omne in Regno dicitur quaterna-*

ternatum feudum, sed non è cõuerso.
13 *Feudum quaternatum non potest habe ri nisi à Principe, & cum titulo.*
14 *Quaternatum feudum dicitur omnis Terra vbi sunt vasalli.*
16 *Quaternatum feudum dicitur licet sit in Terra Comitis, vel Baronis, & ei præstetur seruitium militare dummodo eius collatio spectet ad Dominum Regem, & declara nu. 17.*
18 *Rex solus potest in feudo fenda quaternata.*
19 *Feuda omnia à Rege concessa possunt dici nobilia, & ligia.*
20 *Rex solus ab initio potest imponere nouam formam feudo quaternato.*
22 *Feuda quaternata sunt ad instar prædiorum, & stipendiarum.*
23 *Feudum est duplex proprium, & inproprium.*

ARGVMENTVM.

Feudum quaternatum quid nam sit ad finem de quo supra.

QVÆSTIO XXXXVI.

Voniam supra fuit conclusum quis nam cognoscere debeat de feudis quaternatis, & consequenter in tali casu miserabiles personas non gaudere priuilegio fori ideo hic recensere volui quid sit feudum quaternatum.

1 Regula sit igitur, quod feudum quaternatum dicitur illud quod spectat ad collationem Regis, & reperitur scriptum in quinternis Realis Cameræ *Ias. in prælud. feud. num. 127. vers. item sunt quadam Aluar. in prælud. feud. decis. 21. Isern. in capit. §. ille autem num. 9. de controu. feud. apud pares termin.*
2 subdens, quod registrabantur dicta feuda in quaterno libro scriptura, seu publico monumento Regiæ Cameræ, vt cognosci possit quantum adohamentum præstabant, & dicitur adohamentum
3 aductio illa quam faciunt plures cohæredes, seu, cofeudatarij inter se habentes diuisum feudum, qui cum deberent præstare seruitium secundum partem feudi, quam habebant, & ex facta diuisione dictum seruitium ad modium redigeretur adohant, seu adiuuant se tot quot faciant vnum militem, vel soluãt vntias decem, & dimidium ideò alludens vocabulo dicitur adohamentum quod dicitur confeudatarij concubinati, & adohati idest coniuncti, & associati præstant etiam exponunt huiusmodi adohare, seu adohamentum cum *in capit. si aliquem vers. seruitij consueti nu. 52. Capyc. in inuest. feud. rub. feud. adohant col. 1. fol. 27. Franc. in prælud. feud. num. 19. fol. 2.* idem sentit *Tiraquell. in tract. de iure primog. quæst. 14. sub nu. 1* affirmans adoham esse vulgare verbum Regni Neapolitani seruitium significãs militare, Quod Galli vulgo arrierebant vocant *Afflict. decis. 265. sub num. 51.*
5 vbi ait quod adoha dicitur seruitium pecuniarium quod Regi præstatur cum
6 in capit. si aliquem *vers. in capite num. 4.* latissimè in materia *Borrell. in summa decis. tit. de adoba tom. 1.*
7 Hanc etiam quaternati feudi diuisionem superius declararam approbauit *Mozzias in tract de feud. rub. de dictis feudis num. 25. Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2. Rubr. differ. feud. num. 1.*
8 *fol. 238.* annuens feudum dici quaternatum, quod de per se reperitur scriptum in quaternionibus Regiæ Cameræ ideo-
9 que si Princeps concederet cum domibus, iardinis, molendinis, baiulatione, & alijs ista concessa cum Castro non sunt quaternata feuda nisi de per se concessa fuerunt à Rege, & de per se
10 scribantur in quaternionibus Regię Cameræ, vel quod à Rege tenetur immediatè, & in capite idque non erit necesse in quaternionibus annotari *Afflict. in prælud. Constit. Regni quæst. 25. num. 7. & 8.* dicens feudum nouiter factum, & per
11 Regem concessum posse esse quaternatum, & *in constit. post mortem rubr. 22. lib. 3. num. 5. & 6.* vbi pariter quod om-
12 ne Castrum in Regno existens, siue in præsentiarum sit habitatum, siue in habitatum dicitur esse feudum quaternatum, sed non conuertitur fecundum *Isern. ibidem col. 2. idem Afflict. in Constit. violentias lib. 1. rubr. 24. nu. 38.*
13 scribens feudum quaternatum non posse haberi nisi à Principe, & cum titulo *Isern. in cap. 1. in princip. num. 10. de probib. feud. alienat. per Feder. Afflic. in constitut. statuimus, vt Magna Curia rubr. 32. num. 10.* affirmans, quod om
14 nis Terra vbi sunt vasalli est feudum

quaternatum item quando præstat seruitium, vel adoham Regi dicitur quaternatum *Isern. in constit. si quando aliquem de pen. foriud. lib. 2. in fine Afflict. in constit. vt de successionibus sub num. 1.* per illum text. in princip. ibi (vel ab alijs etiam) dicens feudum nuncupari
16 quaternatum licet sit in Terra Comitis, vel Baronis, & ei præstetur seruitium militare dummodo eius Collatio
17 spectet ad Dominum Regem non tamen tunc reputabitur quoad omnes effectus quaternatum, sed secundum quid imo illud regulariter iudicabitur feudum planum, & de tabula cum in *cap. si aliquem in vers. in cap. num. 9. & 10. fol. 88.* & ibi similiter *Cannet. vers. in qua num. 2. Isern. in constit. si quis Baro, vel Miles col. final. de dotar. constit. in feud. & Castr. vbi Afflict. sub num. 2.* idem *Afflict. in cap. 1. num. 62. & 63. de his qui feud. dare possunt*, vbi ait, quod nullus potest in feudare feuda quaternata nisi solus Rex *Gregor. in tract. con cess. feud. par. 1. quæst. 21. circa finem*, vbi subdit, quod omnia feuda in illo Re
19 gno concessa à Rege possunt dici mobilia, & ligia, & in eis possunt habere lo cum omnes illi effectus qui resultat ex
20 feudo nobili, & ex feudo ligio, & *par. 3. quæst. 2.* vbi subdit, quod solus Rex potest ab initio nouam formam ponere feudo quaternato, quod intellige in feu
21 do nouiter concesso à Rege non autem in feudo deuoluto ad regem, & inde per eum alteri concesso *Capyc. in inuest. feud. rubric. feud. gen. col. 46. vers. quaternatum*, vbi affirmat feuda quaternata esse ad instar stipendiariorum prædictorum, quæ inclitibus dantur, vt ea stipendiariorum vice perciperent, & proin-
23 de seruiant *Menoch. conf. 226. num. 169 & 270. vol. 3.* vbi quoque affirmat quod feudum quaternatū est duplex propriū, & in propriū, propriū est quod vasallus immediatè se cognoscit à Rege, & aliū dominium non recognoscit, quam Regem improprium est quod sub vasallus recognoscit immediatè à primo vasallo Rege consentire *Lipar. in addit. ad Isern. in cap. Imperialem in princ. num. 8. in ddit. quæ incip. de controuers. Frāch. in prælud feud. Rubr. spec. feud. num. 177. fol. 10. Berous conf. 76. num. 41. & 42. vol. 1. Rebuff. in declarat. feud. num. 44. Hieron. de Ros. in resp. impresso in lib. 2. decis. Kiu. num. 4. fol. 298. Marant. cons. 29. num. 1. & seq.* hoc tamen feudum quaternatum non processit iuris censura, sed ex vsu Regni, ac vrentium more *Frecc. de subfeud. lib. 2. fol. 238. sub num. 80.*

Et de eiusdem feudi quaternati materia plura reassumit *Reg. Rouit. in comment. ad pragm. Regn. in rubr. de feud. à nu. 51. cum se q.*

SVMMARIVM.

1 *Fori electio cessat contra locatos Regiæ Dohanæ.*
2 *Locati Regiæ Dohanæ non cognoscuntur nisi à Dohanerio.*
3 *Dohanerius habet iurisdictionem etiam contra Neapolitanos.*
4 *Cauallarij extraordinarij Regiæ Dohanæ gaudent fori priuilegio.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium an competat contra locatos Regiæ Dohanæ.

QVÆSTIO XXXXVII.

1 Regula sit negatiua, quod priuilegium eligendi, & variandi forū non detur, quoties actio esset dirigenda aduersus locatos Regiæ Dohanæ.

Quæ sanè conclusio ea fulcitur palpa bili ratione si quidem ampla priuilegia
2 eiusdem Regiæ Dohanæ operantur, vt Dohanati possint, & valeant declinare forum Iudicis ordinarij, & eligere forum ipsius Regiæ Dohanæ, & ita viget quotidiana praxis, vt in proprijs terminis tradit *Reg. de Ponte in suo tract. de potest. proreg. in tit. de regal. impositione. §. 8. num. 48.* vbi dicit omnes Regios Cauallarios, sic vulgo nominatos gaudere fori priuilegio, nè cognosci valeāt de quocunque delicto, nisi à Dohanerio, cui concessum est merum, & mistum imperium super singulos locatos, seu Dohanæ subditos, & quomodocunque illam insequentes, meminit nouissimè *Rendell. in tract. de Forest. & Pascius par. 1. cap. 18. vers. in Regia Dohana pag. 43.*

Et hæc omnia fortiora redduntur,
3 nam videmus quod licet Neapolitani sint

sint exempti ab omnibus Regni Tribunalibus vigore eorum priuilegiorum, quia trahunt, & non trahuntur, Tamen id cessat in Regia Dohana Menepecudum, in qua eorum priuilegium nihil suffragatur, prout ita fuisse iudicatum in causa Herculis Mormilis tempore quo erat Dohanerius Ioa: Aloysius de Sangro testantur idemmet *Reg. de Ponte loco nuper citat. num 40. & Thor. in Compend. decis. Regn. in verbo Neapolitani il 2. tom.* 1. & sic vidi, & audiui plu ribus vicibus practicatum, & obtentum

Amplia constitutam Regulam esse veram pariter respectu Cauallariorum
4 etiam extraordinariorum, cum & illi quoque supradicto priuilegio gaudeant *Reg. de Ponte sæpius cit. loco num.* 54. vbi annuit id euenire ex particularibus titulis, & instructionibus eiusdem Regiæ Dohanæ, quod dicantur illi obnoxia tam Animalia, quam Territoria, quæ Regiæ Curiæ à particularibus Dominis pro substentatione pecudum, & animalium quibus ipsorum pascua distribuuntur iuxta terminos *tex in l. omnes C. fund. patrim. lib.* 11. & hoc iure in Regno vtimur prout, & ita certioratus fui à Dominis Præsidentibus Regiæ Cameræ Summariæ, qui pro tempore fuere in Regia Dohana Menepecudum Foggiæ.

Declara tamen supradictam conclusionem esse veram quoties locatus locat herbam, & venit ad pascua prædicta, quia Excellentissimus Comes Beneuenti olim Prorex interpraetando *cap.* 28. Eminentissimi Cardinalis de Granuela olim huius Regni Locumtenentis decreuit exemptiones, & immunitates Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ ad supplicationem Baronum Regni aduersus eorum subditos præcedente fida Illustriss. Ducis de Vietro olim Regentis officium dictæ Dohanæ, quod tunc temporis nulli locatorum permisit, vt gauderet immunitate nisi haberet propria animalia in numero ducentorum, & qui cum dictis animalibus accederet ad pascua Apuleæ per Regiam Cameram locata, & facta relatione per Regentem de Ponte declarauit exceptionem à iurisdictione ordinaria non competere nisi capientibus herbam, & venientibus ad pascua prædicta salua tamen facultate ferendi arma, & quisque in sua iurisdictione, ita intelligat, & obseruet contra locatos, qui cum effectu non conducunt herbas nec coducūt animalia, ne gaudeant fori priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori cessat in causa reconuentionis.*

2 *Exceptio declinatoria fori in causa reconuentionis non opponitur, etiam si Iudex conuentionis sit in competens num. 3. & etiam si priuilegiatus vellet à sua petitione desistere nu. 4.*

ARGVMENTVM.

Electio fori num habeat locum in causa Reconuentionis.

QVÆSTIO XXXXVIII.

1 Regula sit negatiua, istud beneficium electionis fori cessare in causa reconuentionis, vt in Regno videtur expeditum per Rit. M.C.V. 67. cuius hæc sunt verba.

Item, quod si Clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus constitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua eligat forum ipsius Curiæ agendo contra aliquem in ipsa Curia compellatur per modum reconuentionis in eadem Curia aduersario respondere.

Et in proprijs terminis sic pariter notant *ibi Carauita nu. 3. & Gala in tract. de modo articulandi, & probandi glos.* 1. *num.* 44. vbi expressè loquitur in viduis, & pupillis, qui si reconueniantur minime causæ reconuentionalis remissionem ad Iudicem domicilij petere pssit, sed coguntur causam ipsam reconuentionalem, coram Iudice rei conuenti agere sicque practicaui pluries in Regijs Tribunalibus Regni, & præcisè in causa Magnificæ Victoriæ Mangantiæ Viduæ quondam Emilij Ruffi.

Quæ fanè regula illo fulcitur fundamento siquidem in causa reconuen-
2 tionis non potest opponi declinatoria fori *l. cum papinianus C. de sentent. & interlot. diuers. Iudic. l. qui non cogitur ff. de Iudic. Bart. in Auth. & consequenter num.* 19. *C. de cit. de sentent. & inter loq. glos. in cap. denique* 96. *distint. Soccin. regul.* 56. *Ludou. consilu.* 38.

3 Etiam si Iudex conuentionis sit incompetens, veluti laicus ratione clerici

Glos.in cap.1.vers.superfluis extra de mutuis petit. quæ est communi calculo à DD, approbata, vt firmat *Marant. in suo specul.part.4. distin.16. num.63.* & ideò huic sententiæ inhærent *Couar.pract. quæst cap.31. Duen. reg.202. Euerard.diuers.quæst.cap.29. num.4. Suar. recept.sentent.lit.C.num.114. Mencha. illustr.controu.cap.5.sub num.18.Morla in emporio iur. q.13.tit.2.part.1. Surd.consf.222.lib.2.Bernard. Greue ad pract.Camer. Imperial. lib.1.conclus. 37.consider. 7. Curia Philippica pract. 1.§.8.num.18.Bobadill.in sua polit.lib. 2.cap.18.num.162.Mendez à Castr. in praxi Lusitan.secul.lib.3.cap.8. Pereira quæst. forens. lib.2. cap.51.Præses de Franch.decis.193,* vbi communem hanc amplificat ex decis.S.C. obtinere locum etiam vbicunque clericus ageret interdicto retinendæ, & Laicus ipse proponeret iudicium proprietatis,& Clericus tunc similiter aduersus interdictum ipsum retinendæ reconueniri queat *Viscont.in conclus.iur. in verbo reconuentio* abundè *Viu. decis.49.* vbi annuit, quod in Regno est Ritus M.C.V. 67.& sic obseruatur in omnibus Tribunalibus tam maioribus, quam minoribus *Caroce. affluenter in tract. de except. quæst.5.except.22.Berar.in specul. visitat. cap.28. tit. de official.& Magistr. in iustè querelat. nu.14.*

4 Amplia suprapositam regulam procedere etiam si priuilegiatus vellet à sua petitione, & conuentione desistere, quia adhuc posset contra, cum procedi in causa reconuentionis non obstantecius desistentia, vt decisum in S. C. annuit *Afflict.decis.173. num.4. & 5.* vbi rationes addecit latè *Garauit. in Rit. M.C.V.67.num 8.Balbus decis.64.Præses de Franch.decis.349.num.2. Menoch.de arbitr. iudic. quæst. 44. num.6.*& alij quos recollegit, & sequitur *Graff. in tract de effect.Cleri. effecti num.748.* apud quem latissimè habes hanc materiam exanclatam per ampliationes, & limitationes, vt etiam plenè poteris videre *Trentacinq.variar. resol. tit. de mutuis petit.resolut.1.lib.2. Cardos. in praxi Iudi.& Aduoc.in verbo reconuentio Muscatell.in praxi S. C. glos. Actorem Barbos.in repetit.l. qui prior ff. de Iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Reuariatio denegatur quando reus non existit infortijs,& vide nu. 2.*
3 *Reuariatio est species remissionis.*
4 *Fraudes inter partes in reuariatione quando præsumantur.*

ARGVMENTVM.

Reuariatio Fori an sit concedenda Reo non existente in fortijs Curiæ.

QVÆSTIO XXXXIX.

1 Regula sit reuariationem fori esse denegandam, quando reus non existit in fortijs, prout ita solet seruari in Regia Audientia Capitinatæ Apuleæ, & Comitatus Molisij, quæ vltimo loco id practicauit in causa cuiusdam Terræ Prædicatelli, & hanc eandem opinionē tutatur *Capiblanc.in pragmat.8.par.1. num.347.tom.1.de Baron.*

2 Et licet *Anton.de Ball.in tract.crim. lib.4 quæst.2.* videatur ex capite variationis causam remittendam esse ad locum,in quo priuilegiata persona voluerit iudicium prosequi etiam reo non carcerato, cum in sua voluntate sit prout sic pariter vidisse prouisum in Magna Curia Vicariæ ad instantiam cuiusdam Viduæ petentis reuariationem ad Terram Castellucij Prouinciæ Principatus Citra de homicidio commisso à Bamonte Stellauto Apud Tartagliam Magistrum Actorum, testatur idem *Capiblanc.quæst.super eadem pragm.8. cap.51.sub nu.15. tom.2.*

3 Tamen fundata regula sicuti est verior,& magis iuri consona,ita ratione non caret, siquidem huiusmodi reuariatio est species remissionis petitionis, quæ in hoc Regno nequit peti, nisi reo præsentato, & carcerato iuxta Rit. M. C V.205.& *pragmat.6. sub rubr. de offic.Iustit.§.item quod Gubernatores*, vnde similium eadem debet esse iuris dispositio *vulg.l.illud ff.ad l.Aquil.* cum inhabentinus simbolum, idem fit trantus *l.à Titio ff.de furt.*

4 Huic igitur opinioni fige pedes, quia sic tollentur fraudes,& collusiones,quæ in dubio præsumuntur inter partes,quādo huiusmodi reuariationes petuntur ad in-

ad inferiores Curias, vt diximus supra *quaest.4. num.13. sect.1.*

Ita quod cautus, & bonus Iudex debet aduertere, vt nullatenus patiatur remdi acta, & causam, nisi sibi constet reum esse in carceribus detentum, quia tunc de facili potest cessare suspicio fraudis, quae vtique praesumeretur, quoties reus esset in libertate, nam scio, & proprijs oculis vidi fieri collusionem inter partes, vt petatur prius renuntiatio, & deinde fiat partis remissio, & concordia cum Barone, quod vtique cum maiori difficultate posset fieri, quando reus reperiretur carceratus, & esset anceps si causa à Tribunali superiore remitteretur.

Instent ideò Fisci patroni, ne reuarjationes huiusmodi concedantur, quando rei non sunt in carceribus praesentati, prout ita feci practicari in dicto Tribunali Regiae Audientiae Capitinatae Apuleae.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus cum clausula, vt possit vbique conuenirí habet fori priuilegium nec potest conuenirí in loco non tuto nam. 6.*

2 *Renunciatio specialis debet fieri prauentioni.*

3 *Clausula vbique locorum quesnam effectus partat, & nu. 4. & 5.*

7 *Vbi quis per stipulationem iuratam est obligatus vbique locorum conuenirí pro debito, videtur prorogasse iurisdictionem omnium Iudicum, & declara, vt nu. 8. 9. & 10.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori an competat, si priuilegiatus esset obligatus, quod vbique posset conueniri.

QVAESTIO L.

1 Egula sit affirmatiua competere huiusmodi electionis fori beneficium, miserabili personae quamuis sit obligata cum clausula, quod possit vbique conuenirí, quae sane conclusio vera redditur ea palpabili ratione, nam vt alias *in prima sect. quaest.* 12. fuit ex communi DD. voto dictum, specialis renunciatio est necessaria, vt censeatur renunciatum dicto beneficio, haec autem videtur generalis, & ideò illam comprehendere non videtur, vndè iuxta hanc sententiam quotidie practicatur in Regijs Tribunalibus huius Regni Neapolis.

2 Ad instar, vt nec etiam videatur ex clausulis generalibus apponi solitis in instrumentis praeuentioni renunciatum dum specifica illius renunciationem iura desiderant *Frecc. de praed. instru. quaest. 15. part. 9.* qui dicit per Magnam Curiam Vicariae fuisse decisum, sequitur *Viuius in silua commun. opin. conclus. 425. num. 10. Galter. de liquidat. instrument. par. 32. part. prius. vers. fuerit ab eo praeuentus nu. 26.*

3 Licet regulariter, ita clausula vbique locorum submittat contrahentes omni foro, & loco, ita vt possunt vbicunque conuenirí *Bart. in l. 3. quis ita ff. de eo quod certo loco Felyn. in capit fin. num. 19. de foro competent. & in capit. 1. nu. 7. de iudic. Bald. in l. 3. §. sed. & si quis num. 22. c. comm. de leg.* vbi multa de effectu huiusmodi clausulae *Capoll. cautel. 70. Galles de oblig. ad form. Gamer. part. 2. quaest. 3. Gratian. in decis. Rot. March. 180. num. 12.*

Animaduertendum tamen quod licet clausula vbique locorum facit, & operetur, vt obligatus possit vbicunque conueniri hoc intelligitur de loco idoneo *glos. in l. eum qui in verb. quocunq; loco ff. de iudic. glos. in l. si duo 1. vers. sed & certo ff. de constit. pecun. glos. in l. qui certo vers. quolibet ff. de condit. indeb.* quos allegat, & sequitur *Marta de clausulis par. 1. clausul. 343. pagin. mihi 336. & in decis. Pisan. 96.* vbi inquit dici locum idoneum, vel ratione domicilij, vt dicunt praefate *glos.* vel quia in aliquo repertus fuerit debitor *glos. in l. vnic. vers.* & alio loco *c. vbi conuenit qui cert. loc. dar. promiss. Bald. in rubr. num. 6. c. de constit. pecun.* cum alijs per *Ias. in §. plus autem num. 25. institut. de action.* habetur etiam per *Gratian. in d. decis. 180. num. 13.* vbi quod alias sequeretur absurdum, quod creditor posset trahere debitorem ad quaecunque remotissima loca, ita vt reus semper deberet esse cum sacco paratus ad soluendum contra *l. actum & l. quod diximus ff. de solut.*

Imo

Imo secundum eundem etiam quod quis promisisset soluere vbicunque placuerit creditor, & per verba sonantia liberam voluntatem tamen intelligeretur de loco discreto, & ad arbitrium boni viri *Soccin. in capit. dilecti filij num. 31. col. 26. de foro competent.* post *Anton. in cap. 1. de iudic. col. 1. l. Iason. l. si conuenerit col. 6. in fin. num. 28. vers. contrarium tenet de iurisdict. omnium iudic.*

Vnde neque per dictam clausulam poterit quis conueniri in loco non tuto *Alex. in l. cum res col. 1. ff. de legat. 1. Seraphin. de priuil. iuram. cap. 13. num. 35.* sicque pluries determinaui vti Regius Iudex in varijs quippe casibus, & practicaui, vti Aduocatus in causa Mariæ Menesæ contra quendam Calabrum.

Et iuxta cumulata per *Costam clausul. 177. in tract. de clausul. apud Mart.* in personis quæ possunt prorogare iurisdictionem plurimum præstat fori huiusmodi submissio, & vbi est generalis operatur quo ad omnes casus, & iam sine consensu Iudicis cui subest submittens idemque iudex alioquin competes potest supra iurisdictionem suam indicare si prima facie causa videtur infra suam iurisdictionem *Bart. in l. fin. §. vlt. C. de appellat. Guid. Pap. decis. 7. Rot. Gen. decis. 23. num. 3. & 5.* quasi hoc modo si approbatus Iudex non suus, & nihilominus interest inter promissioné de non declinando forum inter submissionem, & inter prorogationem iurisdictionis *Guid. Pap. decis. 370.* Nec licita est penitentia etiam ante litem contestatam si talis submissio sit munita iuramento *Ripa in cap. 1. num. 49. cum seq. de iudic.* quicquid in oppositum censuerit *glos. in l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iud sic Guid Pap. decis. 77. Iason. in dicta l. si conuenerit, & Franc. Marcus decis. 276. par. 1.* quoquo igitur modo quoue sortiti forum contingat sic se submittens frustra contendit remitti ad iudicem, suum obrenunciationem fori *Reusner. consi. 6. num. 20. cum seq. lib. 2.* apud nos *tract. de iudi. cap. 1. num. 225. cum seq.* cum de priuatione adhabitum non detur regressus, siue forum quis sortiatur vere, siue ficte, vt per adoptionem, vel per baptismum per quem dicitur renasci qui lauatur *Marian. Soccin. ad rubr. de foro competent.* cum adductis per *Anto. Matth. tract. de prorogatione fori nu. 27. vers. quod dictum est*, supra in origine nisi iam perempta esset instantia iudicij cepta inter laijcos more viuificata per iurisdictionem quo tempore reus ad clericatum promotus est nam cessat effectus submissionis militat declaratoria *Anna singul. 129.* quem refert *Marta tract. de iurisdict. par. 4. cent. 1. casu 32. num. 6.*

Et adde quod vbi quis per stipulationem iuratam obligatus est quod possit conueniri vbique locorum pro debito videtur prorogasse iurisdictioné, vel omnium Iudicum, & se submisisse foro in quo conueniretur vigore obligationis cum potuerit sui fori priuilegio renunciare *arg. l. si quis in conscribendo C. de Episcop. & Cler. Berous cons. 138. num. 1. vol. 1.*

Intellige primo, quod si quis promittit, quod possit conueniri Neapolis Bononiæ, Florentiæ, & vbique locorum nihilominus Neapolis, Florentiæ,
8 & Bononiæ, & alibi vbi conueniretur posset declinare forum arg. *l. si conuenerit*, vbi hoc notauit *Bart. num. 4. ff. de iurisdict. omnium iudic.* docet etiam *Balb. in decis. 109. Chartar in decis. Genua 6.* & hoc casu dicit *Bart. loco allegato* tale obligatum teneri ad pœnam, & interesse tantum *Triuis. decis. Venet. 482. lib. 1. Graff. in tract. de exceptio. cap. 18.*

Intellige secundo quod si non solum promisit, quod possit conueniri vbique locorum post declaratas ciuitates puta Florentiæ, & Bononiæ, sed in dictis ciuitatibus, & vbique locorum promisit soluere tunc non tenetur nisi in dictis locis, aut vicinis, & non remotis *Rom. cons. 180. num. 9. in fin. Galless. de oblig. in form. Camer. part. 2. quæst. 3. num. 2. & 3. Triuis. d. decis. 48. lib. 1. Carol. de Graff. d. except. 18.*

Intellige tertio, quod si diceret pro-
10 misit soluere vbique fuerit inuentus tunc non opponit fori in competentiam vel declinatoriam, sed potest ibidem vbique reperiatur conueniri *arg. l. contraxisse ff. de act. & obligat. l. Titium & mauium §. 1. ff. de administr. tutor. Balbus d. decis. 109. Scacc. de Iudic. parte 1. cap. 22. num. 26. Chartar. d. decis. 6.* & idem de *Graff. de excep. loc. cit. nu. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium electionis fori datur priuilegiato etiam si agatur de re beneficiali*

2 Lex

2 *Lex unica C. quando Imper. intrat etiam in causa spirituali pro compræ bensis.*
3 *Iurispatronatus causa est mista priuilegium l.unica personis, & non causis est indultum.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium an habeat locum, vbi agitur de re beneficiali puta de causa Iurispatronatus

QVÆSTIO LI.

1 Regula sit affirmatiua procedere beneficium electionis fori vbi igitur de re beneficiali, vt dixit *Rota in vna seguntina coram R.P.D. Licta*, & tenet *Marchesan. de commiss. in tit. de Auocat.caus.par.2.§.2.num.88.* per hæc verba.

Pariter lex vnica præfata procedit si agatur de causa beneficiali Puta super iurepatronatus, quæ est mista nã quoad rē Ecclesiasticam præambulare ad institutionem pertinet, ideo est iuris spiritualis & de temporalitate participat, quia laico competit, & quia ad hæredes transit capit. filij 16. quæst.6. Vestr. in sua praxi lib.3.cap.2. num.4. Imo si causa
2 *spiritualis esset pariter huius legis dispositio intraret Crescent.decis.16.de priuileg. Afflict.decis.267. per totum Abbas in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.12. de constit. vbi Dec.num. 104. Alex.cons. 125. num. 2. vol. 2. Iuris autem patro-*
3 *natus causa est mista ad laicum autem pertinens cap. filij 16.quæst.3.Vestr.in sua praxi lib. 6. cap.2. num.4.& tamen in prima, & secunda instantia habet locum lex nostra Thesau. decis. 177.num.2. cum personæ, & non causæ indultum sit priuilegium neque in qua-*
4 *cunque instantia eadem est, vbi videmus de causa priuilegiata in prima instantia, quæ talis remanet Bellamer.decis.40. Cassador.decis.7.num.1. de rescript.vti de in Anno 1585. proponente in signatura iustitiæ R.P.D. Anselmo Bandino Nobili Casatanensi in vna Foroliensi iurispatronatus in qua duæ aderant viduæ habentes interesse super iure præsentandi ex dispositione l.vnic.C. quando Imperat. ex communi patrum consensu obtinuerunt à curia causam auocari, & ad partes remitti sicque videmus magis magisque quotide quam amplum, vt ita dicam, & inuiolabile sit præfatum priuilegium.*

Et iuxta prædicta quandoq; nonnullis quippè vicibus respondi interrogatus, & in specie dum Romæ essem annis non longè elapsis, & colloquium habere cũ Eminentissimo D.Cardinali Mellino cu ius anima hodie apud Dominum requiescit.

Indè cum in Curia Episcopali Vicequensi articulus iste fuisset discussus iuxta meam sententiam fuit conclusum in causa Iacobi Antonij Breglię, & hæredum Matthæi de Cimino.

SVMMARIVM.

1 *Adhærens appellationi aduersarij efficitur vnus spiritus cum appellante.*
2 *Impetrans Iudicem illum respuere regulariter nequit.*
3 *Rescriptum Principis dicitur commune.*
4 *Superior non potest renunciare rescriptum aduersario inuito.*

ARGVMENTVM.

Fori variatio an debeat concedi, quoties aduersarius inhæsit electioni Fori factę per personam priuilegiatam.

QVÆSTIO LII.

Angela Crespa Vidua quondam Roberti Melæ pro causa vertente in Curia Ciuitatis Cauæ cum Fuluio della Monica elegit in forum Regiam Audientiam Principatus Citra, & Basilicatæ, cui quidem electioni factæ inhæsit Fuluius conuentus, cumque deinde vellet per viam variationis eligere in forum Magnam Curiam Vicariæ (prout cum effectu elegerit,) fui interrogatus à quodam Procuratore practico quidem, & bonæ experientię num potuisset ipsa vidua id agere, dum electioni fori Regiæ Audientiæ primo loco factæ, ipse minime

nomine sui principalis specialiter inhæsisset.

Et quidem prima facie videbatur dicendum cessare debere in hoc casu huiusmodi priuilegium exemplo eius, quod dicitur de adhærente appellationi
3 per aduersarium interpositæ, qui efficitur vnus spiritus cum appellante *Oldrad.cons.290.vol.2.Rot.Floren. decis. 11.num.3.Præses de Franch.decis. 257. num.5.*

3 Et confert, nam is, qui semel commissionem principis petijt, & aliquem iudicem impetrauit commissione renunciare nequit inuito suo aduersario, qui literis delegationis vti potest *Ioan.Andr. in cap.* ex conquestione extra de restit.spoliat. *Magon.decis.lucens.52. nu. 18.Balb.decis.76.Berlicchius decis.227.* vbi rationem adducit, quia rescriptum Principis dicitur commune, & idem im
3 petrans ei non potest renunciare, maximè si fuerit præsentatum allegat *Bald. in l.postquam liti num.16. C. de tempor.in integr.restit.Iaf. in l.si quis iniquam num.12.ff.quodquisque iur.* Adeo
4 vt nec ipse Princeps, vel Imperator possit renunciare rescripto aduersario inuito *Felyn.in rubr.de rescript. num.3. Rota decis.45.de appellat. in antiq. D. Ricc.collect.decis.collect. 963.*

Cæterum re melius perpensa incontrariam descendi sententiam, quia alias esset perindirectum eripere facultatem variandi personis priuilegiatis, certumque est id esse concessum ipsis variare pluries, vt diximus supra sect. 1. quæst. 4. quia omnes aduersarij inhærerêt electionibus primo loco factis per personas priuilegiatas, ad euitandum, nè amplius variare possent, sed cogantur perseuerare iudicium in eodem Tribunali, quod elegerunt, & consequenter fieret fraus, & maxima rescissio priuilegio sic amplè concesso per Principem, & iuxta hanc opinionem au diui fuisse executum in dicta causa.

S V M M A R I V M.

1 *Miserabiles personæ non possunt in eo foro, in quo eorum nomine exercetur iurisdictio litigare.*
2 *Iudex in causa propria quis esse nequit.*
3 *Baro nequit esse Iudex in causa subditorum.*
4 *Episcopus non potest esse Iudex vbi tractatur de proprio questu.*
5 *Officialis, siue Iudex offensus ratione dignitatis potest ipsemet procedere in causa.*

A R G V M E N T V M.

Beneficiũ electionis Fori, an sit ad mictendum, vbicunque Miserabiles personę litigare vellent in eo foro cuius iurisdictio eorum nomine exercetur.

Q V Æ S T I O. LIII.

Regula sit, vt eueniente fortasse casu, quod vbi in foro per viam variationis peruento iurisdictio priuilegiatorum nomine exerceatur, non sit admittenda huiusmodi variatio facta, cum iuxta *Couarruuiæ* sententiam *lib.prac.quæst. cap.7.col.pen. vers.8.* hoc priuilegium electionis fori non competat miserabi-
1 libus personis, quando tales litigare vellent in eo foro, cuius iurisdictio eorum nomine exercetur, & ita euni referendo sequitur *Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. cas.66. num. 48.* vbi assignat rationem quia tunc tanquam suspecti non debent gandere hoc priuilegio.

2 Eò, quia viderentur quodammodo esse iudices in causa propria, quod in iure est reprobatum *l.vnica C.ne quis in sua caus.* etiam consentiente eius aduersario, *Iacobin. in l. qui iurisdictioni ff. de iurisdict.omn.iudic.* & generaliter authoritate propria aliquid agere cunctis est denegatum *l.nullus C.de iudeis l.si quis intantam C.vnde vi Soccin.regul.34.Bonifac. de furt.§. possessiones à num.35. vsque ad 62.* vbi late de materia *Gabriel.luculenter conclus.1. de acquirend. possess.* & plenissimè *Farinac. in tract. de furtis quæst. 175. à folio 70. vsque ad 98.* apud quem plurima huius farinæ ad hanc conclusionem conducentia reperies, quæ hic breuitatis causa omictuntur.

3 Indè Baro nequit esse iudex in causis subditorum quando agitur de eius interesse *Mastrill.decis.234.num.10.Capiblanc.in pragmat.16.nu.56. de Baronibus recentissimè, Costa siculus cons. 85.num.6.& seq.* vbi etiam *num.4.* an-
4 nuit Episcopum non posse esse Iudicem vbi tractatur de proprio quæstu bonorum.

rum ex *Bald. in cap. literas num. 1. de præsumpt. Alex. cons. 79. num. 8. vol. 1. Rimin. sen. cons. 539.*

5 Licet benè Iudex, seu Officialis possit cognoscere de iniuria sibi illata intuitu dignitatis, vt docuit *Cyn. in l. unic. C. ne quis in sua caus.* quem sequitur *Oldrad. cons. 7. Surd. cons. 50. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 42. Caball. resolut. crim. cas. 291. num. 34. cent. 3.* & decisum in Regia Audientia Apulæ refert *Vinius decis. 278. num. 2.* iuxta quorum opinionem me consulente fuit practicatum Illustrem Vicarium Surrentinum contra quendam Clericum, & alias per Reuerendum Vicarium Capritanum ad uersus Reuerendum D. Andream Mazzolam Canonicum eiusdem Ecclesiæ Capritanæ.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non datur contra Curiales Tribunalium, sed declara non procedere quoties non assistunt Tribunali num. 5.*
2 *Aduocati, & Procuratores etiam exteri conueniuntur in Tribunali, cui inseruiunt.*
3 *Curiales Regiarum Audientiarum Regni gaudent priuilegio fori.*
4 *Actuarij dicuntur capita Curialium.*
6 *Licentia superioris facit absentem haberi pro præsente.*
7 *Absens licentia cum videtur seruire.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori beneficium num habeat locum vbi lis vertitur cum Curialibus Magnæ Curię Vicariæ, Regiarum Audientiarum Regni Sacri Regij Consilij, vel Regiæ Cameræ Summariæ.

QVÆSTIO LIIII.

1 Regula firmanda est pro parte negatiua cessare scilicet ius hoc eligendi, & variandi forum quoties esset lis cum Curialibus aliquorum Tribunalium pura Magnæ Curiæ Vicariæ, Regiarum Audientiarum Regni, Sacri Consilij, vel Regiæ Cameræ Summariæ.

Siquidem huiusmodi Curiales habet priuilegium, vt possint ad eorum Tribunalia trahere alios eque priuilegiatos, nec possunt trahi ab alijs priuilegiaris, vt refert D. *Reg. Tapia in suo oper. Iur. Regni in constit. statuimus num. 12. de offic. Magistri Iustitiarij, Tasson. super Iudex Mag. Cur. V. amicus meus, pragmat. de Antephat. vers. 30. obserua. 376. vol. 138.* & est sancitum per particularem *Ritum Magnæ Curiæ 232.* cuius hæc sunt verba.

Item, quod omnes Curiales dictæ Curiæ, siuè sint ad gagiam ipsius Curiæ, siuè non omnes, qui dictam Curiam sequuntur, vt Aduocati, Procuratores, aliįque Scriptores curialium, priuilegio permittente in ciuilibus, & in criminalibus causis trahunt eorum aduersarios in dictam Curiam, sed ipsi in alijs non trahuntur ad istantiam suorum aduersariorum & tradidit etiam. Ex quo videtur dicendum habentes fori electionem non posse istos trahere ad alia Tribunalia.

2 Amplia primò non tantum in curialibus Aduocatis, Procuratoribus Neapolitanis, sed etiam externis, veteranis, & matriculatis, vt animaduertit *Muscatell. in praxi Sacri Concilij in glos. competentes num. 74.* quid quid dicat *Carau. in d. ritu 232.* vbi hoc firmat tantum in Procuratoribus, & Aduocatis Neapol, iuxta quam sententiam refert iudicatum ipse *Muscatell. vbi supra* per Magnam Curiam Vicariæ in fauorem Procuratorum, qui non erant Neapolitani, & idem practicasse in eadem Magna Curia Vicariæ, testatur *Tapia in Constit. Regni statuimus num 14.* vt meminit *Thorus in suo Compendio decis. in verbo fori priuilegio tom. 1. D. Rice. collect. decis. collect. 2312.*

3 Amplia secundo, etiam in Curialibus Aduocatis, Procuratoribus, & Scribis Regiarũ Audiẽtiarum: nam isti pariter gaudent priuilegio fori, vt in praxi esse receptum testatur *Reg. Tapia in d. Constit. Regni statuimus num. 6.* sequitur *Carauit. in ritu 232. num. 4.* vbi ait, nullum dubium esse, quod curiales Regiarum Audientiarum dicantur Regales curiales, quia curia ipsius dicitur Curia Principis, sicuti Magna Curia, vt per *Afflict. in Constit. Regni iustitiarij nomen notab. 19. num. 24.* & per eundem *Carauitam in ritu 54.* quod probatur etiam

etiam per *ritum Magnę Curiæ Vicariæ* 233. vt & ait *Carau. in d. ritu* 232. Qui sic decisum refert, & contrarijs respondet *Capiblanc. in prag.* 8. *par. 1. nu.* 334. *de Baron.*

4 Amplia tertio etiam in Magistris Actorum, vt per *Annamr. in singul.* 48. *D. Ricc. d. collect.* 2312. sunt enim huiusmodi, quasi capita Curialium.

Limita primo, vbi isti Curiales in Audientia, vel Tribunali non assistunt, nam non gaudent eo beneficio, enim priuilegium habent quousque in Regijs Audientijs assistunt. *Carauit. in d. ritu* 232. vbi allegat *Isern. & Afflict. in d. constit. statuimus notab. 6. num.* 8. argum. tex. *in l. fin. C. de Episcopis, & Cleri.* & ideò si in eorum patria contraherent, vel delinquerint, tali priuilegio non gaudent *l. fin. in fine C. de priuileg. scholar. lib.* 12. etiam si cum licentia ad eorum domos accessissent, iuxt. opin. *Isern. in dicta constit. statuimus*, quamuis regula sit, quod licentia superioris excusat, & facit absentem haberi pro præsente dum habet animum regrediendi ad exercendum officium *Rom. singul.* 455. *Marta* recentissime in *cons.* 244. & absens cum licentia dicitur seruire *Dec. cons.* 70. *num.* 2. latè *Gratian. decis. Rot. Marchia* 200. & iuxta supradicta practicaui in Regia Audientia Capitinatæ Apuleæ, & Comitatus Molisij, & in specie in causa Hieronymi Fogliæ Ordinarij Causidici dicti Tribunalis.

SVMMARIVM.

1 *Fori priuilegium non potest allegari à depositario.*

2 *Depositarius cogitur restituere depositum per Iudicem, de cuius mandato fuit factum, sed declara, vt nu. 3.*

ARGVMENTVM.

Electio Fori An concedatur personæ priuilegiatæ depositariæ conuentæ pro restituendo deposito, vel sequestro.

QVÆSTIO LV.

Regula sit negatiua, vt priuilegiata persona depositaria 2
1 conuenta pro restituendo deposito, vel sequestro nequeat allegare fori priuilegium, Principisque Tribunal eligere, sed possit cogi ad restituendum depositum ab illo Iudice, de cuius mandato illud fuit ei consignatum.

Siquidem, vbi ex mandato alicuius Iudicis fit depositum, siuè sequestrum penès personam priuilegiatam, & suum proprium forum habentem, pro restitutione eiusdem depositi penès se depositati conueniri potest coram eodem Iudice, cuius mandato fuit factum depositum, seù sequestrum, *Bald. in l. acceptam num. 4. C. de vsur. Ias. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio Aloys. de Leo in Auth. cassa C. de sacros. eccles. num. 19. Cappell. Tholos. decis.* 152. *Afflict. decis. 24. num.* 3. vbi *Vrsill. in addit. Scaccia in tract. de iudic. par. 1. cap. 11. num. 96 Restaur. in tract. de Imperat. quæst. 107. nu.* 12. vbi alios citat concordantes *Surd. cons. 280. nu. 11. lib. 2. Anna singul. 127. vbi filius in addit. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 94. num. 8. Cumia super Rita M. C. Regni Siciliæ cap. 19. num.* 24. nouiter *Galluppus in prax. S.C. par. 2. cap. 6. num. 89. allegat. Negus. de pignor. in 3. membro 5. partis post num. 29. & D. Reg. Tapia in cap. item statuimus num. 12. de Episcop. & Cler.*

Quorum opinionem seruari in Gallia testis fidelis est mihi *Tiraquel.* qui plures ad id cumulat concordantes in *tract. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. nu. 9. & 10. Carrab. singul.* 52.

Et iuxta hanc theoricam practicaui tanquam Regius Gubernator Aierulæ aduersus Paulum Cennainum depositarium viginti aureorum Stefani de Fusco, quem coegi ad exibendum non obstante, quod allegaret fori exemptionem quam in rei veritate habebat.

Bene verum si depositarius esset persona Ecclesiastica non posset cogi per
3 Iudicem non suum nisi realiter ad soluendum depositum, vt voluit *Masull. in addit. ad Capyc. decis. 7. num. 4.* vbi adhoc allegat *Vrsill. in scholijs ad Afflict. decis.* 173. & *Calefat. in l. 1. num. 36. vers. sed cap. Clericum ff. de Iudic.* quod habui in facto in causa vertente inter Clericum

ricum Ioannem Angelum Somascum, Diœcesis Beneuentanæ, & Lucium Antonium Gallum, ad cuius instantiam fuerat factum depositum, quinquaginta ducatorum penès præfatum Clericum, & cum recusaret restituere quantitatem depositatam, fuit captis pignoribus per Iudicem, (de cuius mandato depositum, & erat consignatum) coactus restituere totam summam pecuniæ depositatæ penès ipsum, & hoc in anno 1623, de mense Aprilis.

SVMMARIVM.

1 *Possidens vigore decreti lati ab aliquo Iudice, si ab illo fuerit citatus ob causam nullitatum forsitan propositarum contra dictum decretum forum declinare non poterit.*
2 *Grauanti munus est releuare.*
3 *Clausula (saluo iure) quid operetur.*
4 *Iudicium coram eodem Iudice per ipsos potest stante clausula reseruatiua.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori beneficium nũ cõpetat miserabili personæ possidenti bona vigore decreti lati à Iudice Domicilij, si opponatur nullitas aliqua contra dictum decretum, & ideo fuerit citata coram eodem.

QVÆSTIO LVI.

Egistrabatur in facto, quod Aurelia de Sabijs Vidua quondam Angeli Murroni, & Ioannes Antonius, & Marcus Ioseph Murroni filij, & pupilli fuerunt missi in possessione cuiusdam petiti Terræ modiorum decem cum dimidio vigore decreti lati per Iudicem eorum domicilij interueniente tamen clausula, saluo iure, & accidit quod post nonnullos menses insurrexerunt Marius Lafranchinus, & Scipio Calista tertij interesse prætendentes, qui dicendo de nullitate præfati decreti lati per dictum Iudicem loci domicilij coram eodem citare fecerunt prælibatos Aureliam Io: Antonium, & Marcum Ioseph, Matrem, & Filios, & quia isti citati pro tali causa eligerunt in forum tanquam personæ priuilegiatæ Regiam Audientiam Catanzarij, opponebatur per partem aduersum nullatenus in hoc casu suffragari posse tale priuilegium, stante quod idem Iudex posuerat ipsos in possessionem dictorum bonorum cum clausula (saluo iure, &c.) & ideò coram ipso eodem erant trutinandæ, & determinandæ nullitates & prætensiones oppositę per ipsos comparentes, quare fui rogatus, quid in hoc articulo sentirem, & certè aduersus priuilegiatas personas votum dedi, & sic scribo.

1 Regulam igitur firmo, quod vbicunque persona priuilegiata possidet bona vigore alicuius decreti, si aliquo modo opponatur contra præfatum decretum ex causa nullitatis, vel alijs medijs tũc possidens citatus coram dicto Iudice, à quo fuit latum decretum nullatenus poterit declinare forum præfati Iudicis, vt in terminis terminantibus in facto respondit, & tuetur *Peregrinus in suo tract. de fideicommissis artic. 48. nu. 63.* & recenter eum allegando sequitur *Gallupp. in praxi S.C. par. 2. cap 6. nu. 88.* Cuius regulæ ratio assignari potest siquidem cum præfatus Iudex ex suo decreto (saluo iure cuiuslibet) quamuis partem immittendo in possessionem illos, quos immittere ex causa non debebat ratio dictat, & suadet, vt eius sit reuocare, cuius fuit condere ad tex. *in l. nihil tam naturale ff de regul. iur.*

2 Præterea, quia ad ipsum spectat releuare, qui grauauit vt sic iudex qui facilis fuit in immittẽdo sit pariter facilis in extramittendo iuxta theoricam *Bald. in l fin fide edict. Adrian tollend.* quam allegat idem *Peregrinus loco antesignato num. 64.* prout etiam in proposito argumentatur *Ferrett. cons. 27. num. 7. & 10. & cons. 30. nu. 2.*

3 Quæ opinio eò magis clarescit, & tuta videtur existente clausula illa (saluo iure) quæ est preseruatiua iuris alieni, vt per *Rot. apud Farinac. decis. 610. in fin. Marta de clausulis claus. 150. par. 1. Barbos. claus. 83.* vbi quod etiam operatur, vt omne ius tertij saluum remaneat in quocumque iudicio ex *Sess. in decis. Aragon. 205. num. 7.* tueturque illesum ius quod quis habet *Pereira de empt. & vendit. cap. 26. nu. 28.* remque integram constituit prout erat ante immissionem, ita quod alteri non sit illatum præiudicium, nec in petitorio, nec in possessorio *Bald. cons. 104. vol. 5. Ias. in l. naturaliter §. nihil commune*

mune circa fin ff. de acquir. possess. Nacta cons. 653. *num.* 5. quos refert, & sequitur *Peregrin. in d. tract. de fideicommissis artic.* 47. *num.* 2. vbi quod ideò clausula ista facit dispositionem, & missionem conditionalem, vt scilicet si alius sit in possessione missio habeatur pro non facta allegat *tex. in l. labeo §.* 13. *ff. famil. hercifcund.* & assignat rationem, quia Iudex non intendit alteri præiudicare *Bald. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. num.* 41. vbi pariter *Salic. col.* 4. *Berous cons.* 110. *num.* 4. & *cons.* 170. *num.* 15. *lib.* 3. *Puteus decis.* 37. *lib.* 2. Non igitur persona priuilegiata potest recusare cognitionem præfati Iudicis, qui per illud modificatū decretum noluit præiudicare iuribus alienis non enim potest persona priuilegiata acceptare decretum pro parte sibi fauorabili, & pro alia recusare, sicuti nec statutum debet pro parte acceptari, & pro parte respui, vt docet *Alexan. cons.* 309. *col. pe. vol.* 2. ex *Bal. theorica in l. omni innouatione col.* 2. *C. de sacrosan. eccl.*

4 Tandem, quia ex vi clausulę reseruatiuæ iudicium coram eodem iudice tractaui potest, vt in specie voluit *Angel. gel. in d. l. fin. col. pen. C. de edict. diu. Adrian. tollend.* clausula siquidem (saluo iure) facit cōtinuari idem iudicium vt apud nouissimum Doctorem Neap. *in suo tract. de iurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 159. *num.* 5. vbi *num.* 22. asserit, quod semper censetur in esse, & *num.* 23. ait, quod solet apponi à iudicibus ab obturandum ora languentium refert & sequitur *Barbos. d. claus.* 83. *num.* 4. *pagin. mihi* 258. *col.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest derogare priuilegio miserabilium personarum.*
2 *Priuilegium concessum Baroni, vt possit cognoscere de causis miserabilium non procedit quando Terra propter rebellionem esset amissa, & iurisdictio alteri fuisset concessa absque expressione istius priuilegij.*

ARGVMENTVM.

Electionis fori beneficium, an habeat locum quoties iurisdictio concessa à Rege cum derogatione l. vnic. C. quando Imper. & c. propter rebellionem esset ammissa, & Rex alteri concessisset Terram, siue Ciuitatem absque expressione istius clausulæ.

QVÆSTIO LVII.

Regula sit, quod licet electionis fori beneficium cessat, quando Baro habet priuilegium, in quo adest clausula non obstantibus priuilegijs, quæ de iure, & per Sacras Constitutiones Regni
1 conceduntur pupillis, viduis, & miserabilibus personis iuxta theoricam *Afflict. in Constit. Regni statuimus num.* 15. quam communi voce omnes Regni colæ approbarūt, & satis in viridi obseruantia viget in Regno praxis iuxta illam, cum valeat Princeps derogare priuilegio per ipsum, & per legem commune concesso, vt notauit *D. Reg. Tapia in antecit. Constit. Regni num.* 30. vbi de clarationes quoque cumulauit.

2 Tamen id non habet locum, quando propter rebellionem esset priuilegium ammissum, & Rex alteri Terram concessisset absque expressione istius clausulę, etiam si esset dictum prout melius, & plenius tenebat eius prædecessor, ita *Foller. in pract. crim. in verbo Audiantur excusatores post num.* 114. *pagi.* 92. *Trafes de Franch. decis.* 192. iuxta quorum sententiam duabus vicibus consultus respondi dum casus ex facto accidisset, meumque ex peteretur votum, sicque solet practicari apud Regia Tribunalia.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non allegatur contra commensales, & familiares Regis etiā si absēsent num.* 4. & *qui si pro negotijs num.* 5. & 10.
2 *Commensales, & familiares Regis quem Iudicem habent.*
3 *Priuilegium domini extenditur ad familiares.*
5 *Beneficiatus absens quando distributiones quotidianas percipiat, & quid si sit infirmus num.* 8.
6 *Salarium debetur officiali absēnti ex legitima causa, vel cum licentia nu.* 11.
7 *Officialis egrotans seruire dicitur.*
12 *Beneficium cessat, cessante persona, qua locum facit beneficio.*

13 *Licen-*

13 *Licentiatus ab officio, vel familiaritate habetur ac si non adsit.*
14 *Familiaritas ex discessu à Curia amittatur, & familiaritatis continuatio an præ umatur ibid.*
15 *Cappellani Regij actu seruientes sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum.*

ARGVMENTVM.

Ius eligendi, & variandi forum an cesset, vbi causa, & lis vertitur inter miserabiles personas, & familiares commensalesque Regis actu seruientes.

QVÆSTIO LVIII.

1 Regula sit, vt quotiescunque lis verteretur inter miserabiles, & priuilegiatas personas atque commensales, domesticos, & familiares Regis illi actu seruientes, in tali casu electionis fori priuilegium, alias concessum allegari non posset.

2 Siquidem præfatæ personæ habent in Iudicem particularem magnum siniscal cum, vt expressè cauetur per *Ritum M.C.V.* 46. in finalibus verbis, & sequitur *Muscatell. in praxi Sacri Concilij in glos. competentes in addit. lit. G.* & latè tradit Carauit. in d. *ritu 46. num. 17. & sequen.* per hæc verba.

Quinto nota, quod familiares Domini Regis, Item commensales, domestici, & actu seruientes sunt exempti à Iurisdictio. Magnæ Curiæ, ex quo corrigitur Constit. statuimus per quam Magnam Curiam statuitur Iudex ordinarius omnium Curialium Domini Regis probatur, quia cum curiales dicuntur illi, qui in Curia Regis commorantur, & sinè eius speciali mandato recedere non possunt, & ibi expressè dicit constitutio, & Isern. in princip. adque procedat, quomodocumque Curiæ sunt obligati, siuè milites, siuè Aduocati, siuè Iudices, siue officiati, siuè Histrigones, & ibi dicit Afflict. in 6. notab. num. 6. & Lucas de Penna, in l. Curiales la 1. C. de decur. lib. 6. & negari non possit, quia familiares, domestici, & commensales, & actu seruientes Domino Regi dicantur tales, cum sine licentia recedere non possint, sequitur absque dubio, quod eximendo per hunc Ritum istas personas, quæ Curiales dicuntur corrigit dictam constitutionem statuimus, quoad id tantum quod de curialibus loquitur quod Afflict. in eadem constitut. statuimus in 6. notab. Quem Niger refert in clem. de vita, & honestate clericorum conclus. 4. num. 24. in fin. malè admiratur, dum, inquit, quod licet illa Constitutio prabeat ordinariam constitutionem contra Curiales Domini Regis, tamen ipse vidit, quod tempore Regis Ferdinandi primi, Magnus Siniscalcus significabat Mag. Cur. quod talis carceratus erat curialis D. Regis, & Magna Curia illum remittebat tàm in causa ciuili, quàm criminali, quod ipse dicit processisse: quia forte Dominus Rex, ita ordinabat, quod alias illa constitutio esset seruanda. & credo quod si Afflict. aduertisset ad hūc Ritum eximentem istam personam (quæ curiales dicuntur) à Iurisdict. Mag. Cur. talia non dixisset data enim exemptione ipsorum à Magna Curia per hunc Ritum sequitur necessariò, quod omnes isti, qui in Ritu enumerantur Magno Siniscalco sunt subiecti ipseque habet eos exercere, & punire eos, vti familiares Regios aulicos, & curiales, vt inquit D. Mar. Frezz. de subfeud. lib. 1. de offic. Magni Siniscalchi in prouin. & num. 3. vbi etiam ipse reprehendit Afflictum, de hoc dicto, quàmuis ex alio cap. quam ego dixi, & ex consequenti sequitur, quod id. quod tempore Afflicti faciebat Magnus Siniscalcus non erat ex speciali ordinatione Regis, sed ex sua ordinaria iurisdictione, cui non obstat constitutio statuimus, tanquam per hūc Ritum correcta, &c. Hac ille.

Cuius sanè conclusionis ratio est, quia quemadmodum Rex, non subijcitur Magnæ Curiæ, pari modo, nec eius familia, licet de ordine ipsius Domini Regis subijciantur Siniscalco, cui ipse Rex non est subiectus; priuilegium

3 enim alicui concessum extenditur eciā ad eius familiares, ex latè traditis per Capyc decis. 12. *Thesaur. decis. 22. Grattan. decis. marcb. 133. & discept. forens. 340. & 341. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 17. num. 97 tom. 1. Reg. Rouit. in pragmat. Regni 16. de militibus à num. 50. cum seq.* copiosè *Grass. in tract. de effect. clericat. effect. 1. à num. 128. cum* pluri-

Dd 2

pluribus sequentibus.

4 Amplia primo, firmatam conclusionem procedere etiam si istæ personæ absentes à Cur. Regis pro eiusdem seruitijs *tex. in cap. ex parte de cleric. non residentib. glos. & tex. in cap. fin. de verb. signific.* quos adhoc propositum, hanc sectando sententiam citat *Carau. d. ritu 46. num. 20.*

Et ratio est secundum me, quia in tali casu abesse non dicuntur propter vtilitatem Regis, vndè Beneficiatus ab-
5 sens ab officijs diuinis propter aliquam necessitatem vel causam euidenter vtilem ipsi Ecclesiæ, valet consuetudo, quod percipiat quotidianas distributiones. *Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. Nauar. cons. 10. de cleric. non resident. Guttierez. Canoni. quæst. 1. cap. 1. num. 144. Hoied. de benefic. part. 1. cap. 17. num. 19. & probat in cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6.* Ibi (qui verò aliter de distributionibus ipsis quidquid receperit, exceptis illis, quos infirmitas, seù iuxta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret.) Idque apertè fuit decisum per Sacram Congregationē Concilij Trident. *in vnam Tridentina*, vbi absolutè censuit etiam nulla consuetudine habita mentione, eos qui absunt propter Ecclesiæ vtilitatem distributiones quotidianas non ammittere.

6 Prout officialis, qui pro aliqua iuxta, & legitima causa abest à iudicio recipit salarium etiam si stipendium pro viarico accipiet *l. hac lege, C. de proxim. sacror. scrin. lib. 2. Capiblanc. singul. 137* vbi etiam quod maiores officiales equitantes ad instantiam partis habent salarium tanquam præsentes ex *Reg. de Ponte cons. 92. tom 1.* & ita practicatur.

7 Amplia secundo, hanc conclusionem procedere etiam si egrotarent, quia pariter tunc seruire intelliguntur *l. cum hæres §. stico ff. de stat. liber.* & notat *glos. in d. c. fin. de verb. signif.* in terminis nostris videndus *Carauit. d. ritu. 46. num. 21.*

8 Dicimus hoc adinstar beneficiati, qui ex morbi impedimento, nequit adesse personaliter in diuinis, qui etiam gaudet distributionibus quotidianis in *d. cap. vnic. §. Qui verò*, & optimus tex. *in cap. 1. de Cleric. egrotantibus*, vbi *glo. fin.* dicit, quod Clerici in egritudine stipendijs suis priuari non debent, vt tradit copiosè *Monet. de distribut. quæst. 6. Gomes. in Regul. de infirm. resignant. quæst. 9. vers. 47. fol. 89. Duen. in regul. 206. limit. 7. Siluestr. in summa in verb. beneficium. num. 3. Guttierez. canon. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 140. Selua de benefic. par. 4. quæst. 6. num. 9. Spin. in Specul. testam. in glos. 9. princ. num. 30.* latè post alios quos allegat *Caned. in quæst. canon. 1. num. 1.* subdens *num. 9.* tunc infirmū lucrari distributiones quotidianas quando cum erat sanus interesse solebat horis canonicis, tunc siquidem infirmus ex iuris artificio reputatur præsens argumen. tex. *in l. non hæres vers. sed si quiunsdam, vbi glos. in verb. imputantur ff. de stat. liber.* & probat vltra alios *Marta decis. 233.* sicque reminiscor in Curia Archiepiscopali Neapolitana decisum.

Amplia tertio, procedere firmatam conclusionem si absint pro negotijs proprijs de licentia Domini, & hoc solum, dum sunt in eundo, & redeundo, vt dicit *Isern. in Constitut. statuimus in princip. argum. tex in l. 1. C. de re milit. & l. qui mittunt, & l. si cui §. 1. ff. ex quibus causis maior*, & idem firmat *Afflict. ibi. in 6. notab. in num. 8. vers. quid si curiales* quos allegat *Carauit. in d. ritu. 46. num. 21.*

Limita primò non procedere quando supradictæ personæ abessent à Curia Regis pro negotijs proprijs, etiam
10 si cum licentia tunc enim dum sunt in loco in contractibus, & delictis, priuileg. exemptionis non gaudent, vt dicunt *Isern. & Afflict. in d. Constitut statuimus argum. l. fin. C. de priuileg. scolar. lib. 12.* idem *Afflict. in constit. Regni intentionis nostræ notaq. 4. vers. sed quæro Niger de vita, & honestate Clericorum conclus. 4. num. 24. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cas. 551. circa medium versic. quartum est requisitum D. Ricc. in praxi resolut. 180. num. 7. tom. 3. Carauit. in d. rit. 46. num. 22.* vbi subdit, quod propterea non Magnus Siniscalcus, sed ipsa Magna Curia cognosceret, & ideo secundum eum vidimus, quod Rex quando concedit literas familiaritatis aliquibus quos ipse scit non esse actu exercitaturos eximit ipsos familiares à Curijs in inferioribus tantum, cum in eisdem mandet non posset cognosci, nisi à Magna Curia, vel Audientijs Regijs, prout sic vidisse ipsum *Carauitam*, ibi testatur in multis literis, seù priuilegijs familiaritatis pro quo est

extra-

extrauagans Innocentij V. ad futuram rei memoriam, vbi habentes literas familiaritatis priuilegio non gaudent, nisi actu exerceant officium pro quo literæ datæ fuerunt, tradunt etiam *Cardin. conf.* 125. *& Felyn. in cap. insinuanter vers. & nota num.* 5. *de offic. delegat.* vbi etiam ponit, quod adhoc, vt literæ familiaritatis præbeant priuilegium est necesse; vt perueniant ad notitiam illius cui conceduntur pro quo etiam consuluit. *Anchar. conf.* 398.

Licet de salario loquendo, teneat cōtrarium *Amat. in decis. Rotæ Marchiæ* 52. vbi dicit decisum salarium deberi Auditoribus Rotæ pro tempore, quo
11 fuerunt absentes cum licentia per ea, quæ in terminis tradit *gloss. in l. desertorum ff. de re milit. §.* 5. *ad diem commentus in litera K. in verbo si ad diem quæ ad litteram dicit*, quod rediens infra tempus statutum à licentiante, vel à lege percipit interim salarium, quod per dit, si negligit redire. *Bald. in l. si ea conditione C. de condit. infert. in fin. Bart. in l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 12. *in princip. in fin. & ibi tex. in vers. & qui liberam. Roman. singul.* 453. Qui miratur de *Baldo* non allegante, tex. *in d. l. hac lege C. de proximi sacr. scrin. lib.* 12. sed tantum dictam glo. *Dec. consil.* 70. *num.* 2. *in vers.* Nam certum est *Bologn. consil.* 71. *num.* 5. *Cataldin. de Boncomp. in suo tractatu de sindic. num.* 71. *Paris. de Put. in suo tractatu de sindic. in verbo licentiam num.* 3. *Cæphal. conf.* 71. *num.* 12. *& conf.* 70. *nu.* 4. *lib.* 1. *Roncagal. in l. Nemo est. num.* 30. *de duobus reis fol.* 386. *Surd. consil.* 42. *num.* 1. *lib.* 1.

Et quod absens cum licentia pro tempore absentiæ debet habere salariū, vt seruatur in Regijs Audientijs Regni tuetur *Gratian. decis. Marchiæ* 200. *Ann. conf.* 42. *num.* 25. *Ripa in suo tract. tu de pest. in tit. de priuileg. contract. caus. pest. num.* 121. *fol.* 50. Scribens, quod DD. dicuntur legere eo tempore, quo vacant de licentia superiorum, & *Ioan. de Sancto Seuerin. in l. diem functo nu.* 45. *de offic. assessor. lib.* 1. *fol.* 251. Subdens aliud esse in famulo subiectum cōducto pro respectu laboris, & operarū, nam huic datur licentia pro aliquo tempore fit defalcatio salarij, vel dictum tempus resletur per tantundem tempo ris, quod absfuit, prout in simili dicit *Bart. in l. si vno, §. Item cum quidem* circa *fin. ff. locat.* imò secundum *Ioan. Bapt. vbi supra*, ita debet censeri tacitè actum tempore petitæ licentiæ, Idem, quod supra citati DD. censuit *Cagnol. in l diem functo ff. de offic. assessor. num.* 189 *fol.* 106 *lib.* 1. dicens vlterius, quod quando non impeditur per absentiam seruitium, vt accidit tempore vacationum, quod debet habere salarium etiã si fuerit absens sine licentia, vt seruatur Paduæ, vbi *DD.* tempore vacationum pro libito discedunt, & habent salarium Immò secundum *Bart. in l. ea conditione, num.* 1. *C. de condit. insert. & in l. liberti. num.* 15. *C. de oper. liber.* illud habere debet etiam pro tempore in eundo, & redeundo, etiam si recederet hora tarda, quia tota dies sibi cedit vt videtur de ment. *Bart. in l. diuisione in fin. ff. solut. matrim.* & *Bald. in d. l. liberti, d. num.* 15. *in vers. non tamen si.*

Limita secundo, non procedere post mortem Principis, quia vbi persone con ditio locum facit beneficio, ea deficiente
12 deficit beneficium. *l. in omnibus ff. de reg. iur.* ad idem *gloss in l.* 2. *fin. vers. filij, quam Bart. ibi, & Bald. num.* 5. *C. de Episc. & Cler.* & quam plures quos *Tiraquell. ponit in tractat. cess. causa incerta fauoris causa, num.* 104. *cum sequent.* Intellige tamen istam limitationem in illis familiaribus, & domesticis, quos actu tenebat penès se, Princeps, cum viuebat, secus autem in illis, qui actu non seruiebant, quos priuilegium suum, suos faceret familiares, quoniam tunc etiam post eius mortem idem esset, & priuilegio exemptionis gauderent, quia priuilegia omnia, quæ à Regibus conceduntur, regulariter sunt perpetua, & reuocari non potest, vt dicit *gloss. in cap decet de reg. iur. in* 6. *Innoc. in cap. quæ Ecclesiarum de constit. Bal. in l. qui se patris. num.* 14. *C. vnde liber.* & latius per *Carauit. in ritu.* 301. *num.* 2. *notab.* tanto magis, quia communiter talia priuilegia, ea forma conceduntur, videntur enim multa ex ipsius concessa per inuictissimum boneque memoriæ Carolum V. Imperatorem, & in eis dicebatur, mandantes singulis officialibus, quatenus ad vnguem obseruare, debeant pro quando gratiam nostram coram habent de Filippo eius Filio immediate hæredi sub paternæ benedictionis intuitu, quod similiter obseruaret, ac obseruari faceret, ex quibus verbis

Dd 3 aper-

apertè demonstratur, quod etiam post mortem concedentis priuilegium, durat familiaritas.

Limita tertio non procedere quotiescunque à Principe fuissent licentiati, per *glos. in d. l. 2.* vbi etiam *Bald. in l. 2. num. 4. & Bart. & Bald. idem C. de test. spec. in tit. de test. §. 1. num. 13. vers. quid si olim fuit eius Clericus, Bar. in l. 1. §. item Mummio per illum tex. & in l. vnius, §. penult. ff. de quæst.* & latè *Tiraquell. in præalleg. tract. in vers. familiaritate cessante num.* 10. sicque in familiaribus Eminentissimorum Cardinalium determinauit *Rota in vna fauentina coram R. P. D. Lugdunen.* li-
13 centiatus enim habetur, ac si non adsit & ex discessu à Curia videtur familiari-
14 tas amissa, de quo tamen vide *Achill. de Graff. decis.* 13. *de præbend. & D. Ricc. in praxi fori eccles. resolut.* 186. *tom.* 3. *qui resolut.* 190. tractat quando familiaritatis continuatio præsumatur ex *decis. Crescentij* 18. *de probat.*

15 Et qui actu non stat in seruitio non debet regulariter gaudere priuilegio Domini prout videmus in Cappellanis Regijs, qui licet vigore *Sacri Concil. Triden. sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. sint exempti à iurisdictione ordinariorum, & subsint Cappellano maiori, de cuius Tribunali discutit nouissimè *Tasson. in pragmat. de Antefato vers.* 3. *obseruat.* 3. *num.* 271. Tamen idest verum quando actu seruiunt, vt meminit recenter *D. Reg. Constant. in l. vnic. num.* 21. *de Palat. & Domin. Dominic.*

SVMMARIVM.

1 *Familiares dicuntur à familia.*
2 *Familiaritas duplex.*
3 *Domestici, qui dicantur.*
4 *Commensales dicuntur qui recipiuntur victum in edibus alicuius, & vide num.* 5. *&* 6.
7 *Archiuij Romanæ Curiæ Scriptores dicuntur veri familiares, & continui commensales.*
8 *Familiares Papæ dicuntur, Milites S. Petri, & Pauli, & Cubicularij.*
9 *Scutiferi Milites Pij, & Lauretani.*

ARGVMENTVM.

Familiares, Domestici, & Commensales, qui nam dicantur ad effectum de quo supra.

QVÆSTIO LIX.

Non inutile erit hic quærere, qui dicantur familiares, domestici, & commensales ad effectum, de quo supra, vbi fuit firmatum in causis ipsorum fori electionem cessare, cum habeant proprium Iudicem, & non possint, nisi ibi conueniri.

Familiares ergo dicuntur à familia, iuxta notata per *Felyn. in cap. literis in princip. de testib.* sed quia appellatione familiæ veniunt filij, serui cognati, item omnes, qui sunt sub vno victu, & domo, *l. pronunciato familiæ ff. de verbor. signific. l. fin. C. eor. l.* 1. *familiæ ff. de vit. arma l. ediles familiæ ff. de edictionibus l. præsenti sanè C. de his qui ad Ecclesias confugium*, infinitis allegatis per *Afflict. in Constit. Regni iurisgentium, §.* 1. *vers. item quarò, num.* 19. vbi loquitur, quod omnes illi, quibus competit aliqua ex dictis qualitatibus familiares dicuntur, & ita dicit *Felyn. in dict. cap. literis not.* 31.

Hæc autem familiaritas iuxta sententiam *Carauit. in ritu* 46. *num.* 31. duplex est potestatiua, seu subiectiua, & socialis potestatiua contingit Patri cum Filio, Domino cum seruo, viro cum vxore, & similibus, vt dicit *Bald. in d. l.* 1. *C. de Episcop. & Cleric.* Socialis dicitur illa, qua quis continua conuersatione cum aliquo adstringitur, allegat tex. in l. item apud si quis virgines *ff. de iureiur.* & hoc pacto visus est *Cicer. lib.* 6. *de amic.* vbi, quia quotidie delectabatur lectione terentiana, si ait, *Nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dicit obsequium amicos veritas odium parit*, de hac etiam loquitur *Isern. in Constitutionis iuris gentium, & Afflict. post eum ibidem §. nota num.* 19. vbi quis satis dicitur familiaris, qui in omni die est simul cum Domino in domo, & extra domum ipsumque associat & cum eo semper assistit, si æquitat, vel aliud agit, licet in domo sua propria comedat, & dormiat, pro quo etiam bonus tex. *in l. si quis virgines*, quod verum etiam firmat. *Luc. de Penna in rubr. C. de domestic. lib.* 12. dum dicit quod familiares Imperatoris dicuntur, qui

qui absque officij distinctione sibi obsequntur, & seruiunt, quocunque ergo de præstatis modis dici potest, quod quis familiaris Regis *in d. ritu 56.* comprehenditur.

Domestici autem dicuntur, non solum ipsi, qui subsunt ratione patriæ, vel Dominicæ potestatis, vt filij, & serui, vt dicebat *glos. in cap. literis de testib.* verum etiam omnes, qui cohabitant cum patri familias & aliquo modo sunt ei inferiores, vt subiecti, vt liberti seruitores mercenarij, & similes, vt dicit *Specul. de test. 1. num. 11. vers. item excipitur*, quod est domesticus *Bart. in l. etiam C. de testibus consil. 271. & Luc. de Penna in l. 1. C. de numer. & honest. lib. 10.* Indè dicti domestici, quia domui astant & in eis domus, seu familiæ statu habet consistere, vt dicit *Bald. in l. etiam C. de test.* & loquendo grosso modo secūdum *Bald. in d. cap. in literis de test.* & ibi *Felyn.* Domestici dicuntur omnes, qui viuunt ad vnum panem, & vinum, & largè amicus familiaris dicitur domesticus, vt dicit *Luc. de Penn. in d. l. 1. in argu. l. obseruandum ff. de offic. Præsid. & l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. possess.* Item omnes qui simul morantur, *l. qui bona, ff. damni à contrario sensum, ff. de damno infecto*, Item omnes propinqui. *l. 1. C. de emend. propinq.*

Commensales autem dicuntur illi, qui recipiunt victum in ædibus alicuius prout loquendo de commensalibus Cardinalium tradit *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 6. casu 553. num. 5.* vbi quod porro victus expensis Cardin. intelligitur, etiam si familiaris alio in loco habitans portionem ex domo ipsius Cardinalis recipit, vt declarat *Gomes. in regula Cancellar. de impetrand. benefic. vacant per obitum familiaris Cardinalis q. 13. vers. vlterius Bard. de tempor. vtili, & continuo cap. 27. num. 2. vers. sicut dicimus etiam D. Ricc. in praxi fori ecclesi. resolut. 180. tom. 3.* & vide *Ludouis. decis. 166.* & ibi lata additio in materia.

Præterea commensales etiam dicuntur ij, quibus datus est locus in domo, & vt aiunt, in Tinello, vt possint ibi cum illis familiaribus comedere, & si ea liberalitate vti nolint, sicut declarat. *Gambar. de potest. legati à latere circa beneficia num. 154.* & alij recentiores.

Verum cum Ritus prædictus, 46. loquatur de commensalibus domesticis est sciendum, quod commensales Domestici dicuntur illi, qui continuè expensis alicuius viuunt, iuxta tradita per *tex. ad literam in cap. fin. de verb. significat. in 6.* quem ad idem citat, *Lucas de Penna in rubr. C. de domestic. in fine lib. 12.*

Notandum *etiam obiter non desistas, quod per constitutionem 78. & 79. Pauli 3.* nec non *per constitutionem 44. Iulij 3. veri familiares, & continui* Papæ commensales dicuntur, omnes Referendarij, & alij Officiales, ex Palacio Apostolico panem habentes, Protonotarij, Subdiaconi, Auditoris Rotæ, Acoliti, Scutiferi, Secretiferi, Secretarij, literarum Apostolicatus, Scriptores, Cubicularij, ac Milites S. Petri, reliquique officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitauerint, nec in Tinello comederint nec comedant, nec in futurum forsan comedent, verique, & indubitati, & non fictè, nec per priuilegium familiares, & continui commensales censentur, reputantur, & sunt.

Ita vt regulis iam editis, quam edendis deueris familiaribus, & continuis commensalibus Papæ, quoad omnia subijciantur, etiam quoad hoc, vt soli Romani Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum Ecclesiticorum, vel obtinendorum qualitercunque qualificatorum prouidere, & de istis disponere debeant in omnibus, & per omnia, ac si Referendarij, & officiales prædicti in Palatio Apostolico, habitassent, & in Tinello verè, & realiter eomedissent, quod & dixit *Rota in vna Nouarien. Beneficij coram R. P. D. Licta.*

Similiter ad reseruationis effectum ac ad alios effectus dicuntur veri familiares, & commensales continui Papæ officiales, seu *scriptores Archiuij Romanæ Curiæ, vt patet ex Bulla Iulij 11.* super ereptione Collegij dictorum officialium emanata sub *7. Kalen. Decembris anni 1550. Quæ Bulla est inserta confirmata*, & declarata in constitutione *Leonis X.* quæ est in Bullario *6. in ordine in constitutione eiusdem Papæ incipienti lex ministerij Pastoralis.* nec non per constitutionem *18. Pauli 3. incipientem Romani Pontifices, & per Pium V. in sua constitutione 89. incipienti pridem* per quas constitutiones appa-

apparet esse concessa dicto collegio, & officialibus non modica priuilegia gratias, ac prærogatiuas, & de nonnullis alijs vide. *Achil. de Graff. decis. 4. de const. Verall. decis. 215. par. 3. Mohedanum decis. 2. & 5. de testam. Put. decis. 204. lib. 1. & decis. 414. lib. 2.* & alios Moderniores passim.

Item dicuntur tales veri familiares, & continui commensales S. Pauli per constitutionem 23. *Pauli 3. Incipit Romanus Pontifex à Iulio 3.* confirmatam per suam constitutionem, & de militibus S. Petri, & vltra supra dicta, est constitutio 36. Leonis 10. Incipit sicut prudens, *ac constitutio 16. Clement. 7. & constitutio 3. Pauli 3. ac constitut. 46. Pij 4.* & loquitur *Put. decis. 313. num. 3. & 4. lit. I.*

Item de Cubicularijs, & Scutiferis est *constitutio 14. Leonis 10. Incipit Romanus, & constitutio 3. Pauli 3. Incipit Prudentia.*

Item milites Lauretani, vt legitur in *constit. 16. Sixti 5. quæ incip. postquam.*

Item Commissarius Cameræ, vt per constitutionem, & Bullã 44. *Sixti 5. ad excelsum anno 2.*

Item Thesaurarius Datariæ, *vt in constit. 45. Sixti 5. vt ingens.*

Nec conclauistæ, & reliqui omnes officiales Cancellariæ Apostolicæ, qui quã uis re vera non sunt commensales Papæ, nec vllam partem panis, & vini, nec carnis, vel alterius rei comedibilis à Papa recipiunt, nihilominus eo ipso, quod Maximis Pontifex, & Princeps vult, quod habeantur pro veris continuis cõmensalibus est perindè, ac si realiter, & effectualiter essent tales familiares veræ, & continui commensales, & beneficia illorũ sũt reseruata. *Simonet. de reseruat. quæst. 35. nu. 25. 26. & 27. & quæst. 36. num. 6. Mandos. in regul. 3. Cancellariæ quæst. 18. & in regul. 32. quæst. 14. num. 10. Castrens. cons. 340. num. 6. in fin. lib. 1. Puteus decis. 313. num. 3. & lib. 1. & Rota decis. 71. num. 2. part. 3. diuersorum lib. 3. Peregr. decis. 104. & fuit dictum in Beneuentanam beneficiorum coram Eminentissimo Seraphino, Rota decis. 303. num. 1. & 2. par. 2. diuersorum* vbi fuit disputatum an dicta familiaritas fictam suffragetur in casu concordatorum Germaniæ, & particulari ratione fuit tantum negatiuè, vt latius per *Gonzal.* qui hæc omnia dixit *in regul. Cancell. glos. 51. à num. 18. & seq. & D. Ricc.* qui nos allegat in prima impress. *resol. 190. tom. 3. praxis.*

SVMMARIVM.

1 *Electionis fori beneficiumque non potest allegari à Iudeo nec ab infideli num. 3. & quando non sit verum num. 4. Iudei non sunt in Ecclesia Dei.*

5 *Iuramentum in supplementum non defertur Iudeo.*

6 *Rigor est seruandus in causa Iudeorum*

ARGVMENTVM.

An vbi miserabilis persona esset Iudea, vel infidelis ei concedatur electionis fori priuilegium.

QVÆSTIO LX.

Regula sit negatiua, prout loquendo de pupillo diximus in *quæst. 3. num. 9. sect. 2.* sicque generaliter in omnibus, qui sub hoc nomine, compræhendi possent affirmo, vt scilicet cesset electionis fori priuilegium, nec allegari possit à Iudeis.

Cuius sanè *conclusionis ratio adduci potest siquidem Imperator *in l. unic. C. quando Imper.* & Rex noster *in Constit. Regni statuimus* tale priuilegium non voluerunt dare nisi Cattholicis eo quia Princeps per eius priuilegium tantum Cattholicis, & fidei Christianæ sectatoribus fauere in tẽdat *l. 1. cum Auth. seq. C. de hæretic. Auth. de priuileg. dot. in princip. & §. 1. quæ iura adducit Ricciull. in tract. de iure personar. lib. 2. cap. 49. num. 1.* qui per plures rationes,

2 & fundamenta dixit Iudeos non esse in Ecclesia Dei, vt *in eod. tract. lib. 2. cap. 1.* vbi cæterum DD. cumulat inter quos ex modernis lubet adducere Eminentissimos *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 18. tit. 2. num. 35. & Cardin. Bellarm. in 5. controuers. gener. lib. 4. cap. 3.*

3 Amplia hanc regulam esse veram quoque in cæteris infidelibus, siquidem dispositio loquens de Iudeis habet locum

libus, siquidem dispositio loquens de Iudeis habet locum in cæteris infidelibus in genere *Grilland. de pænis omnifariam coitus quæst. 12. in fin. Menoch. de arbitr. iudic. casu 290. num. 21. & 22.* quos refert, & sequitur *Ricciull. de iur. personar. lib. 2. cap fin. sub num. 2.* vbi rationibus quoque locorum doctrinam fulcit. nempe ex *rubric. tit. de Iudeis, & Saracen.* quæ cum æquiparet vtrosque demonstrat eandem esse in vtrasque dispositionem ex regula corolatiuorum. Item ex *cap. in nonnullis eod. tit. de iud.* ibi (Iudeos, seu Saracenos.) & sic eadem dispositio ad vtrosque refertur. Tādem id probat ex cap. ex speciali eod. tit. ibi, & si forte redditus suos Iudeis vendiderit. vel Paganis & paulo infra, per quem Iudei, siue Saraceni.

SVMMARIVM.

1 *Electionis fori beneficium cessat inter æquales, nam conquassantur priuilegia, & amplia, vt num. 12. & 13. sed iure communi distingue, vt num. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23.*
2 *Priuilegiatus aduersus alium priuilegiatum non vtitur priuilegio.*
3 *Parium est eadem iuris dispositio.*
4 *Priuilegium competens Fisco, vt possit cogere ad sibi edenda instrumenta, cessat contra alium Fiscum. Priuilegium scholarium cessat contra alios scholares ibid.*
5 *Pecunia cum vsuris est restituenda absque interpellatione fauore minorum.*
6 *Filius familias nam vtitur beneficio macedoniani contra alium filium familias.*
7 *Moratoria à Principe concessa non comprabendit eque priuilegiatum.*
8 *Falcidia non detrahitur ab Ecclesia, nec de legatis ad pias causas num. 9.*
10 *Ecclesia aduersus aliam priuilegio non vtitur.*
11 *Vendere fauore ampliationis vnius Ecclesiæ altera non cogitur.*
14 *Curialis trahit etiam priuilegiatos.*
24 *Priuilegium potentius dicitur esse eius, qui agit de damno euitando, vel ex causa fauorabilis concessionis nu. 25. vel ex maiori ratione vnius, quā alterius num. 26. vel ex maiori vtilitate num. 27.*
28 *Ratio est anima legis.*
29 *Priuilegium minus derogans iuri communi dicitur potentius.*
30 *Legum correctio est euitanda.*
31 *Priuilegium respiciens personam potentius dicitur.*
32 *Priuilegium negatiuum dicitur potentius affirmatiuo, sic etiam priuilegium ratione sexus num. 33. & priuilegium fauorabile dicitur potentius odiato num. 34. sic etiam priuilegium dignius num. 34. & benignius num. 36.*
37 *Priuilegium duplex est potentius vnico, & priuilegium legis est potentius illo hominis num. 38.*
39 *Priuilegium naturale dicitur potentius.*
40 *Naturalis coniectura præualet accidentali.*
41 *Beneficium ætatis potentius est beneficio absentiæ.*
42 *Priuilegium vicinitatis præfertur priuilegio consanguinitatis.*

ARGVMENTVM.

Electionis Fori Beneficium an possit intentari contra simile, & par ius habentes, & sic aduersus alias personas priuilegiatas.

QVÆSTIO LXII.

Regula sit negatiua, vt habentes fori electionis beneficiū illo minimè vti possint aduersus simile, & par ius habentes, clara enim est iuris conclusio in Regno, quod concurrentibus Actoribus, & reis priuilegiati conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune, vt actor forum rei sequatur iuxta dispositionem tex. in cap. cum sit generali de foro competenti. *l. fin. C. vbi in rem actio,* vt est prouisum per *Ritum Mag. Cur. Vic. 228. & 231.* quia postquam viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ sunt suffultæ priuilegio eiusdē legis, vno eodem tempore priuilegia prædicta confunduntur, nec vnum erit potentius altero, & ius commune seruabitur, vt scilicet, quod actor forum rei sequatur *Isern. & Afflict. in Constit. Regni statuimus num. 7. Muscatell. in praxi Sacri Consilij in glos. competentes, num.*

num 87. Viuius in decis. 49. & in decis. 236 num. 8. Carau in d. rit. 228. Præses de Franch. qui sic decisum refert in Sacro Regio Consilio in decis. 188. Eruditissimus D. Ricc. in collect. 1. & in decis. Curia Archiepiscopalis 59. num. 8. par. 3. vbi nos allegat in prima impressione. Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 25. nu. 27. Trentacinq. lib. var. resolut. tit. de citatio resol. 2. num. 18. Borrell. in summa decis. tit. de iuramento perhorrescentiæ num. 41. tom. 1. Palm. in diuers. iur. com mun. & Regni glos. 16. par. 2.

2 Cuius sane regulæ ratio assignatur, quia pariter priuilegiatus non potest vti priuilegio suo contra habentem par priuilegium l. sed & Milites ff. de excusat. tutor. l. verum §. item quæritur ff. de minor. tex. in authen. de Sanctiss. Episcop. §. sed, & hac præsenti, collat. 9. cap. causam de præbend. quod latius annotant. Felyn. & Dec. in cap in præsentia de probat. Iason. in l. si Domus §. de euictione. num. 33. de legat. 1. & in l. si constante num. 116. ff. solut. matrim. Aretin. in l. si hominem num. 3. ff. depositi Abb. in cap. auditis col. 2. de in integr. restitut. latè Bart. in authent. quas actiones num. 3. C. de sacrosan. ecclesi. Marsil. in singul. 99. Alber. in l. fin. vbi est tex. elegans ff. ex quibus caus. maior. latè alios referens. Giurba in decis. Sicil. 82. num. 8. Azeued. in l. eo. tit. 39. num. 15. 17. & 18. latissimè Trentacin. in lib. variar. resolut. 2. iur. lib. 1. resol. 1. de rescript. copiosè Cardin. Tusc. con clus. 760. lit. P. Castill. decis. 193. Oterlu cubrat. Rom. disput. Cochter. de iurisdi. in exempt. pag. 287. tom. 2. parium est eadem iuris dispositio, & iudicium cap.

3 inter corporalia, & cap. sicut ergo de translat. Episcopi. & eadem est natura l. si socer. in fin ff. solut. matrim. & eadem est potestas, vel maior l. 5 veteres ff. de acquir. possess. l. si reus ff. de duob. reis.

4 Hinc voluit Bald. in cap. 1. num. 2. & Dec. num. 69. de probat. priuilegium fisci quo alios sibi ad edenda instrumenta compellit non habere locum contra alium fiscum; Vt priuilegia quoque scolaribus concessa contra alios scolares locum non habent, vt scribit Bald. ex ea lege motus in l. 2. C. de priuileg. fisci, vnde si duo habent priuilegium immunitatis, ne possint à creditoribus conueniri non poterunt inter eos vti priuilegio, vt respondit. Anchar. cons. 36. col. 2.

5 Hinc licet fauore minoris absque interpellatione debeant restitui pecuniæ cum vsuris, & interesse l. in minorum C. in quibus cas. in integr. restit. tamen id fallit quando adhuc esset minor quia tunc priuilegia conquassantur, vt ibid. per Petr. de Bellapertica, col. 2. Gratian. discept. forens. 241. num. 51. prout ita etiam licet fauore Eccles. & Vniuersitatis huiusmodi vsuræ currant absque interpellatione, vt post alios scribit D. Regens Constantius in rubr. C. de fiscal. vsur. num 18. vbi idem concludit fauore fisci propter equiperationem, quam habet cum supradictis Ias. in §. ex maleficijs num. 31. & seq. instit. de act. Roman. in ista legati causa ff. de verb. obligat. Præses de Franch. decis. 16. in fin. Tamen id non habet locum contra aliam Ecclesiam, Vniuersitatem, vel fiscum.

6 Hinc quamuis filius famil. gaudeat benef. Macedon. toto tit. C. ad Macedon. & ex pragmat. Regni prima de senatus consult. Macedon. tamen id cessat aduersus alium filium famil. glos. & Iason. in l. frater à fratre, num. 36. de condit. indebit. D. Ricc. collect. decis. 348. & in decis. Cur. Archiep. 59 num. 6. par. 3. vbi nos allegat.

7 Hinc moratoria à Princip. concessa regulariter non comprahendit æquè priuilegiatum cum in hoc casu confundantur priuilegia. Anchar. cons. 37. Farinac. in pract. crimin. tit. de carceribus quæst. 39. num. 3.

8 Et ideò pia causa hæres instituta non detrahit falcidiam contra Ecclesiam, vt decisum refert Magon. in decis. 130. & tradiderunt Roman. in authen. similiter col. 149. num. 101. vbi etiam Coron. col. fin. num. 16. C. ad l. falcid. vbi dicit pro hac parte vidisse consilium Albergot. Alex in l. 1. §. ad munu cipium col. 2. ff. ad l. falcid. Franc. in cap. si pater col. 43. num. 107. cum sequ. de testament. in 6. Fabian. de Giochis in repet. anthen. nouissima col. 75. num. 254. & sequent. C. de inoffic. testame. Felyn. in c. præsentia col. 13. nu. 29. cum plurib. sequen. de probat. & hanc opinionem interreceptas reponunt nouissimi Collectores commun. opin. lib. 2. in tit. de trebell. & falcid. cap. 6. fol. mihi 66. col. 2. post med. quam recentissimè testatur etiam veriorem dicens in iudicando, & consulendo tenendi Caual. in pract. commun. contra commun. q. 155.

9 Et

9 Et illud in hac materia annotatione dignum est, quod falcidia de legatis factis ad pias causas detrahenda non est, ne dum quando restitutio immediatè piæ causæ fieri debet, *authen. similiter C. ad l. falcid.* sed etiam si mediatè, vt si centum legaui Caio detrahenda non est ipsæ Ecclesiæ detrahat, cui restiturus est, ita *Bald. in l auia §. Titio. vers. est argum. ff. de condit. & demostr. Angel. & Paul. de Castr. in l. cum dotem ff. ad l. falcid. Roman. in d. authent. similiter col. 49. num. 101. in fin. & Corn. num. 9. Alex. in dict. l. 1. §. ad municip. in fin. ff. ad l. falcid. idem cons. 80. num. 14 vol. 3. Franc. Aret cons. 67. col. penult. num. 16. vers. prima est Roman. cons. 206. nu. 7. & in l. Marcell. §. quod autem num. 9 ff. ad Trebell. Iason. in l. 1. in 1. lect. col. penult. num. 33. C. de Sacros. Eccles. Capra cons. 78. vlt. num. 24. idem cons. 143. tom. 6. Alex. cons. 77. nu. 9. vol. 1. & cons. 49. vol. 4. & alij recentiores.*

10 Hinc videmus vnam Ecclesiam aduersus aliam priuilegio non vti, vt probat *D. Reg Valenzuel. cons. 18. num 87. arg. l. 2. C. de priuileg. dot. Rip. in l. priuilegia num. 2. ff. de priuileg. credit. Aret. in l. si hominem num. 3. ff. deposit. Capbal. cons. 7. num. 3.*

Vndè in facti contingentia requisitus de consilio si ecclesia haberet priuilegium cogendi aliam Ecclesiam, vt ven-
11 deret pro ampliatione ipsius Ecclesiæ fui in voto negatiuo, pro qua deindè vidi iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa Monasterij S. Marcellini, & Sancti Ligorij huius Ciuitatis Neapolis *D. Ricc. decis. eiusdem Cur. 59. part. 3. Thor. in summa priuileg. piarum causarum priuileg. 112. vers. fic. pariterque* ostenditur.

Quam retinendo regulam illam ampliа procedere primo, siue Actor sit maiori priuilegio priuilegiatus, quam
12 reus, siuè non, nam de iure Regni nunquam priuilegiatus eligit forum aduersus pariter priuilegiatum, vt colligitur ex *Ritu M. C. V. 228.* & tradit ibidem *Carauit. num. 3.* ad quod allegat *Afflict. & Isern. in constit. Regni statuimus num. 7. Alber. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. Luc. de Penn. in l. 2. in fine C. de silentiar. lib. 12. quibus addo Praesid. de Franch. decis. 553. & D. Ricc. in collect. decis. collect. 2308. in fin.* licet secus, sit de iure communi, vt latius infra in *vers. sed quo melius.* tractabitur.

13 Amplia secundo illam habere locum etiam si ex vna parte essent plures personæ priuilegiatæ, nam hoc non obstante adhuc conquassantur priuilegia, & reducuntur ad ius commune, vt tradit *Muscatell. in praxi S. C. glos. competentes in Addit. lit. I.* cum ad finem, vt concedatur tale priuilegium non consideratur vnio, & pluritas personarum priuilegiatarum, sed quælibet persona de per se consideratur ratione suæ qualitatis personæ, & omnes sunt suffultæ priuilegio eiusdem legis, quo vtuntur vno eodem tempore ad excludendum alium priuilegium, & non decursis temporibus vnus post alium, igitur pari ratione confunduntur sicuti quando vnum esset potentius altero, & ius commune erit seruandum, vt fuit decisum in S. C. teste Præside *de Franch. decis. 188.* & faciunt adducta per *Afflict. in Constit. Regni statuimus la 3. num. 39. in fine* dum dicit quod l. vnic. Cod. quando Imper. non distinguit, nec nos distinguere debemus, & vide etiam dicta per *Foller. in sua practic. crimin. tit. audiantur excusatores num. 104.* dum allegat *Bal. cons. 365. lib. 6.* & iuxta supradictam ampliationem indistinctè practicatur in Regijs Tribunalibus.

14 Limita tamen firmatam regulam non procedere in curialibus, qui possunt trahere etiam priuilegiatos, vt cauetur *in Rit. M. C. V. 128.* quod nota, quia pulchrum, & sic consului nonnullis quippè vicibus dum de hoc essem requisitus idemque procedit etiam in Neapolitanis, vt diximus infra *quæst. 63. num. 2.*

Sed quò melius quæstio ista intelligi valeat de iure communi loquendo sunt constituendi plures casus, quos adijcit *Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 7. sub num. 4. vt infra.*

15 Primus ete nim casus constituitur in pupillo, qui in Iudicium ad Curiam Regis, quo ad primam causæ cognitionem proprio suffultus priuilegio vocat pauperem viduam, vel miserabilem personam. Et planè *Matth. de Afflict. in Const. Neap. lib. 1 rubr. 30. num. 35.* respondet hoc fieri posse, nec ab eò hoc forum Regium rectè declinari, quia causa ætatis, quæ naturalis est debet præferri causæ

causæ, accidentali, quæ constat ex paupertate, vel viduitate, *l. qui habet ff. de tutel.* vbi *Bald.* teste *Matth. de Afflict.* hoc ipsum notat in specie. Ego vero apud *Bald.* legi ætatis causam esse naturalem, ac denique præferendam causæ, paupertatis, quæ accidentalis est, & tamen *Bald.* non tractat quæstionem istam, & loquitur vbi vtraque causa in eadem contigit persona, Idcirco non rectè inducitur Baldi authoritas ad casum in quo de præiudicio alterius agitur alterius in quam priuilegium habentis. Deinde falsam esse censeo. Matth. de Afflict. opinionem quæ tamen posset inde rationem habere, quod habens priuilegium in specie, vti potest priuilegio aduersus par priuilegium habentem ex eadem causa speciali, vbi prioris priuilegij ratio maior est, aut fortior *l. verum. §. vlt. ff. de minor.* & ibi *Bart. Bald. in d. authen. quas actiones* explicat eleganter *Dec. in d. cap. in præsentia num.* 51. plura adhuc allegans, Nos vero arbitramur, in hac quæstione quam tractamur non posse admitti hanc argumentationem, quia non fit maior, nec fortior ratio eius priuilegij, quod datur pupillo, quam eius, quod datur viduis, & pauperibus. Et propterea multis rationibus conabimur hanc tollere, in hac parte argumentationem.

Primo quia *Bart. Bald.* & aliorum conclusio procedit quando priuilegium ambolum est diuersæ speciei, in hoc etenim casu DD. loquuntur, nos verò agimus de duobus priuilegijs, quæ eiusdem speciei sunt, scilicet circa forum, & ab eadem causa procedunt saltem generali nempè à commiseratione, licet eorum quodlibet procedat à diuersa commiserationis causa.

Secundò, quia vterque in parte tàm actor, quam reus agit de damno vitando. Reus in quam ne cogatur extra proprium domicilium litigare,

Atque ideò cessat ratio communis, quæ *in d. l. verum §. poss.* admissit priuilegium, ex eo quod actor agit de damno vitando, reus verò de lucro captando, quasi in hac quæstione à contrario argumentemur cum reus ipse itidem, vt actor agat de damno vitando.

Tertio constat non esse maiorem miserationis causam in pupillo, qui forsan diues est quam in paupere, aut vidua, quæ tutorem nullum habet, cuius equisam, ideò tutior est, quod fideiussores regulariter dentur, qui promittunt rem in pupillo priuilegij causa.

Quartò si res ista ad contentionem deducatur, diceritque pupillus actor se posse vti priuilegio contra habentem par priuilegium rursus, & reus pauper dicet, se velle, vti contra pupillum proprio priuilegio, quod in hoc habet, ve inuitus non conueniatur extra proprium domicilij forum.

Quintò esset equidem inutile priuilegium, quod habent miserabiles personæ ne possit inuitæ vocari ad iudicium extra proprij domicilij forum, si habens per priuilegium posset eas vocare ad Curiam Regis, quod manifestè constat cum quilibet iure communi, non possit extra proprium domicilium citari ad Curiam Regis, nisi ab his, qui habet hoc priuilegium vocandi reos ad Regis Curiam, vt patet. Igitur vt aliquid operetur priuilegium datum miserabilibus personis, oportet, quod id intelligatur etiam ad petionem aliorum similiter habentium priuilegium.

Sextò idem probatur, quia priuilegium actoris deuiat à Iure communi, & regulis priuilegium autem rei Iure communi conuenit, si quidem reus, in proprio eius foro, & domicilio conueniendus est, actorque sequi debet forum rei iuxta iura vulgaria, sed inter paria habentes priuilegia præfertur eis, qui habet priuilegium iuri communi conueniens, aut saltem magis consonum regulis iuris notant *Bald. l. si quis in graui §. vlt. & in l. sequenti incipienti, qui post humos. ff. ad Syll. Aret. cons.* 83. *col.* 4. *Dec. in d. cap. in præsentia de probation. num.* 51. Ergo reus miserabilis persona habens priuilegium, quod non possit ex tra propriam domicilium conueniri, cùm hoc sit iuri communi magis consonum præferendus erit actori habenti priuilegium contrarium regulæ iuris communis, vt possit quemlibet ad Concilium Regium voco,

Septimo hæc eadem opinio deducitur ex praxi, & vsu, qui diu apud Hispanos obtinuit in expediendis litteris Regijs in fauorem viduarum, quæ Regem ipsum ipsiusque summos Iudices elegerunt ad cognitionem, & decisionem propriarum causarum dantur etenim literæ Regiæ ad inferiores Iudices, quibus interdicitur cognitio causarum huius-

huiusmodi, & litium, quæ propriæ viduarum sunt ipsis viduis inuitis, & declinantibus inferius Tribunal, ac postulantibus earum causam ad Curiam Regiã remitti, quæ quidem literæ solis viduis dantur, non alijs miserabilis personis, tametsi *lex vnica, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* ac leges Regiæ pari ratione, & Iure de omnibus tractauerint. Denique in hisce legibus de priuilegio miserabilium personarum, vbi ipsæ per sonæ agere velint, at si conueniantur, & vocentur ab alijs ad Iudicium coram Iudice inferiori, quod declinare hoc forum, & petere vt apud Iudices Curiæ causæ examinentur, non cauetur in *d. l. vnica*, nec in dictis legibus Regijs, si rectè intelligitur Cæsarea responso, dum inquit iudicium nostræ serenitatis orauerit. Et tamen *gloss.* Ibi vult, quod possint, hæ personæ Iudices ordinarij forum intra proprium domicilij declinare, & petere, quod apud Curiæ Regiæ Iudices conueniantur. Sic enim visum est, *Accursio* in verbo per horrescunt, quo in loco scribit, *Cyn.* secundum illius constitutionis partem tractare casum, & speciem in qua solum agatur, & versetur dubium, si persona miserabilis agere vult, non vbi ipsa in iudicium vocatur actori responsum, idè illic sensit, gloss. in verbo pupilli. Nihilominus literæ prædictæ decernuntur in viduarum fauore exceptis expressim quinque casibus, quorum primus est vbi vidua velit hoc priuilegio, aut hisce literis vti contra viduam aliam minorem, & orphanam, idem ipse censerem quoties vellet in his literis, vti contra pauperem aliamuè miserabilem personam. Secundus in causis, quæ nondum habent exstimationem sex mille maraudinorum. Tertius vbi causa fuerit cæpta coram Iudice inferiori pro litis contestatione absque fori præscriptione, & exceptione declinatoria tribunalis inferioris. Quartus si cum criminalis sit. Quintus vbi actum fuerit de reditibus Regijs à viduis exigendis. Nam in hisce casibus non licet ei viduæ, quæ vocata fuerit ad Iudicem inferiorem eius Tribunal declinare. Ecce quod primus casus manifeste ostendit visum, & praxim huius opinionis quam modo aduersus, *Matt. de Afflict.* probamus.

Octauo hanc interpretationem, & intellectum ad legem vnicam absque vlla distinctione miserabilium personarum, tenet *Andr. de Isern. in Constit. Neap. statuimus rubr. de offic. magistr. iustit. num. 4. & sequen.* Ipsemet *Matth. de Afflict. in d. lib. 1. Constit. Neapol. rubr. 37. num. 19.* & rursus *num. 21. idem in decis. Neapol. 257.* sensere *Ioan. Andr. Domin. Anchar. & Franc. in cap. 1. §. id ipsum de priuileg. in 6.* optimè *Luc. de Penn. in l. ne ad diuersa C. de silentiar. lib. 12.* post *Iacob. à Bellouis.* quem ad hoc expressim citat.

16 Secundus tandem casus contingere poterit quando vidua agens contra pupillum pauperem, vel aliam viduam vult vti hoc priuilegio *d. l. vnica*, & planè non poterit eo, vti quod ex prænotatis sit satis manifestum, vt notant. *Andr. Isern. Matth. de Afflict. Luc. de Pen. & Iacob.* Paulò ante adducti.

17 Tertius erit casus, vbi pauper agit contra viduam pupillum, vel Ecclesiam pauperem, velitque eos ad Regis Curiã vocare prætermisso Iudice ordinario domicilij, & profectò eisdem rationibus & authoritatibus *Isern. Matth. de Afflict.* & aliorum non poterit, hoc vti priuilegio.

18 Quartus casus facillimè, ex his dicitur, vbi pupillus agit contra pupillum sicuti apparet ex prædictis & notat, *Lucas de Penna, Iacob. à Bellouis.* quorum paulò ante meminimus.

19 Quintus deducitur ad huius controuersiæ rationibus, casui quoties aliqua miserabilis persona, nempe vidua pupillus, vel pauper vocauerit ad iudicium apud Iudicem ordinarium ipsius domicilij rei conuenti alium pupillum viduam, vel pauperem: Ipse verò reus declinet iurisdictionem illius Iudicis, ac petat causam deferri ad Curiam Regis, & sanè res est, vt mihi videtur expedita, quod non sit admittenda isthæc exceprio fori declinatoria, quia reus est, in malitia, & actor æquè priuilegiatus eligit forum secundum ius commune semoto quolibet priuilegio, & ideò præferendus sit, sic etenim visum est. *Iacob. Luca de Penn. Isern. Matth. de Afflict.* & alijs modo præcitatis. Nec poterit congruè exemplum aliquod huic casui aptari, nisi in viduis, quæ habeant ex literis Regijs ius declinandi proprium forum, & proprij domicilij tribunal, quemadmodum in primo casu latè tradidimus.

20 Sextò deindè poterit contingere, quod in eo loco, vbi eſt Curia Regis eiuſquè auditorium pupillus, vidua, vel pauper ad iudicium Iudicis ordinarij, & inferioris vocatus nolit hoc Tribunal declinare, & tamen vocatus ad Curiã Iudices ad petitionem actoris petat omnixè cauſam ad ordinarium eius loci forum deferri: in hoc equidem caſu poterit reus vti proprio priuilegio, ſecundũ *Iſern.num.*14.& *Matth. de Afflict. nu.* 34.*in Conſtit.Neapol.rubr.* 37. quibus ſuffragatur, quod licet alioqui, vel vbi reus habet plures Iudices ex iure communi electio ſit actoris, vt adnotauit idem *Couarr. lib.* 1. *variar. reſolut.cap.* 18.*num.*6. attamen vbi reus habet plures Iudices ex priuilegio ipſiuſmet rei, eſt actio non actoris authore. *Bald.in l. cum Clericis C. de Epiſcop. & Cleric.* quem ſequitur *Matth.de Afflict.in d.rubr.*37.*num.*18.& *Bart.Socc.conſ.*94.*col.* 2. *lib.*3.

21 Septimò, vbi quis habens priuilegium d.l.vnica vocaret ad Curiam Regis, cũ qui non haberet priuilegium declinandi Curiam, nec petendi remitti cauſam ad proprium domicilium, tametſi habeat is priuilegium vocandi aduerſarios ad Curiam. Nam ſi reus hic velit obtinere, quod cum ad Iudicem proprij tribunalis, & domicilij remittatur profectò ex prænotatis conſtat, non eſſe hanc cauſam præferendam ad Iudicem inferiorem: ſed eam in Curia examinandam eſſe: cum hic erit reus non habeat ex priuilegio duos, aut plures Iudices, Imo tantum vnum actor vero habeat priuilegium eligendi Iudicem quem, vt opinor reus minimè poterit fori præſcriptione declarare. Exemplum autem huius caſus non poteſt commode conſtitui in his, qui notantur *in d.l.vnica* quibus competit ius declinandi quodcunque tribunal extra proprij domicilij forum etiam Curiæ Regię Iudicis. Idcirco erit perquirenda perſona, quæ huius concluſionis exemplo poſſit ſubſeruire, ex his qui agentes poſſint ad Regis Curiam reos vocare, & hac ratione habent ex priuilegio plures Iudices pręcisè tamen valeant apud Regem, vel in proprio domicilio ab actoribus, vt rei conueniri, & ideò dicatur vnum tantum Iudicem habere, quando ab alijs ad iudicium vocatur quippè, qui non habeat iudicum electionem, id verò fortaſſis ſtatim conſtabit.

22 Octauò, ſi alicuius Caſtri Villæ, vel Ciuitatis communitas actionem aliqui in iudicium deduxerit aduerſus eius Dominum, & apud Curiæ Regis Iudices, atque ipſe Dominis Iure Orphani, & minoris, aut iure viduitatis ſimiliuè cum velit declinare Regiæ Curiæ iudicium, quo ad primam cauſarum cognitionem, & petat cauſam remitti ad forum domicilij profectò is non obtinebit, vel ex eo quia tribunal proprij domicilij ſit manifestè ſuſpectum in cauſa ipſius, cuius ꝑpria eſt, quæ inibi exercetur iuriſdictio. Igitur in hac ſpecie, nec Vidua, nec minor, & orphanus poterunt vti priuilegio, quo aliqui poſſent etiam apud Iudices conuenienti petere cauſam ipſam, quoad primam cognitionem ad proprij domicilij Iudices deferri, ipſa verò communitas ab ipſo Domino eiuſdem agente ad Curiam Regis vocata etiam ſi Dominus maior ætate ſit non poterit hoc declinare tribunal. Communitas etenim alicuius oppidi, quoad primam cauſæ cognitionem poteſt à quocunque ad Regiæ Curiæ tribunal vocari, nec id declinare valet, quemadmodum vſu forenſi eſt hactenus ſatis receptum, & probatur, *ex l.*37. *Stili.*

23 Nonò, vbi lis eſſet cæpta per litis conteſtationem apud Iudicem inferiorem proprij domicilij non poſſet vidua petere cauſam iſtam tractari iu Curia Principis, nec ad eam referri, etiam ſi vidua iure minoris ætatis peteret in integrũ reſtitutionem aduerſus litis conteſtationem, ex cauſa erroris, quo decepta lite conteſtata fuerit, abſque fori præſcriptione, & declinatoriam exceptione huius equidem opinionis ſum ob fauorem ordinariæ iuriſdictionis, & quia non ad modum læditur ex hoc errore minor etiamſi *Matth.de Afflict.in Conſtit.Neapol.rubr.*37.*nu.*24. contrarium reſponderit.

His accedat pro complemento materiæ, quod prædicta concluſio ſupra per me firmata, vt ſcilicet quod priuilegiatus eadem ſpecie priuilegij non vtatur eo priuilegio contra alium habentem æquale priuilegium de iure communi, etiam loquendo non habet locum quando diuerſa ſpecie priuilegij eſſet, quis priuilegiatus tunc enim potentius priuilegium attenditur. *l.verum* §. *fin.* vbi

vbi Bart. & Bald. de minor. idem Bart. in authen. quas actiones C. de sacrosan. Eccles. & Dec. in d. l. in præsentia num. 51. & cons. 147.

24 Potentius autem priuilegium dicitur ad effectum, de quo supra pluribus varijsque modis, & primo cum vnus agit de damno vitando, alter de lucro captando, quo casu potior est causa eius, qui agit de damno vitando, iuxta tex. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. vt l. verum, §. fin. vers. proinde de Minor. vt docuerunt Bart. in authent. quas actiones vers. si verò C. de sacrosanct. eccles. Alberic. in l. verbum § fin. num. 7. de minor. Bald. in authen. perpetua C. de sacrosan. eccles. quorum sententiam approbarunt, Dec. in cap. dilecti num. 25 de except. & cons. 410. num. 4. Alciat. in l. 2. num. 35. de verb. oblig. & Menoch. cons. 100. num. 28. latè Trentacinq. variar. resolut. iur. lib. 1. resolut. 1. num. 6 in tit. de rescript. vbi ad plura refert. Odd. de restit. in integr. quæst. 4. art. 4. Marc. Antonin. lib. 2. variar. resolu. cap. 6. num. 59. Ita quod in tali casu priuilegiatus vtitur priuilegio cõtra alium priuilegiatum Aretin. in § rursus de actionibus Anchar. cons. 37. num. 2. Castrens. cons. 37. in fin. vol. 2. quos referendo sequitur Castagn. in tract. de benef. deductorum negoat. q. 16. ampl. 2. nu. 8. fol. 64.

25 Secundò dicitur potentius ex causa cõcessionis fauorabilioris. l. si hominem §. quoties ff. depos. l. interdum, qui pot in pig. habeantur in l. si ventri. §. in bonis de priuileg. creditor. cum similibus, & sic concludit. Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. Abb. & Dec. in cap. in præsentia extra de probat. Dec. cons. 147.

26 Tertiò potentius appellari potest ex maiori ratione vnius quàm alterius teste Bald in authent. habita num. 61. C. ne filius pro patre Dec. d. cons. 147. quia ratio est Anima legis l. cum ratio ff. de bon. dannat. & omne dictum à sua ratione regulatur l. cum pater §. dulcissimis

27 ff. de leg. 2. & per rationẽ ampliatur, & limitatur l. vnum ex familia §. fin. ff. eod. tit. l. filij qui auium, vbi glos. ff. de acquir. poss. ff. Surd cons. 67. nu. 20. cum seq. Rota recollect. à Farinac. decis. 10. num. 2. tom. 1. par. 1.

28 Quarto potentius appellatur ex maiori vtilitate, vt scripsit idem, Bald. in l. hac consultissima col. 1. C. qui testam. fac. poss. & Dec. num. 4. in l. in toto de reg. iur. & dixit Rota in vna fauentina priuilegij coram R. P. D. Lugdun.

29 Quintò quoque potentius dicitur priuilegium, quod minus derogat iuri communi Bald. in l. si quis in graui. §. vlt. ff. ad Senat. Consult. Syllan. Alciat. in l. 2. num. 34 de verb. oblig. quorum sententiam sui secutus dum de hoc articulo fuisset mihi impositum onus, vt aliqua scriptis referem, satis enim est

30 edictum à iuris communis recedere tegulis, legum siquidem correctio est euitanda Surd. decis. 21. num. 15. Cardin. Tusc. conclus. 1036. lit. C. nec in dubio est facienda l. si quando C. de inoffic. testam. l. 1. C. de inoffic. doct. cap. 1. de noui oper. nunciat.

31 Sextò, respiciens personam potius quam causam, vel locum, vt scripsit sæpè citatus Bald. in d. l. 1. vers. 3. quæro supra de offic. procons. & Dec. cons. 3. & cons. 147. num. 5. & ego reminiscor obtinuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana annis non longè elapsis.

32 Septimò potentius est negatiuum, potius quam affirmatiuum, l. 1. §. liberti, vbi Bart. de suspect. tutor. l. si Rufinus, vbi Bald. Aret. Iason. & Dec. not. C. de testamen. milit. Alciat. d. loco num. 37.

33 Octauò potentius est ratione sexus, vt concessum fœminis, potius quam masculis, vt scripsit Præpos. in cap. verum col. 4. de conditio. apposit. Dec. in l. 2. nu. 77. de reg. iur. & Neuizzan. lib. 5. Syluæ. nupto num. 47. & ita reperio passim approbare Romanam Rotam. & obtinui ad fauorem Magnificæ Annæ Iannuensis.

34 Nonò fauorabile potius quàm odiosum, vt respondit, Menoch. cons. 36. nu. 27. & 28. lib. 1. cum odiosa semper regulariter sint euitanda, & contra ea iudicandum Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 14. nu. 6.

34 Decimò dignius priuilegium dicitur potentius Alciat. d. loco num. 32. taliter, quod electus à digniori præferrur Bart. in l. testium ff. de testibus phæbus decis. 67. tom. 1. cum dignum trahat ad se minus dignum l. religiosis ff. de rei vendi. l. si commune ff. quemadmod. seru. amitt. cap. quod in dubijs de consecrat. eccles. & dignum præfertur minus digno l. 1. & 2. ff. de Alb. scribend. cap. solite maior. & obed Vgolin. de potest. Episcop.

piscop.cap 16. §. 1. quæ tamen regula est vera quando æquè principaliter datur concursus, secus vero quando vnum est principale, & aliud accessorium *l. cũ in diuersis ff. de relig. & sumpt. funer. Galet in margat. cas. conscient. in verbo Accessorium.*

36 Vndecimò benignius idem *Aleiat. d. loco num. 33.* & dixit *Rota in vna fauentina coram Lugdunen.* benignitati siquidem est succurrendum in cuiusque fauorem pronunciandum.

37 Duodecimò duplex priuilegium est potentius vnico *Iacob. de Aren. in l. si ventri in fin. de priuileg. creditor,* & ideo priuilegia plura concurrentia operantur, vt priuilegiatus præferatur alteri priuilegiato simplici, de quo per exemplaratè discutit *Thor. in sum. priuileg. p. a. caus. priuileg. 209.* quasi quod duo vincula magis ligant *l. si non lex ff. de hered. instit. Card. Tusc. conclus. 810. cum seq. lit. D.* vbi plenè.

38 Decimoterriò potentius est priuilegium legis, quàm hominis *Purpur. cõs. 483. num. 3.* quamuis dispositio legis, & hominis regulariter equiparentur *l. si in testamento in fin. ff. de vulg.* & si dispositio hominis non æquè facile extendatur, ac dispositio legis *cap. susceptum de rescript. in 6. cap. cum illis de prebẽd. eod. libr.* & dispositio legis facilius tollatur quã hominis, *Sese decis. Aragon. 74. num. 15. tom. 1.*

39 Decimo quartò, & Vltimo potentius appellatur naturale potius quam accidentale, *l. qui habet. vbi Bart. ff. de tutor. Aleiat. d. loco nu. 36.* Indè naturalis

40 coniectura preualet accidentali *Molin. de rit. nupt iar. quæst. 83. num. 55. libr. 3.* & natura rei potius actendi debet, quia simplex nominatio *cap. ex qua de simonia Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 18.*

41 Hinc est, quod beneficium ætatis est potentius beneficio absentiæ causæ Rei publicæ, vel militiæ, cum contra minorem tempus non currat contra alios currat, sed ex causa restituantur cum aduersus præscriptionem quadraginta annorum minores restituantur, alij secus cum denique minores, quoad lucrũ alij nunquam restituantur, vt latissimè probat *Tiraquell. de retract. proximitant §. 35. glos. 4. num. 46. & sequent.* quem sequitur, & approbat *Villalob. lib. commun. opin. lit. A. num. 7.* ex quo voluit *Afflict. in Constit. 1. statuimus num. 14.* posse pupillum ad Curiam Regis vocare pauperem viduam, vel miserabilem personam, cui pluribus argumentis aduersatur *Couarru. lib. pract. quæst. d. cap. 7. num. 4. vers. primus etenim casus* vsque ad finem, vt supra fuit dictum, & meminimus, & decisum testatur *Franch. decis. 188.* Id autem, quod

42 diximus, non procedit in iure congrui, in quò priuilegium vicinitatis præfertur consanguinitatis priuilegio, vt probat *Afflict. in tract. de Iure Protomiseos. §. 8. 2. not. in 2.* iuxta cuius doctrinã quandoque respondi dum essem interrogatus, & præcipuè cum hoc in facti contingentia euenisset cuidam meo familiari, qui retulit iuxta meum responsum obtinuisse faxit Deus Omnipotens & sic tenet etiam *Marant. de multiplic. alienat. num. 118.* de quo meminit *Giurba in decis. 76. num. 4.* & nouissime reperio determinatum per Magnam Curiã Vicariæ in causa laquedoniæ de Criscio cum Victoria Manganaro annis non longè elapsis.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori cessat in causis Neapolitanorum.*
2 *Neapolitani possunt trahere miserabiles personas.*
3 *Neapolitanus non potest prorogare iurisdictionem iudicis non sui.*
4 *Neapolitani non possunt renunciare priuilegio fori.*
5 *Neapolitani laudati in Authores emittuntur ad Tribunalia Neapolitana.*
6 *Negotiatorum gestores Neapolitanorum habent fori Neapolit. priuilegium.*
7 *Electi ad aliquem honorem in Ciuitate Neapolis gaudent illius Ciuitatis priuilegijs.*
8 *Mulier, quæ habet virum Neapolitanum habet priuilegia Neapolitanorum.*
9 *Homines Casalium Neapolis gaudent priuilegijs Neapolitanorum.*
10 *Casalia dicuntur de iurisdictione ipsius Ciuitatis.*
11 *Habitatores vicorum dicuntur vicini Ciuitatis.*
12 *Eo modo quo iudicatur de Ciuitate iudicatur de toto termino, & territorio illius Ciuitatis.*

13 Locus

13 *Locus, qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus gaudet locus cui subijciatur.*
14 *Concessum capiti dicitur etiam concessum membris.*
14 *Ciues Ciuitatis, & vicorum idem habent domicilium.*
15 *Consuetudo strictè est interpretranda.*
16 *Consuetudo introducta in Ciuitate seruatur in suis vicis.*
17 *Statutum seruatum in Ciuitate seruari debet in suis vicis.*
18 *Habitantes in Casalibus gaudent priuilegijs Ciuitatis.*
19 *Concessio Principis facta Ciuitati extenditur ad Comitatenses.*
20 *Neapolitani contrahentes, vel delinquẽtes, vbi Barones non gaudent priuilegio fori.*
21 *Neapolitani non habent priuilegia Ciuitatis, vbi procurassent priuilegiũ post commissum delictum, vel post contractum in fraudem.*
22 *Mulier Neapolitana nupta extero, & ad domicilium viri ducta non gaudet priuilegijs Neapolitanorum.*
23 *Neapolitani in Regia Dohana menepecudum non possunt opponere declinatoriam fori.*

ARGVMENTVM.

Ius eligendi, & variandi forum an cesset vbi lis, & causa cum Neapolitanis vertitur.

QVÆSTIO LXIII.

1 REgula sit negatiua, enim Ciues Neapolitani, & habitantes in ea Ciuitate priuilegio eisdem concessio, nec ciuiliter, nec criminaliter, vocari possunt extra Ciuitatem Neapolis, etiam ex delegatione Regia, siuè ratione rei, siue contractus, siuè ratione delicti, vt est *Ritus M.C.V.* 302. & nè dum conuenti habent priuilegium declinandi forum quodcunque & petendi se remitti ad ad Magnam Curiam; Verum etiam conueniendo alios non tenentur sequi forum eorum, sed possunt eligere Tribunalia Ciuitatis Neapolis, adeo quod dicuntur habere priuilegium electionis fori, & possunt in Ciuitate Neapolis trahere, & ipsi extra eam non trahuntur, vt patet inter priuilegia Neapolitanorum, ad quæ latius te remitto *Galupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 6. num. 61.* & ita quotidiè practicatur, & obseruatur.

2 Imò in tantum Neapolitani gaudent prædicto beneficio, vt possint conuenire, & trahere pupillos, viduas, & alias miserabiles personas, vt dicit *Viscont. in addit. ad Franc. in decis.* 416. qui scribit sic practicari, ad quod allegat *Calam. de modo articulandi, num.* 93. qui allegat *Carauit. in d. ritu* 301. *num.* 2. referendo Neapolitanos etiã agendo trahere, etiam si conuentus priuilegio potiatur in corpore Iuris clauso, etiam si de re alibi sita agerent, & dicit dispositum per *capit. Reg. Cathol. cap.* 53; *Thor. in compend. decis. Regni in verbo remissio causæ petita per aliquem exercentem artem tom.* 2. vbi ait decisum id esse verum etiamsi ageretur de re spectante ad artem maritimam, vt latius apud eum.

Quam retinendo opinionem amplia præfatam regulam primo procedere, etiam si Neapolitanus semel cõsensisset foro alterius officialis, quia nõ potuisset prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, quam Ciuitatis Neapolis, cui vigore *dicti ritus* 301. concessum est quod eius, & habitantes non possunt trahi in alijs Tribunalibus probat. *Bar. in l. priuilegio. num.* 1. *C. de decurionibus lib.* 10. vbi allegat *tex. in l. assumptio in princip. ff. ad municip.* sequitur *Carauit. in d. ritu* 301. *num.* 7. vbi allegat aliam rationem, quia Regina Ioanna, dum in illo ritu disponit, quod Neapolitani non possunt alibi conueniri, quam in Cinitate Neapolis, nullam pænitus iurisdictionem ipsis tribuit, nec alteri concedit, sed solum cognitionem, & iurisdictionem, quod ad eos sibi in suis Tribunalibus Neapolitanis reseruauit; propter quod cum sint sub ipso Rege relicti, & reseruati, siuè velint, siue nolint, vbi sunt Neapolitani, non possunt alterius iurisdictionem prorogare, vt dicit nobiliter *Bald. in cap. Imperialem §. fin. col. penult. de probibitos feud. alienat. per Federic.* tradunt etiam *Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. de constitutionibus, & in cap. inter dilectos de exemptione Prælatorum Benedict.* in terminos *in cap. Raynuntius in*

vers. & vxorem Adelasiam num. 54. de testam. Iacob. in l. 2. §. conuenire ff. de iudic. Vndè meritò, & si virtute nouellæ pragmaticæ fuisset captus Ciues Neapolitanus à quodam officiali ob delictum disorbationis, fuit causa auocata per M. C. V. à Curia Teani, vt tradit *Vrsill. ad Afflict. in decis. 41. num. 9. & 10.* nouissimè *Thorus in suo Compen. decis. in verbo priuilegium, quod Neapolitani non possint renunciare priuilegia fori tom. 1. & in verbo remissio causæ tom. 2.* addo etiam vltra istos *Petram in addit. ad Capyc. in decis. 9. num. 2. & ad decis. ad Gram. 21. num. 9.*

5 Amplia secundo, quod licet Neapolitani sint laudati in Authores in Curijs Regni non tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana, vt decisum testatur, *Anna in singulari 45. Petra in addit. ad Gram. dec. 21. num. 6.* quamuis in alia causa Sacrū Regium Consilium in contingentia facti determinauerit, quod teneatur defendere in loco iudicij emptorem: Verum sententia, quatenus veniret proferenda contra Neapolitanum proferatur in Ciuitate Neapolitana prout fuit decisum in causa vertente inter Ioannem Antonium, & Ioannem Michaelem Triaschum Cauensem, & Ioannem Carolum de Sarno in M. C. V. facto verbo in S. C. die 28. Augusti 1560. pænes Tramontanum, vt refert *Addit. ad cap. 53. Regis Catthotici fol. 43. Muscatell. in praxi Sacr. Consil. lib. 1. par. 3. gloss. nominet num. 7. Tartagl in praxi criminali M. C. V. cap. 2. num. 51.* quos nouissimè reportat *Thor. in compend. decis. in verbo Neapolitani tom. 1.*

6 Amplia tertiò, nam id esse verum etiam in negotiorum gestoribus Neapolitanorum, vt probat *Anna sing. 401.* & latius probauimus supra *quæst. 15. sect. 3.* sicque scio practicatum fuisse annis non longe elapsis in causa Felicis Maticondæ, cum Marcello Kallino.

7 Amplia quartò non tantum in Neapolitanis, sed etiam in Electis ad aliquē honorem, & dignitatem in ipsa Ciuitate Neapol. Nam licet sint exeri, gaudent priuilegio Neapolitanorum, vt est *glos. in l. Ciues in vers. electio in princip.* per illum *text. C. de incol. lib. 10. Carauit. in d. ritu 301. num. 21.* & potest poni exemplum in officiali ex eo quod officialis, & Doctor actu legens, est illius Ciuitatis quam regit, & in qua legit, *Guid. Pap. decis. 631.* quem refert *D. Riccius in Collectan. decis. collect. 269.* & sic etiam ille, qui in ipsa Ciuitate est, rector alicuius Ecclesiæ, vel Prælatus, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, *Innoc. in cap. ex ore versitem in casibus de priuilegijs, Bart. in l. 1. num. 13. vers. quid etiam ff. ad municip.* per *tex. in cap. nullus de tempor. ordinat.* & facit *tex. in cap. ex parte de foro compe-tent. Abb. in cap. quia in tantum in finalibus extra de præbendis Anna singular. 365.*

8 Amplia quintò in muliere, quæ virum habet Neapolitanum, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, vt habetur per *Carauit. in pluries cit. ritu 301. num. 25.* eadem ratione, quia mulier eò ipso, quod nubit, mutat domicilium etiam originis, & efficitur de domicilio & foro viri, *l. cum quadam puella ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi *glos.* latè *Tiraquel. de legib. cōnub. l. 1. n. 28. vers. illud etiam Boer decis. 160. Franc. in dec. 416. Thesaur. in decis. 123.* vbi decisum refert vxorem esse Ciuem loci mariti, plenè recenter *Giurba in comment. ad consuet. Messan. cap. 1. glos. 1. num. 48. Nouarius frater in l. Mulieres C. de dignit. lib. 12.*

9 Amplia sextò in eo, qui in ipsa Ciuitate vel miles stipendium mereretur, vt probat *tex. in l. municeps la 2. in fin. ff. ad municipalem*, per quem tex. sic tenet *glos. in l. Ciues C. de incolis lib. 10.* & tradit *Carauit. in d. ritu 122. num. 22.* vbi ex hoc credit procedere, quod omnes Milites Hispani, qui sunt in Ciuitate Neapolis gaudent priuilegio Neapolitanorum *Anna singul. 365.* recenter *Tasson. super pragm. de Antephat. vers. 3. obseru. 3. nu. 171. fol 181.*

10 Amplia septimò, Neapolitanum gaudere fori priuilegio, tam si agat ex causa lucratiua, quam onerosa, vt decisum refert in Sacr. Consil. *Vrsill. in addit. ad Afflict. in decis. 74. num. 6.* de quo meminit *Petra ad Gram. d. decis. 21 num. 8.* & ita reminiscor fuisse practicatum in nostris Regijs Tribunalibus in causa Marcelli Gallulæ annis retro elapsis, sequuntur *D. Ricc. in collect. decis. cap. 1426. Gratian. discept. forens. 356. num. 4. Pascal. in tract. de patria potest. cap. 2. nu. 91. in fin.*

11 Amplia octauò, etiam procedere in Nea-

Neapolitanis ordinarijs habentibus do
micilium extra Ciuitatem, vide *Gram.*
decis. 87. Afflict. & Vrsill. in decis. 384.
quod secundum me probatur per *pra-*
gmat. 2. de Immunit. Neapolitanorum,
vbi effecti Ciues Neapolitani alibi de-
gentes tractantur, vt Ciues illius loci,
vbi degunt, nec gaudent priuilegijs Nea
politanorum ergo è contrario sensu,
Neapolitani originarij gaudebunt pri-
uilegijs Neapolitanorum, vt aduertit
ibidem *Reg. Rouit. nu. 1.*
34 Amplia nonò procedere etiam in ho
minibus Casalium Ciuitatis Neapol,
qui gaudent sicut Neapolitani, vt in
contingentia, consultus respondi, ex
tex. in l. qui ex vico ff. ad municipal. Ca
salia enim Ciuitatis Neapol. gaudent
omnibus priuilegijs *quibus gaudent ip-*
sa Fidelissima Ciuitas, vt ex multis pro
35 bat *Praset de Franch. in decis. 316.* Et
Casalia & Villæ dicuntur de iurisdictio
ne Ciuitatis, & tam quam vnum corpus
cum Ciuitate iudicantur, *l. nulli C. de*
Episcop. & Cler. l. 3. C. de naturalibus
liberis, & sic in materia iurisdictionis
scripsit *Bart. in tract. qui sint rebelles*
num. 3. tradunt etiam *Alex. cons. 1. col. 3.*
Isern. in cap. 1. in princip. quid sit inue-
stituram latè *Costa sicul. cons. 1. num.*
30. & seq. Molfes. in Consuetud. Nea-
pol. par. 2. de personis quæst. 9. num. 7.
vbi ex hoc, & alijs latè concludit Con-
suetudines Neapolitanas ligare etiam
Casalia ipsius Ciuitatis enim vici, seù
aldeæ, (*quæ de iure non habent territo-*
rium proprium) vtuntur proprijs terri-
36 torijs, non tanquam suis, *sed vt* Ciuita-
tis, cuius sunt, eò quod habitatores vi-
corum dicuntur de Iure vicini Ciuitatis
sicut habitantes in ipsam Ciuitate. *l. pu*
pillus, §. territorium ff. de verb. signific.
l. cum pater §. vinico, ff. de legat. 2. l. nul-
li, §. quid si in vico C. de Episcopis, &
Cleric. & d. l. qui ex vico, ff. ad munici-
pal. vbi *glos.* ait, quod verba hæc vici-
nius alicuius loci comprehendunt om-
nes, qui habitant in eius vicis, seù al-
deis *Boer. decis. 13. num. 50. Corrasius*
lib. 3. Miscellanearum iuris ciuilis cap.
4. num. 7. Napod. in Consuetud. Neap.
si rusticus num. 11. de test. rust. quare
Roiz. in decis. Lituania 3. num. 178. ait,
quod ex vico ortis est patria illa Ci-
uitas, vel Respub. cuius vicus ille, respō
det, *d. l. qui ex vico Valasc. decis. 179.*
num. 23. tom. 2. Dicens, quod qui ex vico
sunt, non censentur per se, sed vt mem
bra Capitis principalis hoc est, Villæ,
Municipij, seù Ciuitatis *l. vtrum C. de*
incolis lib. 10. & idem habet interpretā-
dum communis vsus loquendi, qui est
multum considerabilis in Iure, *l. cum*
delanionis, vers. optimum ff. de fundo in-
structo, l. labeo vers. non enim ff. de sup-
pellectili legata glos. in l. librorum in
verbo non continebantur ff. de legat. 3.
Bald. in authent. quod sine num. 5. de
testamentis, & generaliter, quod vicinus
vici, dicatur vicinus Ciuitatis cui su-
bijcitur tradit *Bart. in l. vrbis appella-*
tio. col. 2. vers. sed quæro. ff. de verborum
significatio. facit l. ciuibus, C. de mu-
ner. & honor. lib. 10. Menoch. cons. 584.
num. 4. cum seqq. Ioan. de Platea in l. si
Diuinam Domus C. de exact. tribut. lib.
10. in fin. vbi dicit, quod ille, qui est ex
Vico Ciuitatis dicitur de Ciuitate
Imol. & Florian. in rubr. ff. solut. ma-
trim. dicentes, quod appellatione Ci-
uium, venit ille, qui est in Ciuitate, aut
Comitatu, & facit lex, sed & reprobari,
§. amplius, ff. de excusat tutorum, & in
l. 1. vbi Bart. ff. ad municip. Idem *Bar.*
in l. 3. C. de naturalib. lib. Alex. in ad-
dit. ad eud. in d. l. vrbis appellat. Auiles
cap. 6. Prætorum glos. Suitierra num. 6.
Neuizan. lib. 4. Sylua nuptialis num. 88.
Abb. cons. 52. nu. 7. part. 2. Castr. in l. nul-
li nu. 7. C. de Episcopis, & Cleric.
37 Et eodem modo, quo iudicatur de
Ciuitate iudicantur etiam de toto il-
lius termino, & territorio, vel Comita-
tu, ita enim DD. appellant, *l. 1. §. cum*
Vrbem ff. de offic. Præfecti Vrb. cap. si
Ciuitas, vbi Dominus. 2. de sentent. ex-
com. lib. 6. Archidiaconus in cap. statu-
tum super verbo Ciuitatibus col. 2. de
rescript. lib. 6. Abb. in cap. Rodulphus
num. 6. de rescript. per l. qui incontinen-
tibus ff. de verb. signific. & l. nam dubito
ff. de capt. & postlim. reuers. glos. in cap.
1. de vsur. in 6. Auiles d. num. 6. in fine
vnde villa posita in Comitatu alicuius
Ciuitatis præsumitur esse illi Ciuitati
subiecta *cap. de decimas de restit. spol. in*
6. latè *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præ-*
sumpt. 100.
38 Et quia locus, qui alteri subijcitur,
gaudet eisdem statutis, & legibus, qui-
bus ille cui subijcitur, *Bart. in tractat.*
Tyberiadis rubr. de insula col. 2. quem
sequitur. *Dec. cons. 538. num. 13. Glorit.*
noue *cons. 12. num. 49.* & probat. *d. l. 3.*
§. cum

§. cum vrbem. Ibi (sed, & si quid intra centesimum lapidem admissum sit, ad Præfectum Vrbis pertinet,) vbi *Bald.* notat, quod omne, quod cõceditur Ciuitati alicui, vel Villæ, conceditur intelligere omnibus habitantibus in termino, & territorio illarum *Paul. de Castr. in §. maritam num. 6. ff. de vsu, & habitatione*, vbi ait, quod concessum capiti membris quoque videtur concessum, ex *l. 2. eod. tit.* nàm de iure Ciuitas, & eius territorium, & vici iudicantur pro vna Ciuitate, vt declarat *Abb. cons. 52. dub. 2. in 6. par. 2. Rebuff. ad Constit. Galliæ, tit. de consuetudin. art. 1. glos. 1. num. 11. Velciat. in cap, quod sedem num. 88. de de offic. ordin. Bald. in l. vt inter diuinum, num. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* Dicens q Castrum, & Ciuitas non differunt, nisi sicut parua Ciuitas à mag. Ciuitate, & Castrum est membrum Ciuitatis *d. l. qui ex vico, Franch. decis. 604. num. 1. Gratian. decis. Marchiæ 96. nu. 2 Afflict. de iure protbomiss. in princip. num. 2.* ex quo dicit *Bart. in d. l. 4. de naturalib. liber num. 1.* nascentem in aliquo vico, Ciues originarios Ciuitatis, cui talis vicus subijcitur nuncupari *l. nulli §. quod si in vico, vbi glos. C. de Episc. & Cleric. Bart. in l. imperium num. 7. de iurisdict. omn. iudic. Syluan. cons. 1. quæst. 6. num. 2. & 3. glos. in authen. quibus modis nat. effic. sui, §. si quis igitur verbo persoluit, colla. 7. Gratian. vbi proximè nu. 5.*

30 Et ita *Bart. in l. Imperatores §. idem rescripserunt ff. ad municipa.* dicit, quod Ciues Ciuitatis, & vicorum omnes habent idem Domicilium, & probat *Angel. in tractat. de malefic. verbo, & ad querelam num. 41. & l. eius, §. 1. ff. ad municip. Grat. resp. 30. num. 49. tom. 3.* dicens, quod natus in loco subdito alicui Ciuitati dicitur originarius dictæ Ciuitatis.

Nam vniuersitas vici est legitima, alioquin non posset vicis legari, *l. hæreditatis C. de hered. instit. l. cum Senatus ff. de reb. dub.* quod autem legari possit, est *l. si hæres §. vicinis vbi Florian. nu. 2. ff. de legat. 1. Roffred. quæst. Sabbatina, 18. num. 3. & l. fin. C. de fundis Reipub. lib. 10. Montar. in pragmat. 2. de administrat. Vniuersitatis num. 316.*

31 Propter, quæ DD. communiter dixerunt licet alias consuetudo sit stricte interpretanda, *cap. quoad translationẽ,* vbi *Abb. notab. vlt. de offic. legat. Dec. cons. 8. num. 4. vers. sed talis Curt. Iun. tract. de feud. 6. quæst. princip. num. 5. Cephal. cons. 26. num. 5. tom. 1. Grauet. cons. 30. num. 5. Roland. à Valle cons. 69. nu. 30. vol. 5.*

22 Consuetudo tamen introducta in Ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus eius vicis iuxta *glos. fin. in l. ex ea parte, ff. de postulando,* quam sequuntur *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de tregua, & pace quæst. penult. Iason. in §. rursus instit. de action. num. 42. Eugen. in cons. 26. num. 26. & 29. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 55. num. 24. lib. 1. Achil. de Grassis in decis. Rotæ 3. de decimis num. 7. & 8.* dicens attendendam esse consuetudinem loci dominantis *Alciat. respons. 688. num. 5.* subdẽs, quod cõsuetudo loci principalis fundat intentionem agentis, quoad loca annexa, vt per *Roman. in l. si aliena §. 1. ff. de vsucap.*

23 Hinc statutum, quod seruatur in Ciuitate, debet seruari in vicis subditis eidem *Castrens. cons. 368. num. 2. lib. 1. Abb. cons. 52. lib. 2. Alciat. in c. quoad sedem num. 92. de offic. ordinar. Reg. de Ponte in cons. 51. num. 21. lib. 2. Menoch. cons. 80. cons. 18. lib. 1.* & hoc facit in confirmationem, quod si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in Ciuitate, censetur concedere in toto territorio, & Comitatu, iuxta tradita per *Roland. in cons. 50. num. 41. vol. 3. & cons. 1. num. 38. vol. 4.* post *Angel. & Guglielm. in l. fin. ff. de constitution. Princip.*

24 Et magis in specie, & indiuidualiter in nostris terminis deueniendo, quod habitantes in casalibus possint gaudere, & gaudeant eisdem priuilegijs concessis Ciuitatis cui subijciuntur, vti gaudent habitantes in ipsa Ciuitate scribit *Bal. in l. vt inter diuinum num. 8. C. de Sacrosanct. Eccles.* & post eum *Alex. in rubr. ff. solut. matrim. num. 14.* vbi subditi, quod si concessum est priuilegium habitanti Ciuitatem, compræhenduntur habitantes Comitatus *Soccin. in l. 2. in princip. ff. de reb. dub. Aret. cons. 97. num. 1. circa finem,* vbi allegat *l. Titius §. Roma ff. de excusat. tit. Abb. d. cons. 52. num. 6. part. 2. Afflict. de iure protbomis. vers. nota hæc Castrens. in d. l. si hæres §. vicis num. 2. Boer. decis. 13. num. 20. Orosc. in l. nàm, & Demosthe-*

nes num. 10. ff. de legib. Soccin. cons. 110 lib. 1. vndè loquendo de ijs, qui degunt in vicis subditis Ciuitati profert hæc verba, quia cum fingantur habitare in Ciuitate consequi debent omnes effectus, quos consequerentur, si in Ciuitate habitarent, sequitur Felyn. in cap. Rodulphus num. 9. de rescript. Guid. Pap. decis. 265. & cons. 134. num. 1. dicens quod Oppidani continentur Ciuium appellatione in fauorabilibus, vt sunt Principis concessiones l. fin. vbi omnes DD. ff. de constit. Princip. l. 2. §. si quis à Principe . ff. ne quid in loco publico, Cephal. cons. 58. num. 28. vol. 1. quæ latissimè veniunt interpretandæ Rota Rom. diuers. decis. 19. num. 1. par. 1. Castrens. cons. 21. num. 3. par. 1. probans officia, quæ debentur Ciuibus, deberi etiã Comitatensibus, & in alijs honoribus Aloys. de Leo, in l. conuenticula. num. 33. & seqq. C. de Episcopis, & Cleric.
25 Gambar. tractat. de extensionibus num. 160. & Felyn. in cap. causamque de rescript. vbi tenent concessionem Principis factum Ciuibus, extendi ad Comitentes Reg. Tap. in l. fin. ff. de constitut. Princip. par. 1. cap. 3. num. 32. & cap. 5. num. 2. Soccin. cons. 86. num. 2. vol. 4. Maur. alleg. 36. num. 1. probans priuilegium Ciuitati concessum extendi ad Villas, & Casalia, Anna alleg. 27. nu. 27. nouissimè Borrell. de Magistratuum edictis cap. 5. num. 3. lib. 1. firmat, quod sicuti Ciues non possent esse Magistratus in eorum Ciuitate ad tex. l. fin. C. de offic. Rector. Prouinc. Franc. Marc. decis. 624. vol. 1. Corad. de offic. Prætor. in princip. Ita prohibentur etiam, qui ex suburbijs sunt Ciues, in Ciuitate officiũ gerere inde exercere.
26 Officium Actuarij prohibentur Cines suburbiorum, & Casalium in Ciuitate stante decis. S. C. apud Franch. 89.

Ex quibus omnibus, & alijs quæ consulto ommittuntur videtur firmata prædicta conclusio, vt scilicet, quod homines Casalium Ciuitatis Neapol. gaudeãt fori priuilegio, & electione, sicuti cæteri Ciues Neapolitani, Et licet contrarium in proprijs terminis voluerit Pisanell. in additt. ad Afflict. in decis. 74. quem refert Petra ad Gramm. in decis. 21. nu. 10. & ante eos Angel. in authent. quibus modis naturales efficiantur sui §. si quis igitur, & nouissimè D. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. 84. num. 18. part. 3. quo in loco firmat franchitiam concessam Clericis dicti Ciuitatis Neapolis non deberi Clericis Casalium ipsius Tamen ex supra relatis opinio assignata verior quidem redditur.

27 Limita primò quotiescunque Neapolitani extra Ciuitatem Neapolis delinquerent, vel contraherent, tanquam Barones, nam tunc sunt conueniendi coram ordinario loci, delicti, vel contractus per tex. in cap. 1. §. fin. de priuileg. in 6. per quem fit fuit decisum in S. R. C. vt inquit, Capyc. in decis. 59. quod etiam seruatur hodie in practica Freccia de subfeud. lib. 1. de offic. Magni Cancellarij fol. 41. num. 31. Anna singul. 57. Capiblancus de Baronib. pragmat. 12. num. 3 Ascia in determinat. 181. num. 9. Borrell. in additt. ad Specul. Princip. rubr. 11. §. videndum litt. F. vers. exempto Reg. Tapia in l. fin. part. 1. cap. 5. num. 15 ff. de constitutio. Principum, Tasson. super pragmat. de Antepha. vers. 3. obseru. 4. nu. 157. fol. 218. col. 2.

28 Limita secundò, quotiescunque priuilegium Ciuitatis Neapolis esset obtentum post delictum commissum, vel post contractum in fraudem, iuxta tex. in l. fin. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem consciuerunt, vt notat Bart. in l. 1. ff. de pignis, Oldrad. cons. 4. ad quod facit, si Clericus, vel Professus effectus post delictum possit remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, quamuis dolosè, & fraudolenter sit effectus Religiosus; de quo viden di sunt, Prases de Franch. in decis. 209. Farinac. in pract. crim. de inquisition. quæst. 8. num. 105. & seqq. Anna consil. 140. vol. 2. Reg. Tapia in Constit. Regni de personis num. 33. Reg. de Ponte. de Potestate Proreg. tit. 7. §. 7. num 16. Caballus, resolut. crim. cas. 108. nouissimè Carocc. de except. q. 3. excep. 22.

Limita tertiò, in Muliere Neapolitana nupta extero; Nam non gaudet priuilegio fori, dum ad domicilium mariti fuit ducta, ex traditis latè per D. Præsid. de Franch. in decis. 416. iuxta cuius opinionem nonnullis quippè vicibus practicatum fuisse reminiscor.

Limita quartò in Regia Dohana me necpedum, cuius Dohanerius merum mixtumque Imperium habet à Rege; Nam in ipsa Dohana Neapolitani non gaudent fori priuilegio, vt in facti contingentia iudicatum refert, Regens de Ponte in tract. de potest. Proregis, tit. 4.

de Re-

de Regalibus impositionibus §. 8. *num.* 48. de quo meminit *Thorus in suo Compendio decisionum in verbo Neapolitani tom.* 1. & ita vidi pluries practicatum.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas acquiritur per translationem Domicilij, dumodò hoc fiat verè, & non fictè, adeò quod in loco originis conuenire non potest nisi ibi conueniatur nu.2.vide.nu.24.*

3 *Domicilium acquiritur animo perpetuo permanendi in aliquo luoco, & in tantum requiritur habitatio per decennium in illo loco ad finem acquirendi Domicilium, quatenus aliùdè non constet verus animus illius acquirendi.*

4 *Domicilium solo die constituitur, vbi de voluntate apparet.*

5 *Animus, & non habitatio facit Domicilium, vndè si quis habitauerit in aliquo loco per mille annos animos recedendi, nunquam constituit Domicilium.*

5 *Ciuilitas acquiritur adoptione quæ Ciuilitas tamdiu durat quatenus durat adoptio.*

7 *Adoptatus non perdit ciuilitatem primam.*

8 *Ciuilitas acquiritur per allectionem, & num.* 18.

9 *Ciues allecti gaudent priuilegijs ciuiū originariorum, & sustinent onera ciuitatis, & num.* 20. *licet secus respectu Iurium regularium, & Dobanarum num.* 21. *vide nu.* 25.

10 *Leges loquentes de ciue comprehendunt ciues creatos priuilegio.*

11 *Vt quis gaudeat priuilegijs ciuitatis debet ibi habitare.*

12 *Ciues in dubio, quis præsumitur illius ciuitatis in quā habitare reperitur.*

13 *Ortus in aliqua ciuitate dicitur ciuis illius ciuitais, adeò quod hæc ciuilitas transit ad filios non natos in eo loco num.* 14. *Imò etiam quod nec pater sit ortus, si auus sit ortus hæc ciuilitas transit ad filios, & nepotes, licet non sint orti num.* 15.

16 *Ciuilitas originis non ammittitur per recessionem à patriam, & translationem incolatus alibi.*

17 *Neapolitani oriundi gaudent priuilegijs ciuitatis si alibi habitauerint, licet secus in alijs.*

19 *Ciuitas Neapolis potest creare ciues per allectionem.*

22 *Habens domum in ciuitate Neapolis, & vxorem Neapolitanam, dicitur ciuis illius ciuitatis, & num.* 25. *ita quod non potest renunciari. num.* 26. *quod procedit etiam si domus esset dotalis. num* 31. *vel si esset recepta in emphyteusim.*

23 *Effectus ciuis per priuilegium Regis, etiam respectu directuum Regiorum est immunis.*

27 *Ortus Neapoli Matre in fraudem parturiente, non gaudet priuilegijs ipsius ciuitatis.*

28 *Infidelis baptizatus Neapoli, dicitur ciuis Neapolitanus.*

29 *Mulier cum nubit nascitur nouam originem.*

30 *Sancti intelliguntur nasci die quo moriuntur.*

32 *Ciues Neapolitani dicuntur infantes expositi ibi licet filij expositorum non gaudent vt oriundi, nu.* 33.

34 *Ciuis Neapolitanus an dicatur is qui est ortus extra ciuitatem Neapolis in aliqua parte, in qua parentes non constituerunt Domicilium, sed erant transeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram.*

35 *Non natus in ciuitate Neapol. & filius allecti, & eius qui est ciuis per pragmaticam, an gaudeat priuilegijs ipsius ciuitatis.*

36 *Habens vxorem Neapolitanam, & domum propriam an dicatur ciuis ipso iure ante petitionem.*

37 *Pragmaticæ Regni quotiescunque sunt contra ius commune dicuntur odiosæ.*

38 *Fides electorum ciuitatis Neapolis probat ciuilitatem ipsius ciuitatis.*

39 *Ciuilitas quando, & quibus concedi possint, & qualiter acquisita amittatur, & an taliter acquisita transeat ad filios nu.* 40 *remissiuè.*

51 *Ciuilitas ex quibus contrahatur, & an exterus à Rege assumptus in ciuem Neapolitanum gaudet ijsdem priuilegijs, quibus gaudent Neapolitani si alibi habitent remissiuè.*

RA-

ARGVMENTVM.

Ciuilitas Neapolitana, quomodo acquiratur, ad effectum habendi eius priuilegia, & ad finem de quo supra.

QVÆSTIO LXIII.

1 Ciuilitas autem alicuius loci, acquiritur ad effectum, vt possit gaudere immunitatibus, & priuilegijs ipsius loci, quotiescunque aliquis transfert suum domicilium in aliquem locum verè. & non fictè cum animo ibi perpetuo permanendi, absque aliquo priuilegio, efficitur verè ciuis illius loci de iure communi, ac si ibi natus esset, vt abundè habetur per *Goffred. de Gaet. super ritibus Regiæ Cameræ fol.* 199. *cum seq. qui plenius hoc*
2 *declarat in rubr. de Mercatoribus, qui faciunt se ciues nè soluant Dohanã, fol.* 202. *à tergo* quod adeò verum est, vt in loco originis non possit conueniri nisi ibi reperiatur post *Castrens. Abb. & Baro. decidit Afflict. in decis.* 384. *num.* 6.
3 Domicilium enim acquiritur, animo perpetuò ibi permanendi in aliquo loco & in tantum requiritur habitatio per decennium in illo loco, ad finem acquirendi domicilium, quatenus aliundè nõ constet merus animus illic acquirendi: quia si aliundè constat, absque nulla temporis expectatione, Domicilium est acquisitum. *Felyn. in cap. dilectus lo.* 2. *post. num.* 12. *in* 2. *casu extra de rescriptis, Argentin. in consuetud. Britan. artic.* 499 *glos.* 1. *in fine.* Subdens, quod vno solo die constituitur, si de voluntate apparet. *Abb. in cap. finali in fine, verb. extra de Paroch.* enim licet, quis habitauerit ibi per decennium, & vltra: & ex alijs coniecturis appareat, seu præsuma tur animus recedendi, nunquam dicetur acquisitum domicilium, *Angel. & Bart. in l. hæres absens, §.* 1. *ff. de Iudic.* etiam si per mille annos habitarent, dũmodo non habeat animum ibi permunendi; *Salyc. in auth. habita C.* Nè filius prò parte *Imol. in consi.* 21. *num.* 70. latè *Menoch. de arbitr. iudic. casu*, 86. *num.* 7. & 22. *lib.* 2. *centur.* 1. *Ludouisius decis.* 279.

6 Ciuis etiam, fit quis adoptione, *l. ciues C. de incolis lib.* 10. & explicauit *Lucas de Penna ibidem colum.* 2. *vers.* 3. *Ioann. à Platea num.* 3. *probat l. in adoptionem C. de adopt.* & hæc ciuilitas *tamdiù durat, quamdiù durat*
7 *adoptio, l. sed & si is, ff. ad municip. Is tamen adoptatus non perdit primam ciuilitatem l. ordine §. vult ff. ad municip. & tradit Platea in loco præcitato. D. Ricc.* qui nos allegat in prima impress. Neapol. *decis. Cur. Archiepisc.* 27, *part.* 4.
8 Ciuis quis quoque fit allectione *d. l. ciues C. de incolis lib.* 10. alibi dicitur assumptio *l. assumptio ff. ad municipal.* & hunc actum magis distare à natura, & in hominum mores inclinare scribũt, *Lucas de Penna d. l. ciues, col.* 2. *vers.* 4. & ibidem *Platea, lib.* 1. *in fine* qui declarat, quando quis dicitur el ctus ciuis, qui, & alio nomine appellantur ciuis creatus *priuilegio Antibol. in tract. de munerib. par.* 2. *num.* 3. & 23. & *ij qui*
9 *dem frui* debent eisdem commodis, quibus fruuntur originarij ciues, cum, & in commoda ferre debeant, vt tradunt *Bart. in l.* 1. *num.* 16. *ff. ad municipal. Iason. in l. si is, qui pro emptore, num.* 192. *ff. de vsucap. Alexan. co. sil.* 157. *num.* 14. *lib.* 2. *Boer. decis.* 260. *num.* 13. *Parisius consil.* 71. *num.* 8. *lib.* 1. *Bart. in l.* 3. *§. hæc verba. quæst. fin. ff. de* negotijs gestis, qui inquit, hunc ciuem fi: creatum, adeo ci-
10 uis nomen obtinere, vt *l. omnes* loquentes de ciue, & hunc comprehendant, sequitur *Aret. cum l. quidam cum filium, num.* 16. *de verb. signif.* qui plura ad rẽ scripsit, quidquid dicat *Faber. in decis.* 17. *C. de verb. signif.*

Illud tamen obseruandum est; quod & si quis nomine dicatur ciuis originarius ob id, quod in Ciuitate natus sit,
11 vel priuilegio creatus sit ciuis; *de quo D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 317. *par.* 4. attamen, vt commodis, & priuilegijs Ciuitatis fruatur, habitare in ipsa Ciuitate, atque ita domicilium in ea habere, & cum alijs ciuibus onera substinere debet *Rum. consi.* 200. *num.* 12. *lib.* 2. *Felyn. in cap. Rodulphus, num.* 13. *de rescript. Iason. consi.* 77. *col. finali lib.* 3. *Menoch. alios allegans in consi.* 390. *num.* 46. *Rota Roman. in dec.* 327. *nu.* 3. *p.* 12.
12 Cæterum quando non constat de alicuius origine adoptione, seu creatione, & electione, vt apparet cum esse ciuem atque

causæ, accidentali, quæ constat ex paupertate, vel viduitate, *l. qui habet ff. de tutel.* vbi *Bald.* teste *Matth. de Afflict.* hoc ipsum notat in specie. Ego vero apud *Bald.* legi ætatis causam esse naturalem, ac denique præferendam causæ, paupertatis, quæ accidentalis est, & tamen *Bald.* non tractat quæstionem istam, & loquitur vbi vtraque causa in eadem contigit persona, Idcircò non rectè inducitur Baldi authoritas ad casum in quo de præiudicio alterius agitur alterius in quam priuilegium habentis. Deinde falsam esse censeo. Matth. de Afflict. opinionem quæ tamen possit inde rationem habere, quod habens priuilegium in specie, vti potest priuilegio aduersus par priuilegium habentem ex eadem causa speciali, vbi prioris priuilegij ratio maior est, aut fortior *l. verum. §. vlt. ff. de minor.* & ibi *Bart. Bald. in d. authen. quas actiones* explicat eleganter *Dec. in d. cap. in præsentia num. 51.* plura adhuc allegans. Nos verò arbitramur, in hac quæstione quam tractamur non posse admitti hanc argumentationem, quia non fit maior, nec fortior ratio eius priuilegij, quod datur pupillo, quam eius, quod datur viduis, & pauperibus. Et propterea multis rationibus conabimur hanc tollere, in hac parte argumentationem.

Primo quia *Bart. Bald.* & aliorum conclusio procedit quando priuilegium amborum est diuersæ speciei. in hoc enim casu DD. loquuntur, nos verò agimus de duobus priuilegijs, quæ eiusdem speciei sunt, scilicet circa forum, & ab eadem causa procedunt saltem generali nempe à commiseratione, licet eorum quodlibet procedat à diuersa commiserationis causa.

Secundò, quia vterque in parte tàm actor, quam reus agit de damno vitando. Reus in quam ne cogatur extra proprium domicilium litigare,

Atque ideò cessat ratio communis, quæ *in d. l. verum §. poss.* admissit priuilegium, ex eo quod actor agit de damno vitando, reus verò de lucro captando, quasi in hac quæstione à contrario argumentemur cum reus ipse itidem, vt actor agat de damno vitando.

Tertio constat non esse maiorem miserationis causam in pupillo, qui forsan diues est quam in paupere, aut vidua, quæ tutorem nullum habet, cuius equisam, ideò tutior est, quod fideiussores regulariter dentur, qui promittunt rem in pupillo priuilegij causa.

Quartò si res ista ad contentionem deducatur, dixeritque pupillus actor se posse vti priuilegio contra habentem par priuilegium rursus, & reus pauper dicet, se velle, vti contra pupillum proprio priuilegio, quod in hoc habet, vt inuitus non conueniatur extra proprium domicilij forum,

Quintò esset equidem inutile priuilegium, quod habent miserabiles personæ ne possit inuitæ vocari ad iudicium extra proprij domicilij forum, si habens per priuilegium posset eas vocare ad Curiam Regis, quod manifestè constat cum quilibet iure communi, non possit extra proprium domicilium citari ad Curiam Regis, nisi ab his, qui habet hoc priuilegium vocandi reos ad Regis Curiam, vt patet. Igitur vt aliquid operetur priuilegium datum miserabilibus personis, oportet, quod id intelligatur etiam ad petionem aliorum similiter habentium priuilegium.

Sextò idem probatur, quia priuilegium actoris deuiat à iure communi, & regulis priuilegium autem rei Iure communi conuenit, si quidem reus, in proprio eius foro, & domicilio conueniendus est, actorque sequi debet forum rei iuxta iura vulgaria, sed inter paria habentes priuilegia præfertur eis, qui habet priuilegium iuri communi conueniens, aut saltem magis consonum regulis iuris notant *Bald. l. si quis in graui §. vlt. & in l. sequenti incipienti, qui post humos. ff. ad Syll. Aret. cons. 83. col. 4. Dec. in d. cap. in præsentia de probation. num. 51.* Ergo reus miserabilis persona habens priuilegium, quod non possit extra propriam domicilium conueniri, cùm hoc sit iuri communi magis consonum præferendus erit actori habenti priuilegium contrarium regulæ iuris communis, vt possit quemlibet ad Concilium Regium voco.

Septimo hæc eadem opinio deducitur ex praxi, & vsu, qui diu apud Hispanos obtinuit in expediendis litteris Regis in fauorem viduarum, quæ Regem ipsum ipsusque summos Iudices elegerunt ad cognitionem, & decisionem propriarum causarum dantur etenim literæ Regiæ ad inferiores Iudices, quibus eis interdicitur cognitio causarum huius-

huiusmodi, & litium, quæ propriæ viduarum sunt ipsis viduis inuitis, & declinantibus inferius Tribunal, ac postulantibus earum causam ad Curiam Regiã remitti, quæ quidem literæ solis viduis dantur, non alijs miserabilis personis, tametsi *lex vnica, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* ac leges Regiæ pari ratione, & Iure de omnibus tractauerint. Denique in hisce legibus de priuilegio miserabilium personarum, vbi ipsæ personæ agere velint, ac si conueniantur, & vocentur ab alijs ad Iudicium coram Iudice inferiori, quod declinare hoc forum, & petere vt apud Iudices Curiæ causæ examinentur, non cauetur in *d. l. vnica*, nec in dictis legibus Regijs, si rectè intelligitur Cæsarea responsio, dum inquit iudicium nostræ serenitatis orauerit. Et tamen *glos.* Inibi vult, quod possint hæ personæ Iudices ordinarij forum intra proprium domicilium declinare, & petere, quod apud Curiæ Regiæ Iudices conueniantur. Sic enim visum est, *Accursio* in verbo perhorrescunt, quo in loco scribit, *Cyn.* secundum illius constitutionis partem tractare casum, & speciem in qua solum agatur, & versetur dubium, si persona miserabilis agere vult, non vbi ipsa in iudicium vocatur actori responsum, idẽ illic sensit glos. in verbo pupilli. Nihilominus literæ prædictæ decernuntur in viduarum fauore exceptis expressim quinque casibus, quorum primus est vbi vidua velit hoc priuilegio, aut hisce literis vti contra viduam aliam minorem, & orphanam, idem ipse censerem quoties vellet in his literis, vti contra pauperem aliamuè miserabilem personam. Secundus in causis, quæ nondum habent extimationem sex mille marauedinorum. Tertius vbi causa fuerit cœpta coram Iudice inferiori pro litis contestatione absque fori præscriptione, & exceptione declinatoria tribunalis inferioris. Quartus si cum criminalis sit. Quintus vbi actum fuerit de reditibus Regijs à viduis exigendis. Nam in hisce casibus non licet ei viduæ, quæ vocata fuerit ad Iudicem inferiorem eius Tribunal declinare. Ecce quod primus casus manifeste ostendit vsum, & praxim huius opinionis quam modo aduersus, *Matt. de Afflict.* probamus.

Octauo hanc interpetrationem, & intellectum ad legem vnicam absque vlla distinctione miserabilium personarum, tenet *Andr. de Isern. in Constit. Neap. statuimus rubr. de offic. magistr. iustit. num. 4. & sequen.* Ipsemet *Matth. de Afflict. in d. lib. 1. Constit. Neapol. rubr. 37. num. 19.* & rursus *num. 21. idem in decis. Neapol. 257.* sensere *Ioan. Andr. Domin. Anchar. & Franc. in cap. 1. §. id ipsum de priuileg. in 6.* optimè *Luc. de Penn. in l. ne ad diuersa C. de silentiar. lib. 12.* post *Iacob. à Bellouis.* quem adhoc expressim citat.

16 Secundus tandem casus contingere poterit quando vidua agens contra pupillum pauperem, vel aliam viduam vult vti hoc priuilegio *d. l. vnica*, & planè non poterit eo, vti quod ex prænotatis sit satis manifestum, vt notant. *Andr. Isern. Matth. de Afflict. Luc. de Pen. & Iacob.* Paulò ante adducti.

17 Tertius erit casus, vbi pauper agit contra viduam pupillum, vel Ecclesiam pauperem velitque eos ad Regis Curiã vocare prætermisso Iudice ordinario domicilij, & profectò eisdem rationibus & authoritatibus *Isern. Matth. de Afflict.* & aliorum non poterit, hoc vti priuilegio.

18 Quartus casus facillimè, ex his dicitur, vbi pupillus agit contra pupillum sicuti apparet ex prædictis & notat, *Lucas de Penna, Iacob. à Bellouis.* quorum paulò ante meminimus.

19 Quintus deducitur ad huius controuersiæ rationibus, casui quoties aliqua miserabilis persona, nempe vidua pupillus, vel pauper vocauerit ad iudicium apud Iudicem ordinarium ipsius domicilij rei conuenti alium pupillum viduam, vel pauperem: Ipse verò reus declinet iurisdictionem illius Iudicis, ac petat causam deferri ad Curiam Regis, & sanè res est, vt mihi videtur expedita, quod non sit admittenda isthæc exceptio fori declinatoria, quia reus est, in malitia, & actor æquè priuilegiatus eligit forum secundum ius commune semoto quolibet priuilegio, & ideò præferendus sit, sic etenim visum est. *Iacob. Luca de Penn. Isern. Matth. de Afflict.* & alijs modo præcitatis. Nec poterit congruè exemplum aliquod huic casui aptari, nisi in viduis, quæ habeant ex literis Regijs ius declinandi proprium forum, & proprij domicilij tribunal, quemadmodum in primo casu latè traditum.

20 Sextò deindè poterit contingere, quod in eo loco, vbi est Curia Regis eiusquè auditorium pupillus, vidua, vel pauper ad iudicium Iudicis ordinarij, & inferioris vocatus nolit hoc Tribunal declinare, & tamen vocatus ad Curiã Iudices ad petitionem actoris petat obnixè causam ad ordinarium eius loci forum deferri: in hoc equidem casu poterit reus vti proprio priuilegio, secundũ *Isern. num.* 14. & *Matth. de Afflict. nu.* 34. *in Constit. Neapol. rubr.* 37. quibus suffragatur, quod licet alioqui, vel vbi reus habet plures Iudices ex iure communi electio sit actoris, vt adnotauit idem *Couarr. lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 18. *num.* 6. attamen vbi reus habet plures Iudices ex priuilegio ipsiusmet rei, est actio non actoris authore. *Bald. in l. cum Clericis C. de Episcop. & Cleric.* quem sequitur *Matth. de Afflict. in d. rubr.* 37. *num.* 18. & *Bart. Socc. cons.* 94. *col.* 2. *lib.* 3.

21 Septimò, vbi quis habens priuilegium d. l. vnica vocaret ad Curiam Regis, eũ qui non haberet priuilegium declinandi Curiam, nec petendi remitti causam ad proprium domicilium, tametsi habeat is priuilegium vocandi aduersarios ad Curiam. Nam si reus hic velit obtinere, quod cum ad Iudicem proprij tribunalis, & domicilij remittatur profectò ex prænotatis constat, non esse hanc causam præstrendam ad Iudicem inferiorem: sed eam in Curia examinandam esse: cum hic erit reus non habeat ex priuilegio duos, aut plures Iudices, Imo tantum vnum actor vero habeat priuilegium eligendi Iudicem quem, vt opinor reus minimè poterit fori præscriptione declarare. Exemplum autem huius casus non potest commode constitui in his, qui notantur *in d. l. vnica* quibus competit ius declinandi quodcunque tribunal extra proprij domicilij forum etiam Curiæ Regię Iudicis. Idcirco erit perquirenda persona, quæ huius conclusionis exemplo possit subseruire, ex his qui agentes possint ad Regis Curiam reos vocare, & hac ratione habent ex priuilegio plures Iudices pręcisè tamen valeant apud Regem, vel in proprio domicilio ab actoribus, vt rei conueniri, & ideò dicatur vnum tantum Iudicem habere, quando ab alijs ad iudicium vocatur quippè, qui non habeat iudicum electionem, id verò fortassis statim constabit.

22 Octauò, si alicuius Castri Villæ, vel Ciuitatis communitas actionem aliqui in iudicium deduxerit aduersus eius Dominum, & apud Curiæ Regis Iudices, atque ipse Dominis Iure Orphani, & minoris, aut iure viduitatis similiuè cum velit declinare Regiæ Curiæ iudicium, quo ad primam causarum cognitionem, & petat causam remitti ad forum domicilij profectò is non obtinebit, vel ex eo quia tribunal proprij domicilij sit manifestè suspectum in causa ipsius, cuius ꝑpria est, quæ inibi exercetur iurisdictio. Igitur in hac specie, nec Vidua, nec minor, & orphanus poterunt vti priuilegio, quo aliqui possent etiam apud Iudices conuenienti petere causam ipsam, quoad primam cognitionem ad proprij domicilij Iudices deferri, ipsa verò communitas ab ipso Domino eiusdem agente ad Curiam Regis vocata etiam si Dominus maior ætate sit non poterit hoc declinare tribunal. Communitas etenim alicuius oppidi, quoad primam causæ cognitionem potest à quocunque ad Regiæ Curiæ tribunal vocari, nec id declinare valet, quemadmodum vsu forensi est hactenus satis receptum, & probatur, *ex l.* 37. *Stili.*

23 Nonò, vbi lis esset cæpta per litis contestationem apud Iudicem inferiorem proprij domicilij non posset vidua petere causam istam tractari in Curia Principis, nec ad eam referri, etiam si vidua iure minoris ætatis peteret in integrũ restitutionem aduersus litis contestationem, ex causa erroris, quo decepta lite contestata fuerit, absque fori præscriptione, & declinatoriam exceptione huius equidem opinionis sum ob fauorem ordinariæ iurisdictionis, & quia non ad modum læditur ex hoc errore minor etiamsi *Matth. de Afflict. in Constit. Neapol. rubr.* 37. *nu.* 24. contrarium responderit.

His accedat pro complemento materiæ, quod prædicta conclusio supra per me firmata, vt scilicet quod priuilegiatus eadem specie priuilegij non vtatur eo priuilegio contra alium habentem æquale priuilegium de iure communi, etiam loquendo non habet locum quando diuersa specie priuilegij esset, quis priuilegiatus tunc enim potentius priuilegium attenditur. *l. verum §. fin.* vbi

vbi Bart. & Bald. de minor. idem Bart. in authen. quas actiones C. de sacrosan. Eccles. & Dec. in d. l. in praesentia num. 51 & cons. 147.

24 Potentius autem priuilegium dicitur ad effectum, de quo supra pluribus varijsque modis, & primo cum vnus agit de damno vitando, alter de lucro captando, quo casu potior est causa eius, qui agit de damno vitando, iuxta tex. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. vt l. verum, §. fin. vers. proinde de Minor. vt docuerunt Bart. in authent. quas actiones vers. si verò C. de sacrosanct. eccles. Alberic. in l. verbum § fin. num. 7. de minor. Bald. in authen. perpetua C. de sacrosan. eccles. quorum sententiam approbarunt, Dec. in cap. dilecti num. 25 de except. & cons. 410. num. 4. Alciat. in l. 2. num. 35. de verb. oblig. & Menoch. cons. 100. nu. 284 latè Trentacinq. variar. resolut. iur. lib. 1. resolut. 1. num. 6 in tit. de rescript. vbi ad plura refert. Odd. de restit. in integr. quaest. 4. art. 4. Marc. Antonin. lib. 2. variar. resolu. cap. 6. num. 59. Ita quod in tali casu priuilegiatus vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum Aretin. in § rursus de actionibus Ahcbar. cons. 37. num. 2. Castrens. cons. 37. in fin. vol. 2. quos referendo sequitur Castagn. in tract. de benef. deductarum negoat. q. 16. ampl. 2. nu. 8. fol. 64.

25 Secundò dicitur potentius ex causa concessionis fauorabilioris. l. si hominem §. quoties ff. depos. l. interdum, qui pot in pig. habeantur in l. si ventri. §. in bonis de priuileg. creditor. cum similibus, & sic concludit. Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. Abb. & Dec. in cap. in praesentia extra de probat. Dec. cons. 147.

26 Tertiò potentius appellari potest ex maiori ratione vnius quam alterius teste Bald in authent. habita num. 62. C. ne filius pro patre Dec. d. cons. 147. quia ratio est Anima legis l. cum ratio ff. de bon. dannat. & omne dictum à sua ratione regulatur l. cum pater §. dulcissimis

27 ff. de leg. 2. & per rationē amplatur, & limitatur l. vnum ex familia §. fin. ff. eod. tit. l. sis qui autum, vbi glos. ff. de acquir. poss. ff. Surd cons. 67. nu. 20. cum seq. Rota recollect. à Farinac. decis. 10. num. 2. tom. 1. par. 1.

28 Quarto potentius appellatur ex maiori vtilitate, vt scripsit idem, Bald. in l. hac consultissima col. 1. C. qui testam. fac. poss. & Dec. num. 4. in l. in toto de reg. iur. & dixit Rota in vna fauentina priuilegij coram R. P. D. Lugdun.

29 Quintò quoque potentius dicitur priuilegium, quod minus derogat iuri communi Bald. in l. si quis in graui. §. vlt. ff. ad Senat. Consult. syllan. Alciat. in l. 2. num. 34 de verb. oblig. quorum sententiam fui secutus dum de hoc articulo fuisset mihi impositum onus, vt aliqua scriptis referem, satis enim est

30 edictum à iuris communis recedere tegulis, legum siquidem correctio est euitanda Surd. decis. 21. num. 15. Cardin. Tusc. conclus. 1036. lit. C. nec in dubio est facienda l. si quando C. de inoffic. testam. l. 1. C. de inoffic. dot. cap. 1. de noui oper. nunciat.

31 Sextò respiciens personam potius quam causam, vel locum, vt scripsit saepè citatus Bald. in d. l. 1. vers. 3. quaero supra de offic. procons. & Dec. cons. 3 & cons. 147. num. 5. & ego reminiscor obtinuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana annis non longè elapsis.

32 Septimò potentius est negatiuum, potius quam affirmatiuum. l. 1. §. liberti, vbi Bart. de suspect. tutor. l. si Rufinus, vbi Bald. Aret. Iason. & Decnot. C. de testamen. milit. Alciat. d. loco num. 37.

33 Octauò potentius est ratione sexus, vt concessum foeminis, potius quam masculis, vt scripsit Praepos. in cap. verum col. 4. de conditio. apposit. Dec. in l. 2. nu. 77. de reg. iur. & Neutzan. lib. 5. Sylue. nupto num. 47. & ita reperio passim approbare Romanam Rotam. & obtinui ad fauorem Magnificae Annae Ianuensis.

34 Nonò fauorabile potius quàm odiosum, vt respondit, Menoch. cons. 36. nu. 27. & 28. lib. 1. cum odiosa semper regulariter sint euitanda, & contra ea iudicandum Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 14. nu. 6.

34 Decimò dignius priuilegium dicitur potentius Alciat. d. loco num. 32. taliter, quod electus à digniori praefertur Bart. in l. testium ff. de testibus phoebus decis. 67. tom. 1. cum dignum trahat ad se minus dignum l. religiosis ff. de rei vendi. l. si commune ff. quemadmod. seru. amitt. cap. quod in dubijs de consecrat. eccles. & dignum praefertur minus digno l. 1. & 2. ff. de Alb. scribend. cap. solite maior. & obed. Vgolin. de potest. Episcop.

Ee 2

piscop.cap 16. §. 1. quæ tamen regula est vera quando æquè principaliter datur concursus, secus vero quando vnum est principale, & aliud accessorium *l. cũ in diuersis ff. de relig. & sumpt. funer. Galet in margat. cas. conscient. in verbo Accessorium.*

36 Vndecimò benignius idem *Alciat. d. loco num.* 33. & dixit *Rota in vna fauentina coram Lugdunen.* benignitati siquidem est succurrendum in eiusque fauorem pronunciandum.

37 Duodecimò duplex priuilegium est potentius vnico *Iacob. de Aren. in l. si ventri in fin. de priuileg. creditor*, & ideo priuilegia plura concurrentiaope rantur, vt priuilegiatus præferatur alteri priuilegiato simplici, de quo per exempla latè discutit *Thor. in sum. priuileg. p a caus. priuileg.* 209. quasi quod duo vincula magis ligant *l. si non lex ff. de hered. instit. Card. Tusc. conclus.* 810. *cum seq. lit. D.* vbi plenè.

38 Decimotertiò potentius est priuilegium legis, quàm hominis *Purpur. cõs.* 483. *num.* 3. quamuis dispositio legis, & hominis regulariter equiparentur *l. si in testamento in fin. ff. de vulg.* & si dispositio hominis non æquè facile extendatur, ac dispositio legis *cap. susceptum de rescript. in* 6. *cap. cum illis de præbẽd. eod. libr.* & dispositio legis facilius tollatur quã hominis, *Sese decis. Aragon.* 74. *num.* 15. *tom.* 1.

39 Decimo quartò, & Vltimo potentius appellatur naturale potius quam accidentale, *l. qui habet. vbi Bart. ff. de tutor. Alciat. d. loco nu.* 36. Indè naturalis

40 coniectura preualet accidentali *Molin. de rit. nupt iar. quæst.* 85. *num.* 55. *libr.* 3. & natura rei potius attendi debet, quia simplex nominatio *cap. ea quæ de simonia Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *num.* 18.

41 Hinc est, quod beneficium ætatis est potentius beneficio absentiæ causæ Rei publicæ, vel militiæ, cum contra minorem tempus non currat contra alios currat, sed ex causa restituantur cum aduersus præscriptionem quadraginta annorum minores restituantur, alij secus cum denique minores, quoad lucrũ alij nunquam restituantur, vt latissime probat *Tiraquell. de retract. proximitant* §. 35. *glos.* 4. *num.* 46. *& sequent.* quem sequitur, & approbat *Villalob. lib. commun. opin. lit. A. num.* 7. ex quo voluit *Afflict. in Constit.* 11. *statuimus num.* 14. posse pupillum ad Curiam Regis vocare pauperem viduam, vel miserabilem personam, cui pluribus argumentis aduersatur *Couarru. lib. pract. quæst. d. cap.* 7. *num.* 4. *vers. primus etenim casus* vsque ad finem, vt supra fuit dictum, & meminimus, & decisum testatur *Franch. decis.* 188. Id autem, quod

42 diximus, non procedit in iure congrui, in quò priuilegium vicinitatis præfertur consanguinitatis priuilegio, vt probat *Afflict. in tract. de Iure Protomiseos.* §. 8. 2. *not. in* 2. iuxta cuius doctrinã quandoque respondi dum essem interrogatus, & præcipuè cum hoc in facti contingentia euenisset cuidam meo familiari, qui retulit iuxta meum respon sum obtinuisse faxit Deus Omnipotens & sic tenet etiam *Marant. de multiplic. alienat. num.* 118. de quo meminit *Giurba in decis.* 76. *num.* 4. & nouissime reporio determinatum per Magnam Curiã Vicariæ in causa laquedoniæ de Criscio cum Victoria Manganaro annis non longè elapsis.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori cessat in causis Neapolitanorum.*
2 *Neapolitani possunt trahere miserabiles personas.*
3 *Neapolitanus non potest peorogare iurisdictionem iudicis non sui.*
4 *Neapolitani non possunt renunciare priuilegio fori.*
5 *Neapolitani laudati in Authores emittuntur ad Tribunalia Neapolitana.*
6 *Negotiatorum gestores Neapolitanorum habent fori Neapolit. priuilegium.*
7 *Electi ad aliquem honorem in Ciuitate Neapolis gaudent illius Ciuitatis priuilegijs.*
8 *Mulier, quæ habet virum Neapolitanum habet priuilegia Neapolitanorum.*
9 *Homines Casalium Neapolis gaudent priuilegijs Neapolitanorum.*
10 *Casalia dicuntur de iurisdictione ipsius Ciuitatis.*
11 *Habitatores vicorum dicuntur vicini Ciuitatis.*
12 *Eo modo quo iudicatur de Ciuitate iudicatur de toto termino, & territorio illius Ciuitatis.*

13 Locus

13 *Locus, qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus gaudet locus cui subijciatur.*
14 *Concessum capiti dicitur etiam concessum membris.*
14 *Ciues Ciuitatis, & vicorum idem habent domicilium.*
15 *Consuetudo strictè est interpretanda.*
16 *Consuetudo introducta in Ciuitate seruatur in suis vicis.*
17 *Statutum seruatum in Ciuitate seruari debet in suis vicis.*
18 *Habitantes in Casalibus gaudent priuilegijs Ciuitatis.*
19 *Concessio Principis facta Ciuitati extenditur ad Comitatenses.*
20 *Neapolitani contrahentes, vel delinquētes, vbi Barones non gaudent priuilegio fori.*
21 *Neapolitani non habent priuilegia Ciuitatis, vbi procurassent priuilegiū post commissum delictum, vel post contractum in fraudem.*
22 *Mulier Neapolitana nupta extero, & ad domicilium viri ducta non gaudet priuilegijs Neapolitanorum.*
23 *Neapolitani in Regia Dohana menepe cudum non possunt opponere declinatoriam fori.*

ARGVMENTVM.

Ius eligendi, & variandi forum an cesset vbi lis, & causa cum Neapolitanis vertitur.

QVÆSTIO LXIII.

1 Regula sit negatiua, enim Ciues Neapolitani, & habitantes in ea Ciuitate priuilegio eisdem concessio, nec ciuiliter, nec criminaliter, vocari possunt extra Ciuitatem Neapolis, etiam ex delegatione Regia, siuè ratione rei, siuè contractus, siuè ratione delicti, vt est *Ritus M.C.V.* 302. & nè dum conuenti habent priuilegium declinandi forum quodcunque & petendi se remitti ad ad Magnam Curiam; Verum etiam con ueniendo alios non tenentur sequi forum eorum, sed possunt eligere Tribunalia Ciuitatis Neapolis, adeo quod di cuntur habere priuilegium electionis fori, & possunt in Ciuitate Neapolis trahere, & ipsi extra eam non trahuntur, vt patet inter priuilegia Neapolitanorum, ad quæ latius te remitto *Galupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 6. num. 61.* & ita quotidiè practicatur, & obseruatur.

2 Imò in tantum Neapolitani gaudent prædicto beneficio, vt possint conuenire, & trahere pupillos, viduas, & alias miserabiles personas, vt dicit *Visfont. in addit. ad Franc. in decis.* 416. qui scribit sic practicari, ad quod allegat *Calam. de modo articulandi, num.* 93. qui allegat *Carauit. in d. ritu* 301. *num.* 2. referendo Neapolitanos etiā agendo trahere, etiam si conuentus priuilegio potiatur in corpore Iuris clauso, etiam si de re alibi sita agerent, & dicit dispositum per *capit. Reg. Cathol. cap.* 53; *Thor. in compend. decis. Regni in verbo remissio causæ petita per aliquem exercentem artem tom.* 2. vbi ait decisum id esse verum etiamsi ageretur de re spectante ad artem maritimam, vt latius apud eum.

Quam retinendo opinionem amplia præfatam regulam primo procedere, etiam si Neapolitanus semel cōsensisset foro alterius officialis, quia nō potuisset prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, quam Ciuitatis Neapolis, cui vigore *dicti ritus* 301. concessum est quod eius, & habitantes non possunt trahi in alijs Tribunalibus probat. *Bar. in l. priuilegio. num. 1. C. de decurionibus lib.* 10. vbi allegat *tex. in l. assumptio in princip. ff. ad municip.* sequitur *Carauit. in d. ritu* 301. *num.* 7. vbi allegat aliam rationem, quia Regina Ioanna, dum in illo ritu disponit, quod Neapolitani non possunt alibi conueniri, quam in Ciuitate Neapolis, nullam penitus iurisdictionem ipsis tribuit, nec alteri concedit, sed solum cognitionem, & iurisdictionem, quod ad eos sibi in suis Tribunalibus Neapolitanis reseruauit; propter quod cum sint sub ipso Rege relicti, & reseruati, siuè velint, siue nolint, vbi sunt Neapolitani, non possunt alterius iurisdictionem prorogare, vt dicit nobiliter *Bald. in cap. Imperialem §. fin. col. penult. de prohibitos feud. alienat. per Federic.* tradunt etiam *Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. de constitutionibus, & in cap. inter dilectos de exemptione Prælatorum Benedict.* in terminos *in cap. Raynuntius in*

vers. & vxorem Adelasiam num. 54. *de testam. Iacob. in l.* 2. *§. conuenire ff. de iudic.* Vndè meritò, & si virtute nouellæ pragmaticæ fuisset captus Ciues Neapolitanus à quodam officiali ob delictum disforbationis, fuit causa auocata per M. C. V. à Curia Teani, vt tradit *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 41. *num.* 9. & 10. nouissimè *Tharus in suo Compen. decis. in verbo priuilegium, quod Neapolitani non possint renunciare priuilegio fori tom.* 1. & *in verbo remissio causæ tom.* 2. addo etiam vltra istos *Petram in addit. ad Capyc. in decis.* 9. *num.* 2. & *ad decis. ad Gram.* 21. *num.* 9.

5 Amplia secundo, quod licet Neapolitani sint laudati in Authores in Curijs Regni non tenentur ibi litigare, sed remittuntur ad Tribunalia Neapolitana, vt decisum testatur, *Anna in singulari* 45. *Petra in addit. ad Gram. dec.* 21. *num.* 6. quamuis in alia causa Sacrū Regium Consilium in contingentia facti determinauerit, quod teneatur defendere in loco iudicij emptorem: Verum sententia, quatenus veniret proferenda contra Neapolitanum proferatur in Ciuitate Neapolitana prout fuit decisum in causa vertente inter Ioannem Antonium, & Ioannem Michaelem Triaschum Caucnsem, & Ioannem Carolum de Sarno in M. C. V. facto verbo in S. C. die 28. Augusti 1560. pænes Tramontanum, vt refert *Addit. ad cap.* 53. *Regis Cattholici fol.* 43. *Muscatell. in praxi Sacr. Consil. lib.* 1. *par.* 3. *gloss. nominet num.* 7. *Tartagl. in praxi criminali M. C. V. cap.* 2. *num.* 51. quos nouissimè reportat *Thor. in compend. decis. in verbo Neapolitani tom.* 1.

6 Amplia tertiò, nam id esse verum, etiam in negotiorum gestoribus Neapolitanorum, vt probat *Anna sing.* 401. & latius probauimus supra *quæst.* 15. *sect.* 3. sicque scio practicatum fuisse annis non longe elapsis in causa Felicis Maricondæ, cum Marcello Kallino.

7 Amplia quartò non tantum in Neapolitanis, sed etiam in Electis ad aliquē honorem, & dignitatem in ipsa Ciuitate Neapol. Nam licet sint exteri, gaudent priuilegio Neapolitanorum, vt est *glos. in l. Ciues in vers. electio in princip.* per illum *text. C. de incol. lib.* 10. *Carauit. in d. ritu* 301. *num.* 21. & potest poni exemplum in officiali ex eo quod officialis, & Doctor actu legens, est illius Ciuitatis quam regit, & in qua legit, *Guid. Pap. decis.* 631. quem refert *D. Riccius in Collectan. decis. collectan.* 169. & sic etiam ille, qui in ipsa Ciuitate est rector alicuius Ecclesiæ, vel Prælatus, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, *Innoc. in cap. ex ore vers. item in casibus de priuilegijs, Bart. in l.* 1. *num.* 13. *vers. quinto etiam ff. ad municip.* per tex. *in cap. nullus de tempor. ordinat.* & facit *tex. in cap. ex parte de foro competent. Abb. in cap. quia in tantum in fina libus extra de præbendis Anna singular.* 365.

8 Amplia quintò in muliere, quæ virum habet Neapolitanum, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, vt habetur per *Carauit. in pluries cit. ritu* 301. *num.* 25. eadem ratione, quia mulier eo ipso, quod nubit, mutat domicilium, etiam originis, & efficitur de domicilio & foro viri, *l. cum quadam puella ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi *glos.* latè *Tiraquel. de legib. cōnub. l.* 1. *n.* 28. *vers. illud etiam Boer decis.* 160. *Franc. in dec.* 416. *Thesaur. in decis.* 123. vbi decisum refert vxorem esse Ciuem loci mariti, plenè recenter *Giurba in comment. ad consuet. Messan. cap.* 1. *glos.* 1. *num.* 48. *Nouarius frater in l. Mulieres C. de dignit. lib.* 12.

9 Amplia sextò in eo, qui in ipsa Ciuitate vel miles stipendiam meretur, vt probat *tex. in l. municeps la* 2. *in fin. ff. ad municipalem*, per quem tex. sic tenet *glos. in l. Ciues C. de incolis lib.* 10. & tradit *Carauit. in d. ritu* 122. *num.* 22. vbi ex hoc credit procedere, quod omnes Milites Hispani, qui sunt in Ciuitate Neapolis gaudent priuilegio Neapolitanorum *Anna singul.* 365. recenter *Tasson. super pragm. de Antephat. vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 171. *fol.* 181.

10 Amplia septimò, Neapolitanum gaudere fori priuilegio, tàm si agat ex causa lucratiua, quam onerosa, vt decisum refert in Sacr. Consil. *Vrsill. in addit. ad Afflict. in decis.* 74. *num.* 6. de quo meminit *Petra ad Gram. d. decis.* 21 *num.* 8. & ita reminiscor fuisse practicatum in nostris Regijs Tribunalibus in causa Marcelli Gallulæ annis retro elapsis, sequuntur *D. Ricc. in collect. decis. cap.* 1426. *Gratian. discept. forens.* 356. *num.* 4. *Pascal. in tract. de patria potest. cap.* 2. *nu.* 91. *in fin.*

11 Amplia octauò, etiam procedere in Nea-

Neapolitanis ordinarijs habentibus domicilium extra Ciuitatem, vide *Gram. decis. 87. Afflict. & Vrsill. in decis. 384.* quod secundum me probatur per *pragmat. 2. de Immunit. Neapolitanorum*, vbi effecti Ciues Neapolitani alibi degentes tractantur, vt Ciues illius loci, vbi degunt, nec gaudent priuilegijs Neapolitanorum ergo è contrario sensu, Neapolitani originarij gaudebunt priuilegijs Neapolitanorum, vt aduertit ibidem *Reg. Ronit. nu. 1.*

34 Amplia nonò procedere etiam in hominibus Casalium Ciuitatis Neapol. qui gaudent sicut Neapolitani, vt in contingentia, consultus respondi, ex *tex. in l. qui ex vico ff. ad municipal.* Casalia enim Ciuitatis Neapol. gaudent omnibus priuilegijs, *quibus gaudent ipsa Fidelissima Ciuitas*, vt ex multis pro
35 bat *Praeses de Franch. in decis. 316.* Et Casalia & Villæ dicuntur de iurisdictione Ciuitatis, & tam quam vnum corpus cum Ciuitate iudicantur, *l. nulli C. de Episcop. & Cler. l. 3. C. de naturalibus liberis*, & sic in materia iurisdictionis scripsit *Bart. in tract. qui sint rebelles num. 3.* tradunt etiam *Alex. cons. 1. col. 3. Isern. in cap. 1. in princip. quid sit inuestituram* latè *Costa sicul. cons. 1. num. 30. & seq. Molfes. in Consuetud. Neapol. par. 2. de personis, quæst. 9. num. 7.* vbi ex hoc, & alijs latè concludit Consuetudines Neapolitanas ligare etiam Casalia ipsius Ciuitatis enim vici, seù aldeæ, (*quæ de iure non habent territorium proprium*) vtuntur proprijs terri-
36 torijs, non tanquam suis, *sed vt* Ciuitatis, cuius sunt, eò quod habitatores vicorum dicuntur de Iure vicini Ciuitatis sicut habitantes in ipsam Ciuitate. *l. pupillus, §. territorium ff. de verb. signific. l. cum pater §. vinico, ff. de legat. 2. l. nulli, §. quid si in vico C. de Episcopis, & Cleric. & d. l. qui ex vico, ff. ad municipal.* vbi *glos.* ait, quod verba hæc vicinius alicuius loci comprehendunt omnes, qui habitant in eius vicis, seù aldeis *Boer. decis. 13. num. 50. Corrasius lib. 3. Miscellanearum iuris ciuilis cap. 4. num. 7. Napod. in Consuetud. Neap. si rusticus num. 11. de test. rust.* quare *Roiz. in decis. Lituaniæ 3. num. 178.* ait, quod ex vico ortis est patria illa Ciuitas, vel Respub. cuius vicus ille, respondet, *d. l. qui ex vico Valasc. decis. 179. num. 23. tom. 2.* Dicens, quod qui ex vico sunt, non censentur per se, sed vt membra Capitis principalis hoc est, Villæ, Municipij, seù Ciuitatis *l. vtrum C. de incolis lib. 10.* & idem habet interpretandum communis vsus loquendi, qui est multum considerabilis in Iure, *l. cum delanionis, vers. optimum ff. de fundo instructo, l. labeo vers. non enim, ff. de supellectili legata glos. in l. librorum in verbo non continebantur ff. de legat. 3. Bald. in authent. quod sine num. 5. de testamentis*, & generaliter, quod vicinus vici, dicatur vicinus Ciuitatis cui subijcitur tradit *Bart. in l. vrbis appellatio, col. 2. vers. sed quaro. ff. de verborum significatio.* facit *l. ciuibus, C. de muner. & honor. lib. 10. Menoch. cons. 584. num. 4. cum seqq. Ioan. de Platea in l. si Diuinam Domus C. de exact. tribut. lib. 10. in fin.* vbi dicit, quod ille, qui est ex Vico Ciuitatis dicitur de Ciuitate. *Imol. & Florian. in rubr. ff. solut. matrim.* dicentes, quod appellatione Ciuium, venit ille, qui est in Ciuitate, aut Comitatu, & facit lex, sed & reprobari, *§. amplius, ff. de excusat tutorum, & in l. 1. vbi Bart. ff. ad municip.* Idem *Bar. in l. 3. C. de naturalib. lib. Alex. in addit. ad eũd. in d. l. vrbis appellat. Auiles cap. 6. Pratorum glos. Suitierra num. 6. Neuizan. lib. 4. Syluæ nuptialis num. 88. Abb. cons. 52. nu. 7. part. 2. Castr. in l. nulli nu. 7. C. de Episcopis, & Cleric.*

27 Et eodem modo, quo iudicatur de Ciuitate iudicantur etiam de toto illius termino, & territorio, vel Comitatu, ita enim DD. appellant, *l. 1. §. cum Vrbem ff. de offic. Præfecti Vrb. cap. si Ciuitas, vbi Dominus. 2. de sentent. excom. lib. 6. Archidiaconus in cap. statutum super verbo Ciuitatibus col. 2. de rescript. lib. 6. Abb. in cap. Rodulphus num. 6. de rescript. per l. qui incontinentibus ff. de verb. signific. & l. nam dubito ff. de capt. & postlim. reuers. glos. in cap. 1. de vsur. in 6. Auiles d. num. 6. in fine* vnde villa posita in Comitatu alicuius Ciuitatis præsumitur esse illi Ciuitati subiecta *cap. de decimas de restit. spol. in 6.* latè *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 100.*

28 Et quia locus, qui alteri subijcitur, gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus ille cui subijcitur, *Bart. in tractat. Tyberiadis rubr. de insula col. 2.* quem sequitur. *Dec. cons. 538. num. 13. Glorit. noue cons. 12. num. 49.* & probat. *d. l. 3.*

§. cum

ßitum vrbem. Ibi (sed, & si quid intra sentesimum lapidem admissum fit, ad Præfectum Vrbis pertinet,) vbi Bald. notat, quod omne, quod conceditur Ciuitati alicui, vel Villæ, conceditur intelligere omnibus habitantibus in termino, & territorio illarum Paul. de Castr. in l. maritum num. 6. ff. de vsu, & habitatione, vbi ait, quod concessum capiti membris quoque videtur concessum, ex l. 2. eod. tit. nàm de iure Ciuitas, & eius territorium, & vici iudicantur pro vna Ciuitate, vt declarat Abb. cons. 52. dub. 3. in 8. par. 2. Rebuff. ad Constit. Galliæ, tit. de consuetudin. art. 1. glos. 1. num. 11. & Felin. in cap. quod sedem num. 88. de de offic. ordin. Bald. in l. vt inter diuinum, num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Dicens, quod Castrum, & Ciuitas non differunt, nisi sicut parua Ciuitas à mag. Ciuitate, & Castrum est membrum Ciuitatis d. l. qui ex vico, Franch. decis. 604. num. 1. Gratian. decis. Marchiæ 96. nu. 2 Afflict. de iure protbomiss. in princip. num. 2. ex quo dicit Bart. in d. l. 4. de naturalib. liber num. 1. nascentem in aliquo vico, Ciues originarios Ciuitatis, cui talis vicus subijcitur nuncupari l. nulli §. quod si in vico, vbi glos. C. de Episc. & Cleric. Bart. in l. imperium, num. 7. de iurisdict. omn. iudic. Syluan. cons. 1. quæst. 6. num. 2. & 3. glos. in auth. quibus modis nat. effic. sui, §. si quis igitur verbo persoluit, colla. 7. Gratian. vbi proximè nu. 5.

30 Et ita Bart. in l. Imperatores §. idem rescripserunt ff. ad municipa. dicit, quod Ciues Ciuitatis, & vicorum omnes habent idem Domicilium, & probat Angel. in tractat. de malific. verbo, & ad querelam num. 41. & l. eius, §. 1. ff. ad municip. Grat. resp. 30. num. 49. tom. 3. dicens, quod natus in loco subdito alicui Ciuitati dicitur originarius dictæ Ciuitatis.

Nam vniuersitas vici est legitima, alioquin non posset vicis legari, l. hæreditatis C. de hered. instit. l. cum Senatus ff. de reb. dub. quod autem legari possit, est l. si hæres §. vicinis vbi Florian. nu. 2. ff. de legat. 1. Roffred. quæst. Sabbatina, 18. num. 3. & l. fin. C. de fundis. Reipub. lib. 10. Montar. in pragmat. 2. de administrat. Vniuersitatis num. 316.

31 Propter, quæ DD. communiter dixerunt licet alias consuetudo sit strictè interpretenda, cap. quoad translationè, vbi Abbas notab. vlt. de offic. deleg. Dect. cons. 8. num. 4. vers. sed talis Curt. Iun. tract. de feud. 6. quæst. princip. num. 5. Cephal. cons. 26. num. 1. item. 1. Grauet. cons. 30. num. 5. Roland. à Valle cons. 69. nu. 30. vol. 5.

32 Consuetudo tamen introducta in Ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus eius vicis iuxta glos. fin. in l. ex ea parte, ff. de postulando, quam sequuntur Ioan. Andr. in addit. ad Speeul. in tit. de tregua, & pace quæst. penult. Iason. in §. rursus instit. de action. num. 42. Euzen. in cons. 26. num. 26. & 29. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 55. num. 24. lib. 1. Achil. de Grassis in decis. Rotæ 3. de decimis num. 7. & 8. dicens attendendam esse consuetudinem loci dominantis Alciat. respons. 688. num. 5. subdēs, quod cōsuetudo loci principalis fundat intentionem agentis, quoad loca annexa, fvt per Roman. in l. si altena §. 1. ff. de vsucap.

33 Hinc statutum, quod seruatur in Ciuitate, debet seruari in vicis subditis eidem Castrens. cons. 168. num. 2. lib. 1. Abb. cons. 52. lib. 2. Alciat. in c. quoad se dem num. 92. de offic. ordinar. Reg. de Ponte in cons. 51. num. 21. lib. 2. Menoch. cons. 80. cons. 18. lib. 1. & hoc facit in confirmationem, quod si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in Ciuitate, censetur concedere in toto territorio, & Comitatu, iuxta tradita per Roland. in cons. 50. num. 41. vol. 3. & cons. 1. num. 38. vol. 4. post Angel. & Guglielm. in l. fin. ff. de constitution. Princip.

34 Et magis in specie, & indiuidualiter in nostris terminis deueniendo, quod habitantes in casalibus possint gaudere, & gaudeant eisdem priuilegijs concessis Ciuitatis cui subijciuntur, vt gaudent habitantes in ipsa Ciuitate scribit Bal. in l. vt inter diuinum num. 8. C. de Sacrosanct. Eccles. & post eum Alex. in rubr. ff. solut. matrim. num. 14. vbi subditi, quod si concessum est priuilegium habitanti Ciuitatem, comprehenduntur habitantes Comitatus Soccin. in l. 2. in princip. ff. de reb. dub. Aret. cons. 77. num. 1. circa finem vbi allegat l. Titius §. Roma ff. de excusat. tit. Abb. d. cons. 52. num. 6. part. 1. Afflict. de iure protbomis. vers. nota hæc Castrens. in d. l. si hæres §. vicis num. 2. Boer. decis. 13. num. 20. Orosc. in l. nàm, & Demosthenes

*nes num.10.ff.de legib.Soccin.cons.*110 *lib.*1.vndè loquendo de ijs, qui degunt in vicis subditis Ciuitati profert hæc verba, quia cum fingantur habitare in Ciuitate consequi debent omnes effectus, quos consequerentur, si in Ciuitate habitarent, sequitur *Felyn.in cap.Rodulphus num.9.de rescript.Guid.Pap.decis.*265. *& cons.* 134. *num.* 1. dicens quod Oppidani continentur Ciuium appellatione in fauorabilibus, vt sunt Principis concessiones *l.fin.* vbi omnes *DD.ff.de constit.Princip. l.2. §.si quis à Principe .ff. ne quid in loco publico, Caphal.cons.*58.*num.*28. *vol.*1. quæ latissimè veniunt interpretandæ *Rota Rom.diuers.decis.*19.*num.*1.*par.*1. *Castrens.cons.*21.*num.*3.*par.*1.probans officia, quæ debentur Ciuibus, deberi etiã Comitatensibus, & in alijs honoribus *Aloys. de Leo, in l. conuenticula. num.* 33. *& seqq. C. de Episcopis, & Cleric.* 25 *Gambar.tractat.de extensionibus num.* 160.*& Felyn. in cap. causamque de rescript.* vbi tenent concessionem Principis factum Ciuibus, extendi ad Comitentes *Reg.Tap.in l.fin.ff. de constitut. Princip.par.*1.*cap.*3. *num.* 32. & *cap.* 5. *num.* 2 *Soccin. cons.* 86. *num.* 2 *vol.*4. *Maur.alleg.*36.*num.*1.probans priuilegium Ciuitati concessum extendi ad Villas, & Casalia, *Anna alleg.*27.*nu.*27. nouissimè *Borrell. de Magistratuum edictis cap.*5.*num.*3.*lib.*1. firmat, quod sicuti Ciues non possent esse Magistratus in eorum Ciuitate ad tex. *l.fin.C.de offic.Rector.Prouinc.Franc.Marc. decis.*624.*vol.*1.*Corad. de offic. Prætor. in princip.* Ita prohibentur etiam, qui ex suburbijs sunt Ciues, in Ciuitate officiũ gerere inde exercere.

26 Officium Actuarij prohibentur Ciues suburbiorum, & Casalium in Ciuitate stante decis.S.C. apud *Franch.*89.

Ex quibus omnibus, & alijs quæ consulto ommittuntur videtur firmata prædicta conclusio, vt scilicet, quod homines Casalium Ciuitatis Neapol.gaudeãt fori priuilegio, & electione, sicuti cæteri Ciues Neapolitani, Et licet contrarium in proprijs terminis voluerit *Pisanell. in additt.ad Afflict.in decis.*74. quem refert *Petra ad Gramm.in decis.*21. *nu.* 10.& ante eos *Angel. in authent. quibus modis naturales efficiantur sui §.si quis igitur*, & nouissimè *D. Ricc. in decis.Curia Archiepisc.Neapol.*84. *num.* 18. *part.* 3. quo in loco firmat franchitiam concessam Clericis dicti Ciuitatis Neapolis non deberi Clericis Casalium ipsius Tamen ex supra relatis opinio assignata verior quidem redditur.

27 Limita primò quotiescunque Neapolitani extra Ciuitatem Neapolis delinquerent, vel contraherent, tanquam Barones, nam tunc sunt conueniendi coram ordinario loci, delicti, vel contractus per *tex.in cap.*1.*§.fin. de priuileg. in* 6.per quem sit fuit decisum in S. R.C. vt inquit, *Capyc.in decis.*59. quod etiam seruatur hodie in practica *Freccia de subfeud.lib.*1.*de offic.Magni Cancellarij fol.*41.*num.*21. *Anna singul.* 57. *Capiblancus de Baronib.pragmat.*12.*num.*3 *Ascia in determinat.* 181. *num.* 9. *Borrell.in additt.ad Specul. Princip. rubr.* 11. *§. videndum litt. F. vers. exempto Reg.Tapia in l.fin.part.*1.*cap.*5.*num.*15 *ff.de constitutio.Principum, Tasson. super pragmat.de Antepha.vers.*3.*obseru.* 4.*nu.*157.*fol.*218.*col.*2.

28 Limita secundò, quotiescunque priuilegium Ciuitatis Neapolis esset obtentum post delictum commissum, vel post contractum in fraudem, iuxta *tex. in l.fin.ff.de bonis eorum, qui sibi mortem consciuerunt*, vt notat *Bart.in l.*1.*ff.de pignis, Oldrad.cons.*4. ad quod facit, si Clericus, vel Professus effectus post delictum possit remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, quamuis dolosè, & fraudolenter sit effectus Religiosus; de quo videndi sunt, *Præses de Franch. in decis.* 209. *Farinac.in pract. crim. de inquisition. quæst.*8.*num.*105. *& seqq. Anna consil.* 140.*vol.*2.*Reg.Tapia in Constit. Regni de personis num.*33. *Reg.de Ponte. de Potestate Proreg.tit.*7.*§.*7.*num* 16.*Caballus, resolut.crim. cas.* 108. nouissimè *Carocc.de except.q.*3.*excep.*22.

Limita tertiò, in Muliere Neapolitana nupta extero; Nam non gaudet priuilegio fori, dum ad domicilium mariti fuit ducta, ex traditis latè per *D.Præsid. de Franch.in decis.*416. iuxta cuius opinionem nonnullis quippè vicibus practicatum fuisse reminiscor.

Limita quartò in Regia Dohana me necupedum, cuius Dohanerius merum mixtumque Imperium habet à Rege; Nam in ipsa Dohana Neapolitani non gaudent fori priuilegio, vt in facti contingentia iudicatum refert, *Regens de Ponte in tract.de potest.Proregis, tit.*4. *de Re-*

ARGVMENTVM.

Ciuilitas Neapolitana, quomodo acquiratur, ad effectum habendi eius priuilegia, & ad finem de quo supra.

QVAESTIO LXIII.

1 Ciuilitas autem alicuius loci, acquiritur ad effectum, vt possit gaudere immunitatibus, & priuilegijs ipsius loci, quotiescunque aliquis transfert suum domicilium in aliquem locum verè, & non fictè cum animo ibi perpetuo permanendi, absque aliquo priuilegio, efficitur verè ciuis illius loci de iure communi, ac si ibi natus esset, vt abundè habetur per *Goffred. de Gaet. super ritibus Regiæ Cameræ fol. 199. cum seq. qui plenius hoc*
2 *declarat in rubr. de Mercatoribus, qui faciunt se ciues ne soluant Dohanã, fol. 202. à tergo* quod adeò verum est, vt in loco originis non possit conueniri nisi ibi reperiatur post *Castrens. Abb. & Baro. decidit Afflict. in decis. 384. num. 6.*
3 Domicilium enim acquiritur, animo perpetuò ibi permanendi in aliquo loco & in tantum requiritur habitatio per decennium in illo loco, ad finem acquirendi domicilium, quatenus aliundè nõ constet merus animus illic acquirendi: quia si aliundè constat, absque nulla temporis expectatione, Domicilium est acquisitum. *Felyn. in cap. dilectus lo. 2. post. num. 12. in 2. casu extra de rescriptis, Argentin. in consuetud. Britan. artic. 499 glos. 1. in fine.* Subdens, quod vno solo die constituitur, si de voluntate apparet. *Abb. in cap. finali in fine, verb. extra de Paroch.* enim licet, quis habitauerit ibi per decennium, & vltra: & ex alijs coniecturis appareat, seu præsumatur animus recedendi, nunquam dicetur acquisitum domicilium, *Angel. & Bart. in l. hæres absens, §. 1. ff. de Iudic.* etiam si per mille annos habitarent, cũmodo non habeat animum ibi permanendi. *Salyc. in auth. habita C.* Nè filius prò parte *Imol. in conf. 21. num. 70.* latè *Menoch. de arbitr. iudic. casu, 86. num. 7. & 22. lib. 2. centur. 1. Ludouisius decis. 279.*

6 Ciuis etiam, fit quis adoptione, *l. ciues C. de incolis lib. 10.* & explicauit *Lucas de Penna ibidem colum. 2. vers. 3. Ioann. à Platea num. 3. probat l. in adoptionem C. de adopt.* & hæc ciuilitas *tamdiù durat, quamdiù durat*
7 *adoptio, l. sed & si is. ff. ad municip. Itamen adoptatus non perdit primam ciuilitatem l. ordine §. vult ff. ad municip. & tradit Platea in loco præcitato. D. Ricc.* qui nos allegat in prima impress. Neapol. *decis. Cur. Archiepisc. 27, part. 4.*
8 Ciuis quis quoque fit allectione *d. l. ciues C. de incolis lib. 10.* alibi dicitur assumptio *l. assumptio ff. ad municipal.* & hunc actum magis distare à natura, & in hominum mores inclinare scribũt, *Lucas de Penna d. l. ciues, col. 2. vers. 4.* & ibidem *Platea lib. 1. in fine.* qui declarat, quando quis dicitur el ctus ciuis, qui, & alio nomine appellantur ciuis creatus *priuilegio Antibol. in tract. de muneribus par. 2. num. 3. & 23. & ij qui*
9 *dem frui* debent eisdem commodis, quibus fruuntur originarij ciues, cum, & in commoda ferre debeant, vt tradunt *Bart. in l. 1. num. 16. ff. ad municipal. Iason. in l. si is, qui pro emptore. num. 192. ff. de vsucap. Alexan. co. sil. 157. num. 14. lib. 2. Boer. decis. 260. num. 13. Parisius consil. 71. num. 8. lib. 1. Bart. in l. 3. §. hæc verba. quæst. fin. ff. de* negotijs gestis, qui inquit, hunc ciuem fi: creatum, adeo ci-
10 uis nomen obtinere, vt *l. omnes* loquentes de ciue, & hunc comprehendant, sequitur *Aret. cum l. quidam cum filium, num. 16. de verb. signif.* qui plura ad rẽ scripsit, quidquid dicat *Faber. in decis. 17. C. de verb. signif.*
Illud tamen obseruandum est; quod & si quis nomine dicatur ciuis originarius ob id, quod in Ciuitate natus sit,
11 vel priuilegio creatus sit ciuis; *de quo D. Ricc. decis Cur. Archiep. 317. par. 4.* attamen, vt commodis, & priuilegijs Ciuitatis fruatur, habitare in ipsa Ciuitate, atque ita domicilium in ea habere, & cum alijs ciuibus onera substinere debet *Rum. conf. 200. num. 12. lib. 2. Felyn. in cap. Rodulphus, num. 13. de rescript. Iason. consil. 77. col. finali lib. 3. Menoch. alios allegans in conf. 390. num. 46. Rota Roman. in dec. 327. nu. 3. p. 12.*
12 Cæterum quando non constat de alicuius origine adoptione, seu creatione, & electione, vt apparet cum esse ciuem atque

atque ita quando sumus in dubio, an is præsumatur ciuis, vel exterus, & forensis. Dicas ciuem illius Ciuitatis quē præsumi, in qua habitare reperitur, iuxta sententiam *Bart. in l. si is potest nu. 17. d. acquirend. hæred. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumption. 15. in princip.* quos allegat, & sequitur *Mascard. de probat. concl. 295. nu. 2.*

In materia etiam huius ciuilitatis acquirendæ sunt quædam decisiones Regiæ Cameræ Reg. Moles, manuscriptæ, quas hic reponere volui ad vtilitatem beneuoli lectoris, & sunt tenoris sequentis videlicet.

Qui dicantur Ciues Neapolitani ad finem gaudendi eorum immunitatibus pluries est dubitatum in Regia Camera cum ciues, & incolæ de Iure pluribus modis dicantur, *l. ciues de incol.* in quo dubio Camera soluit decidere infrascripta.

13 Primo, quoad ortum, non est dubium quia ipse dicitur ciuis, *l. origine C. de municipal. lib. 10. l. assumpto ff. ad municip. l. ciues C. de incol. lib 10. & ibi Lucas de Penna, l. municeps, ff. de verb. signif. DD. omnes in l. huiusmodi §. legatum, ff. de legat. 1.*

14 Et hæc ciuilitas, & eius priuilegium transit ad filium, etiam quod non sit natus in eo loco, *l. filios, ff. ad municip. & orig. lib. 10. d. l. assumptio §. fin. ad municip. glos. in cap. 1. in verbo alienigenas de vsur. & glos. in rubr. C. de municip. & origin. lib. 10 Boer. decis.* 13. sicque iudicatum in Regia Camera Summariæ in causa illorum de Alphano in anno 1603 penès Cacciottolum refert *de Mari in addit. ad Gram. decis. 87. & adde in materia Theodor. alleg. 90. & Viscont. in conclus. Iur. in verbo ciuilitatis priuilegium.*

15 Imò etiam, quod nec Pater sit ortus, si Auus fit ortus aliqui, ex DD. tenuerunt, quod hæc ciuilitas transit ad filium, & nepotem, licet non sint orti per *text. in l. assumptio fin.* ibi (Item, qui ex his nascuntur) *& in l. libertus §. in adoptiua eodem tit.* ibi (Apud originem Aui) ita *Bart. & Platea in d. l. filius C. de municip. Bart. & Albert. in d. l. assumptio, §. filius*, licet *glos.* ibi tenuerit cōtrarium ideò respectu proaui, & aliorum ascendentium, origo non prodest pro Nepotib. alias oporteret Agrum Damascenum, vt per *gloss. & ibi Doctores* refert *Alexan. cons. 16. num. 9. vol.* & vide *Reg. Rouit. cons. 83. lib. 1.*

16 Et hæc ciuilitas originis non amittitur etiam quod recedat à patria, & alio incolatum transferat, licet quandoque de hoc in Sacro Concilio fuerit dubitatum, & vota fuerint paria, vt refert *Afflict. in decis.* 384. sed in Camera est absolutum, quod nunquam amittatur ciuilitas originis, etiam quod recedat à patria per ea quæ fundat *Soccin. in cons. 35. vol. 1. num. 7. & Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 75.*

17 Et hinc est, quod cum in annno, 1541 fuisset prouisum per *Illustrissimum D. Petrum de Toledo, huius Regni Proregem*, quod Neapolitani alibi habitantes non gauderent, illud fuit declaratum non procedere in oriundis, sed respectu al orum qui sunt ciues per pragmaticam, per incolatum, apparet in prouisione dicto anno, ex prædita in libro capitulorum Ciuitatis Neapolis fol. 199 & in mandatis, seu instructionibus, quæ dantur Regijs numeratoribus, quæ sunt registrata in Camera in libro, vbi expressè cauetur, quod orti, vel oriundi, qui habitant in Ciuitatibus Regni connumeratur, alij verò ciues ex quo non habitant in Ciuitate numerantur in loco vbi habitant.

18 Secunda species ciuilitatis, est illa, quæ fit per allectionem, vt dicit *text. in d. l. ciues, C. de incol.* Ibi (Ciues facit allectio, quæ assumptionem ad ciuilitatem significat,) & ibi dicit *Lucas de Penna, in princip. & Bart. in l. 1. col. 4. vers. posset etiam ff. ad municip.*

19 Quod huic Ciuitati est permissum per particulare priuilegium, vt in *capitulo Regis Federici de anni* 1496. *in cap. 15. fol. 32.* virtute cuius capituli, non

20 est dubium quod ciues allecti gaudent, prout cæteri originarij in honoribus, & muneribus Ciuitatis, quod etiam est de Iure, per *tex. in l. sed si accepti, ff. de iure Fisci*, notat *Bar. in l. si is, qui pro empto re quæst. 3. ff. de vsucap.* & ibi *Doctores*, & præcipuè *Iason in 6. col. Angel. de malefic. in §. Bononiæ vers. quæro quis dicatur forensis.*

21 Sed respectu Iurium Regalium, & Dohanarum, fuit maximè dubitatum, & firmauimus, quod non gaudeant, quia hoc non est concessum Vniuersitati.

Imò

Imò cum esset petitum fuit derogatum, vt *in cap. Magni Capitanei de anno* 1503. *in cap.* 23. *fol.* 49. & esset maximè inconueniens, quod exteri Mercatores possent allici ad ciuilitatem, & allecti gauderent diri&bus Regijs, sine Regio assensu, quia ex hoc destrueretur introitus Regiarum Dohanarum nam hæc immunitas importat plusquam decem pro centenario, de his, quæ contractant quod etiam secundum iuris dispositionem pernotata à *Bart. in l. si Maritus §. lege Iulia ff. de adulter. Roman. cons.* 62. *num.* 9. *Roland. à Valle in cons.* 19. *vol.* 2. *nu.* 36.

Præterea per Serenissimos Proreges huius Regni, & in specie per Reginam Ioannam I. & Ludouicum eius virum, fuit expressè cautum, quod ciues non fierent per Ciuitatem respectu, & ad finem gaudendi diri&ibus Regijs, sine assensu Regijs.

22 Quod etiam probat apertè prohemium *Pragmaticæ Regis Ferdinandi I. incipit pateat, vniuersisque* vbi dicitur, quod prædicta prouisio Reginæ Ioannæ & aliæ fuerant, ita strictè interpretatæ, quod amplius non admittebantur in ciues, etiam illi, qui vxorem domum, & incolatum habebant, & ideò mandat Rex, quod quoties exterus aliquis, in hac Ciuitate habuerit vxorem Neapol. & domum propriam, ipso iure intelligant ciues, subdens in eadem pragmat. quod nullo alio modo possit fieri ciuis in hac Ciuitate ad finem, vt gaudeat Regijs diri&ibus, & ita in Reg. Camera sæpius fuit practicatum.

Et quod vtrumque requiratur, quod habeat vxorem Neapolitanam, & domum propriam, & ita fuit prouisum me referente in personam Nicasij Vallese Mercatoris Veneti, vt *in libro notamentorum die* 14. *Iulij* 1570. Qui habuerat domum propriam, & habitauerat per 20. annos, quo casu de iure non habebat vxorem Neapolitanam, virtute Regiæ Pragmaticæ, & è contra in multis, qui habebant vxorem Neapolitanam tamè quia non habent domum propriam, licet habitent in Ciuitate semper adiudicauimus ipsos non esse admittendos, vt de his etiam prouisio Regiæ Cameræ Summariæ expedita die 22. Martij 1508 fol. 40. per quam prouisionem fuerunt etiam prædicta continuè practicata in Camera.

23 Quæ non procedunt in eo, qui effectus, fuit ciuis per priuilegium Regis, quia tunc etiam respectu diri&uum Regiorum iudicauimus illum esse immunem, me referente in personam Gasparis de Cordes Patris Raymundi de Cordes.

24 Tertia species ciuilitatis fuit per habitationem continuam in aliquo loco, nam licet sola possessio domus non faciat quem incolam, tamen si habitat cum animo permanendi, vel habitauit per decennium continuum cum omnibus bonis suis, & familia, tunc verè dicitur incola, & tanquam ciuis reputatur *d. l.* 2. *& l. priuilegio & l. ciues, C. de incol.* & ita indistinctè practicamus in toto Regno, in quo Mercatores exteri ex ipso quod habitauerint saltem per triennium, & præstiterint cautiones de continuando habitationem, & de restituendo diri&us in casu quo discesserint, indistinctè expediuntur prouisiones per Cameram, quod tractentur vti ciues, de quo adest specialis *Ritus in Reg. Camera sub rub. de Mercatoribus, qui se fac. ciues.*

Sed ista non procedunt in hac Ciuitate Neapolis in qua virtute Regiæ Pragmaticæ, & virtute prædicti ordinis expediti in Anno 1508. quantumcumq; habitent non gaudent, nisi cum qualitate vxoris Neapolitanæ, & Domus, vt supra dictum est.

25 Quarta species ciuilitatis acquiritur in hac Ciuitate Neapolis virtute Regię Pragmaticæ in immun. Neap. quam aliquis exterus ducit vxorem Neapolitanam, & habet propriam domum, & in isto casu ciuis à lege non est dubium, quod gaudeat etiam diri&ibus Regijs, verè enim dicitur ciuium, & non fictè, vt per *Bart. cons.* 62. & per *Plat. in l. ciuis, num.* 2. *ad finem C. de incol. lib.* 10. *Gram. decis.* 87. *D. Ricc. collect. dec. cap.* 1893. *Thor. Compend. decis. in verbo ciuis Neapolitan. tom.* 1. vbi alia cumulat

26 Hinc est, quod hæc ciuilitas isto modo adepta per pragm. non potest renunciari, & audiui olim fuisse iudicatum in Camera in personam Ioannis de Izijs per decis. *Bart. in l.* 1. *C. de primier. lib.* 12. & per tex. *in l. eos C. de his qui spont. muner. sub.*

Tamen hoc non indistinctè procedit, quia in eodem anno 1508. die 8. Februarij, per Comitem Ripæ Curciæ, fuit prouisum, quod isti tales ciues, si habitaue-

rint in Ciuitate non gaudeant, vt in prędicto Registro Curię 6. anni 1508. in fol. 21. & etiam extat illa prouisio D. Petri de Toleto, anno 1519. quæ prouisiones ita indistinctè practicantur, & instructionibus numeratorum expresse cautetur, quod Neapolitani quantumcumque sint ciues per pragmaticam, vel per allectionem, si reperiantur habitare in aliquibus Ciuitatibus Regni tempore habitationis, ibi numerentur, tanquã ciues, & incolæ illorum locorum vbi habitant, & sic in omnibus decretis quæ fiunt per Cameram, in quibus aliqui declarantur ciues virtute Regiæ Pragmaticæ semper adduntur, clausulæ, donec incolatum fecerint in Ciuitate cum eius vxore, & familia, & insuper quod præsentare habeant in Regia Dohana fidem Capitanei Plateæ de ipsorum habitatione.

Quæ omnia procedunt etiam ex dispositione iuris, quia de essentia ciuis est, vt sustineat onera, quod si est absens secundus regulam iuris est, quod nec gaudeat honoribus regulam eum sequũtur commoda, quod tradit latè *Socein. in rubr. ff. solut. matrim.* post tradita latissimè per *Affl. d. decis.* 384.

Sequitur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ cuius tenor est videlicet.

Quid de eo, qui ortus est Neapoli matre in fraudem parturiente intus Ciuitatem.

27 Sed contigit dubitari in Camera in ista materia, multi enim de Ciuitate Auersæ, Iuliani, & aliorum locorum propinquorum huius Ciuitatis Neapolis cum haberent prægnantem vxorem, & proximum diebus partus, eam traduxerunt Neapolim, vbi pareret, & demum statim ortus filio est reuersa.

Dubitauimus, si ille ortus deberet gaudere, ad instantiam Magnifici Galeatij Pinelli Baronis Iuliani, me referente iudicauimus de Mense Septembris 1571. Quod ille ortus non gaudere, tanquam in fraudem Fisci, & Baronis, & fuit adhoc allegata, *glos. in l. cum scimus C. de agric. & censit, Bart. & Sa lyc. in l. si quis C. de natural. liber. & not.* quibus accedant allegatam per *Boer. in decis.* 13. *in fin.*

Sequitur etiam alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ per hæc verba.

Quid de Infideli Baptizato Neapoli.

28 Quid in eo, qui erat infidelis, & fuit Baptizatus in hac Ciuitate fuit iudicatum, quod gauderet, vt ciuis ortus, quia tunc dicitur renasci, etiam respectu patriæ, & ita decisum pluries in Camera, in libro notamentorum die sub 11. Martij 1570. Referente Magno Præsidente Ioanne Andrea Maiorica sequitur *Gratian. discept. forens. cap.* 75. *num.* 17. *Thorus in Compend. decis. Regni in verbo Ciuilitate Neapolitana* &c. licet *Bar.* videatur tenuisse contrarium, & dubitasse in hac decisione *in l.* 1. *ff. ad municip. num.* 8. *& Angel. in d. l. absens, §.* 1. *in fine ff. de iudic.*

29 Sed pro eo facit, quod dicimus de Muliere, quę cum nubit nascitur nouam originem illius loci, vbi Maritus habet originem *glos. in l. origine C. de munip. l.* 1. *C. de Mulierib.* & in quo loco, quia vt dicit *Bald. in cons.* 856. *lib.* 1. illa dicitur origo iuris, quæ dat ius nouæ origini.

30 Et facit, quod in simili dicimus de Sanctis, qui die quo moriuntur, intelliguntur nasci, *glos. in l. cum quadam ff. de ann. leg. & in §. fin. ff. de ingen. & Abb. in cap. licet extra de ferijs.*

Et infidelis Baptizatus dicitur ciuis Sanctorum, & Dei domesticus, & quia dignius est regenerari spiritu, quam nasci carne, Ideò debet gaudere, & ciuis illius loci, vbi regeneratus est, vide *consil. Basil. in session.* 19. *& Caranzam in summa Conciliorum per ipsum edita fol.* 378. in parua impress. & decisio *in d. l. ad municipes,* potest habere locum in filio nato ex parentibus Christianis, & Baptizato Neapoli, licet etiam in eo vi dentur idem sentire, *Bart. in l. ciues in* 2. *additt. C. de incol. lib.* 10.

Facit etiam quod manumissus sortitur patriam manumittentis. *§. libertinorum, instit. de libert.*

Additur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ, cuius verba sunt.

Quid de eo, qui non habet Domum propriam, sed Dotalem.

31 Quid in eo, qui habet Vxorem Neapolitanam, & Domum Dotalem tantum an possit declarari ciuis seruata forma Pragmaticæ, & dubitauimus, quod prag matica requirit, quod Domus sit propria, quod videbatur, non posse verifica-

ri in

rii in Domo Dotali, quia licet vir sit Dominus Dotis durante matrimonio, per *tex. in l. doce ancillam ff. de iure dot.*

Tamen illud est reuocabiliter, quando soluitur matrimonium, & sic audio alias fuisse iudicatum etiam in eo, qui habebat Domum cum pacto de retrouendendo, nam pragmatica debet intelligi in eo, qui habet domum irreuocabiliter.

Vnde meo tempore in domo dotali declarauimus quod sufficiat, & ita iudicatum in personam Ioannis de Vittorio, vt in libro notamentorum die 16. Ianuarij 1572. per *tex. in l. sciendum §. si fundus ff. qui satisdat. cogant.* sicque alias decisum per Regiam Cameram in Ciuilitate Michaelis Zappulli, refert *Thor. in Compend. decis. Regni in verbo Ciuilitate Neapolitana tom. 2.*

Idem pluries iudicauimus, quoad domum receptam in emphiteusim.

Accedit alia decisio eiusdem Regia Camera, quæ in his verbis complectitur. Quid in expositis.

32 Quid in expositis in Hospitali Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis, tunc iudicauimus idem, quod gaudeant vti Ciues orti, quia nullam aliam originem habent, & non deducuntur à foculari, licet, nunquam habitent in hac Ciuitate, & ita decisum in causa Simonelli de Nigro in Banca Cæsetis Surrentini, & alias pluries per decisionem *Bart. in l. fin. in fin. de iudic.* addo *Fabr. in decis. 20. C. de verb. significat.*

33 Quo vero ad filios expositorum fuit prouisum, quod non gaudeant, vt oriundi, vt in libro notamētorū die 10. Octob. 1568. nè fortè duo specialia concurrant *Thor. qui nos allegat in suo Compend. decis. Regni in verbo Ciuilitate Neapolitana in fin. tom. 2.* vbi assignat rationem, quia ciuilitas concessa in vno casu non extenditur ad alium, vt per *Gratia. discept. forens. cap. 592.*

Adnectitur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ his verbis contenta.

Quid in eo, qui est ortus extra Ciuitatem Neap. in aliqua parte, in qua parentes non constituerunt Domiciliū, sed erant transeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram.

34 Fuit dubitatum per dictum *Bart. in l. filios, C. de munerib. & orig. lib. 10.* vbi videtur firmare, quod illa origo sibi non prosit, & per consequens non amictat priuilegium originis loci, in quo fuerat nasciturus.

Sed è contra facit *tex. in l. huiusmodi §. legatum de legat. 1.* & ibi *Bald. Angel. & Castrens.* & licet secundum magis communem opinionem DD. firmens quod filius quantumcunque natus extra locum habitationis paternæ efficitur ciuis loci originis.

Attamen omnes firmant, quod debeat gaudere immunitate loci, in quo pater habitat, ac si ortus esset, ita *Felyn. in cap. Rodulphus extra de rescript. col. 8. num. 13. & 14.* post *DD. in d. l. huiusmodi §. legatum ff. de legat. 1.* vbi *Iason. nu. 14. Cuman. in l. cætera, §. sed, & si quis ad opus circa finem de legat. 1. Alex. in l. 1. ff. ad municip. in addit. ad Bart. in §. legatum in fine*, & *Ripa* latè *in tract. de peste in tit. de remed. contra pestem num.* 188. videndus *Leo in decis. Valent. 199. lib. 2.* vbi quod filius conceptus in aliquo loco, & natus iam extra illum, habetur pro ibidem nato, & gaudet his omnibus, quibus fruuntur naturales verè nati in illo loco.

Ad stipulatur sequens alia decisio per eandem Regiam Cameram Summariæ facta sub talibus proprijs verbis.

Quid in eo, qui non est natus in Ciuitate nec est filius orti sed est filius Ciuis al lecti, vel eius qui est ciuis per Pragmaticam an debeat gaudere.

35 Et Camera decidit, quod sic in personā Sigismundi de Palagani, & est decretum in libro notamentorum sub die 8 Iulij 1553. & non iniusta ratione, quia legitimus ciuis est, & non adinstar ciuium *l. sed si accepto ff. de iure Fisci*, & priuilegia ciuis assumpti transeunt etiā in filium *Bald. in l. non plures C. de sacrosanct. Eccles.* post *Bart. in l. libertus tus §. patris ff. ad municip.* ibi *Alex. & Bald. in l. 2. C. de liber. & eorum liber. circa finem vers. item*, idē firmat *Alex. in consil. 16. num. 9. lib. 5.* post *Lapum in cap. 1. col. 5. de tempor. ordinat. lib. 6. Boer. decis. 13. num. 6. & 7. Bald. in l. 2. ad finem C. de liber. & eorum libert. Alex. in l. & quia ff. solut. matrim. num.*

4.*Luc.de Penna in l.ciues C.de incol.lib. 10.* sequitur *Thor.* qui nostrum locum adducit, & alia conglomerat *in Compend.decis. Regni in verbo Ciuilitate Neapolitana tom. 2.*

Additur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ prout infra.

An is, qui habet vxorem ortam, & domũ propriam dicatur ciuis ipso iure ante petitionem.

36 Die 19. Settembris 1571. decidimus in Camera, quod si aliquis exterus habuit vxorem ortam in Ciuitate, & Domum propriam, & non petijt declarari Ciuem tempore quo viuebat vxor, sed petit illud declarari post mortem suæ vxoris, quod debeat gaudere, licet fuerit habita maxima discussio super hoc, & casus fuerit visus, maximè dubius, ex eo quod in simili videmus in patre, 12. filiorum, quod licèt lex det ipso Iure priuilegium, quod semel quæsitum durat etiam post mortem aliquorum filiorum tamen illud priuilegium non competit, nisi à die petitionis, & si filij moriãtur ante petitionem non competit priuilegiũ.

37 Tamen contrarium dedicimus moti, quod pragm. Regis Ferdinandi, quod nõ possit fieri Ciuis Neapolitanus quis nisi habeat vxorem ortam, & domum, est odiosa, quia est contra ius commune, quo per habitationem longi temporis, & translationem fortunarum, & domicilij, sine dubio quæritur ciuilitas, hoc tamen non habet locum in sola Ciuitate Neapolis, in qua per illam pragmaticam est cautum, vt habeat vxorem ortam, si ergo aliquis habitauerit taliter, quod de iure communi debeat dici ciuis, & amplius adimpleuit ea adque tenebatur, vt pragmatica locum haberet, statim oportet dici, quod fuerit Ciuis etiam ante petitionem, & si moriatur demum vxor, quod illud remaneat dispositioni iuris communis, quo caue tur quod priuilegium semel quæsitum duret.

Fuit nihilominus maxima decisio secundum meum votum, & pro maiori parte, quia alias decidimus contrariũ, Referente D. Dauid in personam Illustrissimi Marchionis Lauelli, & sic priuilegium semel quæsitum non amittitur. *Regul. decet priuilegium de Regul. iuris in 6.l.sciendum, §.fin. qui satisdar. cogant, vbi Soccin.* dicit hanc opinionẽ esse communem, licet disputando multi tenuerint contrarium *Ripa in l.ex facto ff.de vulg. & pupill.* tamen lex est, quæ dat priuilegium non Iudex. *l.fin. C. de his qui numer.liber.lib.* 1. vbi *glos.* super verbo impetrata dies petitionis, attenditur per *glos.in l.fin.ff. vnde liberi* in verbo si prius, refert nouissimè *Thor. in Compend.decis. Regni in verbo Ciuis an ipso iure tom.* 2. vbi nos allegat, & alia cumulat.

Sequitur alia decisio in materia eiusdem Regiæ Cameræ per hæc verba.

Qualiter, & quomodo debeat Ciuilitas Neapolitana probari.

Et de modo qualiter debeat probari ciuilitas Neapolitana alias fuit habita magna discussio, stante quod hæc ciuilitas habet priuilegium Regis Federici, expedito in anno 1498. in libro Capitulorum Ciuitatis Neapolis fol. 42. in quo est cautum, quod sufficiat sola fides electorum non debeat simpliciter recipi stante, quod non omnes ciues gaudebãt immunitate per supradicta, & ideò prætendebat, quod stante sua oppositione interim patentes solitæ per Cameram expediri non debeant, iuxta ea, quæ tradit, *Alex.in l.qui bona §.fidem ff. de damno infecto.*

Ideò hæc ciuitas de hoc multum est conquæsta de anno 1572, prætendens rupturam capitulorum super quo congesti sunt, omnes Regij Consiliarij in Collaterali Consilio, cum tota Regia Camera die 14. Ianuarij 1572. refert nouissimè *Thor. in Compend decis. Regni in verbo Ciuilitas Neapolitana tom.* 2. vbi nos allegat in prima impressione, & alia adducit.

In materia autem huius ciuilitatis ac quirendæ si vis late vide eas *Menoch.de præsumpt. lib. 6. præsumpt* 42. *Annam in alleg.* 130, *Auiles in c.* 2. *prætor.in verbo tales ruebbas Ludouic.in decis.Perus.* 76. *Mascard.de probat. conclus* 135. *&* 295. & nouissimè *D.Ricc. in decis.Cur. Archiep. Neapol.* 152. *p.* 2.

39 Et hæc ciuilitas quando, & quibus cõcedi possit, vide *Barzium in decis. Bonon.* 117. & qualiter acquisita amittatur, vel retineatur, explicat *Surd.consf.* 419. *vol.* 3. & an taliter acquisita recenseat ad filios. *vide Aldobrand.in consf.* 2.

41 Et

41 Et Ciuilitas ex quibus contrahatur, & an externus à Rege assumptus in Ciuem Neapolitanum gaudeat iisdem priuilegijs, & immunitatibus, quibus gaudent Neapolitani si alibi habitet vltra superius relata est decis. *Reuerterij* 105.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori denegatur in casibus in quibus specialis Iudex est deputatus.*
2 *Tribunal Artis Serici, & Lanæ de quibus cognoscat in hac Ciuitate, & quod num. 3.*
4 *Baiulus cognoscit de damno dato.*
5 *Curia Admiratiæ cognoscit de rebus maritimis.*
6 *Tribunal Collegij Neapol. cognoscit causas collegiatorum.*
7 *Tribunal vero Protbonotarij de quibus cognoscat.*
8 *Contra assisa à quo puniatur.*
9 *Tribunal Dohanæ de quibus cognoscat.*
10 *Tribunal Prothomedici quam cognitionem habeat.*
11 *Tribunalia Castrinoui puniunt Castrenses.*
12 *Miserabilis persona conuenta super falsitate panderum, an possit declinare forum.*

ARGVMENTVM.

Electionis fori beneficium, an habeat locum in illis causis in quibus specialis Iudex est deputatus.

QVÆSTIO LXIV.

1 Regula sit negatiua, cessare scilicet hoc priuilegium eligendi forum alias priuilegiatis personis competens in omnibus illis casibus in quibus præcisè specialis Iudex reperitur deputatus, vt pluries per suprema Tribunalia huius Regni practicatũ fuisse legitur sicque decisum sæpius cernitur in *Additione ad constitutionem Regni statuimus de Mag. Iustitiar. in verbo Miserabilium personarum*, & recenter videtur annuere *D. Regens Tapia in decis. Sacri Regij Consilij* 43. dum firmauit dispositi. tex. in vulgata nostra leg. vnica, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, non procedere quando ratione exercitij competit subdito, vel eius Iudici, priuilegium cognoscendi, de causis sui subditi, scribentis tempore suo remissum fuisse quendam ad Curiam Artis Serici, qui vulnerauerat Clericum in facie, & elegerat in forum Magnæ Curiæ Vicariæ adest enim in hac Ciuitate Neapol.
2 Tribunal Artis Serici, cum tribus Consulibus cognoscens contra suos subditos eiusdem Attis priuatiuè, *Præses de Franch. decis.* 722. *nu.* 44. qui probantur per matriculam, *l. petitionem C. de Aduocat. diuers. iudicior.* & habet suum Iudicem. *Præs. de Franch. in d. decis.* 722. *num.* 17. & 18. & Fiscus M.C.V. interuenit idem *in decis.* 679.

Prout scilicet cum in materia Artis Lanæ adsit aliud Tribunal particulare
3 erectum à Ferdinando primo, de anno 1480. quod per suos Consules singulis annis electis adescriptis in matricula in arte prædicta regitur, habeatur Iudicibus particularem, qui exercet iurisdictionem ciuiliter, & criminaliter, priuatiuè à M.C.V. vt per *Præsid. de Franch. decis.* 722. *num.* 28. & *decis.* 789. Ideo in hac materia tale Tribunal à priuilegiatis personis declinari non posse vtique affirmandum est.

4 Et hinc pariter dicendum est, Priuilegiatas personas in materia danni dati priuari hoc beneficium electionis fori, cum nequeat discedere à foro Baiulationis, quod specialiter est deputatum ad id exercitium, vt de Iure Regni cautum *in pragm.* 1. & 2. *de Iure Baiuli*, de cuius iurisdictione per plura cumulat Regens *Tapia in suo Iure Regni sub d. tit. de Iure Baiuli*, vbi pariter quærit si in Curia Baiuli possit liquidari Instrumentum, & ex vtraque parte allegationes adducit, de quo etiam videndus Regens *Rouitus in Comentar. pragm.* 2. *num.* 28. *cum seq. sub rubr. de iurisdictionibus inuicem non turbandis.*

5 Sic etiam cum in causis maritimis reperiatur aliud Tribunal separatũ, vulgò nuncupatum Curia Admiratiæ, in quo specialis Iudex præest, vt per *Mastrillum decis. Sicilia* 47. *num.* 18. *Præs. de Franch. decis.* 722. vbi refert decisum per Sacrum Consilium Curiam Admiratiæ cognoscere de offensa facta M.C.V. in resistendo ipsius exequtioni, vt etiam meminit *Thor. in Compend. decis. Regni* in ver-

in verbo Curia Admiratia tom. 1. ideò in præfatis causis Maritimis cessabit quoque antesignatum priuilegium electionis fori, vt alias Iunctis Aulis decretatum in Sacro Regio Consilio, fatetur *Regens Tapia an designata, dec. 43.*

6 Similiter cum reperiatur in hac eadem Ciuitates Neapol. Tribunal almi Collegij DD. quod circumscriptis priuilegijs maximè Regis Roberti, vt in cap. Regni Regis præsenti habet prædicto cognoscendi omnes causas Ciuiles, & Criminales, actiuas, & passiuas, super Collegiatos tàm Legistas, quam Philosophos. *Paris. de Puteo, in tract. de sindic. in verbo iurisdicto, & in verbo arbitrium Grammat. decis. 30. Afflict. de cis. 41. Præs. de Franch. decis. 544. Thor. in Compend. decis. in verbo Medicus to. 1.* Adhuc dicendum est in simili casu cessare priuilegium hoc eligendi forum.

7 Cumque adsit Tribunal Vice Prothonotarij, de cuius officio plena manu discutit. *Freccia de subfeud. tit. de officio Magni Prothonotarij. lib. 1.* cuius vices hodie in Regno sustinet D. Præsidens Sacri Consilij, qui circa ea quæ concernũt ad tale officium habet iurisdictionem. *Mastrill. decis. 52.* ideo in huiusmodi casu cessabit quoque electionis fori beneficium.

8 Item cessabit priuilegium eligendi forum si tractetur de materia contra assisæ, vel minoris ponderis, cum in hoc vigeat in Ciuitate Neapolis Tribunal Iustitiarij cum suo Iudice, Fisci patrono, & Actuario qui cognoscunt causas huiusmodi vendentium contra assisam, aut in minori pondere. vt cernitur *in priuilegijs & capitulis Neapol. pagina mihi 70.* pariter in materia creaturæ cessabit prædictum priuilegium, nam in eadem Ciuitate reperitur Tribunal consulum exterarum nationum, nempè Ianuensiũ, Florentinorum, Cathalanorum, Venetorum, & Liparensium quod negotia ciuilia mercaturatum, & maritimorum cognoscat à quo appellatur ad S. C. *Præs. de Franch. decis. 723.*

9 Sic etiam cum adsit Tribunal Regiæ Dohanæ, seu rationis fundaci, & suus Iudex cognoscat fraudantes directus spectantes dictæ Dohanæ, vt in Constit. Regni Magistros nostros fundecherios sub titulo Magistrorum fundacorum latè in materia *Regens Moles in decis. manuscript. sub tit. de iure Dohane,* in hac materia non poterit allegari fori priuilegium.

10 Et ita annuendum est in causis spectantibus ad Prothomedicum, cum adsit in Ciuitate quoque Tribunal Prothomedici, qui vna cum suo Iudice cognoscit aduersus Aromatarios obstetrices adtendentes absque priuilegio, & similes subditos, qui Regnicola esse debet *& ita in cap. 34. Caroli V. vt legitur in priuileg. Neapol. pag. 15. à tergo Regens Tapia decis. suprem. senat. 14.*

11 Pariter dicendum est, vt supra in Castrensianorum causis in quibus cessabit electionis fori beneficium, cum in hac Ciuitate adsint Tribunalia Castrorum, nempè Castri Noui, Sancti Erami, & Sancti Saluatoris vulgo dell'Ouo, nam in quolibet ex præfatis adest vnus Auditor à Castellano electus cum suo Actuario, & Curiæ Coadiutore, qui habent iurisdictionem in Castrensianis, & sic in habitantibus in castris, & ea filiis, & vxoribus præter tributa, & delicta commissa *l. fin. & toto cit. C. de Castrensian. lib. 12 D. Iudex Tasson super pragmat. de Antefato vers. 3. obseruat. 3.* qui cum multo post hæc scripta, & primo impressa in vnum omnia Tribunalia particularia huius Ciuitatis Neapolis ornate collegerit ideò ad eum me remittendo amplius calamum fatigare circa id non intendo.

12 Sciendum tamen quod *Foller. in comment. ad constitut. Regni statutimus num. 114.* tenet quod miserabiles personæ conuentæ super falsitate ponderum, & mensuram, habeant feri electionem, licet de his cognoscat Curia Siclæ, quæ est particularis Iudex, & hoc dicit per hæc verba, quæ hic inserere voluiad vtilitatem Lectoris sunt videlicet.

In vno tamen aduertendum arbitror, quod alias magna fuit alteratio in Regia Audientia Principatus Citra, nam ex dictis in præsenti quæstione inferre conabatur quidam ad decisionem cuiusdam quæstionis fuerat enim per officiales Illustrissimi Marchionis Piscariæ tunc Domini Ciuitatis Salerni deputatus quidam commissarius super fraudibus quæ commicti solent per mercatores innundinis Salernitatis, & cum procederet, & grauaret, quidam mercator priuilegio miserabilium (mercatores enim sunt miserabiles, vt infra dicantur adijt Reg. Audien. eligendo illam in Tribunal suum

suum dicebatur, quod non poterat, quia super fraudibus certus est Iudex deputatus, videlicet Curia Sicla, & illa commissarius videbatur procedere Iure illo concesso Marchioni; quaerebatur quid iu ris: Ego enim tunc dicebam, & nunc dico, quod licitè ille adijt Regiam Audientia ex pluribus, & primo quod licet de fraudibus non potuisset cognoscere, nisi Curia Sicla nihilominus postquam Ius cognoscendi trasfertur ad Baronem, sicut Iurisdictio Baronis in omnibus subijcitur Regiae Audientiae, & alijs Tribunalibus in concernentibus priuilegia miserabilibus pariter in iurisdictione circa fraudes in eum translata. Et in tantum hoc est verum, quod si Baroni concederetur potestas cognoscendi de feudis quaternatis posset eo casu Regia Audientia adiri per miserabiles personas. Non enim tunc verificatur illud, quod dicitur hic per Afflict. quod certus sit Iudex deputatus. Praeterea ponamus quod commissarius ille grauat via ordinaria, non ne Auditores sec undarum causarum Marchionis aditi possent cognoscere de grauaminibus, & certè sic ergo plus haberent ipsi, quam Regia Audientia, quod quidem absurdum videtur. Praterea licet enim ordinare pondera, cannas, & mensuras, & eorum directus spectent ad Curiam Sicle, & eius Rationales, & etiam inquirere de ponderibus, & falsis mensuris, ac fraudantes puniret non tamen restricta, & arctata est potestas, & denegata alijs iudicibus potentia inquirendi, & puniendi, vt (Deo dante) dicam in Constit. ad legitima pondera, & sic non est bona illatio de feudis quaternatis ad ista, & vbi aliquo casu possit Iustitiarius cognoscere potest adiri ex priuilegio legis vnicę, ita Bart. de cap. in constit. causas infra de officio Iustitiarij.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non competit miserabili persona casualiter offensa.*
2 *Delinquens casualiter non punitur.*

ARGVMENTVM.

Electionis fori beneficium, an habeat locum quando Miserabilis persona agit ex aliqua offensione sibi casualiter facta.

QVÆSTIO LXV.

1 Regula firmanda est negatiua, si nouissimam decisionem Sacri Regij Consilij ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ factam attédere velimus, siquidem dum Liuia Bruna Tertæ Baualearum elegisset in forum Magnam Curiam Vicariæ pro vulnere sibi illato, & per partem aduersam prætenderetur vulnus casualiter, & non ex proposito fuisse illatum, & consequenter actione contra vulnerantem carere, licet per eandem Magnam Curiam fuisse determinatum pro tali causa potuisse procedi in dicta Magna Curia stante fori electione facta tamen habito recursu ad Sacrum Consilium fuit exclusa dicta Mulier vulnerata ab allegata electione fori tam in gradu appellationis, quam reclamationis prout cerni potest in processu de resistentia aduersus Dominicum Riccium in Banca Actuarij Pinti, & hoc de Anno 1630. vt audiui, & ita deinde reperi apud *Marin. quotid. resolu. part. 1. cap. 2. num. 31. vers. quare, vbi dicit se obtinuisse.*

2 Quæ sanè decisio illo iuuari potest fundamento, nam quando crimen committitur casualiter pœnam non meretur, nec extraordinariam regulariter, vt in *cap. lator, cap. dilectus, cap. Ioannes,* cum concordantibus *de homicid. Bar. in l. respiciendum §. delinquit num. 4. ff. de pœn. Clar. in §. homicidium Socci. conf. 16. lib. 1. & recenter Oter. in suis quæst. cap. 25. par. 1. vbi hanc conclusionem declarat.*

Et melius loquendo iuuat dicere illam sustineri, nam in causis modicis, & pauci momenti (prout debent reputari crimina casualiter patrata) cessat electionis fori beneficium, vt latiori cornu comprobatum est supra *q. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit Miserabilibus, qui propria culpa in miserabilitatem inciderunt.*
2 *Pauperes effecti eorum culpa priuilegijs paupertatis gaudent.*
3 *Quarta debetur Mulieri, qua propria culpa*

culpa in paupertatem deuenit.

4 *Bona Ecclesiæ alienari possunt pro alimonia pauperum, qui propria culpa pauperes euaserunt.*

5 *Distributiones quotidianæ competunt canonico, qui sua culpa egrotat.*

6 *Afflictis Afflictio non est danda.*

7 *Patres debent alere filios propria culpa in infirmitate lapsos.*

8 *Morbum simulantibus qualiter pœna infligatur.*

ARGVMENTVM.

Beneficium eligendi forum, an competat Miserabilibus personis, quæ propria culpa in talem Miserabilitatem deuenerunt.

QVÆSTIO LXVI.

1 REgula sit affirmatiua concedi scilicet huiusmodi electionis fori priuilegium Miserabilibus personis, quamuis earundem culpa in talem miserabilitatem deuenerint, prout ita indistinctè seruatur apud Regia Suprema Tribunalia, & ego vti Regius Minister multis quippè vicibus practicani, sicque testatur *Viuius decis.268.num.8.* vbi decisum in Regia Audientia Apuleæ in Magna Curia Vicariæ, in Sacro Consilio, & Regia Camera Summariæ affirmat sequitur eandem opinionem *Barbos.in remiss.ordin.Reg. Lusitan.tit.5.num.6 . libr.3. Actius in suo tract.de infirmit.par.1.cap.35.num. 5.Borrell.in summa decis.tom.1. tit. de Iuramento per horrescentia num.21.Rota in vna Mediolanen. rescissionis coram R.P.D. Octemberga.*

2 Videmus inquam paupertatis priuilegijs pauperes gaudere, quamuis sua culpa in paupertatem lapsi sint, vt docent *Imol.& Ioan.Andr.in cap.quæ Ecclesiarum de Constit.* quos sequuta est *Rota in vna Neapolitana donationis coram R.P.D. Lugdunen.*

Ita quod iuridicè consultus dicebam quartam debitam vxori pauperi vigore *Authen. præterea C. vndè vir, & vxor.*
3 deberi, quamnis in paupertatem sua culpa deuenisset, quod & alias confirmaui in Anno 1631. ad fauorem Luciæ delli Cauci in Ciuitate Luceriæ.

4 Vndè *Glos.* meritò asseruit, & probauit *in cap sacrorum 12.quæst.2.* Res Ecclesiæ alienari posse ad alendos pauperes etiam eos, qui in paupertate propria culpa inciderunt, necnon ad redemptionem eorum qui ob crimina in publicis carceribus opprimuntur commendat *Bal.in l.illud C.de sacrosanct. eccles. & Campeg.in tract.de dot.quæst.12.p.3* sequitur, & eam *Alex.in l.quamuis ff.solut.matrim.col.2.Felyn. & Anan. in cap.significauit de Iudeis Dec.in cap.pastoralis §.verum col.3.de appellat.Lup. in rubr.de donat.§.78.num.38. meminit Couar.var.resolut.lib.2.cap.16. num.9. vers. contrariam sententiam*, vbi hanc opinionem communem appellat, licet ipse distinguat.

Confert pro corroboratione, quia distributiones quotidianæ debentur Cano
5 nico, qui sua culpa in morbum incidit, vt fundauit *Nauar.de restit.lib.2.cap.2. diffic. 4. num.234. Fusc. de visitat.cap. 20.num.26.lib.1.Zerol.in prax episc.§. distributiones num.3.par.1. Gouar.var. resolut.cap.13.num.8.lib.3.Azor. instit. moral.par.2.lib.7. cap.7. quæst. 11. Rodriq.in summa cap.33.num.6.par.1 Guttier.canon quæst.lib.1.cap.1. num. 138.* copiosè *Monet. in tract. de distribut. quotid.quæst.6.à num.12.cum seq par.2 Ganed.in suis quæst.canonic.cap.1.num.* 8.vbi refert inter cæteras illam sibi vi-
6 deri potissimam rationem, ne Afflictis maior addatur afflictio priuando eum distributionibus iuxta *l.diuus ff.de offic. præsid.l.tam de mentis C.de Episc. Aud.* & nè duplici danno infirmus afficiatur *arg.l.si pecuniam §.si acceperit ff.de condit.caus.dat.*

Et suffragatur *Tex.in cap.illud vers. similiter 15. quæst. 1.* vbi notatur minimè imputari ad pœnam ægrotis, ea quæ perturbatione morbi fiunt, eosque excusari etiam si culpa morbum præcesserit, amplè docet *Bece. cons.104.* & tradidit *Surd.in suo tract. de Aliment. quæst. 5. num.17 tit.4.* probans filios à parenti-
7 bus alendos esse, quamuis propria culpa infirmi, & pauperes euaserint, meminit quoque *Actius in cit. tract. de infirmit. alleg.cap.36.num.11,* vbi annuit, quod vt in Aegroto, & alijs impeditis culpa considerari possit debet illa esse ordinata ad casum, & tunc non excusat allegat *Surd.decis.Mantuan.262.col.fin.Suarez* qui de communi testatur *in Thesaur.*

recept.

recept. sentent. in verbo impedimentum num. 10. *Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. artic. fin.* affirmans *num.* 13. vix reperi posse, vt quis velit se infirmari, & paupertatis onus subire, vt infirmorum, & pauperum priuilegium consequatur, & consequenter culpa non potest dici ad casum ordinata.

8 Ita quod si id esset verum, & daretur vtique contrarium dicendum esset nam in tali casu huiusmodi priuilegium dene garetur, cum simulantibus morbum nullatenus subueniatur *Amanis declaris Aquis sing.* 188. imò pœna huiusmodi personis infligitur *Lap. alleg.* 18. *Rip. de pest. tit. de remed. praeseruationis num.* 174. laté *Peguer. decis. Rot. Gathalon.* 4. & abundè *D. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 285. *par.* 2. ante eos *Iodoch. in pract. criminali num.* 110. *num.* 65. *& Menoch. de arb. iudic. cas.* 532.

Et videmus Milites capitis pœnam luere, si hostium metu languorem simulauerint *l. omne delictum §. exploratores ff. de re milit.*

SVMMARIVM.

1 *Electio fori cessat, quando apparet priuilegiatas personas, id agere causa de fatigandi collitigantes.*
2 *Fraus, & dolus nulli debent patrocinari.*
3 *Dilatio ad Dominum consulendum procuratori absentis datur, nisi petatur malitiosè nu.* 4.
5 *Dolus facit cessare priuilegium.*
6 *Debitor dolosus excluditur à beneficio cessionis bonorum, & deducto ne egeat num.* 8.
7 *Filius familias, qui dolo versatur est priuatur beneficio quod cum eo.*
9 *Mulier dolosa non gaudet beneficio deducto nè egeat, nec Maritus, & Socer num.* 10. *&* 11.
12 *Immunitate Ecclesiæ quando quis non gaudeat ex delicto ibidem patrato.*
13 *Peccans sub spe indulgentiarum, non potest obtinere absolutionem, & vide num.* 14.
15 *Priuilegio vti non potest, qui in illud commictit.*
16 *Delinquens cum consanguinea, spe obtinendi dispensationem pro matrimonio, non gaudet dispensatione.*
17 *Alimenta lite pendente non dantur, quando constat de malo iure petentis*
18 *Bonæ fidei possessor facit fructus suos, at secus malæfidei, qui nec præscribere potest nu.* 19.
20 *Mala fides defuncti nocet hæredi, & amplia, vt nu.* 21. *&* 22.
23 *Iussus superioris excusat.*

ARGVMENTVM.

Electionis, & variationis fori priuilegium an sit concedendum vbicunque apparet priuilegiatas personas hoc agere causa de fatigandi collitigantes.

QVÆSTIO LXVII.

1 Regula sit negatiua, vt electio fori minimè sit concedenda, quando apparet priuilegiatas personas eligere forum causa defatigandi colligantes, & sic dolosè vexando de vno Tribunali ad aliud. *Thor. in compend. decis. in verbo electio fori fol.* 17 1. *col.* 1. *circa med. tom.* 2. vbi nos allegat in prima impressione, & ita consului pluries diuersis Togatis Regni, qui id à me sæpius ex petere in varijs quippè casibus, sicque practicaui vti Regius Auditor Prouinciarum Capitanatæ Apuleæ, & Comitatus Molisij.

Quæ sanè opinio benè radicata videtur siquidem satis absurdum resultaret si priuilegium alias concessum huiusmo di personis ad bonum finem, & ad earum tutamen, eis suffragaretur in aliorum perniciem, vtique inquam esset concedere, quod fraude, & dolo vti possent contra omnia iura mundi declarantia
2 fraudem, & dolum nemini debere patrocinari *l. itaque fullo ff. de fund. cap. dictum* 30. *quæst.* 1. *cap. intelleximus de Iudic.* cum alijs latius recollectis per *Card. Tusc. concl.* 474. *lit. F.*

3 Videmus inquam dilationem ad Dominum consulendum absentis Procuratori indifferenter de stilo Curiarum dari *Authe. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oport. cap. dilectus extra procurator.* & tamen illa non conceditur quã do verisimiliter petitur malitiosè ani-
4 mo differendi litem, & vexandi colligantem *Rot. in Nou. decis.* 31. *de procur. Crescent. decis.* 1. *de locat. Mastril. decis.* 116.
Leon.

Leon.decis.Rot.Valentiæ 97.tom.2.

5 Et dolus facit cessare priuilegiũ, *l. sed hoc ita § fin.ff.de re iudic.Baez.de inop. debitor.cap.16. num.23. Surd. de alim. q.78. nu.43.* taliter quod doloso debitori Clerico non competere priuilegiũ *cap.Odoardus de solut.* tutantur *D.Ric. in praxi fori eccles. resolut.247. tom. 1. Graff. in tract. de effect. Cleric. effect. 7. nu.37.Squillant.de priuileg.cleric.c.10 num.24.*

6 Et dolosum debitorem excludi à beneficio cessionis bonorum probant *Bellamer.decis.261.*& latius *Giurb.decis.41.* vbi pariter annuit filium familias, qui

7 dolo versatus est in contrahendo priuari beneficio quod cum eo ad quod allegat *tex.in l.sed.& fi § interdum,& l. cum qui ff.quod cum eo Tras.de Franch.in decis.164.num.11.& decis.94.num.8.13 42.& 54.vol.4.Socein.Regul.16. Tusch. conclus.781.num.31.lit.E.tom.3.Vrsill. decis.308.num.20.Ferrat.cautel.14.*vbi dicit hanc notabilem adtex.in *l.2 ff. & C.quod cum eo limitationem Caroec.in decis.1.num.15.*iuxta quorum sententiã quandoque respondi interrogatus *Castagna nouiter in tractatu de benefic. de ducto ne egeat fol.mihi 191.*

8 Prout dolosus debitor priuilegio non gaudet deducto ne egeat, sed insolidum tenetur *Natta cons.361.num.2.& 7. La derech.cons.30.num.4. Lancellot. de attent.part.3.cap.31.num 44. Costa. de remed.subsid remed.28.sub num.7.Antonin.lib.1.resolut.41.num.1. Brunor. à sol.quæst.9.num.6.Puteus decis. 251. & decis.394 par.1. Mart.de iurisdict.par. 4 cent.2.casu 186.num.4.Genuens. in insua praxi Archiep.Neapol.cap.3.nu. 6.*& Mulierem dolosam non gaudere de beneficio de ductore egeat tradit *Amat.decis.Marchiæ 16. num.24. Monac. de execut.iu vectibus cap. 12. num. 62. Castagn.in tract.de beneficio deducto ne egeat quæst. 2. limit.2.*

10 Vt pariter de marito (qui si dolo fecit quoniam dotẽ nõ solueret)eo beneficio non posse vti adnotauit *tex.in l. etiã §.1.ff.solut.matrim.Baez.de inop. debit. cap.15.num.11.& cap.16.num.22. in fin.Surd.de alim.tit.1.quæst.78. nu.42.* post *Campeg.de dot.par.3.quæst.262.*

11 Et idem in Socero voluit *tex. in l.penult.ff.de iur.dot.* & tradiderunt *Couar ruuias in cap. quamuis nu.7. de testam. Palat.in repetit.cap.per vestras de donat.inter vir.& vxor.notab.3.§.24.nu. 7.Campeg.de dot.par.2.quæst.250. Surdus de alim.tit.1.quæst.78. num.43. Costa,de scientia, & ignorantia, centur. 2. dist.32.num.10.Amat.in decis.Rot.Marchiæ 16.num.2.& 13.*iuxta quorum sententiam pluries practicatum per M. C. V. reminiscor.

Inde videmus, quod licet delinquens, & ad Ecclesiam confugiens in ea sit tutus, ita quod ab ea eijci non potest, iuxta *tex.in cap.inter alia de immun. Eccles.* tamen ipsius Ecclesiæ immunitas

12 non prodest illis, qui in ipsa Ecclesia vel sub confidentia spei immunitatis Ecclesiasticæ delinqunt, vt cauetur in *cap. fin.de immunit.Eccles.*oportet enim reprimere audaciam illorum qui hac immunitate freti crimina frequenter committunt, alioquin de facili, & committerentur,& esset contra mentem eorum qui prædictam immunitatem sacris locis concesserunt, non vt esset refugium, & spelunca latronum,sed vt præstarent tutamen miseris, qui fragilitate humana, aut casu in aliquod crimen incurrissent,vt plura allegando tradit *Paz.in sua praxi tom.1.5.par.cap.3. §. 3. num. 16.Bouadill.in politic.lib.2. cap.14. nu. 92. ad med.* Vnde optimo iure cautum est *in d.cap fin.*ne gaudeat Ecclesiæ immunitate,qui sub eius confidentia,& spe crimen committit, vt etiam obseruant, & docent,*Gon.de immunit. Eccles. fall. 25.Villad.ad for.Iuzgo lib.9. tit.3. l. 1. num.10.vers.3. Alciat.in reg.3.præsump. 33.Clar.lib.5.§.fin. quæst. 30. num. 15. Azeued.lib.1.tit.2. lib. 3. ex num. 24. Menoch.de præsump.lib.5.præsump.10.* latissimè *Guttierez lib. 3. pract. quæst. cap.1.*

Licet hodie vigore *Bullæ Gregor. 14.* requiratur quod sit mutilatio membri,vel scissionis corporis de quo latius vltra alios *Castill.decis.Sicil.156.par.2. Peregr.de immun. eccles. cap. 6.* Et hinc *Palat.in repet.cap.per vestras in initio in §.10. num.2. de donat. inter virum, & vxorem* asseuerat peccantem spe consequendæ absolutionis virtute, & ratione Indulgentiarum,& Apostolorum litera-

13 rumnon posse absolui,quam etiam opinionem sequuntur *Couar.lib.2.var. cap. 20.num.15.vers 26. Menoch.de præsum pt.lib.5.præsumpt.10. num. 6. Cordub. tract.cas.cõscient.quæst.22.vers. con tal condicion que no aya cometido,Lopez. 1. par.in-*

par.instr.caus.scient. cap. 21. pagin.75.
vers.sed ego dico.Baldes in tract.elemos.
1.par.fol.10.col.4.Ortiz.in resolu. caus.
cõscient. resolut.1.fol.208.vers.nota que
los delictos, & in ipsius confirmatione
iuuant pulcherrima Lactantij Firmia-
ni verba in lib. 6. diuinarum instit. cap.
13. Quæ post alios vbi supra referuntur
à Bouadilla lib.2. cap.14.num.27. ipse
inquam cum de elemosina elargienda
disseruisset, ita inquit, Nec tamen, quia
peccata largitione tolluntur, dare tibi li-
centiam peccandi, putes (Abolētur enim
si Deo largiare, quia peccaueram, nam
si fiducia largiendi pecces non abolētur.)
Quæ verba eleganter declaratur ab An
gelico Doctore. D.Thom. vna cum Ca-
iet.2.2.q.21.art.2. ad 3.
14 Corroboratur etiam hæc opinio, ex
l.1.§.hac autem actio, ibi (qui hac spe
audacior factus est.) & ibi (spe imminen
tis libertatis) ff.si quis testament.lib. esse
iussus, & in cap.quando il, 1 de cons.dist.
4. ibi multos npui qui hoc passi sunt, qui
spe baptismus multa peccabant, in cap.
illud §.licet de Clertc.excomm. minist.
ibi illud autem quod sub spe veniæ, qui-
bus iuribus & alijs allegatis à Doctori-
bus elegantissimè probatur spe veniæ,
aut indulgentiarum peccantem non vti-
que posse eorum virtute absolutionem
consequi, quod etiam tradit Clar. in
pract.crim.lib.5.§.fin.quæst.59.num.12
vbi alios refert Batard.in addit.num.97
Gugliel.Benedict.in repetit.cap.Raynun
tius verb.mont.Itaque testatore el 1.nu.
112.& Ratio est, quia frustra priuilegij
15 auxilium implorat, immò illud amitte-
re meretur, qui contra priuilegij tendit
voluntatem, nec est dignus, vt eius bene-
ficio iuuetur, qui eo malè vtitur, iuxta
tex.in l. auxilium in fin.ff. de minorib.
cap. quia frustra de vsur. Azebed. lib.6.
tit.1. l.2. num. 46. Eo præsertim, quod
facilitas venię ingentiuum tribuit delin
quendi, vt habetur in cap.iniusta 23.q.4
& cap.vt Clericorum de vita, & hone-
stat.Cler.& ait, tex.in cap.sanè de pænit.
dist.3. Nemini dedit Deus laxamentum
peccandi quamuis miserando deleat fa-
cta peccata.
Circa quod ad comprobationem vide
tur satisfacere Concil.Trid.sess.24.de re
for.matr.cap.5.vbi qui deliquit cum cõ-
16 sanguinea spe matrimonij difficilius ob
tinet priuilegium, vel dispensationem, &
illa non gaudet, nisi id exprimat, ad cu-
ius tex.declarationẽ est videndus, Nau.
in manuali, c.22. num. 86. ex quibus &
alijs, quę consulto omitto cum frequen-
ter referantur à DD. optimè colligitur
non valere priuilegium, quod causam, &
occasionem peccandi præbet, & peccato
patrocinatur, ergo cum istud contineat
priuilegium de quo agitur, dum nempè
habens electionem fori, illa vtitur cau-
sa defatigandi collitigantes videtur di-
cendum eligentibus forum causa defati-
gandi litigantes nequaquam deberi, ne-
que posse talem electionem concedi cũ
tacitè id subintelligatur in omnibus pri
uilegijs, quod virtute eorum vtantur abs
que fraude.
Vnde meritò rogatus de voto dice-
bam, regulam illam lite pendente esse
17 alimenta præstanda, ex text.in l.si iusti-
tiam, §.fin.ff.de inoff.test.& ad latè tra-
dita per Valasc.in dec.1.Afflict.in decis.
11.Ludou.in dec.46.Franch. in dec.614.
& abundè post alios D.Ricc.in dec.251.
par.2. non procedere vbicunque alimen
ta lite pendente peterentur, & constaret
de malo Iure petētis illa contra decis.fa
ctam in Curia Archiepiscopali Neapo-
litanam, de qua per Dominum meum
Ricc.in deci.191.par.1.sicque fuisset pra
cticaui nonnullis quippè vicibus vti
Regius minister.
Et huc spectat, quod licet bonæ fidei
possessor habeat, & faciat fructus suos.
18 ad tex.in l.bona fidei emptor.ff.de acqui
rend. rerum dominio, tamen hoc cessat
in male fidei possessore, qui non facit fru
ctus suos. l.certum est C. de reiuendicat.
ita quod mala fides defuncti nocet etiã
hæredibus, & successoribus suis, quoad
præscribendum l. cum haredes ff. de di-
uers.tempor.præscript.Bero.cons.82.nu.
5.vol.3.in cap.grauis nu.38.de restit.spo
liat.& in cap.de quarta, num.15. de re-
script.Surd.cons.73.num.14. & Bald. in
tract.de rescrip.fol.14.& sequitur col.11
Vbi elucidat istam esse communem opi-
nionem, & ponit pro regula, Iacob.No-
uell.in reg.88.Carau.cons.424.num.25.
colum. 3. cons. 871. num. 23. Pasch.
cons.103.num.8. Et successores malæ fi-
19 dei nunquam præscribere possunt etiam
quod sint in bona fide, & se eorum per-
sona præscribere velint, Laurent. de Pi-
nu.cons.90.num.7. Crau. cons.388. nu.
10.vol.3.& Riminal.Iun.cons.439.cum
alijs seqq.vol.3.quæ quidem procedit de
iure ciuili non autem canonico, vt per
Dyn.

Dyn. & alios *in reg. possessor male fidei lib.6. Bart. in l. cum hæres ff. de die, & temp. præscrip.* & *Zanett. de different. Iuris ciuilis, & canon. in 1. diffe. num.* 145. etiam procedit de plano in successore Layci, non autem prælaturæ, vt per *Barbat. cons.9. num.8. col.1.* & fortitur quoque locum vbicunque hæres vti vellet defuncti accessione, alias secus, vt per *Baro. in d. cons. 82. num.* 15. iuxta cuius theoricam vna vice practicatum fuisse, scio in causa Isabellę Riccardæ cum Io: Thoma Fortunato.

20 Item mala fides defuncti, nocet etiam hæredi vniuersali, qui titulo hæredis, hæreditatem adiuit volenti à semetipso, vt ex sue persona præscriptionem ipsam inchoare, ita *Alex. in l. Pantonius §. cum quis adminiculor. ff. de acqu. poss. Iser. in c. 1. §, Perrò num.27. quæ sit, 1. cauf. benef. amit. Rom. cons.* 102. Vbi prohibet istam esse communem opinionem, & *Gozad. cons. 56. sub num. 15. Ca rauit. cons. 146. nu. 7. vol. 1.* & *Curt. Iun, cons. 187. col. fin. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 248. num. 36. vol. 3.* quos in facto vti Aduocatus sectabar in causa Margaritæ Riualdi contra hæredes Ioannis Angeli Boccij.

21 Prout ipsi hæredi mala fides similiter obest, ne præscribat etiam pro personalibus quidem actionibus, vt per *glos. in d. reg. Possessor malæ fidei*, vbi *Couar. §. 11. par. 2. sub num. 3. vers. hinc sanè deducitur*, vbi memorat istam esse communem opinionem, *Socci. Iun. cons. 144. nu. 4. 6. & seq. vol. 1. Ruin. cons. 170. num. 32. vol. 1.* & magis communem *Gabr. concl. 3. in tit. de præscript.* iuxta quorum opinionem fuit practicatum in Regia Audientia Capitanatæ Apuleæ me ibidem Regio Auditore assistente.

22 Imo mala fides adeò nocet, vt etiam quis ex præscriptione tanti temporis, cuius memoria non extat incontrarium iuuare se minimè possit cum in præscriptione etiam cẽtenaria requiratur bona fides, Ita *Ang. in l. qui luminib. ff. de seruit. verb. præd. Cuman. cons. 64. Caphal. cons. 455. nu. 86. vol. 4. Francb. in c. 1. in fin. de præscrip. in 6.* & ibi *gl.* quam sequitur *idem cons. 43. nu. 55.* & Sacr. Consilium referente *Afflict. dec. 168.* & istam ait, ferè magis communem opinionem *Rimin Iun. cons. 258. num. 41. cum alijs seqq. vol. 3. Verfil. in addit. Afflict. in decis. 140. &* 329. & sequitur *Vrall. decis. 362. nu. 3. nu. 1. & seq. in 1. par.* vbi recenfuit *Rot. Rom.* alias iudicasse etiam minimè currere præscriptione contra rem iudicatam, & post executionem petitã, & ita resider etiam *Borrelli in cons. 12. sub nu. 8. & seq. vol. 1.* iuxta quam sententiam quandoque interrogatus respondi.

23 Ex quibus in quadam facti contingẽtia consultus annuebam licentiam Episcopi de extrahendo delinquentem ab Ecclesia extra casus exceptuatos non excusare quendam Gubernatorem à pœnis Bullæ dum sciebat ordinarium illam licentiam impartiri non posse, ex eo, quod licet authoritas, & iussus superioris excusent, ad text. *in l. fin. cum ibi notatis per Bart. Alex. & Iason. ff. qui satisdar. cogant l. fin.* cum ibi notatis per *Bar. ff. ad municipal. cap. venientes de iure iurando, Paschal, de patria potestate par. 1. cap. 8.* tamen hoc non procedit, vbi hæc malitiosè fieret, argum. Eorum quæ notat *Panpal. in l. si quis maior, nu. 34. C. de transact.* prout in casu, de quo agebatur nam cum Gubernator sciebat Episcopum non posse impartiri illam licentiam, non debebat extrahere reum ab Ecclesia, licet si verè constaret, hoc non sciuisset, tunc esset ipse excusatus, vt deinde audiui fuisse iudicatum.

Caueant igitur quæso supremi Magistratus, & Iudices tales admittere electiones vbicunque est præsumptio, & ex aliqua re appareat ipsas personas priuilegiatas eligere forum causa defatigandi partes aduersas, nàm non debemus, ita istas personas fouere, ita vt de aliorum causis rationibus, & æquitate immemores simus, sicut inquam non licet Aduocato iniustum consilium dare clientulo, ita nec officiali cauillosas admittere exceptiones.

Hicque tandem diù post tot tantosquè labores defatigatus calamum circa hãc electionis, & variationis fori materiam derelinquendo huius quartæ, & vltimæ sectionis finem assequor.

Sit Laus Deo Patri, eiusquè soli Filio, & Spiritui Sancto. Amen.

INDEX
RERVM OMNIVM
VERBORVM, ATQ. SENTENTIARVM

In hoc opere præcipuarum locupletisſimus, Alphabetica ſerie diſpoſitus, etiam accuratisſimè caſtigatus

PER FRANCISCVM ANTONIVM DE BARBERIIS I.C. Studioſisſimum.



A

ABſens cum licentia videtur ſerui-re pagina 311 n.6.

Abſentia æquiparatur morti, p 76 num 7.

Abſolutio à iuramento quid operetur p. 20 nu, 22

Acta facta coram Iudice pendente ſuſpitione ſunt nulla, cum pendente recuſatione non intromitti non poſſit p 15.n 34 & 36. nec diſcutioni interceſſe debeat, nu 37.

Acta facta tempore feriarum an ſint nulla ſi pars non opponat. p.28.n 18

Actor ſequitur forum rei licet ſecus in cauſis miſerabilium p 4.n.3 & ſeq.

Actor poteſt renunciare iuri exequutiuo, p 41.19

Acta ordinaria pereunt perempta inſtantia nec Iudicis iuriſdictio iuuat, p.162. nu.13.

Actio qua non competat pro damno dato, p.299 n 30

Actus inanis redditur abſque ordine pag.2 nu 4.

Actori non licet quod reo denegatur, p.10. nu 9.

Actus tendens in fauorem alterius intelligitur parte petente, p.28.n.33

Actus in dubio debet interpretari validus, 29.n 1.

Actum qui magnifacere debet tenetur facere ſecundum legem, p 29.n.2.

Actum qui gerit præſumitur voluiſſe, ut ille valeat, p.29 n.3.

Actus interpretari ſemper debet vt aliquid operetur, & cenſetur factum de modo quo agenti vtilius ſit p.29.n.4.& 6.

Actus facti ab habente dilucida interualla an cenſeatur facti tempore ſanæ mentis p.129.n 17.

Acceſſorium non venit principale, pag.203 nu 10.

Actus generaliter intelligatur re in eodem ſtatu permanente, p.268 n.18.

Actuarij dicuntur capita Curialium, pag. 312.n 4.

Acquiſitio noua non ſit filio mortuo patre, p.209.n.13.

Adoptatus non perdit primam ciuilitatem, p 335.n.7.

Adoptiui in quibus non veniant filiorum appellatione, p 215 n 55.

Adhærens appellationi aduerſarius, efficitur vnus ſpiritus cum appellante, p.310. nu, 1.

Adobamentum quid p. 303.n.3.

Adoba eſt vulgare verbum Regni Neapoli ſeruitium ſignificans, quod Galli vulgò orriere, benè vocant, ibid.n 4 & 5.

Adoba dicitur ſeruitium pecuniarum quod Regi præſtatur, ibid.nu.6.

Adminiſtratio recta geritur ex officiorum ordine.p.2.n.4.

Adminiſtrationem ſi quis extra ſuum locum domicilij fuerit de bonis alterius, & apud Iudicem domiciliarium, ſed apud Iudicem loci adminiſtrationis pro ratione reddenda conueniri debet, pag. 280. nu.2.

Aduocati, & Procuratores etiam exteri cõueniuntur in Tribunali cui inſeruiunt. p.311.n.2.

Adulterium cum lenocinio connexum esse dicitur, p 195. nu. 17

Aequiparatorum eadem est dispositio, & quin id non sit verum, p. 122. n. 17

Aetas currit de momento ad momentum, p. 69. nu. 12.

Aetas siue maior, siue minor probanda est ab eo qui se fundat in ea, p. 69. num. 1. & p. 70. nu. 6.

Aetas probãda est siue illa proponatur affirmatiuè siue negatiuè, p. 69 n. 2.

Aetas probatur ex libro Ecclesiae, p. 70. n. 6. item ex libro patris, ibid n. 7. ex testimonio matris, & consanguineorum, pag. 71. nu. 8. per instrumentum tutelae nu. 9. ex aspectu nu. 10. & probari potest coniecturis, n. 11.

Aetas pupillaris si negetur a quo est probanda p. 69 n. 3.

Aetas septuagenaria excusat à tutela, p 99 nu. 5.

Afflictis afflictio non est danda, p. 344 nu. 6.

Agens ad distractum rei forum sequitur, p. 135 nu. 7.

Aggratiatus à Barone loci delicti non potest amplius molestari, p. 246 n. 16.

Agens vti Procurator debet probare mandatum p. 57 n. 11

Agens vti haeres talem se probare debet, p. 37 n. 12

Allegare timorem sufficit vbi litigandum est cum potente, ad hoc vt causa in Curia Regis retineatur, p. 182 n. 8.

Allegans seruitutem probare illam debet, p 57 n 13.

Alienatio facta spreto vicino quãdo sit nulla, p. 26. nu. 7.

Alienatio bonorum patrimonialium interdicta est clericis, p. 145 nu. 19.

Alienari an possit absq; solemnitate bona Confraternitatum & Estauritarum, p. 159. nu. 11.

Alimentorum causa dicitur pia, p. 137. n. 8 & quare, nu. 9

Alimenta lite pendente nõ dantur quando constat de malo iure petentis, pag. 347. nu. 17

Alimenta, & dos sunt priuilegiata, quamuis relinquantur diuiti, p. 273. n. 7.

Alimenta sunt iuris naturalis, pagin. 298. n. 24.

Alimenta taxantur iuxta qualitatem personarum p. 115. nu. 4.

Alloquens Nouitias absque licentia incidit in censuras p. 168 n. 19.

Amore captus dicitur miserabilis persona, p. 118. n. 1.

Amor vocatur furor, & priuat à deliberatione, ibid. n. 2. & 4.

Amore captis sicuti furiosis, & prodigis, datur curator, p. 119. num. 5. vers. & tandem.

Amore captis non debetur denegare primũ & secundum beneficium, & si exilium amoris causa rumperent, excusandi sũt, ibid.

Animus, & non habitatio facit domicilium vnde si quis habitauerit in aliquo loco per mille annos animo recedendi nunquam constituit domicilium, pag. 335. sub n. 31.

Antephatum quod est tertia pars dotis si fuerit vxor virgo, & quarta si erit vidua, qualiter debeatur si matrimoniũ nõ fuerit consumatum. p. 77. n. 9. & 10. & p. 78. n. 11.

Antephatum datur vxori in premium virginitatis amissae p. 78. nu. 12.

Animae, corporisq; infirmitas miseratione digna est, p. 79. num. 2.

Angelis sine carne viuunt, virgines in carne triumphant p 88 sub nu. 7.

Appellatur in Regno Neap. ad immediatũ superiorem, nec licet per saltum venire ad Tribunalia superiora, p 5. nu. 8. & 9. & p. 6. nu. 11. & 13

Appellatio emissa suspendit iurisdictionem, p. 52 n. 3.

Appellari potest à breuitate termini, pag. 54 n. 7.

Appellari semper potest à praecepto de capiendo aliquem carceratum, pag. 120. n. 3.

Appellatio vnius prodest litis consortibus p. 190. n. 8.

Appellatio in paucis causis adhuc permittitur p 247. n 24 sed nu 6 in causa haeresis, ibid. nu. 25. & quae alia in odium talis criminis introducta sunt, num. 26. 27. 28. & 29.

Appellatio in causis minimis non datur, p. 293. n. 10.

Appellatio interposita ex Regiarum Audientiarum Tribunalibus ad M. C. vel ad S. C. remittuntur eiusdem Audientijs si sint causae modicae p. 293. n. 11.

Appellatio non datur á decreto alimentorum p. 298 n 25.

Appellatione ciuium venit ille qui est in comitatu, aut Ciuitate, p. 331. sub nu. 11. col. 2.

Approbator dicitur alter fideiussor, p. 224. nu. 29.

Archiepiscopus, vtitur pallio, & cum eo sepelitur, p. 38. num 6.
Argumentum de pupillo ad ecclesiam valet, p. 134. nu. 3.
Argumentum de dote ad piam causam, valet. p. 138. nu 12.
Archiuij Romana Curia Scriptores dicitur veri famil iares, & continui commẽsales, p. 319. nu. 7.
Argumentum de similibus ad similia, valet p. 63. num. 12.
Assistens in iudicio, ob proprium interesse, debet assistere in iudicio reicõuenta pag. 276. n. 7.
Assertio facta animo non deliberato, nihil probat, p. 39. num. 1.
Attẽtata, sunt nulla parte opponente, p. 26. nu. 3.
Attentare non dicitur Iudex, si terminus assignatus sit elapsus. p. 53. nu. 4.
Auarus reputatur miserabilis, & gaudet fori electione, dummodo talis per Iudicem fuerit declaratus. pag. 94. num. 1. & p. 95. nu. 8.
Auarus generaliter describatur. p. 95. n. 1. & quis dicatur, num. 2. & vnde dicatur Auaritia, nu. 3. generaliter repræsentatur in sacra scriptura, p. 96. n. 5.
Auaro datur curator sicut & Prodigo, p. 95. n. 7.
Auaritia dicitur Idolorum seruitus, p. 94. nu. 3.
Auditores primarum, & secundarum causarum sunt ferendi territorio feudi, & iurisdictionis, p. 6. n. 12.
Auditor Cameræ potest causas super obligationibus Cameralibus pendentes ad se euocare, p. 255. nu. 4.
Auditor Cameræ est delegatus ad generalitatem causarum obligationis Cameralis, p. 256. n. 8.
Auditor exercitus cognoscit de causis militum, p. 284. nu. 2.
Author diuidit opus in quatuor sectiones, p. 3. nu. 14.
Author laudatus, debet se defendere in foro laudantis, p. 225. n. 4.
Author laudatus non opponit exceptiones quæ opponere nequit laudans, ibidem, nu. 6.
Author declarat tex. in l talis §. Priscus ff. de cond. & demonst. p. 281. nu. 4.

B

Baiulus cognoscit de damno dato, p. 341 num 4.
Banniendus de proximo habetur pro Bannito. p. 201. n. 6.
Bannanæ Meretrices vtantur redbis, & sedibus, non comprahendit mulieres, quæ duos tenent amatores. p. 86 n 7.
Baro dicitur Iudex ordinarius suorum vassallorum. p. 5. n. 10.
Potest petere remissionem vassalli post sententiam foriudicationis, p. 5. n. 7.
Baro potest petere remissionem, vbi iuramẽtum non est præstitum, p. 8. n. 3.
Baro nequit esse Iudex in causa subditorũ, p. 310. nu. 3.
p. 310. nu. 3.
Barones dicuntur Milites Regij, & Curiales, p. 286. n. 2.
Barones ratione contracti in suis terris sortiuntur forum ordinarij Præsidis Prouinciæ. ibid. num. 3.
Baro ciuilis magis dicitur Baro, quam criminalis. ibid. nu. 4.
Beneficio cap. Odoardus de solut. renunciari non potest, p. 39. nu. 3 & p. 41. n 25.
Beneficio l. hac edictali C. de secund. nupt. renunciari non potest, p. 42. n. 32.
Beneficium alicui concessum miserationis causa ad sui exclusionem requirit verba specialissima & renunciationem specialem, p. 43. n. 35.
Beneficio electionis fori non videtur renunciari vigore cautelæ renunciationis omnis legum auxilio, p. 44. n. 41.
Beneficium purgationis moræ, nec accedere iuramento venit sub generali renunciatione. p. 44. n. 46.
Beneficium l. 2. C. de rescin. vend. suffragatur fideiussori, p. 221. n 9.
Beneficia iurispatronatus laicorum non comprahẽduntur sub generali beneficiorum dispositione, p. 233. n. 9.
Beneficium Curatum nõ venit sub nomine beneficij in dispẽsationibus, nec dignitas, nec ecclesia Cardinalis, aut præbenda, p. 148. n. 33.
Beneficiatus tenetur de fructibus restaurare ecclesiam. p. 145. n. 21.
Beneficio mihi competenti ex persona sua te inuito tantum vtor. p. 192. n. 25.
Beneficiũ electionis fori datur priuilegiato etiã si agatur de re beneficiali, p. 309. n. 1.
Beneficium á Principe depẽdens latè interpratatur etiam quoad verba, & quoad vltimas voluntates, pag. 274. n. 12.

Beneficia denegantur excommunicato, pag. 278. nu. 2.
Beneficium Electionis fori non habent personæ priuilegiatæ in redditione rationum & reliquorum solutione, p. 280. nu 1 & pag 281. n. 3.
Beneficiatus absens quando distributiones quotidianas percipiant p. 316. num. 5. & quid si sit infirmus, nu. 8.
Beneficium cessat cessante persona, quæ locum facit beneficio p. 317. n. 12.
Beneficium ætatis potentius est beneficio absentiæ, p 328 nu. 41.
Bizochæ quando habeant priuilegium fori Ecclesiastici, pag. 174. n. 13. Ex declaratione Sacræ Congregationis, num. 14. & 15.
Bizochæ professæ sunt immunes à solutione bonatenentium, p. 176. n. 17.
Blanditiæ, & orationes Dominorum in subditos instar oppressionis, & coactionis habentur p. 281. nu 6.
Bona ingredientis monasterium, eidem monasterio acquiruntur. p 163. nu. 2.
Bona Nouitiorum non collectantur, pag. 167. n. 10.
Bona captiuorum vendi possunt inuitis parentibus pro eorum redemptione, p. 110. n. 4
Bona ecclesiæ alienantur pro redemptione captiuorum sic & bona fideicommisso subiecta, p. 110 n. 9. & 10.
Bona locorum piorum non possunt alienari absque solemnitatibus p. 131. n 4.
Bona ecclesiæ alienari possunt pro alimentia pauperum, qui propria culpa pauperes euaserunt p. 44 nu. 4
Bonæfidei possessor facit fructus suos. p. 347 nu 18. at secus malæ fidei, qui nec præscribere potest ibid. nu. 19.
Bona regularium, & ordinum militarium non alienantur absque assensu Apostolico, p. 183. n. 23.
Breue impetratum ob paupertatem, non vitiatur si tempore exequutionis impetrãs sit diues p. 266 nu. 13.
Bulla Gregorij XV. de conseruatoribus, comprehendit Milites Hierosolymitanos, p. 181. n. 12.
Bullæ Superiorum Ordinum probant ordines inferiores, p. 152 n 21.
Bulla Pij V. reuocauit titulum Cardinalium Canonicis, p. 148. nu. 43.

C

Canonicus supernumerarius non habet vocem in Capitulo nec potest insigniri almucia seu veste canonicali absq; licentia Papæ, p. 283. n 6.
Canonici in odiosis non veniunt appellatione clericorum, p. 148. num. 38. & contra nu. 39.
Canonici tantum absentes pro seruitio Episcopi possunt percipere distributiones quotidianas. p. 147. n. 40.
Canonicus in pupillari ætate ex dispensatione Põtificia promotus, an habeat vocẽ in Capitulo p. 127 n. 5.
Canonici Neapolitani, vestes, paramenta, & alia, ad Missæ sacrificium, pag. 148. nu. 41.
Captus ab hostibus reputatur miserabilis persona p. 109 n. 1.
Capitula quæ in Montibus Pietatis exerceri solent, reminiscuntur. p. 161. n. 3.
Carcer dicitur proxima mansio, appellatur squallor & cruciatus corporis, & de iure canonico loco mortis succedit, p. 119. nu. 2. & p. 120. n. 5
Carcer dicitur omnis locus ex quo quis libere discedere non valet, p. 120. n. 10 & 11. & p. 121. n. 12. & 14.
Caro patris defuncti viuit in filijs, pag. 205 n. 5.
Casalia dicuntur de iurisdictione ipsius Ciuitatis, p. 331. num. 10.
Castrum omne in Regno dicitur, quaternatum feudum sed non è conuerso, p. 303 n. 12
Cautionem vbi quis præstare tenetur, si nõ præstat ur valet processus, p. 27. n. 16. & 17.
Caualla. ij extraordinarij Regiæ Dohanæ gaudent fori priuilegio, p. 305. n. 4.
Causa studij dicitur pia p 91 n 8.
Causa paupertatis est priuilegiata, & pia, p. 112. n. 2.
Causa hospitalis dicitur fauorabilior causa ecclesiæ, p. 134. n. 10.
Causa continentia in criminalibus non attenditur, p. 193 n. 27.
Causa dotis, & studij æquiparatur, p 162. n. 7.
Causam causæ præstans punitur sicuti per eximiam causam præstat. p. 74. n. 1.
Causa quæ separari non potest, dicitur indiuidua, sic etiam si ex facti continentia non recipit diuisionem, p. 194. n. 1.
Causæ inter consanguineos vsque ad quartum gradum compromittuntur, pag. 277 nu. 14.

Causæ liquidationum instrumentorum non remittuntur, p. 289 nu. 4
Causa constitutionis l. unic. C. quan. Imp. inter pup. & vid. est ne similes personæ opprimantur p. 51. nu. 11
Causa ad forum ecclesiasticum spectantes in prima instantia sunt decidenda corã laicorum ordinarijs infra biennium terminanda p. 34 n. 2. 3 & 4
Causarum criminalium aliæ sunt leues quædam atroces, & aliæ grauiores pag. 295 nu. 11.
Causa an dicatur magna, vel minima Iudicis arbitrio reponitur pag. 294 nu. 7. & 8.
Causarum ciuilium aliæ sunt infimæ pag. 294 nu. 3. aliæ humiles, nu. 4. aliæ mediæ num 5. & aliæ maximæ nu. 6
Causa alia ciuilis, alia criminalis, p. 293 num. 1. & quæ sit ciuilis, & quæ criminalis, nu. 2
Causa est summaria, vbi sumus in executiuis p. 295 n 2
Causæ aliæ ciuiles, aliæ sunt ordinariæ, & aliæ summariæ p. 196 nu. 1.
Causa quando dicatur summaria, ibidem nu. 2 & quæ causæ summariæ sint agitandæ à nu. 2. vsque ad 39
Casus habet electionem fori, p. 8 n. 9
Cæcitas dicitur morbus in parte corporis p 80 nu. 8
Certioratio requiritur ad excludendum beneficium restitutionis in integrum, p 49 n. 4
Cessante fiuè adæquato legis, cessat ipsius dispositio, p. 250 nu. 8
Cessioni bonorum renunciari potest, p. 41 n. 21
Cessio quando dicatur simulatè facta pag. 252 n. 5. 6 & 7.
Cessionarius priuilegiati non gaudet fori electione, pag. 225 nu. 1. sed declara, p. 228 nu. 24
Cessionarius suo priuilegio fruitur, & nõ cedentis, p. 225 n. 2
Cessionarius nequit petere executionem instrumenti guarentigiati, & sic non potest instrumentum liquidare, ibidem nu. 3 & quæ sit cautela nu. 4
Cessionarius mulieris eiusdem priuilegijs non vtitur, p. 226 nu. 5.
Cessionarius mariti non vtitur beneficio cap. salubritèr de vsur. ibid. nu. 6
Cessionarius succedit in ius cedentis, ibid. n. 12 & reputatur eadem persona cum cedente, ibid. num. 13
Cessionarius potest arrestare debitorem, pag. 229 num. 14
Cessionarius ex causa necessaria habet priuilegium cedentis, p. 228 nu. 25
Clausula renunciationis (omni legum auxilio) est maximæ potentiæ, & vigore huius clausulæ, quibus renunciatum censeatur p. 43 n. 36 & per discursum à nu. 37 vsq; ad nu 43
Clausula vbique locorum, quisnam effectus pariat p. 307 n. 4. & 5.
Curiales Regiarum Audientiarum Regni gaudent priuilegio fori p. 331. n. 3
Clausula (saluo iure) quid operetur, pag. 313 n. 3
Clausula (saluo iure) facit continuari idem iudicium, p. 314 sub nu. 4
Clausula (saluo iure) obturat ora languẽtium, ibid.
Clausulæ pragnantes, & amplissimæ non derogant priuilegio l. vnica C. quando Imper p. 238 num. 1.
Clausula (in reliquis) comprahendit omnia contenta in instrumento, p. 240 nu. 4
Clausula generalis nõ derogat priuilegia in corpore iuris clausa, p. 232 n. 4
Clausula derogatoria quorumcumq; priuilegiorum nõ derogat priuilegio miserabilium, ibid. nu. 2
Clausula, motu proprio, parit plures effectus p. 234 nu. 2. sed non contra ius alterius, ibid. nu 3. nec supplet defectum intentionis, num 4
Clausula, non obstantibus, tollit priuilegium in corpore iuris non clausum, p. 235 n. 3. & illa quæ sunt friuola ibid. nu. 5.
Clausula, quorum tenores, habet vim spiritualis expressionis cum omnibus suis qualitatibus, p. 236 nu. 1. & 2. & habet vim, ac si tenor esset insertus, ibid. nu. 3 sed vide pag. 237 n 6
Clausula, quorum tenores non comprahẽdit priuilegiũ eligendi forũ, p. 236. n. 5.
Clausula ex certa scientia habet vim specialis derogationis, p. 237 n. 2
Clausula, ex certa scientia refertur ad ius & non ad factum, ibid. nu. 3.
Clausula, pro expressis habentes non operatur in præiudicium miserabilium personarum, p. 238 n. 1.
Clericus coniugatus in iudicio probare virginem, & vnicam duxisse, non tenetur. p. 89. sub nu. 3.
Clericus si confugiat ad Ecclesiam, & ibidem renunciat clericatui, nõ potest extrahi á suo pralato, p. 249. n. 5.

Clericus nō gaudet immunitate Ecclesiastica, p.250. nu. 6.

Clericus habet electionem fori, etiam si sit prima tonsura initiatus, p. 141. num. 2 & 3. Sed an tunc requirantur requisita Concilij Trid sess. 24. c. 9. de reform. negatiuè docet Author, num. 6. Et etiam si sit coniugatus, & saluaticus, n. 12 & 13 Licet illam non habeat pro bonis proprijs, nu. 17. sed benè pro patrimonialibus, n. 16. & pro fructibus beneficiorum nu. 20. & quid si Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nu. 16

Clericatus est probandus p. 149. nu. 1. & 3 & quando præsumatur nu. 4. 6 & 7

Clericatus non prouenit à natura, p. 149 nu. 2.

Clericatus negatiua qualiter probetur, ibid. nu. 4

Clericatus qualiter probetur, p. 150, nu. 9 10. 11. 12. & p. 151, nu. 16 & 19 Et seruetur in Regno remissiuè, p. 152. n. 21

Clericus inter personas miserabiles reponitur, & est de numero pauperum, taliter quod legatur legatum pauperibus distribuendum, potest clericis distribui, p. 141. nu 1.

Clericus gaudet beneficio cap. Odoardus quamuis non incidat in habitu, & tonsura, nec diuinis seruiat vel beneficium habeat, p. 142. nu. 10 sicq; etiam in priuilegio canonis concluditur, ibid. n. 11.

Clericus bigamus quis dicatur, & quibus priuilegijs gaudeat, p. 146 n. 23

Clerici exempti non veniunt clericorum appellatione, p. 147 nu. 32

Clerici pro bonis Ecclesiæ, vel patrimonialibus in tantum habent fori electionem, in quantum adest violentia, rapina, vel fraus p. 148 nu. 44

Chirurgus dicitur Nobilis quoad pœnas, p. 123 nu. 20

Citatus, & si sit priuilegiatus tenetur cōparere ex Ritu M.C. 230 qui an sit in obseruantia, p. 54 nu. 1. & 2.

Citatio ad informandum relaxari non debet, in causis parui momenti, pag. 292 nu. 7

Citatus ad recognoscendam apocam non potest forum declinare p. 264 nu. 1.

Ciues Ciuitatis, & vicorum idem habent domicilium, p. 332 nu. 14

Ciues Neapolitani dicuntur infantes expositi, p. 339 nu. 32 ibi licet filij expositorum non gaudeāt, vt oriundi, ibidem num. 33

Ciues allecti gaudent priuilegijs ciuilium originariorum, p. 335 nu. 9 & subeūt onera ciuitatis, p. 336 nu. 20 licet secus respectu iurium regularium, & Dohanarum, nu. 21. vide nu. 25

Ciues in dubio. quis præsumitur illius ciuitatis in qua habitare reperitur, p. 336 nu. 12

Ciuitas Neap potest creare ciues per allectionem. p. 336 nu. 19

Ciuitas appellatur cetus hominum iure sociatus p. 103 nu. 5.

Ciuitas non venit appellatione Diœcesis in materia odiosa p. 148 nu. 34.

Ciuis Neapolitanus an dicatur is, qui est ortus extra Ciuitatem Neapolis in aliqua parte, in qua parentes non constituerunt domicilium, sed erant transeuntes, ad tempus trahebant ibi moram, p. 339 nu. 34

Ciuilitas quando, & quibus concedi possit, & qualiter acquisita amittatur, p. 340 sub nu. 39 & an taliter acquisita transeat ad filios, num 39 remissiuè.

Ciuilitas ex quibus contrahatur, & an exterus à Rege assumptus in ciuē Neapolitanum gaudet eiusdem priuilegijs quibus gaudent Neapolitani, si alibi habitent, remissiuè p. 341 n. 41

Ciuilitas acquiritur per translationē Domicilij, dummodo hoc fiat verè, & nō fictè, adeò quod in loco originis conuenire non potest, p. 335 nu. 1. nisi ibi conueniatur, nu. 2. vide nu. 24

Ciuilitas acquiritur adoptionem quæ ciuilitas tamdiù durat, quatenus durat adoptio, ibid. nu 6

Ciuilitas acquiritur per allectionem, ibid. nu. 8. & p. 336 nu. 18

Ciuilitas originis non amittitur per recessionem à patria, & translationem incolatus alibi p. 336 nu. 16

Coitus hodie extra matrimonium est prohibitus p. 204 nu. 4

Collector Apostolicus nō habet ius pro spolijs in beneficijs ad collationem Regis existentibus, p. 250 num. 10

Collegia, & Confraternitates, per laicos reguntur dicuntur sæcularia, p. 158 n. 6. nec pia loca dicuntur, nu. 7.

Collegiū scholariorum dicitur pium, p. 162 num. 12 & quando dicatur religiosum, nu. 13

Collegio Doctorum iuxta opinionem Auctoris competit fori electionis beneficiū, p. 104 nu. 7

Collegio, siue Sedili competit restitutio in inte-

integrum, ibid. nu. 2. 3. 4.
Collegiorum, Vniuersitatum, & Sedilin, ius patronatus, qualiter probetur, ibid. nu. 6.
Communio causæ cum exempto generat exemptionem, p. 189, n. 4
Commensales, & familiares Regis quem Iudicem habeant p. 315 nu. 2
Compromissum petitum contra priuilegiatum qui elegerat forum, in quonam loco sit faciendum p. 277 nu. 15.
Comparens pro suo interesse, non opponit exceptiones declinatorias, p. 270 num. 2 etiam si sit clericus, p. 271 nu. 3
Commutatio voti continentiæ in castitatem coniugalem, nō mutat Regulæ substantiam, p. 185 num. 33
Compromissum vbi est faciendum non debet fieri cum cessionario, p. 216 nu. 10
Conditio actoris non fit deterior ex admissione tertij p. 271 nu. 6
Condemnatus ad relegandum, si post condemnationem per aliquod tēpus in carceribus detineatur id in relegatione cōputatur, p. 124 nu 2
Conditio statim defectum habetur pro defectu, p. 201 nu. 7
Concessum capiti dicitur etiam concessum membris p. 332 num. 14
Concessio Principis facta ciuitati, extenditur ad comitentes, p. 333 num. 19
Concesso castro, dicitur cōcessum, cum adiacentibus, p. 274 num. 16
Concesso castro alicui, & filijs dicitur cōcessum ad nepotes, & ad descendentes, ibid num. 17
Concessio generalis non extenditur ad ea, quæ specialem exigūt concessionē, p 233 num. 15
Concessa iurisdictione cum derogationis clausula, ex certa scientia, cessat fori electionis priuilegium, p. 237 num. 1.
Concesso vno, alicui dicitur concessum omne illud, quod requiritur ad illud, & consequens, volens, vult, & antecedens, p. 31. nu. 9 & 10.
Concesso officio, dicitur concessa facultas, portandi arma p. 31. nu. 11.
Concil. Trid. sess. 24. c. 20. vbi excipit causas, quæ iuxta canonicas sāctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, an possit comprehendere dispositionem tex. in l vni & C quando Imper. inter pupill & vid pag. 34 num. 5 & 6 & p. 35 nu. 13 & 15.
Conc. Trid. considerat, nè litigantes trahātur extra Prouinciam, p. 35. nu. 17
Concil. Triden. non substulit legitimos modos quibus ex iuris dispositione quis sortitur forum p. 36. num. 24.
Concubina priuilegiati non gaudet priuilegio sui concubinarij, p. 204. n. 1.
Concubina clerici qualiter sortiatur forū eiusdem, idem, nu. 2. & 3.
Confessioni partis aduersæ, non statur super titulo clericatus, quoad fundādum titulum p. 152. num. 10
Confessio in instrumento emanata plenè probat pro absentis in connexis, p. 191 num. 16
Confessus per torturam filij dicitur confessus in tormentis, p. 210. num. 20.
Confessio facta coram Iudice incompetenti est inualida, nec sufficit ad condemnandum, p. 12. nu. 16 & 17
Confraternitas, siuè Oratorium, & Extaurita gaudent electione fori, p. 157. nu. 1. sed vide nu. 5. & distingue, vt nu. 8.
Confraternitas, & Extaurita dicuntur, loca pia, & gaudent Ecclesiastico fori, p. 157. nu. 2. & 3.
Confugiens ad cimiterium gaudet immunitate Ecclesiæ, sic etiam confugiens ad porticum Ecclesiæ p. 195. nu. 10. & 11.
Coniuges contraxisse iuxta domicilij viri consuetudinem, præsumitur. pag. 202. nu. 16.
Connexum dicitur quod imperfectionem alterius tendit, p. 194. n. 2.
Connexa reputantur, quorum vnum ab altero dependet, & quæ sint indiuidua, nu. 6. & 8.
Connexum dicitur capitulum quando ipsum solum factum cum suis qualitatibus continet, p. 195 num. 15. & 16.
Connexa vocantur quando vnum est alterius consequens, ibid. nu. 18
Compromitti quisquis cogatur, pag. 22.
Compensatio tunc fit ipso iure si petatur, p. 26. nu 8.
Conseruatorium puellarum gaudet priuilegio electionis fori, p. 156. n. 1.
Conseruatorium assimilatur vniuersitati, ibid. nu. 2. & gaudet priuilegijs piæ causæ, nu. 3
Conseruatorium gaudet immunitate Ecclesiæ, p. 157. n. 7.
Consanguinitas est probanda vbi petitur compromissum, p. 57. nu. 9.
Consentire in Iudicem quis non censetur per cautionem de iudicio sisti. pag. 256. nu. 2.
Consors litis gaudet beneficio electionis fori, dummodo tamen causa sit indiuidua

sit indiuidua, aliàs secus, p.191.n.17.& quare, nu.18 & limita vt pag.192 nu. 24 & 26

Consuetudo est optima legum interpres, p.24 n.8

Consuetudo introducta in ciuitate seruatur in suis vicis, ibid. nu.16

Consuetudo strictè est interpretanda pag. 332. n.15

Constare de Principis voluntate, quando dicatur, p.242 nu.9

Contractus non præsumitur simulatus, p. 252 n.9

Cõtractus simulatus caret consensu, ibid. nu.10.& dicitur pictus, & figuratus, nu.11.

Contra assisia à quo punitur, pag. 342 nu.8.

Contrariorum eadem est disciplina, & ideo argumentum à contrario sensu est validum, p.94 nu.5.& 6.

Contenta sub eadem spe cõnexa dicuntur, p.194 n.5.

Contrahens sortitur forum illius Iudicis in cuius territorio contraxit p 269.n 2 si ibi tamèn reperiatur, nu.4. nisi proprio foro renunciasset, nu.5.

Contractus factus cum pupillo absq; solẽnitatibus quando non claudicet, pag.27 n.12

Contrauenient transactioni quando audiatur acceptis non restitutis, pag.27 n.13

Continuatio possessionis arguit simulationem contractus, p.253 n.14

Contumax non reputatur, citatus à Iudice incompetenti qui non comparuit, p.13 n.18

Contumacia operatur tacitam renunciationem fori declinatoriam p.260 n.3

Contumacia vassalli nõ nocet Baroni, qui potest petere causæ remissionem, ibid. nu.4

Cõtumax regulariter perdit priuilegium declinandi forum, ibid nu.2.

Contumacia personæ priuilegiatæ cõtracta coram non suo Iudice, non facit iuditium in suo foro proprio, p.55.n.5.

Conuenus in loco contractus non declinat forum, p.269 n.1.

Conuersus ad fidem dicitur miserabilis persona, & gaudet fori electione, p.133 nu.1. sed declara vt ibid. nu.4.& seq.

Conuersus de nouo ad fidem, dicitur Neophitus, ibid. nu.4.

Conuersi dicuntur Religiosi, p 170. nu.1. & sunt exempti à solutione collectarũ, p.171.nu.2.& gaudent priuilegio canonis. nu.4.& quando id sit verum, n.10.

Conuersi subijciuntur Episcopis in illis casibus in quibus Regulares subiciũntur, p.171 nu.3

Conuersi repelluntur à successione feudorum, ibid nu.5.

Conuersæ tenentur ad clausuram, ibidem sub nu.5.

Conuersi habent beneficium restitutionis in integrum, ibid nu.6

Conuersi non comprahendũtur sub pragmaticis, & bannis ac statutis laicalibus, ibid. nu.7

Conuersi gaudent beneficio cap. Odoardus, ibid. nu.9.

Correlatiuorum eadem solet esse dispositio, p.202 nu.1.

Incorrelatiuis vno sublato alterum tacitè sublatum censetur, ibid. nu 2

Et vno expresso dicitur alterum expressum ibid nu 3.

Creditor valet renunciare beneficio præuentionis p.41.nu.14

Curator datur capto ab hostibus, p.109 nu.3.

Curia Admiratiæ cognoscit de rebus maritimis, p.341 nu.5.

Curialis trahit etiam priuilegiatos p.323 num.14

Cursores, siuè Nuntij Curiarum Ecclesiasticarum, si sint laici non possunt pro eorum causis eligi forum Principis, licet benè gaudeant priuilegio fori ecclesiastici, p.146 n.45

D

Damnati ad triremes capti ab hostibus si redeant, num captiuitatis tempus imputandum sit, p.111.nu.12.

Damnatus ad carceres habet electionem, p.119 n.1.& amplia p.120 n.9.

Damnatorum ad triremes maxima est miseria, p.123 nu.1.

Damnati ad triremes amiserunt ciuitatem, & libertatem, & mortuo æquiparantur, p.123 n.2.

Damnatus perpetuó ad triremes, an sit successibilis, & possit facere testamentũ & contractus inter viuos, p.123 n.4

Damnati ad triremes perpetuò fiscus, an alij eius consanguinei in successionibus ei proueniendis repræsentent personam, p.123 n.3

Debitor dolosus excluditur à beneficio cessionis bonorum, pag. 346. num. 6.

&

& deducto ne egeat, ibidem num 8.
Debitor carceratus tenetur cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo dare. p.256.nu.5.
Decanus, vel Archidiaconus praesente Episcopo, non habet praeheminentiam in administratione, & gubernio ecclesiae, p.264 nu.16.
Declinatoria fori, an & quando detur aduersus apochas, p.264 num.2.3 4.5.& 6.
Decoctus habet fori Electionis priuilegium p.125.n.1.& declara vt ibid. nu 4.
Decoctus excluditur à successione bonorū, p.125 col.2.nu.4.in fi.
Decocti an gaudeant miserabili beneficio cessionis bonorum p.125.nu.3. & contra eos plures poenae sunt de iure naturae, ibidem num.2.
Decretum in alienatione bonorum pupilli est interponendum cum causa cognitione p.297.n.16.
Decretum requiritur in alienatione rerum furiosi p 117 nu 4.
Decretum Vrbani VIII. circa accessum Regularium ad monasteria monialium comprehendit Milites Hierosolymitanos, p.182 n.15.
Delictum per quos Iudices possunt cognosci p.245.nu.3.
Delictum ab ebrio commissum an puniatur p 126 n.2.
Delictum à furioso patrato non punitur, p.127.n.2.& 3.
Delinquens cum consanguinea spe obtinendi dispensationem pro matrimonio, non gaudet dispensationem p.347.n.16.
Delinquens carnaliter non punitur, p.323. nu.2.
Daemoniacus reputatur miserabilis persona, p.124.col.2. nu.1.
Daemoniaci non possunt ordinari pag.124. col.2.nu.2. & si post promotionem talis morbus superuenerit, an ad alios ordines promoueri debeant, ibid.n.3.
Daemoniacus delinquens an puniri possit. p.125 col.1.nu.4.
Denunciare se ipsum nullus tenetur, nec vxor maritum p.198.num.13.& seq.
Depositarius cogitur restituere depositum per Iudicem, de cuius mandato fuit factum, p.312 nu.2.sed declara vt nu.3.
Destinatio habetur pro re perfecta, p.201. nu.8.
Derogatum non censetur beneficio restitutionis in integrum per generalem derogationem, p.233. nu.13.
Derogatum non censetur priuilegio optandi de beneficia reseruata, nulla de eo mentionem facta, ibid.nu.14.
Derogatio priuilegiorum, quorum specialis mentio facienda esset non comprehendit priuilegium eligendi forum, pag. 235. num.6.
Derogatio expressa est necessaria, ad hoc, vt comprehendatur priuilegium Electionis fori p.239.nu.3.
Dictio (omnis) est vniuersalis, & nihil excludit, & comprehendit ea, quae alias nō comprehenderentur, p.35.n.21.& 22.
Dictio (praesertim) quid importet p.2 nu.33 34 & 35.
Dictio (sui) in priuilegio Principi, augmentatiuè interpretatur, p.274 n 13.
Dictio (prout) qualiter intelligatur in beneficijs Principum, ibid, nu.14
Didacus Castagnonus Patritius Hispanus Excellentissimi Ducis Albae olim Regno Proregis Secretarius, & Auctoris Auunculus memoratur, pag. 178. nu.9.
Diffinitio in iure est periculosa, p 64.col.2. nu.1.
Dilatio ad Dominum concludendum Procuratori absentis datur, p.345. nu.3. nisi petatur malitiosè ibid.
Dilatio ad probandum morbum, quae dari debeat, p.82.n.6.
Dilatio concessa debitori non prodest fideiussori p.224 sub nu.17.
Dilationes omnes sunt cohortandae vbi agitur de alimentis, p.298.sub num.23.
Dilatio quinquennalis qualiter concedatur, p.263.n.1. & quid si debitor non asserat velle cedere bonis idid.nu 2.
Dispensatio non cessat cessante causa dispensationis p.267.n.10.
Dispensatio quoad bigamiam á quo sit impartienda, p.146 n.24.
Dispensatio valet, si error committatur in nomine illius, cui impetratur illa, p.241. nu.7.
Dispensatio debet esse in specie derogatiua Bullae Clem.VII p.233 n.11.
Dispositio generalis, parua, non comprehēdit, p.292 n 8.
Dispositio l.nullum de iudi.adducitur, pag. 191 n.19.
Dispositio Principis generalis, generaliter est intelligenda, p.273.n 8.
Dispositio dicitur fauorabilis si per eam quieti litigantium consulitur, pag. 277. n.12
Dispositio S.C.T. cap.16.de regul.sess 25 est seruanda per Milites Hierosolymitanis vbi

obi volunt disponere,p.181.nu.13
Distributiones quotidianæ competunt Canonico,qui sua culpa ægrotat, pag.344. nu.4.
Diuitiæ honorem præstant,& afferant nobilitatem,p.113 n.8
Diuitiæ in matrimonijs , & in singulis negotijs locum habent p.114.n.10.
Diuiti triste est,absq; harede decedere.p.2. n.2.
Diuisio quid operetur p.2.n.11.
Diuisa magis clara,& facilioris capacitatis euadunt,p.3.num.13.
Diuturna carceratio prohibetur, pag.120. num.6.
Dobanerius habet iurisdictionem etiam contra Neapolitanos,p.305 sub n.3.
Doctrina incipit à cognitione vocabulorũ, p 67.n.2.
Doctores sunt immunes ab hospitijs , sic & eorum fratres,p.219.n.3. & habitantes nu.4.Sed quid in casu necessitatis, ibid. num.6.
Doctoratus est dignitas , & trahit nobilitatem,p.122.n.19.vbi multa habes circa materiam Doctorum.
Doctorari iurans in aliquo loco,si superuenerit pestis excusatur,p.20. nu.25.
Doctores supernumerarij non habent vocem in Collegio,p.283.nu 9.
Dolor semper fatigat Auarum , pag. 94. nu.1.
Dolus nõ debet reportare commodum, p.19 n.19.
Dolus facit cessare priuilegium. pag. 346. nu 5.
Domestici qui dicantur, p.319.n.3.
Domiciliũ acquiritur animo perpetuo permanendi in aliquo loco , & in tantum requiritur habitatio per decennium in illo loco ad finem acquirendi domicilium quatenus aliunde non constet verus animus illius acquirendi, p.335 n.3.
Domicilium solo die constituitur vbi de voluntate apparet,p.335.nu.3.
Donatio facta filio familiæ causa studij valet p.162.n.8.
Donationes factæ non solùm reuocantur ex causis à iure expressis.sed etiam à similibus,p.62 n.6.
Donationi inofficiosæ etiam cum iuramento pater renunciare non potest , pag. 42. nu.31.
Dotis causa dicitur pia,p.138.num.13. & quando secus, nu.18.
Dotis causa non comprahenditur generali dispositione,p.233.n.10.
Duo rei debendi beneficio diuisionis renunciant,p.41.n.17.
Dux de Alcalà laudatur,p.114.n.11.

E

Ebriosus connumeratur inter personas miserabiles, & ad ordines non ascendit,p.126,nu.1.& 4.
Ebriorum nulla ratio,& nullus consensus, p 126. n.3.
Ebrius ex fideiussione non tenetur,& an faciat testamentum,p.126. num. 5.solitus inebriari , si sit Religiosus non potest eligi superior p.126 n.6.
Ecclesia gaudet fori electione, quia reputatur miserabilior inter miserabiles,quoad priuilegia,p.134. n.1.& 2.
Ecclesia vtitur iure minorum, ibid.n.4.
Ecclesia eligit forum tàm si agat , quàm si non,imò etiam si agat ad distractum, p.135.n.5 & 6.
Ecclesiæ appellatione continet omnis locus pius,p.135.nu.3.& 5.
Ecclesia potest beneficio restitutionis in integrum,sic etiam & pia causa, p.136.n.6. & 7.
Ecclesia aduersus aliam, priuilegio non vtitur.p.323.n.10.
Ecclesiæ fauore,quod conceditur fauore publico non denegatur.p 157.n.5.
Ecclesiasticus laudatur in Authorem , an possit declinare forum, p.275.n.2.
Ecclesiasticus succedens laico quando tenetur sequi iudicium iam captum,p.262. n.12.
Ecclesiastici non habent electionem fori ecclesiastici , nisi dati violentia laicorum. p.35.nu.16.
in Ecclesia Cathedrali Neapolitana adsūt Canonici insigniti titulo,& nomine Cardinalium p 148.n 42.
Effectus ciuis per priuilegium Regis, etiā respectu districtuum Regiorum est immunis.p 337.nu.23.
Effectus causa consumata non cessat cessante causa,p.267.nu.7.& p.268.nu.17.imò etiāmsi inchoata nu.8,
Electio fori cessat quando Barones habent derogationem cōtra priuilegiatos.p.242. n.5.sed limita vbi Baro haberet aliquid interesse in causa, p.243.n.6.
Electionis fori beneficium competit vbi quis pendente lite efficitur persona miserabili, p.249.n.1.
Electio fori datur priuilegiato etiam ex iure cesso , quamuis cessio sit ex causa lucra-

eratina, pag.251.num.1. & 2. at secus si cessio appareat facta in fraudē, pag. 251 n.3

Electio fori competit tam in causis ciuilibus quam in criminalibus, p.244.nu.1. quid quid contrarium, nu.3. etiam si delicta sint parua, nu.20. vel si agatur ex officio nu.21.

Electionis fori priuilegium quorsum tēdat, p.244.n.2.

Electio fori cessat in crimine rapti, pag.247 n.22. vel in crimine haeresis, nu 23

Electio fori denegatur in casibus in quibus spiritualis Iudex est deputatus, p.341. nu.1.

Electio fori non competit miserabili personae casualiter offensae p.343.n.1.

Electio fori non datur contra curiales Tribunalium, p 311.num.1. sed declara non procedere quoties non assistunt Tribunali, nu 5.

Electio fori non allegatur contra commensales, & familiares Regis p 315 num.1. etiamsi absēnt, num.4 & qui pro negotijs, nu.5.& 10.

Electionis fori beneficiumq; non potest allegari á Iudaeo, p.320.nu.1. nec ab Infideli nu.3.

Electionis fori beneficium cessat inter aequales, nam conquossantur priuilegia, p.321. n.1.& amplia, vt nu.12.& 13. sed iure communi distingue sub nu.14 vsq; ad 23.

Electio fori cessat in causis Neapolitanorū, p.329.n.1.

Electi ad aliquē honorem in Ciuitate Neapolis gaudent illius Ciuitatis priuilegijs p.330.n.7.

Electio fori competit miserabilibus, qui propria culpa in miserabilitatem inciderūt, p.114 n.1.

Electio fori cessat quando apparet priuilegiatas personas, id agere causa defatigādi collitigantes. p.345.nu.1.

Electio fori competit clerico, non solum si sit offensus in propria persona, sed etiam in agendo pro iniuria facta consanguineis, p.142.n.14.

Electio fori competit Monti Pauperum, siuè Pietatis, p.160.num.1.

Electio fori competit oblato, p.169 nu.1. sed declara vt nu.4.& 6.

Electio fori datur priuilegiatis, non obstante quod Baro habeat primas, & secundas causas, p.232.n.1.

Electiones fori competunt vassallis qui sūt priuilegiati, p.235. n.1.

Electio fori cessat in causis minimis, p.291. nu.1.

Electio fori non datur in causis exequutiuis, p.295.n.1.

Electio fori non competit priuilegiatis in causa feudali, p.301.n 1. & secus de iure communi, p.301.nu.5.

Electio fori cessat in causa reconuentionis, p.303.nu.1.

Electio fori spectat ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conuenire coram pluribus Iudicibus, p 271. nu.1. in alternatiuis electio est rei conuenti ibid. nu.3.

Electio fori datur vbi miserabilis persona esset laudata in Authorem, p.275 n.1. ad contrarium, num. 3, & declara vt nu.8. 9 & 10.

Electionis fori beneficio renunciari an possit, p.39 nu 1.& p 41.n 10.

Electio fori, & variatio à personis priuilegiatis potest opponi in quacumque parte iudicij, p.50 nu.4.5.& 6.& amplia. p.51. nu.11

Electio fori cessat, vbi agitur de causa quinquennalis dilationis, p.262.n.3,

Electio fori facta non cessat cessante causa miserabilitatis p.266 n.1. quidquid contrarium nu.2. etiam si non fuerit lis contestata. p.268.n.20.

Electionis fori priuilegium non potest allegari in causis officialium, p.282.nu.1. nisi actu non seruiant. vt p.284. n.11.

Electio fori non potest opponi vbi agitur de liquidatione instrumentorum, pag.288. nu.1.

Electio fori an detur vbi pro Parte aduersa petitur compromissum p.276.n.1.& 4 & p.177.n.13.

Electio fori denegatur excōmunicato, pag. 278.n.1.

Electio fori non datur in Tribunalibus Ecclesiasticis sicut in Tribunalibus secularibus. p.34.n.1 & p 35 n.18.

Electio fori facta statim sunt ligata manus Iudicis. p.52.n.1.

Electio fori cessat in casu obligationis cameralis. p.255.num.1.

Electio fori datur priuilegiato, & si penès acta alicuius Curiae praestitisset Procuratorem. p.259.n.1.

Electio fori quid sit, p.4.n.2.& p 5.n.6.

Electio fori facienda est coram Iudice competenti, qui habeat potestatem in conuentum, alias non valet vnde eligens forum Regiam Audientiam, Prouincia non suae non auditur, p.11.n.12.& p.13. n.20.

Electio fori à Curijs Ecclesiasticis facienda est in Curia Romana, vel saltem illustrissimi Nuntij.p.14.n.25.
Electio facta de clerico ad cappellam variari non potest, si interuenerit iuramentum,p.18.n.13.
Eligens sepulturam cum iuramento, illam mutare nequit,p.18.n.14
Emptores à fisco Iudices fiscales habent pro re empta p.290 n.4.
Emphiteuta cessans à solutione canonis quãdo cedat à iure suo, p.26 n 5.& quid in feudatario committente fellonĩam, nu.6.
Eo modo quo iudicatur de Ciuitate,iudicatur de toto termino, & territorio illius Ciuitatis,p.331.nu.12.
Episcopus non potest esse Iudex vbi tractatur de proprio quaestu, p.310 nu 4.
Episcopus quando non vtatur roccheto,& mantello p.247.n.19
Episcopus dicitur caput Clerici.p 147.n.27 nec comprehenduntur sub generalitate, nu.18.& dicitur esse in culmine dignitatum, nu 29 & 30.
Episcopi disponunt ad pias causas per decedentibus ab intestato.p.166.n.9.
Eremita dicitur persona ecclesiastica. pag. 176.nu.1.& gaudet priuilegijs clericorũ nu.2. & forum ecclesiasticum sortitur, sed vide nu.6.
Eremita obseruat in professione dispositionem Concilij sess.25.de regul. c.10. ibid. nu.5.
Eremita vnde dicatur.p 177.n.1.
Eremitarum genus duplex, ibid. n.2.3..8 & 9.
Eremita qui nullam profitetur Religionem ibid. nu.4. nec habent certum modum ab ecclesia approbatum, subsunt Curijs saecularibus & sunt subiecti oneribus.p. 178.n.5 nec gaudent priuilegio canonis, nu 6.
Eremita profugus vocatur,qui nullo subest superiori,ibid.n.7.
Error nominis vitiat dispositionem nisi aliter constet de voluntate legantis, p.241. n.3.
Error in nomine non obest vbi constet de corpore beneficij, ibid.n.5.
Error nominis, vel cognominis resignantis non vitiat publicationem, ibid n 6.
Error dioecesis,quando vitiet gratiam,ibid. n.8.
Executio post tres conformes sententias, quando non fiat, p.26.n.9.
Exceptio debet proponi per excipientem, vt prosit.p.27.num.14 & 15.
Exceptio opposita habetur pro prolata, quo vsque eius probatio pendet,pag.36. n.3.
Exceptio declinatoria fori, an censeatur reiecta per processum ad vlteriora, p.37. n.4 & vnde,nu. 5.& 6. vbi conciliationẽ opinionum reperies.
Exceptio declinatoria fori in causa reconuentionis non opponitur, p.305.num.2. etiamsi Iudex conuentionis sit incompetens. nu.3. & etiamsi priuilegiatus vellet à sua petitione desistere, pag. 306. n.4.
Exceptio declarat regulam, p.35.n.4.
Exceptio vsurarum competit fideiussori, p. 221.n 11.
Exceptio quod metus causa competit fideiussori.p.222.nu.13.
Exceptiones competentes principali iuuant fideiussorem p.222 n.14.& ibid. n.19. & etiam principali inuito. ibid.n.14.
Exceptio remissionis mercedis competit fideiussori.p.222.n.18
Exceptiones eius personae cohaerentes prosũt fideiussori quando alias inutilis redderetur exceptio,p.223.nu.20.
Exceptio personalis,non competit fideiussori. ibid.n.21. & 23.
Exceptio declinatoria fori est personalis, p.225 n.8.
Exceptio cohaerens personae & non rei. non transit in singularem successorem, ibid. nu 9.
Exceptio vbi non officiat obligationem, sed repellit personam,non obstat cessionario, ibid.n.11.
Exceptio notoria admittitur aduersus censum bullarem,p 58.n 21.
Excipiens de non numerata pecunia probare debet.p.57 n.8
Exceptio illegitimitatis personae nunquam respuitur p 56 n.4.
Excipiens clericum eligendum ad beneficium non esse legitimae aetatis, debet probare minorem aetatem, p.70.n.5.
Excipiens non esse locum restitutioni in integrum,debet probare maiorem aetatem, p.70.n.4.
Exceptiones quantum fieri potest restringendae sunt,p 33 n.6.
Exceptio concessa fratribus minoribus,non extenditur ad sorores eiusdem ordinis, p.33.n.10.
Exceptio cautionis expensarum datur reo, p.257.n.1.
Exceptio ne quis tentatur,vltra quã facere potest

potest opponitur etiam post sententiam, p.50.n.7.
Exemptio opposita in vim declinatoriæ opponi potest quandocumq; p.50.nu.10.
Exemptio est cōtra ius commune, & ideo odiosa, p.32 n.3.
Exemptio quæ principali competit, debetur etiam fideiussori, p.221. n.6.
Exemptus vigore Cameralis obligationis, an cōueniatur coram Ordinario, p.256 n.7.
Excommunicatus actiua, & passiua participatione Sacramentorum priuatur, p.278. n.3.
Excommunicatus diuina officia, & Missam recitare nequit. ibid n 4
Excommunicatus nequit esse tutor, p.279. n.6.
Excommunicatus non potest in iudicio comparere ibid n 9.
Excommunicationis declaratio quando fieri possit non citata parte. p 58.n.19.
Ex impotentia arguitur voluntas, pag 34 n 8.
Exponentes partus feris peiores reputantur, p.83.n.4.
Expressum aliquid esse, & haberi pro expresso diuersificantur, p 236.n.4
Expressum continetur sub generalitate, p.234.n.21 sed quādo id procedat, ibid. n.22.
Extaurita, & Confraternitates visitantur per Episcopos p.158.n.4
Extensio fit in fauorabilibus, licet lex taxatiuè loquatur. p.122 n.16
Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam non datur. p 142.n.9.
Exclusio inducta à statuto non extēditur nisi ad expressum. p.142.n.9.

F

Fabrilignarii, & ferrarij quando expelli possunt à loco, p.162.n.11.
Facultates Auditoris Cameræ ad quemnam extendantur, p 255.n.3
Facultates Auditoris Cameræ continent derogationem omnium priuilegiorum, ibid nu 6
Falcidia nō detrahitur ab ecclesia p.322. n.8. nec de legatis ad pias causas, ibid. n.9.
Fama vt probet clericatum debet esse antiqua, p.152.n.18.
Familiaritas ex discessu à Curia, an amittatur & familiaritatis continuatio an præsumatur, pag 318.num.14.
Familiares dicuntur à familia, ibidem nu 1.
Familiaritas duplex, ibid.n.2.
Fatuus dicitur miserabilis persona. reputatur minor, & in alienatione eius bonorum requiritur Iudicis decretum, p.131.n.1. & 2 Testari nequit, ibidem nu.3.
Fatuo competit primum, & secundum beneficium. ibid.n 6.
Fatuitas debet esse vera, & grauis vt operetur, ibid.n.4 & 5.
Fatuitas quandoq; leuis, & quandoq; grauis. p 132 n.4
Fatuus quinam dicatur, ibid.num.1.2.3. & 4.
Fauore publico est habenda ratio, p.156.
Fœmina non excluduntur in Regno masculis nolentibus, p.27.n.11.
Feuda omnia à Rege concessa possunt dici nobilia, & ligia, p.304.n.19
Feuda quaternata sunt ad instar prædiorum & stipendiarum. p.304.n.22.
Feudalis causa tractatur in Regia Camera, p.302.n.3.
Feudum est duplex proprium, & improprium, ibid nu 23.
Feudum quaternatum quid sit, p.303. à n.1. vsque ad 15.
Feudum quaternatum vbi. ibid.nu.2. & quare registrabantur, ibid.
Feudum nouiter factum, & per Regem concessum, potest esse quaternatum, ibid. n.11.
Feudum quaternatum non potest haberi nisi à Principe, & cum titulo, ibidem, n.13.
Fideiussor renūciare potest beneficio auth. præsenti C. de fideiuss. p.41.n.16
Fideiussor dicitur vna, eademq. persona cum principali. pag.221.n.1.
Fideiussor pro iudicij assecuratione potest carcerari, ibid.n.2
Fideiussor in duriorem causam non obligatur, ibid.n.4.
Fideiussor non extenditur vltra contractus naturam. ibid.n.5.
Fideiussoria obligatio est accessoria principali. ibid.n.3.
Fideiussor filijfamil. iuuatur Macedoniano, ibid. n.7. & sic in Velleiano procedit, ibid.n.8.
Fideiussor circa euictionem habet priuilegium principalis. ibid.nu.12

Hb Fidiuss-

Fideiussor miserabilis persona non gaudet fori electione p 223 n. 22.
Fideiussor clerici non gaudet priuilegio fori p 224.n 24.
Fideiussor clerici laicus non gaudet beneficio cap. Odoardus. p.224.n.27
Fideiussor pro reo aliquid in officio soluens pro eo potest reum in eo officio conuenire. p.290.n. 5.
Fides denegatur excommunicatis, p.279. n.7.
Fides Electorum, & Ciuitatis Neap probat ciuilitatem ipsius Ciuitatis, p. 340. n.38.
Filia renuncians cum iuramento prauiuentibus fratribus, si illi moriuntur an succedat non obstante iurata renunciatione p.20 n.27.
Filiatio ex parte patris est difficilis probationis p.217 n 2
Filiatio multifariam contigit probari, ibid nu 3 & qualiter a n.4 vsq; ad 11.
Filiatio non probatur per modos de quibus supra, nisi alia insit adminicula, p. 218.n 12.
Filiatio diligenter est probāda vbi agitur de petēd. hereditate patris. p 21.n.13
Filiatio probetur quid sit articulandum, ibid. num. 14
Filiationis fama vbi viget quis consistitur in quasi possessione filiationis p.217 n.5.
Filius in vita patris non habet ius praesentandi p 205 n 7.
Filius potest iurare loco patris praedefuncti p 206.n.8.
Filius vtitur priuilegio fori quo & pater & mater. pag.207.num.1.& pag 210. n 22.
Filiorum causa dicitur causa patris pag. 208.n.6.
Filius repraesentat patris personam, ibid. n.7.
Filij eorum qui cesserunt bonis conuenti vti haeredes gaudent cessione bonorum, ibid. n.8.
Filius dicitur dominus in vita patris, ibid. n.11.
Filius dicitur venire ad bona paterna continuatiuè p.209.n 14
Filius patrem haereticum denunciare non tenetur, ibid. nu.17.
Filij aliquando puniuntur ob causam patrum. p.210.n.21
Filius quis dicatur, & an naturalis quoad commoda veniat appellatione filiorum, p.211.per totum.
Filius quando dicatur habitare cum patre, p.215.n.57
Filius potest carcerari ad instantiam patris, p.216.n.61
Filiusfamil. qui dolo versatus est priuatus beneficio quod cum eo p.346.n.7
Filiusfamil non vtitur beneficio Macedoniani contra alium filiumfamil. pag. 322.n.6
Filius non solum ex causis enumeratis in auth vt cum de appellatione cognoscitur §. aliud quoq; capitulum exhaeredari potest. sed etiam ex similibus. pag.62 n 3.
Filij expositi sanguinolenti appellantur, p.83.n.5.
Filius subrogatur in locum patris, p.227 n.21. & quando id procedat, pag. 228. n 22
Filij Militum Hierosolymitanorum dicuntur incestuosi, sic etiam & filij fratrum Capellanorum, p.180.n.7. In fiscalibus cessat fori electio, pag. 289. n.1.
Fisci priuilegium transit ad fideiussores, p.121.n.10.
Fiscus in causis fiscalibus habet Iudices speciales, p.289.n 2.
Fiscus in Authorem laudatus vtitur priuilegio fori, ibid.n. 3.
Fiscus non tenetur instantia capta per priuatum suum authorem, pag. 290. n.6.
Fiscus appellans à sententia lata contra priuatum suum authorem, non immutat Iudicem sed prosequitur coram iudice appellationis, p.291 n 8
Fiscus non trahit personas ecclesiasticas, ibid.nu 9
Fiscus quando assistat tantum liti, nec potest causa remissionem petere, ibidem, n.10.
Fori declinatoria non habet locum in causa feudali, p 302.n.2.
Fori electio cessat contra locatos Regia Dohana, p.304 n.1.
Fori priuilegiū non amittitur per cautionem de soluendo iudicatum p.256.n.3.
Fori priuilegium non potest allegari à depositario. p.312.n.1.
Fori clericatus priuilegium concernit factum superioris. & ideo renunciari non potest, p.42.n.27.
Fori declinatoria debet opponi in ingressu iudicij, p.49.n.1.

Foriu-

Foriud. icationis sententia suspenditur per exceptionem clericatus, p. 141. n. 5.
Forensis, & alienigena quinam vocetur, p. 109. nu 3 & 4 & an differat à peregrino. ibid n. 4.
Forum eligi potest etiam in secunda instantia, & qua ratione. p. 51. n. 15 & 15.
Forum declinare non licet priuilegiato succedenti litis captæ cum defuncto, p. 260 n. 1. & quid. si lis non sit contestata cum defuncto p. 262. n. 11. & quid si instantia esset perempta, ibid. num. 13. & quid si esset nulla, ibid. nu. 16.
Forum quis sortitur ratione delicti. pag. 244. nu. 4 & ideo delinquens est remittendus ad locum delicti, nu. 5.
Forum quod est declinabile à defenso, nō potest declinare à defensore, pag. 275. num 5.
Frater quando alterius fratris beneficio vtatur. p. 219. n. 1.
Fraternitas probatur per famam, & per traslatum p. 220. nu. 1.
Fraternitas probatur eisdem modis quibus & filiatio, ibid. n. 2
Fraternitas ex numeratione probatur, ibid. n. 3
Fraternitatis in quasi possessione existens reuelatur ab onere probandi, ibidem, nu 4.
Frater pro honoris proprij defensione occidens post lōgum tempus stupratorem sororis, extraordinaria pœna punitur p. 142. n. 16
Fratres S Ioannis insigniti media Cruce alba non dicuntur religiosi, pag. 185. n. 34.
Fraus in dubio non præsumitur, & ideo excludenda est, p. 25. n. 14
Fraus, & dolus nulli debent patrocinari, p. 345 n 2.
Fraus præsumitur vbi contractus est inter consanguineos. p. 253 nu. 13
Fructus de breui colligendi habentur pro collectis, p. 201. n. 10.
Fructus beneficiorum sunt bona ecclesiastica. p 145. nu 21.
Fraudes inter partes in reuariatione, quādo præsumatur, p. 306. n 4.
Furiosus reputatur miserabilis persona, p. 126 n. 1 & pag seq. n. 2. Gaudet fori electione. si non habet dilucida interualla, p. 127. n. 2. & p. 128. n. 11. Dicitur infans, & non potest matrimonium contrahere. p. 127 n. 3. & si ecclesiasticā personam percusserit non incidit in excommunicationem. & nec in pœnam temporalem, ibidem.
Furiosis communicantur priuilegia minoribus concessa. p. 127. n. 6.
Furiosus mentecaptus, & demens, sunt idem, p. 127. n. 9.
Furiosus præsentare in iurepatronatus prohibetur, at secus si habeat dilucida interualla. & idem est in renunciatione beneficij facta à furioso. p. 128. n. 12. & 15.
Furiosus non habens dilucida interualla fideiubere prohibetur. p. 128. n. 16.
Furiosus non habens dilucida interualla, nec doare, nec testamentum facere pōt, p. 128. n. 13 & 14
Furiosum alias dicens esse, probare tenē tur. p. 129. n. 3
Freneticus habetur vti furiosus. pag. 128. n. 10
Furoris existentia est probanda tempore actus, p. 131. n 14.

G

Generalis clausula promittens habere ratum, gratum, & firmum, non tribuit ea, quæ requirunt speciale mondatum. p. 44 n 47.
Genus regulariter includit omnes species etiam si in vna specie maior sit ratio quam in alia p. 61. n. 1.
Giurba consil. crim. 77. n. 20. reiicitur. pag. 184. n. 30
Glo. in l. cum de lege ff. de prob. declaratur p. 116. nu 13.
Grauatus in vno, debet reuelare in alio. p. 122. n. 18.
Grues ordine vtuntur vna post aliam incedendo. p. 2. nu. 9.

H

Habens domum in Ciuitate Neap. & vxorem Neapolitanam dicitur ciuis illius Ciuitatis, p. 337. n. 22. & ibid. nu. 23. ita quod non potest renunciari, ibid. n. 26. quod procedit etiam si domus esset dotalis p. 338. n. 31. vel si esset recepta in emphyteusim. ibid.
Habens vxorem Neap. & domum propriam, an dicatur ciuis ipso iure ante petitionem p. 340. n. 36.
Habilitas personæ requiritur in iudicio etiam in præsentatione iuris patronatus, p. 56. n. 2. & 3.
Habitatores vicorum dicuntur vicini ciuitatis. p. 331. n. 11.

Habitantes in Casalibus gaudent priuilegijs ciuitatis p.332.n.18.

Habitum clericalem suscipiens pendente iudicio muta forum p 249 n 3.

Habitus oblatorum qualis sit, pag. 170. n.7.

Hæres sequitur forum defuncti pag.261. nu.2 & dicitur eadem persona cum defuncto, ibid.

Hæreditas iacens assimilatur pupillo, & ideo habet beneficium electionis fori, & restitutionis in integrum, p.105. nu.1. & 3.

Hæreditas iacens repræsentat defuncti personam, ibid n.4.

Hæreditas priuilegiati gaudet priuilegio sui Domini, p.106.n.5.

Hæreditas iacens an sit persona vera, ibid nu.7.

Hæredum vnum vbi contrauenerit contractui ratione metus, vel doli rescinditur contractus quoad cæteros, p.194. nu 7.

Hæreditas venientibus ab intestato debetur vbi instituitur spurij. p.213.nu.43. & intra quod tempus talis institutio sit reuocanda, ibid n.44. & an termino elapso purgari possit mora, ibid n.45

Homagium datur primogenito Regis, p. 209.n.12

Homicidium permittitur ad honoris defensionem p.157.n 6.

Homines casalium Neap gaudent priuilegijs Neapolitanorum, p.331.nu.9

Honor dicitur maximum bonorum, & æquiparatur vitæ, p.156 sub nu.1.

Hospitale cõtinet sub se miserabiles personas p.153.n.2

Hospitale iure minoris gaudet ibidem n.5.

Hospitale gaudet beneficio inuentarij ne teneatur vltra vires, p.154 n.9

Hospitale erectum absq; authoritate Epi*scopi dicitur locus pius. ibid.n.12*

Hospitale erectum absq; Episcopi *authoritate potest ab Ordinario visitari, p. 155 n.14. nisi tantum viuat fundator, n.20.*

Hospitale non venit appellatione ecclesiæ vbi sumus in odiosis. p.153 n.16.

Hospitale vtitur priuilegio electionis fori. p.153.n.1. etiam quod non sit erectũ authoritate Episcopi, *p.154.nu.11. sed declara, vt nu.18. & 19*

I

IOan. Dominicus Nouarius Authoris Genitor memoratur, p.281.n.3.

Infans expositus dicitur miserabilis persona, & potitur priuilegio electionis fori, & quare, p.83.n.1.

Infantes expositi a quo ali debent, pag.83. n.3.

Infeudatio castri cum omnimoda iuris distinctione, quidnam comprehendat, pag. 233.n.17.

Inferior ex priuilegio habens ius instituendi, an possit præsentatum examinare, p 31.n.11.

Infidelis baptizatus Neapoli dicitur ciuis Neapolitanus p.338 n.28

Impedito non currit tempus appellationis quando protestationes interuenerunt, nisi impedimentum esset notorium, p.58 n.17. & 8.

Impetrans Iudicem illum respuere regulariter nequit. p.310.n.2.

Immunitas vigore duodecim liberorum suffragatur patri, & matri, pag. 206. nu.14.

Immunitas concessa trahitur ad eorum filios, p-208.n.5.

Immunitas hospitandi concessa clericis extenditur ad fratres p.219. nu.2. sed quid seruetur in Regno, ibid n.5.

Immunitate Ecclesiæ quando quis non gaudeat ex delicto ibidem patrato, p. 346. n.12.

Inhabilitas superueniens post consummatum actum non nocet, p.267.n.7.

In dubio non præsumitur renunciasse alteri causæ, si quis expresserit vnam ex duabus causis competentibus sibi, p.46.n.10.

In exempto versetur fauor nedum exempti, sed etiã superioris qui eximit, p.42. n.28.

In facto ambiguo nunquam præsumatur introducta renunciatio. p.46.n.11.

Infirmitates qualiter probentur. p.81.n.2. & 4.

In generali loquutione non veniunt personæ magnæ authoritatis, p.147 n.31.

Iniuria facta vni de familia, censetur facta toti familiæ. p.142 n.15.

Initiatus prima tonsura dicitur clericus, & gaudet singulis priuilegijs clericatibus. p.141.n.4.

Initium incursæ censuræ est attendendũ, p.167.n.7.

Iniuria

Iniuria facta vxori dicitur facta viro, p. 198 n.10.
Iniuria grauis,quæ dicatur,remissiuè, p. 295.n.12.
Inquisitores sunt Iudices omnium causarum illorum qui sunt reconciliati Ecclesiæ, p.163.nu.2. siuè sint illi actores, siue rei nu.3.
Interdictis clericis non censentur interdicti regulares,p.148 nu.37
In renunciatione generali iurium de futuro semper intelligendum est de iuribus quæ habent causam de præsenti, p. 45.n.7.
In renunciatione nō veniunt nisi ea quæ expressa sunt,p. 46.nu 6.
Inordinatè procedens dicitur ponere habenam in cauda,p.2.nu.6.
Instantia iudicij per priuatum non obligat fiscum successorem , pag.290. nu.7
Insordescentia mensalis in excommunicatione est punibilis p.279 num.10 sic etiam & annalis,n.11.
Institutio si ij in re certa valet,sed exhæredatio no,p. 73.n.10
Institutio facta spreto patrono, quando sit inualida, p.25 nu.1.
Institutio omnis debet à definitione proficisci p.4 n.1.
Instrumentū contra parentes non liquidatur,p.206.nu.13.
Instrumenta confecta per Notarios vassallos fidem non faciunt,p.63.nu.10.& amplius nu 11.
Insigna,& arma inscripta in aliqua Cappella,an probent ius patronatus,p.130. nu.7.
Interdicta ciuitate, Nouitij interdicti nō censentur.p 166.n.4.
Ioa.Dominicus Nouarius Authoris Genitor memoratur p 66.n.8.
Irregularis dispēsatus ad ordines,ob paupertatem licet cessit illa causa, non potest ordinari, p.267.n.11.
Iudex incompetens quicquid agit nulliter facit p. 12.n.15.
Iudex si post subscriptam sententiam , & Actuario causa allegetur suspectus, debet supersedere in eius publicatione, p.15.n.35.
Iudex ecclesiasticus adiri potest pro consequendis alimentis, p.338.num.10.sed quando, nu.11.
Iudex à quo valet statuere terminum litigantibus,p.53.n.1. An possit præfigere terminum ad prosequendam appellationem,ibid.n.2 & 3. Et qualis debet esse terminus ad comparendum in Tribunali electo declaratur,nu.6.
Iudex à quo potest mandare exequi sententiam post lapsum terminum datum ad prosequendam appellationem, p.53. n.5.
Iudex ordinarius si sit negligens potest quis in ius vocari extra Prouinciam, & pro primis causis potest adiri Archiepiscopus Episcopo negligente, p.6. nu.15.& 16. etiam pro erigendo Seminario,nu.17.
Iudex alias incompetens ratione delicti efficitur competens p.244.n.7 & puniri potest,& de ratione, num.9.10.11. & 12.
Iudex delicti potest requirere Iudicem originis,vt capiat delinquentem, & sibi remittat, prout remittere tenetur, p.246.n.14.& 15.
Iudex alias incomptens , ratione salarij sit competens,p.288.nu.1.
Iudex causæ principalis est Iudex accessorij, ibid n.3.
Iudex à quo potest cognoscere de causa non obstante auocatione , si illa sit modici valoris,p.291.n.2.
Iudex in causa propria quis esse nequit, p.310.nu.2.
Iudea nouiter baptizata dicitur miserabilis persona, & gaudet fori electione, p.133.n.3.
Iudei non dicuntur esse in ecclesia Dei, p. 320.n.2
Iudicis arbitrio relinquuntur , quæ sub certa regula claudi non possunt,pag.62 n.4.
Iudicis iurisdictio suspenditur per exemptionem electionis fori, vnde nequit ad vlteriora procedere,p.36.n.1.& 2
In iudicijs quasi contrahitur , pag. 261. n.7.
Iudici consentire non videtur , qui cautionem expensarum dedit , pag. 257. n.2.
Iudici consentire nec dicitur qui sportulas illi tradit, p.258 n.2.
Iudicium incipit à litis contestatione , p. 168.n.21.
Iudicium coram eodem Iudice perfici potest stante clausula reseruatiua.p.314. n.4
Iudicium vbi captum est finiri debet,p.7. n.19.

Iuramentum perborrescentia requiritur in electione, & variatione fori facienda, & praestandum est eodem tempore, quo fit electio, pag. 8. n. 2. & pag. 9. nu. 4.

Iuramentum perhorrescentiae fundat iurisdictionem Tribunali electo, pag 9. nu. 5.

An admittatur probatio in contrarium adversus hoc iuramentum p 9 nu. 6. & p. 10. n 8. & p. 11. n. 11.

Iuramentum dicitur certior probatio eorum, quae in animo consistunt, & quae à cōscientia dependent, ex qua conclusione Author ad multa infert, pag. 10. nu. 7.

Iuramentum non firmat contractum in tertij praeiudicium, p. 41. n. 33

Iuri in sui, & alterius fauorem inducto, nemo renunciare potest p 42. n. 30

Iuramentum facit actum alias infirmum & reuocabiliter, firmum, & irreuocabilem, p. 17. n 8.

Iurans non contrauenire venditioni, priuatur beneficio l. 2 de rescin. vend & beneficio restit. in integrum, p. 17. num. 9. & 11.

Iurans non exire à domo, citatus à Iudice potest exire, p 20 n. 26

Iurare potest habens principale mandatū p. 31. n. 15.

Iurisdictio vbi est concessa motu proprio adhuc electionis fori beneficium procedit p. 234. nu. 1. licet contrarium, p 235 n. 5.

Iurisdictio concessa Baroni relatiuè ad aliam concessionem alterius Baronis in qua adest derogatio priuilegijs l vnica C. quando Imp. non operatur, nē miserabiles personae prohibeantur electionis fori priuilegio vti, p. 234. n. 1. & 2

Iurisdictiones fluunt, & refluunt à Rege, p. 240. n. 2

Iurisdictio concessa Baroni non pōt auocari, p 242 n. 3

Iurisdictio minoris aboletur in praesentia maioris p. 246 n. 17

Ius accrescēdi in indiuiduis habet locum p. 192. nu. 23

Ius creatum in persona defuncti transit ad haeredem, p. 261 n. 8.

Ius declinandi forum, non amittitur per traditionem sportularum factum Iudici, p. 258. n. 1.

Ius eligendi, & variandi forum est odiosum, p 32. n. 1.

Iurispatronatus causa est mixta priuilegio, l. vnica personis, & non causis est indultum p 309. n. 3.

Iuspatronatus in Vniuersitatibus etiam paruis ex vsurpatione praesumitur, idcirco in illius probatione forma Concilij Tridentini est adhibenda, pag. 102. nu. 6.

Iuspatronatus quomodo probatur, p. 130 n 7

Iuspatronatus dicitur spiritualitati annexum p. 194 n. 3

Ius petendi remissionem causae, non amittitur per cautiones de iudicio sisti, vel iudicatum soluendo. p. 256 p 4

Ius quaesitum non cessat cessante causa p. 267 n. 5.

Iussus superioris excusat, p. 248. n. 23

L

LAborans morbo Gallico est irregularis p. 81. n. 21.

Laicus compatronatus cum clerico vtitur tempore concesso clericis ad praesentandum, p. 189. n. 7.

Laicus fideiubens in Curijs ecclesiasticis potest cogi ad solutionem poenae, p. 224 n. 25.

Laurea ornandus statim, habetur pro laureato, & matriculandus de breui habetur pro matriculato, p. 201. nu. 5.

Legata pijs causis possunt solui Ecclesiae, Confraternitati, & Hospitali, & è cōtra p 136 nu 8.

Legatum factum pro anima consanguineo an dicatur pium, p. 137. nu. 3. 4. 5. & 6.

Legatum pro refectione panis dicitur piū p. 139 n. 21. sic etiam vbi est factum pro refectione Ciuitatis, pro fabrica Cappellae, pro erectione campanilis, & similium, p. 140 nu. 22. & pro monumento, nu. 23

Legatum factum Hospitali dicitur pium etiam quod illud non sit aedificatum authoritate Episcopi, p. 154 n 13.

Legatum factū Confraternitatibus quando dicatur pium p. 159. n. 13.

Legatum factum pro monachatu an possit dari mulieri, quae caelibem vitam in propria domo sub voto emisit, pag. 176. n. 16.

Legatum dotis non venit in generali renunciatione, p. 233. n. 11.

Legatum quando valeat, vbi erratur in nomine, cognomine, vel agnomine, pag. 241. n. 4.

Legatum præstitum ob paupertatem non cessat si eidem sit collatus Episcopatus, p.166.n.12.
Legatum diuidendum inter viduas potest distribui inter habentes inutiles maritos, sic etiam legatū factum pro dotandis orphanis distribui potest habentibus parentes inutiles, pag.76 sub nu.3. vers ex quibus.
Legatum factum à debitore creditori an censeatur animo compensandi non debito factum, & quid si debitor auarus sit, p.94.n.4.
Legatum cum nupserit quando debeatur, p.202.n.14.
Legatis vestibus venit vestis adhuc non confuta, p.201.n.9.
Legatum factum pro studio dicitur piū, sic etiam pro emptione librorum. p.91. n.9.
Legatum pro redemptione captiuorum intra quod tempus soluendum est. pag. 111.n 14.
Legentes minimam partem librorum prohibitorum non sunt excommunicati, p. 292. n.6
Leges loquentes de ciue comprehendunt ciues creatos priuilegio. p.333 n 10.
Leges Imperiales in titulis C. de summa Trinit.de epis. & cler.& de sacrosāct. eccl. facientes expressam de personis ecclesiasticis mentionem, nullam vim habent nisi iure Pontificio approbentur, p 35.n.11.
Legitimati per subsequens matrimonium dicuntur verè legitimi, & succedunt parentibus.p.214.num.48 in fi. Spurij tantum non succedunt.p.213. num.40. & reuocant donationem.pag.214.n.50. sicq; etiam dicitur de legitimatis per rescriptum Principis,ibid nu.51. qui à patre præteriti habent ius dicendi nullum, ibid.num.53.
Legitimatus excludit à fideicommisso relicto sub conditione si sine filiis decesserit.p.214 n.51.
Legis dispositio non comprehendit ea,quæ specialiter veniunt.p.35.n.12.
Legis auxilium non implorat,qui in illam committit. p.279.n.8.
Leprosus habet electionem fori, pag. 79. num.3.
Leprosus ad ordines promoueri nequit, p. 79.n.4.
Lex loquens de filijs nō comprehendit spurios.p.212.nu 37.
Lex vnica C. quan. Imp. intrat etiam in causa speciali pro comprehensis, p 309. nu.2.
L.vnica C quand. Imp. est de canonicis sanctionibus,quia tendit ad fauorem miserabilium personarum,p.36.n.23
L.vbi captum ff. de iudic.non procedit in priuilegiatis.p.7.n 20.
Legum correctio est euitanda, pag. 327. n.30.
Libertas est pretiosior omni thesauro, & dicitur res inæstimabilis p.110.n 5.
Libertas dicitur thesaurus absconditus, p.11.n.16.
Libertatis legatum dicitur fauorabilius propria causa, & legitima p 110 n.11
Libertas semel data semper irreuocabilis est,etiam si esset adiecta conditio resolutiua vel modus nisi expressè sit adempta in pœnam p 111.n.17
Libertas etiam si sit adempta in pœnam in euentum conditionis resolutiuæ. talis conditio resoluitur in suspensiuam, nè competat libertas nisi sequuto implemento potius,quam dici possit ,quod semel data reuocari valeat.p.111 n.17
Liberatio carceratorum dicitur pia pag. 110.n.9
Licentia Superioris facit absentem haberi pro præsente.p.312.n.6
Licentiatus ab officio vel familiaritate habetur ac si non adsit.p.318.n.13
Limitata dispositio limitatum parit effectum, & extenditur secundum limites adiectæ dispositionis.p 142.n.7.
Liquidatio instrumenti qualiter fiat contra Prodigum.p.92 n 9
Lites dirimere spectat ad optimum Principem.p.277 n.10
Lites quæ mala gignant, ibid.n.6. & 10 & an sint euitandæ nu 9.
Lis vbi vertitur cum Baronibus, cessat eligendi forum priuilegium, pag 286. nu.1.
Lis non contestatur in executiuis, nec libellus offertur.p.295.n.3.
Lis cœpta in iudicio priuilegiato non remittitur cessante causa primordiali priuilegij.p.266.n.3.
Locati Regia Dohanæ non cognoscuntur nisi à Dohanerio.p.304.n.2.
Locus ad hoc vt dicatur pius sufficit, quod destinetur ad pium vsum, p. 159 num.9.
Locus in quo distractus fuit celebratus attenditur.p.269.nu.3.
Locus contractus non attenditur,vbi alibi solutio destinatur,p.270.n.7.

Locus

Locus qui alteri subicitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus gaudet locus cui subicitur, p.331.nu.13.

Lunaticus reputatur misirabilis persona, p.132.n.1. Non potest ordinari, ibid. nu.3. In alienatione eius bonorum requiritur decretum Iudicis, ibid. nu.2. Ei competit primum, & secundum beneficium, ibid. num.4.

Lunaticus dicitur, qui in interlunio genitus fuit, vel cuius mens propter Lunam suum non facit officium, p.133.nu. 1.&2.

Lunaticus quid agat tempore Lunæ, ibid. n.4

Lupanaria qua ratione tollerentur, remissiuè, p.86.n.10

M

Mancipia, quæ anno non dum seruierunt, noua dicuntur, pag.134. n.6.

Magna Curia Vicariæ cognoscit de liquidationibus instrumentorum p.188.n.2. licet hodie omnes Curiæ Baronales in illis procedant, num.3

Magna Curia non cognoscit de delictis officialium supernumerariorum p.283 nu.7.

Maior restituitur in causa quæ fuit capta tempore minoris ætatis, pag. 268. n.16.

Mala fides defuncti nocet hæredi, p.148. n.20.& amplia, nu.22.& 21.

Mandatum speciale, non requiritur ad allegandum fori declinatoriam pro clerico, p. 20. n.7.

Mandatum quando morte mandantis spiret, p.268.n.19

Mandatum re integra fauore dotis, non expirat, p.139.n 15. & in tali causa proceditur de bono, & æquo nu.16.

Mandatum re integra non reuocatur mortuo mandante fauore libertatis, p. 110.n 8

Manum mutilatam habens non potest ordinari, p.80 n.14.

Maritus priuilegiatæ quando gaudet electione fori, p.203.n.11.

Maritus nec cum iuramento renunciare potest beneficio restitutionis dotium deducto ne egeat, p 40.n.7.

Maritus diuertens sua culpa ab vxore perdit lucrum dotis, p.76.nu.5.

Mater maiora sustinet onera, quam pater p.206.n.10.

Mater naturalis non habet priuilegia iuris, ibid.n.15.

Mater naturalis non gaudet beneficio consuetudinum Neap. ibid n.16

Mater non habet filium in potestate, & ibi multa illationes reponuntur, p.210. n 23.

Mater rustica tenetur lactare filium, p.115.n.5.

Matrimonium dissoluitur per assumptionem habitum religionis militantis, p. 180.n 4.

Matrimonium quando probetur, p.204. n.4.

Medicus in dubio præsumitur benè vti suo officio, & secundum regulas artis mederi, p.29 n.9 & 10.

Medici relatio an sufficiat ad probãdum morbum, p.81.n.3

Membris mutilatus gaudet electione fori p.79.n.5.

Membris destitutus ob percussionem factam clericis non tenetur ire ad Sedem Apostolicam, sed potest ab eorum Episcopo absolui, p.79.n.6.

Mentio expressa requiritur, vt comprehendantur priuilegiata persona, p.232 n.3.

Mercator vtitur electionis fori beneficio, dum tamen est in mercimonijs, pag.100 n.1.& 2.

Mercatoribus grauatis in pedagijs, & gabellis summariè succurritur, pag.100. p.3.

Mercator dicitur à merce, p.101.n.1.

Mercator, & negotiator sunt idem, ibid. nu.2.

Mercator, vt quis appellari possit, quæ requirantur, ibid.n.3.4.5.& 6.

Meretrix non appellatur, quæ amanti amoris causa sui copiam facit, ita quod restitui potest etiã fratre, & sorore præ teritis, p.86.n.8.

Meretrix potest mercedem, causa fornicationis sibi promissam iudicialiter petere, p 86 n 11

Meretrix appellatur, quæ multis sui copiam facit, & quæ questum meretur, p.85 n.1.2.& 3.

Meretrix habet primum, & secundum beneficium. p.84.n.2.

Muratoria à Principe concessa non comprehendit æquè priuilegiatum, p.322. n.7.

Miles stipendium merens in Ciuitate Neap.p 330 sub n 8.

Miles Hierosolymitanus habet electionē fori,p.170 nu.1. sic etiam & aliorum ordinum militarium p.182.n.17.&18 etiam quod assumpserint tantum habitum, p.184.n.29

Milites Hierosolymitani sunt verè, & propriè Religiosi, & gaudent priuilegijs clericatus, p.180 n.2.

Milites Hierosolymitani acquirunt religioni.nec contrahere possunt absq; Magni Magistri licentia, ibidem,num.8. & 9.

Milites Hierosolymitani quando possint cognosci per Ordinarium loci pag.181. n.11.

Milites Hierosolymitani non succedunt in feudis.p.182.n.19.nec Milites S.Iacobi,Calatraua &c. p 183 n.20.

Milites ordinum militarium possunt confiteri apud sacerdotem regularem non approbatum.p.183.num.23.

Milites S.Iacobi, S.Stephani, S.Lazari, et similes, indistinctè gaudent priuilegio fori,p.184.n.31

Milites quibus est permissum vxores ducere non desinunt esse Religiosi,pag.185 n.32.

Milites ordinum Militarium Principum authoritate tantum instituti sunt laici.ibid.n.35.

Milites Aurei velleris non habent beneficium electionis fori, ibid.n.36.

Milites Aurei velleris à quo fuerunt instituti,ibid.& à quo Milites S.Michaelis,ibid. nu.37 & ordinis Annunciationis B.V.num. 36. & à quo ordo Equitum Garreriorum,n.39.

Milites sortiuntur forum Magistri Militum,p 284.n.1. & ad illum remittuntur,p.285.num.3. dummodo tamen sint descripti in Rollo,ibid.n.6.& non conueniantur pro negotiatione,nu.7.

Miserabiles personæ non possunt in eo foro in quo eorum nomine exercetur iurisdictio litigare.p.310.n.1.

Miserabiles personæ diuites habent ius eligendi forum,p.272.n.1.quidquid nõ trarium, num.2. nam prima opinio est vera u 3.

Miserabiles personæ vbi reddere rationes debeant alicui Magnati, etiam si vndum constito de aliqua oppressione,quā eis intulerint p.282.n.7.

Miserabiles personæ in Constitutionibus, & Pragmaticis non censentur comprehensa quando de eis non fit mentio,pag. 265. n.7.

Miserabiles personæ quæ dicantur habitu,& non actu,& quæ actu.& habitu p.84.n.3.

Miserabiles personæ quamuis sint actrices eligunt forum,p.5.nu.5. Earum priuilegium quodnam sit. p.6 n.4

Miserabiles personæ dicitur illa quas ad miserandum natura nos inducit, p.62. nu.2.

Miserabilis persona quanam expressè à iure vocentur, ibid.nu.3.

Miserabiles personæ conuenta super falsitate ponderum,an possit declinare forū, p.342.n.12

Modica non habentur in consideratione, p.291.nu. 3.

Modica summa quanam appelletur. pag. 194.n.9.

Monachus gaudet fori electionis priuilegio,p 163.n.1.

Monachus donare prohibetur.p.164.n.3 nec aliquid retinere potest, nu.5.etiam cum superioris licentia, nu 6.

Monachus non potest esse in iudicio.ibid. n.4.

Monachus cuncta in Superioris dare debet,per quem tantum debet subueniri in necessitatibus, ibid.nu.7.

Monialis potitur priuilegio electionis fori,p.164 n.1. quia dicitur persona miserabilis, num.2. & est ecclesiastica, n.3.

Monialis apostatare dicitur derelinquendo habitum,p 163.n.4.

Monialis dicitur in potestate monasterij eiusq; filia reputatur,ibid n.5.

Monialis non succedit in feudo,ibid.n.6. & gaudet fori ecclesiastici priuilegio, n.8.

Moniales exire possunt à Monasterio non solum ex causis consideratis in Bulla Pij V. sed etiam ex similibus, p. 62.n.6.

Moniales fruuntur beneficio cap.Odoardus,p.165 n 9.

Moniales in fauorabilibus veniunt appellatione Clericorum, ibid.n.10.

Monialis subiicitur loci Ordinario quoad finem habendi dispensationem retinendi aliquid pro eius necessitatibus, ibid. n.11.

Moniales includuntur sub Bulla Clem.8. de largitione munerum,p.166.n.12.

Monia-

Monoculus an possit suscipere clericatus & quid de habente oculos,sed alterum ipsorum inhabilem.p.80.n.13
Montes pauperum quid solent erogare p.160.nu.2. & an dicantur loca pia n.3.& an legatum eis factum an dica tur pium. nu.5.
Montes pauperum sunt liciti , pag. 160. n.6.
Montes Pietatis Ciuitatis Neap.memorantur,p.160.n.1.
Mons Pietatis quis appellatur, pag.161. n.2.
Morbo diuturno fatigatus gaudet electionem fori p.79.n 1.
Morbo gallico affictus non gaudet fori electione, p.80.n.18.sed contrarium tenet Author, nu.19
Morbum simulantibus qualiter pœna infligatur.p.345.n 8.
Morbus est probandus per allegantem, sic etiam mors, & vita, & impedimentū matrimonij,p.82.n.5.
Morbus quandiù præsumatur, pag. 82. n.7.
Mortuus dicitur miserabilissima persona p.106.n.8
Mulier agens hypothecaria contra emptorem bonorum mariti,quod non supersint alia bona, debet probare , pag.57. n.14.
Mulier,mariti honore fruitur , pag.198. n.9.
Mulieres ammittūt familiam paternam quando maritantur.p.190.n.11.
Mulieres non habent vocem in præsentādo in iure patronatus familiæ relicto, p 198 n.12
Mulier cum nubit nascitur nouam originem.p 338.n 29
Mulier Neapolitana,nupta extero,& ad domicilium viri ducta non gaudet priuilegijs Neapolitanorum , pag. 333. n.22.
Mulier quæ habet virum Neapolitanū, habet priuilegia Neapolitanorum , p.330 n.8.
Mulier conuersa ad fidem an possit petere dotem ab Episcopo,p.133 n.2.
Mulier quæ amoris causa amanti sui copiam fecit, non potest expelli à loco honesto,p.86 n 9.
Mulier , quæ ab vno se cognosci patitur meretrix non est,licet appelletur turpis persona.p.86. n.4.& 5.
Mulier,quæ cum pluribus se non commiscet,non potest citari per Curiam Meretricum.p.86.n.6.
Mulier validè renunciat Vellciano.pag. 41.n.18.
Mulier dolosa non gaudet beneficio deducto ne egeat.p.346 sub n.8.nec maritus, & socer, n.10.& 12.
Mulier , quæ iurauit nolle vti Velleiano, non potest illum allegare . pag. 19. n.10.
Mutatione personæ mutatur priuilegiū, p.226.n.7.
Mutatio status operatur mutationem conditionis,p.149.n.4.
Muti , & surdi excusantur à muneribus, p.80.n.10.

N

Naturalis præteritur à patre nomdicit de nullitate testamenti. p.211. n.30.
Naturales patri non prosunt ad obtinendam immunitatem p.212.nu.32. nec ei succedunt,p.213 n.41.etiam stante statuto.nec eis iuuat præscriptio ordinaria.p.214 n.46.
Naturalis filius non petit compromissum p.212.n.33.& ibid.n.35. nec sepellitur in sepultura suorum maiorum ibidem. n.38.
Naturalis coniectura præualet accidentali,p.328.n.40
Nauta an electionem, & variationem fori allegare possit,p.107.q.29.
Neapolitani possunt trahere miserabiles personas, p.329. n.2.
Neapolitanus non potest prorogare iurisdictione Iudicis non sui ibid n.3.
Neapolitani non possunt renunciare alterius iurisdictionem,ibid.n 4.
Neapolitanus tam si agat ex causa lucratiua,quàm onerosa gaudet priuilegio fori.p.330 sub n.8.
Neapolitani ordinarij qui habent domicilium extra ciuitatem gaudent priuilegio fori.ibid.
Neapolitani oriundi gaudent priuilegijs ciuitatis si alibi habitauerint , licet secus in alijs,p.336.n.17.
Neapolitani non possunt renunciare priuilegio fori.p.329.n.1.
Neapolitani laudati in Authorem emittuntur ad Tribunalia Neapolitana p.330.n.5.
Neapolitani contrahētes, vel delinquētes

uti Barones non gaudent priuilegio fori, p. 333. n. 20

Neapolitani non habent priuilegia Ciuitatis, ubi procurasset priuilegium post commissum delictum, vel post contractum in fraudem, ibid. n. 21.

Neapolitani in Regia Dobana Menopecudum non possunt opponere declinatoriam fori, ibid. n. 23.

Negotiatorum gestores Neapolitanorum habent fori Neapolitani priuilegium, p. 330. n. 6

Negotiorum gestores priuilegiatorū gaudent priuilegio, p. 228. n. 1.

Negotiorum gestores exemptorum sunt exempti, ibid. n. 3.

Negotium ex diuisione semper fit clarius. p. 2. n 10.

Nepos non habet priuilegium Aui, p. 215. n. 58 & quando appellatione filiorum veniunt, p. 216. n 59. & seq

Nemo potest pro primis causis à domicilio extrahi, p 5 n. 7.

Nobilis domi retentus dicitur carceratus p. 121 n. 13. & potest petere alimenta ab eius creditore. p. 122. n. 16.

Nobilis maioribus indiget diuitijs quam rusticus cum maiores habeat expensas. p. 115 n. 3.

Nobilis non tenetur vilia exercere, nec mercaturam exercere debet. p. 115 n 6. & 8.

Nobilis, vel titulata an maritum faciat nobilem & titulatum p. 203. num. 7. & quid seruetur hodie, ibid nu 8

Nobilitas filij porrigitur ad patrem pag. 205 n. 2

Nobiles non possunt renunciare eorum nobilitati quod amplia etiam accedente iuramento p 40. n. 5. & 6.

Non natus in Ciuitate Neap. & filius allecti, & eius qui est ciuis per Pragmaticam, an gaudeat priuilegijs ipsius Ciuitatis, p. 339 n 35.

Notarium non indiget probatione, nec subiacet regulis iuris, pag 58. num. 16. & 20.

Notarius ditur persona egregia, & oraculum veritatis, p. 59. n. 4.

Notario creditur in eis quæ pertinent ad eius officium, p. 60 n. 4.

Nouitius propriè dici nequit Religiosus, p. 166. n. 1. sed est persona ecclesiastica, n. 3. & quando veniat appellatione religiosorum, p. 168. n. 15. & professorum, n. 18.

Nouitius gaudet priuilegio fori ecclesiaci, & punitur ab eius superiore etiam si deliquisset extra claustra, pag. 166. n 5.

Nouitius á quo absoluatur si sit innodatus aliqua censura p. 167. n. 6.

Nouitij gaudent priuilegijs Religionis, & dicuntur pars communitatis, p. 167. n. 11.

Nouitij non subiacent censuris Religionis p. 168. num. 12. nec casibus reseruatis, n. 14

Nouitij confitentur cuilibet sacerdoti approbato. p. 168. n 13.

Nouitius donare potest, & retinet omnia quæ ante ingressum habuit, & sic feudum. p 168 n. 16.

Nouitius deferens Religionem succedit in maioratu, intellige si ante professionem deserat. ibid n. 17.

Nouitius suscipiens Bullam Cruciatæ edere potest lacticinia. p 169 n 20.

Nouitij possunt Procuratoris officium gerere ibid nu. 21.

Nouitiæ non includuntur sub præcepto clausuræ. ibid nu 2

Noua causa superueniente iuramento nō statur, p. 20. n. 24

Nulla lex potest ligare, & comprehendere non subditum p. 35 n. 10.

Numerus testium qualis sit necessarius in probatione clericatus p. 151. n 14. & an probent hodie testes clericatum stāte consuetudine registrandi ordinatos, nu. 15.

Numerositas familiæ illam non facit potentem, & quid si in ea non sit copia diuitiarum p. 114 n. 12. & 13

O

OBlati veniunt sub nomine ecclesiasticorum, p 169 n. 2. & subiciuntur spolijs, & gaudent fori ecclesiastici priuilegio, n. 3 sed quando id verum sit, n. 5. & p. 170. n. 8.

Oblati exemptionem ab Episcopis quando allegare possint, ibid. n. 9.

Oblati quando beneficium cap. Odoardus fruatur, & beneficio restitutionis in integrum, p. 170. n. 10.

Obligatio fideiussoria est accessoria principali, p. 221. n. 3.

Obligatus in forma Cameræ nō potest opponere exceptionem incompetentiæ iudicij. p. 255. n. 5.

Obligatio in forma Cameræ, tollit omnia legum auxilia p.255.n.2.
Obligatio non variatur ex persona successoris,p.261.n.6
Obligatus enm clausula, vt possit vbique cōueniri,habet fori priuilegium.p.307.n.1.nec potest conueniri in loco non tuto,n.6.
Obstetricibus an credatur de virginitate vel corrubptione mulieris, p.89.n.7.
Odiosa sunt restringenda. p.32.num.5.
Offendens Monialem incidit in excommunicationem p.165.n.7.
Offendens personam mulieris non professa,sed seruientis Deo in aliqua domo est excommunicatus,ibid sub nu.7.
Officiales non extrahuntur ab eorum Tribunali,nec alios trahere possunt, p.282.n.2. & 3.
Officialis supernumerarius non gaudet priuilegijs Ordinariorum, & ideo non habet immunitatem aliàs concedi solitā officialibus.p.283 n 4.& 5.
Officialis . siuè Iudex offensus ratione dignitatis potest ipsemet procedere in causa. p.311.n.5.
Officialis agrotans dicitur seruire, p 316. n.7.
Ommissum in contractibus habetur pro ommisso.p.199 n.20
Opinio recepta à Consuetudine debet seruari quoties DD.discordant,p.23 n.7. & 9.
Opposita fori declinatoria, eò ipso debet Iudex supersedere,p 52.n.2.
Opus hoc mutatum esse dicit Author, nō in eo plura addidit,declarauit,& mutauit, quam & alios doctissimos viros fecisse ostendit, p.2.n.2.
Orbati patribus dicuntur qui illos habent inutiles. p.68.n 9.
Ordinās bigamum qualiter peccet,p.146. n.25.
Ordo non præsumitur.p.152.nu.22.& dicens se ordinatum debet ostendere Bullas,n.23
Ordinem seruatur in causis exequutiuis, p.195.n.4.
Ordo Religiosum secundum certam regulam ab ecclesia approbatus esse debet, p.172.n.11.
Ordinis Militares sunt exempti à solutione collectarum.p.183.sub n.21.
Ordo in qualibet re est necessarius,cum dicatur parium, disparimq. rerum sua cuiq.loco tribuens dispositio,p.1.n.3
Ordinabiliter agi non potest ex his, quæ inordinatè actæ sunt, p.2.n 5.
Ordo in singulis dispositionibus est attendendus,p.2.n.3.
Orphani reputantur miserabiles personæ, & ideo priuilegio electionis fori vtuntur,& eis datur Aduocatus Pauperum.p.64 n 1.
Orphanus ex Dauidis Prophetæ præcepto adiuuandus est, p.64 n 2.
Orphanus quis dicatur,p.64.n 2.
Orphanus excedens 14. annum an gaudeat electione fori p.65. n.6
Ortus in aliqua Ciuitate dicitur ciuis illius Ciuitatis, adeo quod hæc ciuilitas non sit ad filios natos in eo loco, p.336. n 13.& 14. imò etiam quod nec pater sit ortus hæc ciuilitas transit ad filios, & nepotes licet non sint orti, nu.15.
Ortus Neapoli matre in fraudem parturiente non gaudet priuilegijs ipsius Ciuitatis p.338.n.27.
Osculans mulierem nimio amore ductus non punitur pœna Pragm. Regni de osculantibus mulieres p.118.n.5.

P

PActum ne possit dari Iudex suspectus improbatur, nec statuto huiusmodi exceptio tolli potest p.14.n.30.& p.15. n.33.
Pactum de non petendo tollit naturalem obligationem, sed non pactum de petendo,p.273.n.11.
Pactum de vendendo ex certa causa illa cessante,non seruatur, p.250.n.9.
Pater quando teneatur alimentare filiū etiam quod ille sibi victum quærere possit.p.115.n.7.
Patres debent alere filios propria culpa in infirmitate lapsos,p.344.n.7
Pater nō potest renunciare beneficio quod non possit exequi super bonis suis pro debito filij vltra quam facere possit, p. 40.n.9.
Pater,& filius vnica censetur persona, p.205.n.3.
Pater non conuenitur nisi in quantum facere potest,p 206.nu.11. sic etiam & mater,ibid.nu.12
Pater,& filius pro vno capite in extimo reputantur.p.208.n.10.
Pater exponens filium priuatur patria potestate quoad ea tantum, quæ sunt sibi vtilia,p.83.n.6.& 7.

Paternitas, & maternitas probatur probata filiatione, p.217.n.1.

Patrimonium est vita hominis, pag.113. n.6.

Parium est eadem iuris dispositio, p.322. n.3.

Par imparem nō habet imperium, p.286. n.5. & quando talis regula sit vera, ibid.n.6.

Patronus laicus potest variare alias præsentando, etiam si variasset non variare p.17.n.6.& vide p.18.n.12.

Patronus variare an possit in præsentando in iure patronatus, p.23.n.5.

Patronus non potest per se ipsum præsentare etiam per Procuratorem, p.30.n.3 & 4.

Pauper quis dicatur arbitrio Iudicis quādo reponitur, & ex quibus Iudex arbitretur de paupertate p.114.n.1.& p. 115.n.2.& p.116. n.9.10.

Pauper quisq; præsumitur, sed allegans paupertatem illam probare debet, pag. 116.n.14.& 15. vbi plures dilatationes fiunt.

Pauper admittitur ad proponendas suspitiones, & nullitates absq; depositis, p. 112. n.2

Pauper gaudet priuilegio electionis fori, & amplia etiam si sit lapsus in paupertatem sua culpa, p.112.n.1.& 3.

Pauper à cunctis dispicitur, pag. 113. n.4.

Paupertas est graue onus, p.113.n.5

Paupertas est inimica boni, & noverata virtutum p.113.n.9. Quot testibus probatur, p.117.n.16.& 17.& an hoc fiat cum partis citatione, ibid.n.18.

Paupertas facit hominem miserabilem, p 273.n.6

Pecunia dicitur secundus sanguis, & fideiussor futuræ necessitatis, p.113.n.7.

Peregrinus inter miserabiles personas reputatur, p.108.nu.1.

Peregrini commendantur à Deo, ibidem, n.2.

Peregrinorum causa sunt summariè, & de more sine scriptis geruntur, ibidem. n.3.

Peregrinus quis dicatur. ibidem, n.1.

Petitio restitutionis in integrum quando impediat sententia exequutionem, pag. 291.n.5

Petitio copia libelli non impedit quod priuilegiatus non possit eligere forum, p.257.n.1.

Petens copiam libelli, non dicitur in Iudicem consentire, p.258.n.2.

Periurus priuatur omni commodo, & à nullo est audiendus p.19.n.15 priuatur dignitate, n.16. incurrit infamiam de iure canonico, n.17. non potest testificari, nu.18. perdit beneficium deducto ne egeat, n.19.

Pia causa habet priuilegium eligendi forū p.135.n.1.

Pia causa & ecclesia æquiparantur, ibid. n.2.

Pia causa nomen quando habeatur, pag. 136. n.1.

Pia causa dicitur, quæ vtilitatem publicā respicit, p.162. n.6.

Polluto cimiterio dicitur polluta ecclesia, vt interdicta ecclesia dicitur interdictū cimiterium. p.195.n.9.& 12.

Porticus dicitur pars domus, & atrium dicitur pars ecclesiæ, p.195 n.14.

Portio renunciata à fratre quando accrescat omnibus fratribus, p.190.n.11.

Possessio iurisdictionis quando consocijs conseruatur, p 191.n.15

Possidens vigore decreti lati ab aliquo Iudice si ab illo fuerit citatus ob causam nullitatum forsitan propositarum contra dictum decretum forum declinare non poterit, p.313.n.1.

Possessio patris, & filij est promiscua. p.208 n.9.

Potestas Iudicantis requiritur vt quis possit in iudicio consequi quod sibi debetur, p.11.n.13.

Posteriora prioribus derogant, pagina 85 n.8.

Possessio transfert onus probandi in aduersarium, p.220. sub n.4.

Pragmatica Regni quotiescunque sunt contra ius commune, dicuntur odiosa, p.340.n.37.

Pragmatica prima sub rubr. de pœnis, quis disponat, p.100.n.12.

Praxis localis non extenditur ad alias Regiones, p.65.n.7.

Præsentatio intra quod tempus est facienda per patronos laicos, & clericos, p.189 n.6.

Præsentatio facta à patre non potest reuocari per filios, p.205.n.6.

Præscriptio 40. annorum currit contra Hospitale erectum absq. authoritate Episcopi, p.155.n.15.

Præsumptio probatione in contrarium diruitur, p.22.n.36.

Pluralis locutio duorum numero debet esse contenta, vt infinitas euitetur, p.23. n 6.

Primum, & secundum beneficium competit miserabilibus personis diuitibus, p. 272.n.1.

Primum, & secundum beneficium vbique solet concedi mulieribus, minoribus, pupillis, alijsq. personis, per Tutores, & Curatores representatis, pag 51.n.13.

Primum, & secundum beneficium competit in causis libertatis p.111.n.15.

Primum, & secundum beneficium competit Militibus Hierosolymitanis, p.181 n.10.

Primum, & secundum beneficium competit Hospitali, p.153.n.4.

Princeps reuocando omnes, & singulas exemptiones, ac priuilegia omnia etiã cum clausula tenores, & compendia, per hac verba non intelliguntur sublata priuilegia, & exẽptiones cõcessis pauperibus, & miserabilibus personis sed requiritur specialissima mẽtio, p 44 n 45.

Princeps dum gratias impartitur non censetur comprehendere speciales, p.232 n.7.

Princeps non censetur abdicare à se summum Imperium, p.233.n.16.

Princeps sub verbis generalibus non videtur posse fraudare illos qui in iure specialiter sunt priuilegiati, pag.235. n.4.

Princeps si concesserit Castrum cum domibus, iardenis, & alijs, ista concessa cũ Castro non sunt feudo quaternata, nisi de per se concessa fuerint à Rege p.303 n.9.

Princeps potest derogare priuilegio personarum miserabilium p.314.n.1.

Princeps ex certa scientia nec committit causas suspectis, nec agere potest. p.14. n.31.

Princeps præsumitur velle concedere legem absque præiudicio tertij, pag.238. n.4.

Primum, & secundum beneficium denegatur pupillo in causa cum patre defuncto contestata. p.262.n.11.

Primogeniti Titulatorum *stant coram* Excellentissimo *Regni Prorege, capite cooperto, p.208.n.4.*

Priuilegia Principum quando extendantur, p.33.n.8.

Priuilegia concessa ecclesiæ communicatur hospitali, p.153.n.3.

Priuilegia concessa pupillis competunt & alij, qui per Administratores reguntur p.105.n.2.

Priuatus habens rem communem cum Ecclesia gaudet priuilegio ecclesiæ, p.189. n.3.

Priuatus consensus facit Iudicem *eum, qui iurisdictioni præest, p.41.n.12.*

Priuilegium fori clerico est concessum in beneficium totius ordinis clericalis, p.42 n. 26

Priuilegium datum Militibus vt non possint carcerari pro debitis, renunciari non potest, p.43. n.34.

Priuilegium concessum sacerdoti vt posset celebrare tempore interdicti, extendatur ad seruientem in diuinis, p.31. n.12

Priuilegium Domini extenditur ad familiares, p.315.n.3.

Priuilegiatus aduersus alium priuilegiatum, non vtitur priuilegio, pag.322. n.2.

Priuilegium competens fisco, vt possit cogere ad sibi edenda instrumenta, cessat contra alium fiscum, ibid n.4

Priuilegium scholarium cessat contra alios scholares, ibid.

Priuilegium potentius dicitur esse eius, qui agit de damno euitando, vel ex causa fauorabilis concessionis, p.327.n.24. & seq. vel ex ratione vnius quam alterius, num.27. vel ex maiori vtilitate, n.28.

Priuilegium minus derogãs iuris communi dicitur potentius, ibid.n 29

Priuilegium respiciens personam potentius dicitur, ibid.n.31.

Priuilegium naturale dicitur potentius, p.328.n.39.

Priuilegium vicinitatis præfertur priuilegio consanguinitatis, p.328.n.42.

Priuilegium duplex est potentius vnico, & priuilegium legis est potentius illo hominis, ibid.n.37. & seq.

Priuilegium negatiuum dicitur potentius affirmatiuo. p.327.n.32. sic etiam priuilegium ratione sexus, num.33. & priuilegium fauorabile dicitur potentius odioso, num.34. sic etiam priuilegium dignius, num.35. & benignius, n.36.

Priuilegium concessum Baronibus, vt possint cognoscere de omnibus causis, non comprehendit causas miserabilium personarum, nisi aliter constet de mente Principis, p.241.n.1. & 2.

Priuilegium eligendi forum habet locum etiam si priuilegiati sint mediatè subiecti Principi, p.142.n.1.

Priuilegium concessum miserabilibus est reseruatum Principi ob pietatem, ibid. n. 2.

Priuilegiata persona, quæ Tribunal Principis elegerunt variando, possunt redeclinare ad Iudicem eorum domicilij, p. 24.n.11.& 12.

Priuilegia concessa personis per modum legis, non comprehendit ecclesiasticos, p. 34.n.7.

Priuilegij in dubio derogari non præsumitur, nec per Papam, p.35.n.19.

Priuilegio l.vnic. C. quando Imper.inter pupill. & vid. non censetur derogatum, nisi specialiter derogetur, pag.35. n.20.

Priuilegium electionis fori est personale, p.37.n.1.

Priuilegium quando dicatur personale, ibid.n.2. & 38 n.4.

Priuilegium concessum marito vt teneatur in quantum facere potest in restitutione dotis est personale, prout est priuilegium concessum patri, & patrono, p.38.n 3.

Priuilegium concessum fisco, ne soluat Gabellam est personale, ibid. n. 5.

Priuilegium respiciens damnum tertij dicitur personale, ibid.nu.7.

Priuilegium in dubio præsumitur personale, ibid.n.8 sed secus. n.9.

Priuilegium electionis fori fuit concessum miserationis gratia, p.39.n.40

Priuilegium concessum marito communicatur vxori etiam mortuo viro, p. 197. n.5.& p.199.n.19.

Prohibitum vni ex correlatiuis censetur prohibitum alteri, p.202 n.4.

Priuilegium filij ascendit ad parentes, p. 205.n.5 quod ampliatur, & declaratur p.206.n.9.

Priuilegium superueniens non mutat forum, p 250.n.11.

Priuilegiatus effectus post litem motam perempta instantia potest vti priuilegio, p.251. n.12.

Priuilegium concessum Baroni, vt possit cognoscere de causis miserabilium, non procedit quando Terra propter rebellionem esset ammissa, & iurisdictio alteri fuisset concessa absque expressione illius priuilegij, p.314.n.2.

Priuilegio electionis fori non censetur derogatum per clausulam non obstantibus, p.235.n.2

Priuilegiatus & si eligerit in forum Tribunal supremum, potest per viam variationis litigare in Curia Baiuli p.14 n.26

Priuilegiatus qui accusauit in Regia Audientia Officialem, potest deinde per viam variationis illum querelare coram sindicatoribus, p. 14.n.27

Priuilegiatus vtitur beneficio electionis fori, & si dederit cautionem de parendo mandatis Curiæ, p.258.n.1.

Priuilegiatus contumax gaudet beneficio electionis fori, p.260.n.1.

Priuilegium fori concessum miserabilibus personis, non censetur sublatum, quamuis supremus Princeps per titulum feudi concesserit inferiori Ciuitatem cum clausula derogatoria priuilegiorũ, p.239.n.2.

Priuilegium concessum alicui vt trahat alios ad suum forum, competit negotiorum gestori, p.228.n.2.

Priuilegium concessum Hospitali, communicatur eiusdem seruis, p.229.n.3

Priuilegium concessum scholaribus extenditur quoq. ad eorum seruientes, ibid. n.4.

Priuilegium exemptionis Camaldolensium non extenditur ad suos Colonos, ibid.n.5.

Priuilegium in corpore iuris redactum non tollitur ex derogatione generali, p. 232.n.5. maximè attenta qualitate personæ, n.6.

Priuilegium speciale non tollitur lege generali, p.233.n.8.

Priuilegia personalia patrũ ad filios transeunt, p. 28. sub n.2.

Priuilegia Doctorum communicãtur eorum filijs, ibid.n.3

Priuilegia concessa pupillis sunt concessa alijs qui per Administratores reguntur, p.68.n.7.

Priuilegium non suffragatur miserabilibus personis comparentibus vti tertijs, p.270.n.1.

Priuilegium superueniens lite iam capta citra eius voluntatem eximit à prioris Iudicis iurisdictione, p.249.n.2.

Priuilegium quid sit, p. 187.n.1.

Priuilegium alicui concessum ad alios propter eamdem rationem non extenditur, ibid. num. 2. & amplia, vt nu.3.

Priuilegium quando de vna persona ad aliam extendatur, pagina 188. n.8

Priuilegia omnia aliquid contra ius commune constituunt, p.187 n.4

Priuilegia personalia personam sequuntur, ibid.n.5 nec ad haredes transeunt, p.188.nu.6 *secus etiam si sint realia*, ibid.n.7

*Priuilegium concessum Ordini S. Benedicti vt possit alienare bona sua, cum decreto duorum Patrum at sit reuocatum per decretum nouissimum de reb. Regular.non alien.p.*266.n.8.

Priuilegium concessum Monasterio ad exigendas decimas, non cessat acquisitis diuitijs, p.268.n.14.

Priuilegiati personaliter comparere debet ad allegandum electionem fori in criminalibus p.248.n.30. *& quando non*, n.31

Priuilegium electionis fori suffragatur miserabilibus personis, licet dederint cautionem de iudicio sisti, pag. 256. n.1.

Priuilegio electionis fori in dubio non censetur renunciatum, p.45.n.1.*& amplia* p.47.n.12.

Priuilegium amittitur per actum contrarium, p.47.n.13

Priuilegium in actis reiterabilibus, an procedatur per vnicum actum pag.48. n.28

Priuilegio non prasumitur renunciatum quando actus contrarius priuilegio nõ fuit consecutus effectum suum, pag.48. n.26.

Probatio per iuramentum est leuis, & nimis extraordinaria, p.11.n.10.

Procurator quidquid agit dicitur fieri à principali, p.30.n.1.

Procurator patroni laici potest variare, p.30.n.2.

Procurator admittitur ad iurandum de calumnia ad prastandum fidelitatis iuramentum, p.31.n.13.& 14

Procurator potest eligere forum nomine sui principalis si habeat specialemandatum, vel generale cum libera, pag.30. n.5.

Procurator constituti ad eligendum, vel variandum forum, potest etiam iurare de perhorrescentia, licet de hoc in mandato non sit facta mentio, pag. 31. num. 8. & 13. & pag. 32. n.16.

Prodigo quando conceditur primum, & secundum beneficium, pagina 91. nu.6.

Prodigus quando prohibetur ponere censum super re sua. p.92.n.7.

Prodigus quando testari non possit, p.92. n.10.

Prodigus dicitur qui nec finem, nec tempus habet expensarum. p.92.n.1.

Prodigalitas est bona dissipare, ibidem n.2.

Prodigo vt interdicatur administratio, qua sint necessaria. p.93.n.3.& 4.

Prodigalitas cui assimilatur, pagina 93. n.8.

Prodigalitatis descriptio datur ab Authore, p.63 n 6 & 9.

Iudex antequam declarat prodigum quid facere debet, p.92.n.5.

Prodigus vtitur electione fori, p 91.n.1. *& quando hoc sit verum*, pagina 91. n 5.

Prodigus in iudicijs aequiparatur pupillo, p.91.n.2. *Decretum requiritur in alienatione eius bonorum* p.91. n.3. & declara.vt p.92 n 8.

Prodigus reputatur insensatus, pag. 91. n.4.

Professio vbi est annullanda per Milites Hierosolymitanos est seruanda dispositio Sacri Concilij Trident. p.80. n 6.

Professio probat quem Religiosum, p.184. n.28.

Profugus Eremita vocatur qui nullo subest superiori. p.178.n.7.

Prohibitio de non alienando facta filijs non comprahendit nepotes pagina 239. n.4.

Prorex potest se intromittere contra Officiales supernumerarios, pagina 283. n.8.

Proregis imperium, & potestas remiratur, p.21.n.31.

Promittens pro se haredibus promisisse videtur.p.261.n.5.

Promissio non debet expediri à Regijs Tribunalibus, vt quis à proprio domicilio extrahatur,p.242.n.4.

Prouisum specialiter non censetur derogatum per generalem dispositionem, p. 234.n.20.

Puberum appellatione qui veniant,p.67 n.4.

Publica vtilitas non debet vacillare, pag. 192.n.21.

Pu-

Pupillus impeditur petere primum, & secundum beneficium in lite quæ fuit inchoata cum eius patre defuncto.p.67 n.11.

Pupillus quis dicatur, ibid.n.3.

Pupillus maior 14. annis an gaudeat electionem fori, p 68.n.5 & 6.

Pupillus qui amisit patriam potestatem dicitur fortunæ iniuria affectus, cum patris præsidio orbatus reperiatur, p.69 n 10.

Pupillaris ætas an debeat esse completa p. 69.n.11.

Pupillus gaudet fori electione etiam si sit spurius, p.65.n.1.& 2 & quamuis lite incæpta sit, factus adulti, pag. 66. n.3.

Pupillus Doctor gaudet fori electione, sed non beneficio restitutionis in integrum, p.66.n.4.& 5.

Pupillus qui vxorem duxit habet priuilegium electionis fori.p.66 n.6.

Pupillus existens sub potestate Aui est priuatus priuilegio eligendi forum, licet non beneficio restitutionis in integrum p.66.n.6 & 8.

Pupillus Hebreus non vtitur priuilegio electionis fori p.66.n 9.

Pupillus qui conuertitur ex contractu paterno non potest allegare fori declinatoriam, p.66.n.10 & 12.

Q

QValem quis se facit talem se probare debet, & qualis debet esse ista probatio, p.56.n 6 & 7.

Qualitas priuilegij quæ produxit litem ad aliquod Tribunal, si esset, non per hoc transfert illam ad aliud, pag.267. n.4.

Qualitas noua adueniens etiam reponit illud in diuersam naturam, licet non mutet substantiam, pag. 21. num.28. & 29.

Quarta debetur mulieri pauperi tempore mortis mariti, licet postea non egeat, p.168 n.15.

Quaternatum feudum dicitur omnis Terra vbi sunt vassalli, p.303 n.14

Quaternatum feudum dicitur licet sit in Terra Comitis, vel Baronis, & ei præstetur seruitium militare dummodo eius collatio spectat ad Dominum Regem, pag.304. num.16. & declara n.17.

Quarta debetur mulieri, quæ propria culpa in paupertatem deuenit, p. 344. n 3.

Quartanarius robustus potest torquere, p 98. n.10.

Quasi possessio clericatus propriè non probat clericatum.p.150.n.8.

Qualibet res diuisa melius interpretatur, ac intelligitur, p.2.n.12.

Qui ex fictione habetur pro tali. gaudet priuilegio concesso illo tali, pag. 106. n.6.

Quilibet præsumitur sanæ mentis, & ideo quod per prius non fuit furiosus talis non præsumitur, pag.129. num. 1. & 2.

R

RAtio est anima legis, p.327 n.26.

Rationis præstare Potenti vel Magnati habitanti in Fortalitijs, quis non compellitur, sed demum administratore petente domus Concilij debet pro administratione assignari pag.281. n.5.

Rapiens mulierem, quæ olim fuerit meretrix an incurrat pœnam rapti, p. 85. n.9.

Recessus á iure communi dicitur odiosum p.32 n.2.

Reconuentio clerici in foro, in quo suum aduersarium conuenit, non prohibetur fieri in quacumque parte iudicij & donec iudicium durat etiam in calculo ferendi sententia, p.50 n 8.

Reconuentio opposita post conclusum in causa conuentionis non operatur, vt Iudex debeat procedere pari passu in vtraq; causa, sed etiam quod reconuentus teneatur stare in illo foro p.50.n.9.

Recusari non possunt non recognoscentes superiorem, p.14 n.32

Recusans à recusati Iudicis iurisdictione dicitur exemptus, p.15.n.38

Recusatus, & allegatus suspectus in vna causa, dicitur etiam in alia recusatus. p.15.n.39

Regalia non censentur concessa sub larga concessione, p.233.n.18

Regia Camera non est Iudex inter priuatos nisi ille habeat causam à fisco, p.190 n.10.

Regularium appellatione in odiosis non veniunt Prælati Regulares, pag. 148. n.35.

Regula reseruatoria aduersatur iuri communi de quo Ordinarijs libera conceditur facultas conferendi beneficia in omnibus mensibus, & ideo odiosa, p 32. n.4.
Regum officium est facere iudicium, atq. institiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, peregrinis, viduis pupillis, & his qui facilius opprimuntur, auxilium prabere, pag. 282. n.9.
Regularis non gaudet immunitate ecclesiastica, nec Religiosi ordinum militarium puta Aequites Hierosolymitani, p.250.n.7.
Refectio pontium, viarumq. respicit publicam vtilitatem, p 139.n.20.
Relatio restringitur ad illud, quod in relatione continetur, p.240 n.5.
Relatum est in referēte, cum omnibus suis qualitatibus, p 239 n 3
Relaxatio iuramenti á Papa est concedēda p.20 n.22
Relegatus, & deportatus miserabilis dicitur p.124.n 1. vbi an electionis, & variationis fori beneficio vti possint, disputatur.
Releuium soluitur à succedente in feudo, p 209. n.15.
Religiosi fideiubere non possunt pag.174. n 9.
Religiosi Ordinum Militarium an includantur in Bulla Clementis VIII. de largitione munerum, p.184 n.27
Religiosi Ordinum Militarium non possunt exercere officia sacularia, p.183 n.25
Religiosus solitus inebriari non potest eligi in superiorem, & sic ad consilium Auctoris in facto fuit seruatum, p.126. n 6.
Religiosi in odiosis appellatione clericorū non veniunt, ibid.n.36.
Remissio facta de aliquo ad Curiam ecclesiasticam, multum adminiculatur pro clericatus probatione. p.152.n.17
Remissio à spurio de morte patris non est necessaria p.213.n.39.
Remissio non datur in causa concurrentia p.264 n.4
Remissio cessat in paruis delictis, pag.292. n.4.
Renunciatio beneficij cap. Odoardus de solution. tendit in opprobrium totius ordinis clericalis, p.41.n.25.
Renuncians electioni de se facta amplius non auditur, pag.41. num.13.
Renunciare iuri suo presumitur si aliquis fuisse negligens ad prosequendum litem & quantum tempus requiritur, p.47. n.16.&17
Renunciatio semper est excludenda, vbi alia fieri potest conti ctura. p.46.n.9
Renunciatio filia non est extendenda de casu ad casum successionis, pag. 46. n.8.
Renunciatio est stricti iuris. p.46.n.5.
Renunciatio sapit donationem, pag. 41. n.2.
Renunciatio beneficij non prasumitur, p. 46.n.3.
Renunciatio semper interpretanda est, vt minus noceat renuncianti, p.46 n.4
Renunciatio non tenet, si aliquis renunciasset liti ad finem amicabiliter componendi, si concordia non sequatur, p.47 n.27.
Renunciasse prasumitur suo priuilegio si immunis patiatur describi in astimo, seu catasto, p.47.n.18.
Renunciari priuilegio quando, á quibus, & in quibus casibus prasumitur, p.47. á n.19. vsq. ad 25.
Renunciatio electionis, & variationis fori, ad hoc vt valeat, requiritur quod renuncians sit prius expressè certioratus, p 48 n 1. & qualis debeat esse hac certioratio, vide n 2
Renuncians cum iuramento suo beneficio an certiorari debet de illo p.47. n.3.
Renunciare fori priuilegio non dicitur quis cautionem de parendo mandatis Curia prastat p.159.n.1.
Renunciatum priuilegium fori non videtur per Constitutionem Procuratoris ad respondendum, ibid. n.2.
Renunciatio specialis debet fieri prauentioni, p.307.n.2.
Reprobatio testium non datur in causis summarijs.p 295.n.5.
Res allodialis subrogata in locum feudalis non efficitur feudalis. p 227. n.19.
Res eadem diuerso iure censeri non debet, p.192.n.22.
Renunciatio etiam in corpore iuris clausa, dicitur odiosa, p.33 n.9.
Rescripta priuilegia, & gratia Pontificum, in quantum á communi iure recedunt strictè interpretantur, pag. 33. n.7.
Rescriptum Principis dicitur commune, p.310. n.3.

Res

Res illius esse dicitur cuius adest sigillum, p.130 n.6.
Respublica nulla meliori ratione regi potest quam ordinis constitutione, pag.2. n.8.
Restitutio in integrum competit Militibus Ordinum Militarium, pag. 183. n.24.
Restitutio in integrum quando communicetur maiori litis consorti, pag.191. n.20.
Restitutio in integrum quando competat Confraternitatibus, & Extauritis, p. 159 n.12
Restitutio in integrum competit Montibus Pauperum, p.160.n 5.
Restitutio in integrum competit Seminario p.162 n 4.
Reuerenda Fabrica S.Petri de Vrbe quã do se intromittat in legatis factis pro dotibus puellarum,p.139 n.19.
Reuerenda Fabrica S. Petri procedit ad exactionem legati pro redemptione captiuorum.p.111 n.13
Reuariatio denegatur quando reus non extitit in fortijs, p.306.nu.1.& vide n.1.
Reuariatio est species remissionis.ibidem. n.3.
Rex solus ab initio potest imponere nouã formam feudo quaternato, pag. 304. n.20.
Rex solus potest infeudare feuda quaternata. ibid.n.18.
Rigor Pragm.1.de Meretric. non potest practicari in illa, quæ vnũ tenet amasium.p 86.n.7.
Rusticus sagax admittitur ad tutelam, & an talis præsumatur, & quando dicatur,p.107.n.4.5.&6.
Rusticus gaudet fori electionis priuilegio, & excusatur in delictis, & quid in rustico sagace,p.107 n.1.2.& 3.

S

SAncti intelliguntur nasci die quo moritur,p.338 n 30
Sanitas mentis non probatur ex Notarij assertioni,& in quibus nec notarij assertioni statur,p.59.n.3.
Salarium debetur officiali absenti ex legitima causa,p.316.n.6. vel cum licentia p.317.n 11.
Salaria Aduocatorum,& Procuratorum possunt peti apud Iudicem causæ principalis, pag.288. num.2.
Sententia abscondita, & Thesaurus inutilis nullam affert vtilitatem, pag. 1. n.1.
Scholæ sunt exemptæ à solutione tributorum,p.162.n 9.
Scholaris gaudet fori electione,p.90.nu.1. amplia n 3.& declara p 91.n.7.
Scholaris dicitur stare in scholis, etiam si aliquando diuertat animo tamen regrediendi,p.91.n.4
Scholaris adiens suam domum tempore otij reuersurus tempore debito gaudet omnibus priuilegijs scholaris, p.91.n.5. & 6.
Seruitori Militis Pij,& Lauretani.pag. 320.n.9.
Seminarium habet priuilegium eligendi forum, p.161.n.1.& gaudet priuilegijs piæ causæ, n 2 & 5.
Semiplena probatio sufficit in causis summarijs,p.195 n.6 & illæ possunt terminari iuramento partis, n.7.
Sententia lata à iudice non suo non valet,nec de consensu partium conualidatur cum alijs similibus p.11.n.14.
Sententia. vel laudum quod est pronunciatum absoluo Antonium hoc adiecto, vt conqueri possit duo continet, p.195. nu 19.
Sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis valet,pag.190 n.9.
Sententia absolutoria,vel condemnatoria vnius non prodest, nec nocet alteri, p. 193.n 28
Sententia lata aduersus aliquem non mandatur exequutioni si ei furor superueniat,p.127.n.7.
Sententia lata post recusationem est nulla ipso iure,p.52.n.6.
Senex quis dicatur,p.98.n.1.2.& 3.
Senex gaudet fori electione, p.97.nu.1.& declara vt p.98 n.7. & 8.
Senibus magna debetur reuerentia, p.97. n.2.
Senectus æquiparatur morbo, etiam quoad effectum dandi coadiutorem, vel ad petendum absolutionem à Papa, aut ad effectum habendi fructus, & distributiones,& ne comprahendatur in l. vn. C.de mend lib.11.ibid.n.3.5 & 6.
Senex robustus ieiunare tenetur,pag.98. n.11.
Senio confecto licet examinare testes ad æternam memoriam sicuti valitudinario

nario , pag. 97. num. 4.
Separatum dicitur vbi vnum non venit ad alterius determinationem, pag.196. n.20.
Septuagenarius carceratus, vel saltim ei assignatur Ciuitas pro carcere pag.99. n.8.& 9. vbi ita practicari dicit Author.
Septuagenarius testificari non cogitur, p. 100.n 10.
Sequestrantes fructus bonorum patrimonialium incidit inBullam Cœna,p.145 n.20.
Seruientes ecclesijs reponuntur in numero miserabilium personarum quoad priuilegium,p 229 n.1.
Seruientes ecclesijs fruuntur priuilegijs eiusdem quibus gaudet ecclesia,ibidem num.2.
Sexagenarius robustus potest condemdari ad triremes p.98.n.9
Sexagenarius excusatur à muneribus personalibus & absolutione capitis,sed an ab administratione Syndicatis, p.99 n.6 & 7.
Signa signatum ostendunt. p.129.n.5.
Signa furoris enumerantur ab Authore. p.110 à n.8.vsq.ad 13.
Simulatio ex clausula (Constituti) non excluditur p 253.n. 15
Simulationis contractus est difficilis probationis,ibid.n.12
Simulatio probatur testibus , pag. 252. n.8.
Simulata reputantur,ac si non sint,p.232 n.4.
Soter qui habitationem genero in domo sua promisit, potest variare offerendo illam seorsum.p.17.n.4.
Socius Doctoris , gaudet priuilegijs Doctoris,p.190.n 14
Solemnitas quæ est necessaria in alienatione bonorum ecclesiæ , requiritur in alienatione bonorum Hospitalis,p.153. n.6.
Soluens pro alio fauore libertatis reperit, p.110 n 7.
Solutio sportularum tacitam fori renunciationem imputare videtur, pag.258. n 3
Solutio in causam,quæ continet pœnam, vel vsuram,in dubio præsumitur facta, p.29 n.7
Soror gaudet priuilegio fratris, pag.219. n.7.
Sponsa priuilegiati gaudet beneficio spōsi, p.200.n.1.sed declara, p.201.n.11.
Sponsus de adulterio sponsæ accusat,pag. 200.n.2
Sponsa habet priuilegia vxoris, ibidem, n.3.
Sponsa habet priuilegium hypotecæ, ibid. n 4.
Spōsa de præsenti venit appellatione vxoris,p.201.nu. 12.& quando sponsa de futuro, n.13.
Sponsa de futuro suum domicilium non mutat,p.201.n.15.
Sponsa de futuro sponsum vagantem insequi non tenetur,ibid.n.17.
Sponsa, & vxores coruscant radijs maritorum,& sponsorum, & non è contra, p.203.n.6.
Sponsa de futuro quænam dicatur, p.203. n.1 & seq.
Sponsalia qualiter probentur, pag. 204. n 3.
Spoliatus potest renunciare beneficio restitutionis,p.41.n.15.
Speciale mandatum requiritur ad petendam restitutionem in integrum , quod est verum etiam in consanguineo,p.30. n.6.
Spurius non succedit in iure patronatus, p.213.n.40
Status primus qui in exordio fuit , est inspiciendus, p.267.n 9
Statutum speciale præponderat generali, p.276.n.3
Statutum ad fauorem miserabilium præualet statuto de compromissis, ibidem n.2.
Statutum reijciens omnes expositiones,nō dicitur eijcere notoriam,p. 58.n.21.
Statutum seruatum in Ciuitate seruari debet in suis vicis,p 332.n.17
Statutum semper recipit interpretationē à potestate statuentis,p.34.n.8.
Statutum loquens de Professis comprehendit Milites Hierosolymitanos,pag.180. n.3.
Sterilitas quando dicatur ad finem vt possit opponi exceptio remissionis mercedis p.222.n.15.& seq.
Stipulari alteri fauore dotis,& pia causa quis potest,p.139.n.14
Suffragium , seu votum quis renunciare potest in foro exteriori, p.41.n.24.
Subrogatum sapit naturam subrogantis, p.227.n.15.quod amplia vt num.16.& declara vt n.18.vsque 23.
Subreptio in breuibus , an vitiet ipso iure,

iure, *pagina* 28. *num*. 22.
Substitutus est bonorandus vti principalis, p.227.n.17.
Superior non potest renunciare restriptum aduersario inuito. p.310.n.4.
Superior potest euocare ad se plures informationes captas in diuersis Curijs, p. 193.n.29
Surripienti bona paterna non datur actio criminalis, p.209.n.16

T

Taciti, & expressi idem est indicium p.47.n.22
Tacitè renunciari potest beneficio cessionis bonorum, p.41.n.23
Tempus habet vim renunciationis, p.47. n.15.
Tempus carceris excomputantur in tempore exilij, & minuit pœnam, & quando succedat loco pœna, p.120.n.7.
Terminus debet dare miserabilibus personis ad verificandum se tales, vbi negatur, p.55.n.1. & 5. & p.58.n.15.
Tertiarius non vtitur electionis fori beneficio. p.172.n.1. *nec dicitur persona ecclesia, & quare*, n.2. *sed quando id sit verum*, n.3.
Tertiarij quando immunes à collectis non sint, p.173.n.5. & *quando non supponatur Statutis, & Pragmaticis*, num 6. & *succedant in feudis*, nu.7.
Tertiarij quando gaudeant priuilegio canonis ibid.n.8.
Tertiarij non possunt compromittere, pag. 174.n.11.
Tertiarij habent beneficium cap. Odoardus ibid.n.12.
Tertius sequitur causam in eo statu in quo illam reperit, p.271.n.4.
Tertius nō habet priora iura, quam principalis, ibid n.5.
Tertius ad causam veniens eiusdem termi nis arctatur quibus principalis, ibidem n.7.
Tertius comparens pro suo interesse, habet primum, & secundum beneficium ibid. n.9
Testari an possit excommunicatus, p.279 n.5.
Testamentum ex causa præteritionis filij dicitur nullum si opponatur, pag. 26 n.2.
Testibus de sana mente deponentibus magis creditur, quam deponentibus de furore, pag. 129. num. 4.
Testamentum ad pias causas, quando dicatur, p.137.n.7.
Testes deponentes de clericatu debet assignari rationem sui dicti, p.151.n.15
Testis falsus ad quid teneatur tàm in foro exteriori, quam conscientia, pag.74. n.12.
Testamentum ratione solemnitatis omissæ non substinetur inter naturales filios, p.212.n.31
Testis punitur de falso à Iudice coram quo deposuit, p.245.n.8
Testamentum defuncti dicitur & hæredis p.261.n.4
Tex. in cap. quoniam frequenter vt lit. nō contest. verus intellectus datur, pag.99 n.4
Torqueri vbi debet pater, & filius, à filio incipi debet, p.207.n.18. & *quare* p.210. n.19
Torqueri non potest laborans morbo gallico, p.81.n.21.
Trahens per eadem causa partem aduersam coram pluribus Iudicibus perdit eam, si non est persona miserabilis, p.7. n.21.
Trahens Nouitios ad forum sæculare, incidit in Bullam cœnæ, p 167.n 8.
Trahentes Conuersos ad forum sæculare incidunt in pœnas Bullæ Cœnæ. p.171. n.8.
Trahentes Tertiarios ad forum sæculare quando non incidat in Bullam Cœnæ, p.173.n.4.
Trahentes Eremitas ad forum sæculare innodatur censura Bullæ Cœnæ, p.176 n.4
Trahens Milites S. Ioannis, S Iacobi Calatraua, & similes extra eorum forum incidit in Bullam cœnæ, pagina 184. n.26.
Transactio ex contrauentione non dicitur nulla, nisi opponatur, p.26.n.4.
Trebellianica non detrahitur de legatis Hospitali, p.154, nu.7. *nec falcidia*, n.8.
Trebellianica prohibita censetur fauore loci, in quo pia exercentur, pag. 159. n.10.
Tribunal Regium eligi debet à Priuilegiatis, & ideo Iudex secundarum causarum non dicitur competens ad hunc effectum, p.13.n. 21.22. & 23. & p.14. n.24.
Tribunal Artis Serici, & Lanæ de quibus

bus cognoscat in hac Ciuitate, pag. 341. n. 2 & quid n. 3.
Tribunal Collegij Neap. cognoscit causas Collegiatorum p. 342. n. 6.
Tribunal verè protbonotarij de quibus cognoscat, ibid. n. 7.
Tribunal Dohanæ de quibus cognoscat, ibid. n. 9.
Tribunal Prothomedici quam cognitionē habeat ibid. n. 10.
Tribunalia Castri noui puniunt castrenses, ibid. n. 11.
Tutor datus filijs censetur datus filiabus, p. 11. n. 25.

V

Variare, vel eligere forum volens debet esse de numero priuilegiatarum personarum. p. 8. n. 1.
Variari potest de vno Tribunali ad aliud p. 16. n. 1. & quid si iurauerit de non variando. p. 17. n. 5. & 7. declara, vt p. 20 n. 23. & quid in Tribunalibus vbi residet Princeps, p. 21. n. 30. & 32.
Variatio est doli mali plena p. 16. n. 2.
Variatio conceditur vbi datur electio à iure, ibid. n. 3. regulariter permictitur si expressè non reperiatur prohibita, ibid.
Veritas semper praualet, p. 22. n. 37.
Variatio fori quoties fieri possit, p. 22. n. 1. & 2
Variatio vbi conceditur, variari non potest nisi semel. p. 23. n. 3. sed declara vt p. 24. n. 10.
Variationes quando præsumantur suspectæ p. 24. nu. 13.
Variatio fori quid sit, p. 7. n. 18
Vassallus nō potest in alterius iurisdictionem absq; Baronis consensu, nec tacitè, nec expressè consentire, p. 42. n. 29
Vassallus citatus in causa feudali coram Ordinario non tenetur comparere, p. 54 n. 3 & sic de singulis, n. 4. adeo quod si reperiuntur condemnati, & tempore exequutionis docerent de eorum priuilegio non essent molestandi, p. 55. n. 6.
Vassallus coram Domino feudi est conueniendus. p. 302. n. 4.
Venditor potest renunciare beneficio l. 2. C. de rescin. vend. p. 41. n. 20.
Vendere quis cogitur pro scholis ædificandis. p. 161. n. 3.
Vēdere fauore ampliationis vnius ecclesiæ altera non cogitur, p. 323. n. 11.
Vendicanti feudum ex pacto, & prouidentia, incumbit onus probandi descendentiam à primo acquirente, p. 57. n. 10
Verberās Nouitium incidit in excommunicationem, p. 167 n. 9
Verba enunciatiua Principis dispositionē inducunt p. 274. n. 15.
Verba enunciatiua probant fauore piæ causæ. p. 139 n. 17.
Verberans Milites S. Ioannis, S. Iacobi Alcantaræ, Calatraua, & similes, incidit in excommunicationem p. 183. n. 21.
Verba in dubio de actu valido intelliguntur. p 29. n. 8
Verba impropriātur, ne actus nullus reddatur. p. 29. n. 5.
Verba narratiua non inducunt dispositionem, p. 59. n. 2
Vbi eadem est ratio, ibi idem est ius, p. 63. n. 8. & 9
Verborum prius procedere debet interpretatio p. 67. n. 1.
Vexatus leui, & an diù duratura infirmitate priuatur beneficio electionis fori, & quare. p. 80. n. 15 & 16
Vexatus graui capitis dolore ægrotus vocatur. ibid. n. 17.
Vbi quis per stipulationem iuratā est obligatus vbiq; locorum conueniri pro debito, videtur prorogasse iurisdictionem omnium Iudicum, p 308. n. 7 & declara vt n. 9. & 10.
Via quam quis elegit patere debet, p. 23. n. 4.
Victus victori condemnatur in expensis parte tamen petente, p. 28. n. 19
Viator in loco contractus non conuenitur p. 270. n. 6.
Via præclusa est tertio sicuti principali in probationibus, p. 271. n. 8.
Vicinus vici dicitur vicinus Ciuitatis cui subicitur p. 331. sub n. 11. & ex vico Ciuitatis dicitur ex Ciuitate, ibid.
Vicinus non potest prohibere vicino ne teneat filatorium. p. 162. n. 10.
Vidua connumeratur inter personas miserabiles. p. 71. n. 1.
Vidua habet electionem fori p. 71. n. 2. & amplia n. 3. ibid. etiam si post litem contestatam nuberet, alias si haberet patrē.
Vidua inhonestē viuens non gaudet electionem fori, ac omnia priuilegia perdit, p. 72. n. 4. & 5.
Vidua luxuriosè viuens, gaudet priuilegio electionis fori vti meretrix, pag. 72. n. 4.

Vidua

Vidua pro exactione dotis non gaudet priuilegio electionis fori,p.72.n.7.
Vidua maritum interficiens, non gaudet electione fori,p.73.n.8
Vidua praestans causam mortis non gaudet elegioni fori,p.73.n.9.
Vidua Iudea non gaudet electione fori, p.75 n.14.
Vidua qua dicatur, ibid.n.1.
Vidua appellatur habens maritum captiuum,bannitum, vel ad triremes condemnatum,p.75 n.2.& quare, num.3. limita vt nu.4.
Vidua dicitur habens virum absentem per longum tempus,p.76.n.6
Viduae, & minores 14 annorum possunt causas captas trahere ad alios Iudices p.7. n.21
Viduas & pupillos quare dicantur miserabiles,p.273.n.5.
Vinum nouum dicitur infra annum,pag. 134.n.8.
Vir,& vxor non debent ad imparia iudicari,p.199.n.22.
Vir,& vxor per matrimonium efficiuntur vnum corpus, & reputatur pars corporis viri, p.197.n.6.
Vita Meretricum miserabilis est, p.84. n.4.
Virgo habet fori electionem etiamsi agat pro nupto in eum commisso, p.86.n.1. & 2. & quid in virgine habente patrē, nu.3.vel auum,n.4. & quid si nupta esset, sed non traducta ad viri domum, n.5.
Virginitas est virtus animi, cuius comes est fortitudo, p.88.n.6.
Virginitas superingreditur condemnationem humana natura, ibid.n.7.
Virginitas habet initium in coelo empireo in creatione Angelorum,ibid.n.8
Virginitas est magis voti,quam praecepti ibid. n.9.
Virgo dicitur qua hominem non cognouit p.89.n.1.
Virginitas in dubio praesumitur cum sit naturalis qualitas qua hominem sequitur,p.89.n.2.
Virginitatis signa quaenam sint, ibid.n.4. 5.& 6.
Volens renunciare suo foro, sufficit casus partis,& non est necessarius consensus Iudicis,p.41.n.11.
Votum Religionis adhibet,qui habitū Religionis Melitensis assumit, pag. 180. n.5.
Vox filij dicitur vox patris,p.205. n.4.
Vniuersitas habet fori electionem etiam quod sit parua, p.102.n.1.& 5.
Vniuersitas comprehendit viduas, pupillos,& alias miserabiles personas,p.102 n.2.
Vniuersitas iure minorum potitur, ibid. n.3.
Vniuersitati quamuis parua competit restitutio in integrum,ibid.n.4 & 6.
Vniuersitas verè, & propriè nil aliud est quam ipsi homines vniuersitatis collectiuè sumpti, p.103.n.1.
Vniuersitatem, & Populum non faciunt homines separatim,& singuli, ibidem. nu.2.
Vniuersitas dicitur quaedam persona ficta qua constat ex singularibus personis, ibid. n. 3.
Vniuersitatem Ciues faciunt, ibid.n 4.
Vsus relictus mariti censetur relictus vxori,& stipulatio alimentorum facta pro marito intelligitur pro vxore,pag.198. n.15.& p.199 n.21
Vsurpatio praesumitur in iure patronatus in quo adest patronus potens,pag.190. n. 12.
Vtilitati publica consulitur ex litium abbreuiatione.pag.277.n.5.& euitantur, n. 7.
Vulneratus in portico dicitur vulnerasse in domo,p.195.n.13.
Vxor miserabilis persona vtitur beneficio electionis fori,p.196.n.1 sed declara vt p.199.n.23
Vxor in ciuilibus,& in criminalibus gaudet foro viri,pag.196.num 2. & p.197. n.4
Vxor sortitur domicilium viri, & efficitur ibi Ciuis,p.197.n.3.7.& 8.
Vxor communicat cum viro excommunicato.p.199.n.18.
Vxor noua vocatur intra annum nuptiarum,p.134.n.7.
Vxor non potest renunciare priuilegio repetendae dotis, si maritus vergat ad inopiam.p.40.n.8.
Vxor non adhibens medicamenta viro egrotanti,non gaudet electione fori, & quid in vidua Iudaea non possid. electionem fori,p.74.n.10.& 75.n.14.
Vxor est magis sequela viri, p.203.n.9.

FINIS.

DECISIONES
ET RESOLVTIONES

In Materia Electionis, & Variationis Fori Diuersorum Totius Orbis Supremorum Tribunalium,

De quibus in Opere passim fuit facta mentio.

A Varijs Antiquis, Recentioribusque Authoribus

Selectæ, Exceptæ, & in vnum Collectæ
Per Eumdem

IOANNEM MARIAM NOVARIVM I. C.
LVCANVM,

Cum duplici Indice, vno scilicet Argumentorum, Altero verò rerum Memorabilium in eis contentarum.



ELENCVS ARGVMENTORVM DECISIONVM, & Resolutionum, de quibus jn hoc opere Electionis & Variationis Fori facta est mentio.

Decisio 1.

QVæ dicantur Miserabiles personæ. pag. 1. col. 1.

Decisio 2.

L. C. quando Imperat. inter pupil. & vid. quibus in casibus locum habeat, & an in Terris vassallorum. p. 2 c. 1

Decisio 3.

Miserabiles personę, vt habeant electionem, & variationem Fori tenentur iurare perhorrescentiam. p 3. c. 2

Decisio 4.

Probatio in contrarium an admictatur aduersus Iuramẽtum per horrescentiæ, p 6. c. 2

Decisio 5.

Statur soli Ieramento, cum quis allegat non posse consequi iustitiæ cõplementum in partibus, quoad rescriptum obtinendum in partibus, p 7. c. 1

Decisio 6.

Iuramentum perhorrescentię potest præstari per habentem speciale Mandatum, & præstari potest in quacunque parte iudicij. p. 7. c. 2

Decisio 7.

Miserabiles personæ non habent electionem fori, vbicunque Barones habent priuilegia cum clausula abdicatiua quoad personas miserabiles, etiam si Barones illis renunciarent. p. 9. c. 1

Decisio 8

Viduæ, & pupilli quomodo declinent Forum. pag. 11. col. 1.

Decisio 9

Vidua, & pupillus etiam in causis criminalibus fori electionem habent. Eodem quoque priuilegio vtitur Virgo, & gaudent etiam senes decrepiti, & qui cõtinuo morbo laborant, p. 14 c. 2

Decisio 10

Miserabilis persona non habet Fori electionem contra aliam personam miserabilem. p. 13. c. 2

Decisio 11

Si pupillus sit in potestate Aui non gaudet priuilegio l. vnic. C. quãdo imper. inter pupill. & vid. p. 13. c. 2

Decisio 12

Communia in materia miserabilium personarum, p. 14. c. 1.

Decisio 13

Meretrix habet electionem fori. p. 16. c. 1.

Decisio 14

Virgo gaudet elect. fori. p. 17. c 1.

Decisio 15

Virgo stuprata an gaudeat beneficio virginis in electione fori cõ tra stuprantem. p. 20. c. 2.

Decisio 16

Ecclesiastica persona an habeat fori electionem. p. 21. c. 2

Decisio 17

Clericus. qui litigat de bonis eccle sia

fiæ fori electionem habet, fecus verò quando de proprijs, sed in causa criminali Clericus habet semper fori electionē. p.24.c.2

Decisio 18

Ecclesia habet fori electionem. p.25.c.2

Decisio 19

An clerici pro eorum bonis, & offensis in eorum personas factis habeant fori electionem. pag. 26.col.1.

Decisio 20

An facta electione fori sint ligatæ manus Iudicis coram quo litigatur.p.27.c.1

Decisio 21

Manus Iudicis ordinarij sunt ligatæ post electionem fori, vndè sententia lata post fori declinatoriam, est nulla.p.27.c.2

Decisio 22

Pauper inter miserabiles personas connumeratur, & gaudet fori electione, p.29.c.1

Decisio 23

Priuilegium l.vnic.C quando Imperat.inter pupills& vid.in quibus personis locum obtineat, & num in pupillis, & viduis diuitibus procedat.p.31.c.1

Decisio 24

Priuilegio miserabilium personarum non censetur derogatum, nisi expresse dicatur.p.38.c.2

Decisio 25

Priuilegio l.vnic.C. quando Impe. inter pupill.& vid. quando censeatur derogatum, pagin. 40. col. 1

Decisio 26

Multa in eodem articulo concernentia reponuntur. p.40.c.2

Decisio 27

Priuilegio l vnic.C. quando Impe. inter pupill.& vid.non censetur derogatum, nisi specialis de ea fuerit facta mentio, p.43.c.2

Decisio 28

Miserabiles personæ habent Fori electionem etiam, si per Regē fuerit Iurisdictio concessa cum derogatione l.vnic. C. quando Imper.inter pupil.& vid.& conditione postmodum intermedia in demanium Iurisdictio reuersa sit Vniuersitati concessaque Iurisdictio quaruncunq; primarum causarum,44.c.2

Decisio 29

Miserabilis persona non declinat fornm quando conuenitur ex contractu defuncti, vel ex qua. si contractu, vel administratione Tutelæ.p.44.c.2

Decisio 30

An Miserabiles personæ habeant fori electionem in causis ipsis cessis, p.47.c.2

Decisio 31

Virgo si ex priuilegio l.j. C. quando Imper. inter pupill. & vid. coram R.M.C.egit, & lite pendente ab Aduersario idem superuenit priuilegium an ad primum Iudicem, à quo declinauit, terminanda sit ab Aduersario ipso instante, & M.R.C. forum declinante. pagin. 48: col. 1.

Deci-

Decisio 32
Vidua dotem repetens habet priuilegium sui Iudicis etiam si contra pupillum agat, pag. 53. col. 1

Decisio 33
Regula quod Actor sequatur forū Rei an procedat in causis miserabilium personarum, pag. 53. col. 2.

Decisio 34
Pauper an habeat priuilegium electionis Fori, p. 54. c 2

Decisio 35
Derogatio priuilegij concessi miserabilibus personis, & Ecclesiasticis an comprehendat Episcopos, p. 56. col. 1

Decisio 36
Cōciliū Tridētinū sess 24. Cap. 20 versic. exceptis an comprehendat. Tex. in l. j C. quando Impe. inter pupill. & vid. p. 55. c. 2

Decisio 37
Facta electione fori per clericum, an Baro possit petere causæ remissionem, p. 56. c. 2

Decisio 58
Electio Fori num detur Hospitali, sicuti Ecclesiæ, p. 57. c. 1

Decisio 59
Miserabilis persona accusans in Regia Audientia Officialem an coram sindicatoribus querulare etiam possit, p. 59. c. 1

Decisio 40
Officialis habet electionem fori vti priuilegiatus, p. 62. c. 1

Decisio 41
Miserabilis persona obligata in forma Cameræ an debeat gaudere beneficio electionis Fori, p. 63. col. 1.

Decisio 42.
An Miserabilis persona accusans in Regia Audientia officialem coram syndicatoribus quærulare possit, p 67. c. 1.

Decisio 43.
Pupilli spurij an comprehendantur sub dispositione l. vnic. C. qñ Imper. inter pupill. & vid. p. 69. col. 2.

Decisio 44.
Vidua An possit eligere Forum Magnæ Curiæ Vicariæ, & querelam prosequi contra subditū Magni Admiranti, qui est exemptus, & subest Magno Admirato, p. 71. col. 1.

FINIS

DECISIONES
DIVERSORVM ORBIS TRIBVNALIVM
Quæ in præsenti Tractatu Electionis, & Variationis Fori deductæ fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Persona miserabiles qua dicantur, & vide nu. 3. & 5.*
2 *Vidua qua dicatur, & nu. 4.*

DECISIO I.

Ex Guid. Pap. decis. 566.

ARGVMENTVM.

Quæ dicantur miserabiles personæ.

1 QVia secundum statuta Delph. causæ miserabilium personarum debent in dicta Curia parlamenti tractari: Quæro quæ dicantur miserabiles personæ, *Bart. in l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. post Pet. Iacob. & Cyn.* dicit quod arbitrio Iudicis est relinquendum *arg. ff. de effra. l. 1. §. expilatores* & ponit *Innoc. in cap. significantibus extra de off. deleg.* & ita seruat dicta Curia parlamenti.

2 Sed quia in dictis statutis Delph. fit mentio de causis viduarum, quæro quę dicatur vidua? Dic quod intelligitur vidua, quæ nunquam habuit virum, vel quæ virum amiserit, vt dicit *Bart. in d. l. vnica.*

Additio.

3 Miserabiles personæ dicuntur pupilli, viduæ, & orphani, *not. extra de foro compet. c. ex tenore, de donat. inter vir. & vxor. c. nuper, & in specul. de reor. vers. item quod conuentus, & de instrum. ed. §. nunc vero aliqua vers. & scias 2.* & hoc verum si hi sint inopes, secus si diuites, vt per *Specul. in d. vers. scias, & Alex. 1. par. cons. 121. in vlt. col. in vers. 2. respondeo*, denique miserabiles personæ dicuntur senes decrepiti diuturno morbo fatigati, & omnes quibus natura mouetur ad miserandum propter fortunæ iniuriam etiam si diuites sunt, vt notatur per *Azon. in sum. quando Imper. inter pup. in fin. & not.* quod dormiens annumeratur miserabili, seu misero, etiam si sit Rex Francorum, *Bald. in l. ea quidem C. de test. militari*, quæ dicatur vidua, dic per *Bal. post glos. in l. fin. C. ad l. Iuliam, de plag.*

Annot. Matthæi.

4 Quæ numquam habuit, & vitam duxit cælibem, vidua non potest dici, & proinde à priuilegijs vidualibus arcetur contrarium respondet *Oldrad. Alberic. Bart. & Fulgos. Lupi. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. 2. not. n. 12.* verior est prima opinio tā ex ipsius nominis, quām priuilegij significatione, vt enim illud per se satis clarum est, ex vsu communi loquendi, sic in his latior significatio non admittitur, *Socc. in cap. ex tenore de for. compet. l. malum in ver. viduam ff. de verb. signif.* in iudicijs autem arbitrio positū est declarare, quæ personæ possint dici miserabiles, ita *Innoc & Bat.* quos refert, & probat *Deciut in auth præterea n. 16 C. vnde vir. & vxor. Alberic. tract. statut. par. 1. q. 3. Barbat. cons. 21. col. penult. in fin. lib. 2. consil. 22. col. 3. cons. 80. in fin. lib. 3. & cons. 47. col. penult. in fin. Calc. consil. 57. num. 12.*

Notatio Boneton.

Qui propriè dicātur miserabiles personæ, notat *Rebuff. in constit. Regni tract. de sent. prouision. artic. 1. glos. vltim. à num. 2. vsque ad 17.*

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles persona qua dicantur.*
2 *Senatus solet concedere literas euocationis causarum in causis viduarum, & miserabilium personarum.*
3 *Vidua diues habet priuilegium de quo in*
4 *l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid.*

4 vid. procedit etiam si lit. pend. pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat.
5 Renunciari non potest priuilegio. l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.
6 l. 1. C. quand. Imper. inter pup. & vid. an procedat post cœptum coram ordinario Iudicium, & quid seruetur in hac patria nu. 7.
8 Euocatio causarum miserabilium personarum, & viduarum potest in 2. instantia fieri.
9 Priuilegium Ciuitatibus, & oppidis cōcessum pro causis diffiniendis non derogatur l. 1. C. quand. Imp. inter pup. & vid.
10 l. 1. C. quand. Imp. inter pup. & vid. an habeat locum in causis vasallorum.
11 Vasallus censetur inuestitus de prima cognitione priuatiuè, quo ad Dominum.
12 Priuilegium l. 1. C. quand. Imp. inter pup. & vid. non censetur sublatum, nisi expresse in inuestitura dicatur.
13 Euocatio causarum in terris vasallorum est facienda cum moderamine.

DECISIO II.

Ex Thesaur. decis. 177.

ARGVMENTVM.

L. 1. C. quand. Imper. inter pup. & vid. quibus in causibus locum habeat, & an in terris vasallorum sit illius dispositio seruanda.

1 MIserabiles personæ (vt sunt viduę pupilli peregrini, cęci orfani fugientes ad Ecclesiam leprosi seruientes Ecclesijs pauperes captiui) mercatores qui in itinere gabellis grauantur, & alij quos recesset *Butr. in cap. significantibus nu. 22. de off. delegat. Bellug. in Specul. Princ. rub. 23. §. sed pone num.* 10. quibus ego, addo aduenas, qui sæpè à Deo cōmendantur, vt in illis faueamus *Deuteron. cap. 24. 26. & 28. Exod. cap. 22. Leuit. cap.* 19. Item Ecclesiam *Capyc. decis.* 160. *Carauit. in rit. M. C. V. 219. num. 3. Rebuff. de sent. prouis. ar. 3. glos. vlt. nu.* 5. habent prædicti omnes, hoc priuilegium, vt possint aliquem conuenire coram Principe, & coram eius supremo Senatu, pro prima cognitione *l. 1. in fin. C. quand. Imper. inter. pup. & vid.* & apud nos extat decretum *Ame-*
2 *dei in antiquis lib. 2. cap.* 13. ne causarum & istæ literæ citatorię solent etiam per Senatum ipsum concedi, ex antiquo stilo, & bene, cum sit hoc priuilegium clausum in corpore Iuris, quamuis *Rebuff. in tit. de Euocationibus n.* 48. dicat ad Principem recurrendum pro tali prouisione, & hoc priuilegium fuit semper in concussę obseruatum à serenissimis Ducibus nostris, & in omnibus Curijs, estque adeò potens, vt illi renunciari non possit, *Bellug. in Specul. Princip. rub. 23. Natt. cons. 590. nu.* 19. immò cedi potest hoc priuilegium in fauorem personæ non miserabilis, *Rebuff. de sent. prouis. glos. fin. nu.* 20. & ratione personæ miserabiles, aliæ personæ litis consortes eodem priuilegio fruātur, *Natt. d. cons.* 590. *Didac. cap. 6. & 7. pract. quæst.*
3 Ampliatur hoc priuilegium, vt procedat etiam in vidua diuite, per ea quę dicit *Didac. pract. quæst. c. 1. & 6. post Bar. & alios*, quos allegat *Natt. cons. 590. & ibi Didac.* latè examinant hanc materiā, & hāc opinionem vti veriorē tenuit Senatus 1586. 15. Ianuarij, referente *Domino* Enuiarum, & hoc Iure semper uti solet in terris immediate suæ celsitudini subiectis.

Ampliatur 2. vt procedat dispositio dictæ legis primæ, quo ad pupillum, & viduam etiam si post litem cœptam co-
4 ram supremo magistratu pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat, vt tenet *Carau. in rit. M. Cur. rit.* 219. vbi hoc latè disputat in 4. *quæst.*

Amplia 3. vt vidua, & miserabiles personę occasione alterius litis consortis eodem priuilegio vtantur, *Natt. d. cons. 590. nu. 16. Didac. d. cap. 6. & 7.* & istis priuilegijs non poterit per has ita priuilegiatas personas renunciari, *Bellug. d. rub. 23. vers. sed pone nu. 9. Natt. d. cons. 590. num. 15. Franch. decis. 191. nu. 7. par. 1.*
6 Ampliat 4. dispositio istius legis 1. vt procedat etiam, si coram ordinario ceptum sit Iudicium, *l. vbi captum D. de Iud.* ita tenet *Neuizant. in Sylua Nuptiali lib. 6. n. 38. vers. & propterea*, vbi ita iudicatum fuisse, dicit *Parpal. post Affl. in constit. Regni de off. magist. instit. quæst. 13. n. 36.* & idem tenet *Natt. d. cons. 590. n. 15. Franch. d. dec. 129. col. 2. Bellug. in Specul. Princ. rubr. 23. vers. sed pone col. 2. nu. 9.*

nu. 9. licet ibi satis inuolutè loquatur,
Carauit in rit. M. & 219. & 228. &
Scaglion ritu 230. & quamuis *Didac. cap.*
7. circa finem, vers. 9. reprehendat Affl.
contrarium tenentem, tamen cum ni-
hil alleget, & contra eum sint multi Do-
ctores, non erit ab hac ampliatione re-
cedendum, & propterea re benè intelle-
cta & discussa, cum opinione *Afflict. Ne*
uizz. & aliorum, vti communiori de Iu
re communi loquendo transibat Sena-
tus in causa cuiusdam viduæ de colle-
7 gio 1589. 17. Martij, fuit tamen resolu-
tum, quod hæc opinio non haberet lo-
cum in hac patria, attenta dispositione
decreti antiqui, quod est inter decreta
Filibert. 11. cap. 5. incip. ne causarum, &
litium vbi addendo ad alium decretum,
quod est lib. sic disponitur declarantes
insuper, quod vbi præiudicium statutũ
loquitur de miserabilibus personis, in-
telligatur, nisi tales miserabiles personæ
causam inchoauerint alibi, & lite con-
stante fuerint, quo casu non sit licitum
variare, sed vbi causa cœpta fuerit ibi
determinari debeat. Quod decretum
videtur Iuri communi conforme, ex *d. l.*
vbi cœptum, cum lex abhorreat Iudicia-
les variationes cuius decreti dispositio
nunc authoritate *Didac* firmari potest,
& mirum est, quod *Neuizant. & Par-*
pal. quem ipse refert, de hoc decreto nõ
meminerint, cum in ipsis decretis mul-
tum essent versati, præsertim verò *Ne-*
uiz. qui summarium satis amplum, &
laboriosum super eis compilauit, sed
quandoque bonus dormitat Homerus
atque opere in longo fas est obrepere
somnum, & omnium habere memoriã
diuinitatis est.
8 Ampliatur *5. d. l. 1.* dispositio vt pos-
sit fieri educatio istarum causarum, etiã
in secunda instantia exemplum in patria
nostra, in qua regulariter sunt tria, &
tres instantiæ, vna in qua iudicant Ordi-
narij locorum, secunda in qua iudicant
Præfecti Prouinciarum, tertia in qua iu-
dicat Senatus, si vidua in prima instan-
tia aducit Iudicem ordinarium, & ipsa
à sententia ipsius appellet, poterit ap-
pellare recta via ad Senatum omisso me
dio, licet regulariter appellari debeat
ad Præsem, nec possit omisso medio ap-
pellari ad Senatum tam de Iure com-
muni, per *not. in l. Imperatores ff. de ap-*
pellat. & in cap. dilecti ext. eod. quam
ex antiquis, & nouis decretis, & hanc
ampliationem firmant, *Neuiz. d. lib. 6.*
nu. 36. Rebuff. in concor. sub. rub. de fri-
uol. appellat col. 5. vers. 3. fallit. & se-
cundum illam censuit Senatus 1586. 15
Ianuarij post longam disputationem
quamuis *D*ominus meus Præses à Rus-
sia multis argumentis nixus esset defen
dere contrarium in causa Illustriss. D.
Iuliæ de Obicibus Patauinæ vxoris q.
D. Antonio Mariæ de Sabaudia Comi-
tis Collegij tunc viduæ fuitq; resolutũ
ita fore in futurum obseruandum.
Ampliat *6.* vt procedat hoc priuile-
gium datum à Iure suprascriptis perso-
9 nis, etiam si Ciuitates, & oppida imme-
diate Principi subiecta haberent priuile-
gia, & causæ omnes propria cognitione
ibi cognoscerentur, quia hoc priuilegiũ
est clausũ in corpore Iuris, & sum. æqui-
tate nititur, cui non potest præiudicari
nisi de absoluta Principis potestate, &
cum expressa derogatione, & ita fuit iu-
dicatum à Senatu in causa Iausnerij Val
lis Barcilloniæ, referente optimo Sena-
tore *D* Enniarium collega nostro anno
1581. 10. Ianuarij.
Limitatur tamen huius legis disposi-
tio, vt non procedat quando lis est cum
æque miserabili, vt per *Didac. d. cap. 7.*
Carauit. in d. rit. 228. & rit. 67. vbi po-
nit quæstionem in re conueniente priui-
legiatos enim contra priuilegiatum nõ
vtitur priuilegio suo, *l. fin. & ibi Bar.*
ex qua cau. maior.
Limitatur præterea quæ tam magna,
& subtilis quæstio, quando sumus in mi
serabilibus personis, & viduis, aut pu-
pillis iurisdictioni Principis mediatè sub
10 iectis, vt in terris Baronum, & vasal-
lorum, quo casu valdè dubium est, an
tunc habeat locum hoc priuilegium, &
istius legis dispositio. Hæc controuer-
sia cum esset in Senatu, in prædicta cau-
sa Collegij, in qua se opposuerat D. Co-
mes Collegij gener meus petẽdo de mo
re ipsius causæ remissionem præsertim
cum ipse, & illius prædecessores sint de
Castro, & oppido Collegij, cum primis,
& secundis cognitionibus inuestiti mul-
tis pro vtrumque partis citatis argumẽ-
tis disputata fuit, & per multos dies ma
turè discusso erantq; Domini quasi irre
soluti, cum essent discordes in notis Qui
busdam enim videbatur de Iure dicen-
dum, quod hoc priuilegium non proce-
deret in terris vasallorum, quia cũ Prin-
ceps inuestit vasallum cũ mero, & mix-
to Imperio, & omnimoda iurisdictione
11 dicitur tunc vasallus inuestitus de pri-
LA a 2 mis,

mis, vel ſecundis cognitionibus priuatiuè, quoad Dominum, vt per *Iacob. de Sanct. Georg. in ſua inueſtitura feudali §. & cum mero Imperio, & in §. Vicarius nu. 41. Gram. deciſ. 30. n. 8.* quo Iure nos in Senatu vtimur, & ſæpius ac paſſim tenuit Senatus in omnibus cauſis, in quibus cõtingit dubitari, vaſallus enim hoc ius habet, ex cauſa oneroſa propter ſeruitia, ad quæ pro feudo tenetur, ideo ſicut non poteſt mihi Princeps auferre ius meum ſine cauſa, ita nec iuriſdictionem mihi conceſſam, & plerumque ex titulo oneroſo. Ad quod dicendum alij fortius mouebantur, quia alias cum in terris vaſallorum, vt plurimum maior pars hominum conſiſtat in iſtis miſerabilibus perſonis viduis, & pupillis, & plurimum pauperibus fraudaretur hac conceſſione pro maiori parte, & pro hac opinione allegabatur, *Rebuff. in tract. de euocat. cauſarum numer. 59. post Bald. in l. 1. col. vlt. de conſt. princip.* & id vidiſſe voluiſſe in terminis *Bellug. d. rubr. 23. §. ſed pone n. 7.*

Alij vero contrarium verius eſſe dicebant, & defendebant mori, ex eo quia priuilegium hoc militat in illa inſtãtia, quæ coram Principe eſt, quæ cum non ſit tranſlata in vaſallũ poterit Princeps vti ſuo priuilegio anteriori, cui ob id in
12 genere per conceſſionem iuriſdictionis in inueſtitura factam non cenſetur derogatum, niſi expreſsè dictum fuerit *Cyn. Bald. Angel. Cap. & Fulgoſ. in d. l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* qua ratione id in terminis tenuit, *de Franc. deciſ. 192. per totam præſertim nu. 7. & 8. in 1. par.* vbi hoc ampliat in caſu ſuo quod quamuis inueſtitura de Sancto Seuerino facta in fauorẽ Principis Salerni contineret hanc clauſulam, quod inueſtiebatur de cognitione omnium cauſarum derogando priuilegio *d. l. 1.* tamẽ cum eueniſſet caſus, quod cũ ob rebellionem Principis Salerni reuerſum eſſet feudum ad Carolum V. Cæſarem maximum, qui poſtea inueſtiuerat *D.* Ferrãtem Gonzagam cum clauſulis ampliſſimis decidit ibi poſſe ſubditos, vti hoc priuilegio, & ita fuiſſe deciſ. anno 1578 in conſ. Neapolitano, quod etiam videtur de mente *Bellug. in dicto Specul. rub. 38. §. conqueruntur col 3. circa princ.* ſed ille loquitur ibi in caſu ſextæ ampliationis ſupra poſitæ.

Tendem poſt longam diſputationem, & librorum reuolutionem maior pars Dominorum tranſiuit cum hac ſecunda opinione, ſed non ita ſimpliciter, dictũ etiã fuit poſſe Principem in terris vaſallorum euocare ad ſe cauſas miſerabiliũ perſonarum, ſed cum moderamine, &
13 non ita poſſim, vt fit in terris immediatè ſubiectis, ita vt hoc caſu non ſolum requiratur, quod vidua, & pupillus ſint, qui litigant, ſed concurrat paupertas, & quod aduerſarij ſint perſonæ potentes, vt ſcribit in allegato decreto antiquo ne cauſarum ibi aut cauſæ miſerabilium perſonarum agentium, aut defendentiũ contra potentiores ſi huiuſmodi perſonæ miſerabiles hoc requirant idemque videtur requirere, *text in d. l. 1. ibi.*

Cuius potentiam perhorreſcant.

Quam perhorreſcentiam etiam conſiderat decretum Sabaudiæ, & ideò non ſine ratione in Regno Neapolitano; à quo tempore Reginæ Ioannæ dependebat Comitatus Pedemontium illæ perſonæ miſerabiles, quæ tali priuilegio vti volũt debent ante omnia iurare de perhorreſcentia ſui aduerſarij, vt habetur apud *Carauit. in alleg. rit. Magn. Cur. rit. 239.*

Ampliatur hæc concluſio, vt vidua in terris vaſalli non poſſit vti hoc priuilegio quando non eſt pauper etiam ſi litiget cum ipſo vaſallo, ſi tamen ſunt in eo loco alij condomini, ex his quæ dicit, *Brun. conſ. 31.* & ita cenſuit Senat. 1589. 11. Nouembris, in quadam cauſa Valpergiæ, referente Illuſtriſs. D. compatre meo Senatore Guerillo.

Additio Gaſparis Theſauri ad ipſam Theſauri patris deciſionem.

Ad numerum 1. adde quod inter miſerabiles perſonas connumerabantur ẽt illi qui ſunt auxilio proprio deſtituti expoſiti, de quibus omnibus loquitur, *Speculator de inſtrument. edit. §. nunc vero aliqua nu. 62.* & aliqui addunt etiam inter iſtas meretricem, vide latiſſimè, *Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitrar. Iudic. caſu 66.*

Ad numerum 3. hoc eodem Iure vtitur Camera Imperialis, & teſtatur *Gayl. lib. 1. obſeruat. cap. 1. n. 40.* quamuis *Roland. conſ 20. lib. 2.* conatus fuerit ſuſtinere contrarium.

Ad nu. 4. adde quod hanc quæſtionem, poſt eundem *Couar.* proponit *Vinc. de Franch. deciſ. 257. in fin. par. 2.* qui nihil ſoluit, ſed cum illa ampliatione tranſiuit in facti contingentia Senatus motus, *arg. l. vbi ff. ceptum de iudic.*

Ad

Ad num. 6. opinionem de qua hic sequendo *Afflict.* & *Neuiz.* circumscripto decreto sequutus fuit Senatus in causa Ternauasij, referente D. Senatore Ferrario siue incisa 1590. 17. Augusti cum hoc casu non obstaret illud decretum antiquum, quia non procedebat in Marchionatu Sallutiarum.

Ad numerum 9. idem iudicauit iterū Senatus in alia causa Salutiarum relata per eundem Collegam nostrum D. Senatorem Ferrerium 1591. 16. Martij, non obstantibus capitulis concordatis à Sereniss. Duce hominibus dicti Marchionatus, quem nunc quietè possidet, vt causæ non extrahantur propria cognitione extra Marchionatum.

Ad numerum 10. cum eadem opinione, quod priuilegium, *l. 1. C. quand. imper.* procedat etiam in terris Vassallorū transiuit Senatus Mantuanus, test. *Surd. cons.* 152. *col. fin.* quod autem hic dicitur de vidua solet limitare secūdum aliquos, vt non habeat locum in vidua luxuriosè, & in honestè viuente, vt per *Vinc. de Franc. decis.* 233. post *Iser.* & *Didac.* & licet ibi fuerit per Sacrum Consilium iudicatum contrarium, tamē illud fuit per constitutiones illius Regni per quas illæ meretrices dicuntur miserabiles, ideò verum est in similibus personis non militare, nec attendi illam miserabilitatem, quia peruenit ex peccato, nisi vltra viduitatem concurreret paupertas, nunc enim non illa ratione, quod sit vidua, vel meretrix habebit fori priuilegium, sed quia pauper. Ad omnium quæstionum huius decisionis materiam, vide *Menoch.* omnia comprobantem, hic dicta in *dict. cap.* 66.

SVMMARIVM.

1. *Vidua vt habeat electionem, & variationē an teneatur iurare perhorrescentiā.*
2. *Constitut. Regni statuimus non corrigit tex. in l. 1. C. quand. Imper. & n. 5.*
3. *Adhærens appellationi fit vnus spiritus, cum appellante.*
4. *Adherere appellationi oportet infra decem dies.*
6. *Perhorrescentia si allegatur competunt defensiones.*
7. *Vidua nupta an retineat priuilegium.*

DECISIO III.

Ex Præsid. de Franch. decis. 257.

ARGVMENTVM.

Miserabiles personæ, vt habeant electionem, & variationem fori tenentur iurare perhorrescentiam.

Mulier vidua de Ciuitate Grauinæ, querelam criminalem in Magna Curia exposuit contra ciuem eiusdem Ciuitatis deinde nuptias contraxit petijt Dux remissionem causæ ad eius officiales dicebat vidua iam nupta querelam expositam tempore viduitatis, nec ex superuenientibus nuptijs amisisse priuilegium, & ex hoc dicebat etiam Regius Fiscus ei ius fuisse quæsitum, quodque &
1 & si mulier eo tempore non iurauerit perhorrescentiam potentiæ aduersarij sui, nihil refert cum *text in l. 1. C. quando Imper. inter. pupill. & vid.* det hoc priuilegium electionis viduis præsertim quando perhorrescunt, non autē si non perhorrescunt, vt dicit littera clara il-
2 lius text. cuius dispositioni dicebat non esse derogatum per *tex. in constit. Regni statuimus*, quæ requirit præstari debere iuramentum cum constitutio prædicta non corrigat expressè ius commune, & quod non mutatur stare non prohibetur, *l. præcepimus, C. de app.* & sic de facto vidisse iudicari, dicit *glos. in d. const. statuimus*, vnde postquam habemus, quod seruatur dicebat Regius Fiscus non esse amplius disputandum pro Duce dicebatur causam prædictam omnino remitti debere, quia constitutio prædicta requirit iuramentum, quod cum non fuerit præstitum tempore expositæ querele electio Magnæ Curiæ in Iudicem ruit, in *reg. tex. in l. cum hi, §. si prætor. ff. de transactionibus*, nec hodie præstitum operatur, cum mulier sit nupta, & non conueniant verba, *d. l.* 1. nec dispositio ipsius, & termini non sint habiles exemplo eius, quod dicitur de adhærenti appellationi per alium interpo-
3 sitæ, qui licet vnus spiritus efficiatur, cum appellante, vt dicit *Oldrad. consil.* 290. *contra articulos vol.* 2. *vers. secundum quod inducitur, & Rota Florentina in decis.* 11. 3. *col. vers. vltra quod num.* 9. *allegat similia, Felin. in rub. de treg. & pac.* 8. *col. in* 6. *declarat. vers. & de adhærentibus fol.* 1231. *in nouis*, nihi-

lominus ad hoc vt adhæsio teneat, opor
4 tet quod fiat intra decem dies datos ad appellandum, *Bald. in auth. hodie in fin. col. vers. quaero numquid C. de appellat.* quem refert, & seq uitur *Aposl, Alex. ad Bartr in l. si perlusoria §. 1. in vers. teste. ff. de appellat. in fin.* & dicebatur per constit. prædictam non fuisse correctam, *d l sed eidem legi hoc additum* fuisse quod præstetur iuramentum perhorrescétiæ, ita dicit *glos. in d. constit. in ver. corporali.* quæ licet dicat aliter de facto vidisse iudicari non quod sic sed fieri debet attendendum est, & *glos* prædictam sequitur *Afflict in d. constit. in 8. notab,* qui dicit in Regno vid sse multos aduocatos, adhoc aduertere, & dicebatur hãc quæstionem esse decisam per *M.C.227. item quod pupillus priuilegiatus, vbi Moder. in 2. notab.* & secundum hanc opinionem fuit decisum inter dictum Ducem, & Regium Fiscum, die 9. Augusti 1581. Figliola actuario, pro qua opinione facit, quia, vt idem *Afflict. in 8. notab vers sed iuxta hoc quaero sol. 1. 1.*
6 aduersus hanc allegatam, & iuratam, perhorrescentiã competit aduersario, defensio, quę opinio non esset vera, quãdo sola electio sufficeret, & sine iuramẽto, & hanc opinionem esse seruandam, docuit communis vsus. quia hodie propositis nobis causis viduarum, & pupil-
7 larum eligentium, & variantium interrogamus, an sit præstitum iuramentum perhorrescentiæ per personam legitimam, quando autem vidua adimpleuisset contenta in dicta constitutione, & deinde nupserit, an etiam sit causa remittenda non memini hunc punctum accidisse, sed si contigerit scribam super eo interim videas, *Carau. in alio ritu, 233. incip. item Clericus in 4. quæst.* vbi hinc inde arguit, concludit, & limitat, *& Foller. ei contradicentem in constit. Regni statuimus num. 27. vers. quaero hic de nobili quæstione,* vbi ponit plures casus, & quando vidua post querelam expositam virum duxit, allegat *Mari. pro Fisco tenentem in addit. Thom. Gram. ad constitutionem prædictam statuimus,* & quod sufficiat, quod tempore expositæ querele sit vidua, vide plenè *Aluar. Valascum lib. 1. consult. in consult. 57.*

SVMMARIVM.

1 *Perhorescentia probatur, vel per testes, vel proprio Sacramento.*
2 *Contra iuramentum perhorrescentia admittitur probatio in contrarium.*

DECISIO IV.

Ex Cappella Tholosana decis. 237.

ARGVMENTVM.

Probatio in contrarium an admittatur aduersus iuramentum perhorrescentiæ.

1 ITem quidam Bononiensis authoritate Apostolica vocauit alium Bononiensem coram Episcopo Ferrariæ dicens se perhorrescere aduersarium, quam perhorrescentiam probauit, vel per testes, vel proprio Sacramento sequendo tenorem, *c. statuimus in §. cum vero eiusdem in fin. de rescript. lib. 6.* aduersarius vult se admitti ad probandum
2 contrarium conclusum fuit, quod potest prout tenet *Ioann. Andr. in nouell. super verb. iuramentum, & per collect. in cap. Apostolica de cleric. excommunic. ministrant.* & ita bis fuit ordinatum, & sententiatum in dicta Cappella.

Additio ad eandem decisionem.

Tamen dicit *Ioan. Andr.* se habuisse ab Episcopo Bonon. Auditore contradictoriarum, quod si reus appellaret, quia Iudicium non admitteret probationes contra iuramentum cancellariæ non daret locus remissit *ad not. per se de off. Iudic. in §. fin. in spec. vers. quaerendum in fin.* dicit tamen, quod ipse admitteret reum opponentem cõtra actorem allegantem timorem Cancellariæ si haberet probationes promptas, alias non admitteret, sed permitteret ad Iudicem impetratum per actorem, coram quo repprobare; & ita dicit se habuisse à præfato Bononien. Episcopo seruare, *Io. Cal. vt refert Dominic. in alleg. cap. statutum,* quod aut iuramentum est delatum te sciente, & contradicente, vel excipiente, aut tacente, vel non consentiente primo casu non nocet sibi, quia male facit Iudex, ad hoc *de empt. & vendit. cap. penult. &* facit, quod notat *Innoc. in cap. quia propter de elect. de canonico,* qui alteri vocem suam commiserat,

rae, vbi admittitur ad probandum impedimentum per iuramentum vbi autē tacitè, vel expressè consensit tunc secus ad quod de elect. Cumana, & quod ibi not. Et hanc dictionem æquam esse dicit idem Dominicus: nam nō vult illud capitulum statutum actorem posse impetrare, nisi quando merito timet, ergo licet dicat timere vbi in veritate nō esset timendum ipse non excusaretur, vt dicit *gloss. super verbo merito*. Sed quid si simul concurrant Actor, qui vult probare per iuramentum, Reus contrariū per plenas probationes, quis erit præferendus. *Dominic.* vbi supra post *Io. Andr.* concludit, quod volens probare audietur, vt æqualitas in iudicijs obseruetur, & qui melius probauerit obtinebit *cap. super hoc de renunciat.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio per solum iuramentum quo casu sit sufficiens.*

2 *Certior probatio haberi non potest, quam per iuramentum illius, de cuius animo dubitatur.*

DECISIO V.

Ex Rota in nouis decis. 3. alias 42. tit. de rescript. & ex Rot. in antiq. decis. 23. de probat.

ARGVMENTVM.

Statur soli iuramento, cum quis allegat non posse consequi iustitia complementum in partibus quo ad rescriptum obtinendum in Curia.

1 Si impetratur commissio de speciali mandato, in qua narrat impetrans se non sperare posse consequi in partibus iustitiæ complementum sufficit hoc probare per solum iuramentum impetrantis, quia ea quæ consistunt in mente, vel in animo alicuius aliter probari non possunt, *c. si vero de sent. excommun. cap. per statutum*, & ibi per *Ioan. Andr. super vers. saltem per proprium iuramentum lib. 6. facit cap. vt circa eod. tit. & libr.*

Additio.

2 Nec potest haberi certior probatio, quam per iuramentum eius, de cuius animo, & proposito dubitatur, seu quæritur, vt *§. aliæ instit. de act. l. si cui §. iisdem ff. de accusat. & per Bart. in l. inter omnes §. recte ff de furt. & in l. 11. §. si à pupillo ff. pro empt.*

Additio.

Probatur *Addit. Rot. in antiq. decis. 61. eod. tit & Bart. in l. inter omnes §. recte ff. de furti. vide Felin. in cap. accidens vt lit. non contest. nu. 13.* & ratio assignatur etiam per *Philipp. Dec. in cons. 256. nu. 9.* quia in dependentibus ab animo statur eius iuramento, de cuius animo dubitatur vt per *glos. in §. aliam instit. de action. cap. pastoralis de except. cap. significasti il primo, de homicid.* exceptio de non perhorrescentia contra rescriptum in dicta perhorrescentia fundatum, an sit bona, vide *Bellamer. in decis. 45. vel decis. 5. eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perhorrescentiam sufficit clausula per habentem desuper mandatum speciale.*

2 *Clausula ad probandum quod licet licitum, & honestum iuramentum est sufficiens ad iuraudam perhorrescentiam.*

3 *Iuramentum perhorrescentia licet debeat præstari ab initio tamen virtute Innocentianæ in Rota potest præstari quandocunque.*

DECISIO VI.

Ex Cassad. decis. 1. tit. de variat. iura.

ARGVMENTVM.

Iuramentum perhorrescentiæ potest præstari per habentem desuper speciale mandatum, & præstari potest in quacumque parte iudicij.

1 Doctrinam *Ioan. Andr. & sequacium, de qua in cap. vt circa in fin. de elect. in 6. quod in casu d. cap. statutum*

tutum cum vero de rescript. eod. lib. vbi de iuramento perhorrescentiæ, quod possit præstari per alium, qui habet desuper mandatum meo tempore seruata *Rota* quamuis *Archid.* tenet contrarium ponderando verba per proprium iuramentum *Dom. vero post Ioan. Andr. magistraliter in d. cap. vt circa*, distinguit, quod aut circa requiruntur, vt quis curet simpliciter, & potest per alium, vt patet in *clem. 1. de iure iur.* cum autem exigunt iuramentum alicuius in propria persona, vel propriè manus ipsius, & non potest per alium, *secundum Ioan. Andr.* aut requirunt proprium iuramentum illius, qui facit actum, & tunc aut ipse facit actum in propria persona per se iurare debet, aut facit per alium, & per eum iurare potest, dum tamen habeat speciale mandatum, qui vt dicit *Io. Andr.* quamuis tua persona vel tuæ manus non sit mea tamen iuramentum, quod speciale mandato in animam meã præstas meum est, patet quia si sit falsum censeor periurius, *cap. 2. de iure iur. in 6.* & prædicta secundum *Domin. faciunt ad not. in l. 2. §. vbi obseruari*, vbi etiam *Cig. & Bal. C. de iuram. calumn.*

2 Et ita in vna Gerundens. mansi corã D. Martino de Spinosa 1516. & in alia Ianuen. plurimum milium coram me 1518. *Rota* voluit ad iurandum perhorrescentiam sufficeret, possit mandatum in quo dicatur quod præstari quodlibet licitum, vel honestum iuramentum in animam constituentis, cum tale iuramẽtum sit licitum item honestum à Iure approbatum, & in verbo quodcumque veniet illud *d. l. si pluribus. ff. de legat. 2.* & fortius si esset verbum necessarium,
3 ex quo necessarium est quando rescriptum fundatur in horrescentia, & signatura respondet præstito iuramento prædicto, quia aliàs Iudex nisi præstaretur ab initio non haberet iurisdictionem, vt *d. §. cum vero, vt ibi not.* licet virtute Innocentianæ, in *Rota* præstari posset in fine primæ, aut secundæ sententiæ refectis expensis, & hoc securius si esset facultas ad iurãdum de calumnia, & quodcumque alterius generis licitum, & honestum, aut necessarium iuramentum præstandum, quoniam & si procurator generalis iurare nequeat, vt not. *glos. penult. in d. cap. vt circa*, & non sit specialitas ad iurandum de horrescentia in dictis verbis expressus casus iuramenti calumniæ requirens specialem mandatum, *cap. fin. de iura. calum. & not. glos. in cap qui ad agendum de procurat in 6.* subiecta clausula generali, de quocunque alio iuramento, quo casu veniunt alij similes etiam partes, vt in *cap. sedes de rescript. & d. c. qui ad agendum cum ibi not.* & satis esset, quod iuramentum perhorrescentiæ non esset magis, quam calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei de Iure com. & per Reg. pragm. ex eorum persona.*
2 *Actor, & reus ex contumacia, & renunciatione fori ex propria persona priuantur foro.*
3 *Vassallus per contumaciã, & renunciationem fori non preiudicat Baroni.*
4 *Vidua pupilli, & aliæ miserabiles personæ habent fori priuilegium.*
5 *Barones in hoc Regno habent priuilegia in quibus derogatur priuilegijs miserabilium personarum.*
6 *Baro qui habet priuilegium contra miserabiles personas an in præiudicium eius vassalli illi renunciare posset.*
7 *Baro non potest renunciare priuilegio suo in preiudicium vassalli, quemadmodum nec vassallus contra eum.*
8 *Parilitas debet esse inter vassallum, & Baronem.*
9 *Dominus debet vicem reddere vassallo.*
10 *Vassallus, & Dominus sunt correlatiua, & ad paria iudicantur etiam in pœnalibus.*
11 *Dominus feudorum non debent trahi per vassallos extra Ciuitatem in qua morantur, nec etiam vassalli.*
12 *Dominus est loco patris vassallorum.*
13 *Pater non debet facere de filijs vnum filium, & alterum priuignum.*
14 *Vassalli vnico priuilegio concesso non debent diuerso Iure censeri.*
15 *Baro à vassallis exiget omnia quæ continentur in priuilegijs, ita & omnes vassali priuilegio potiri debent.*
16 *Prorogatio iurisdictionis non potest fieri sine partium consensu.*
17 *Concessione facta per priuilegium veniunt omnia ea, quæ de Iure inter vassallos, & Dominos oriuntur.*
18 *Commodum potest qui ex aliena persona consequi, nec contra eum potest renunciari.*

DECI-

DECISIO VII.

Ex Præsid. de Franch. decis. 541.

ARGVMENTVM.

Miserabiles personæ non habent electionem fori, vbicumque Barones habent priuilegia cum clausula abdicatiua, quod personas miserabiles, etiam si Barones illis renunciarent.

1 De Iure communi actor sequitur forum rei, *cap. cum sit generale de foro compet. l. fin. C. vbi in rem. act. & per Pragmat. Regni querula expositione in nouis pragmaticis in tit. vbi de delicto quis conuenire debeat* est prouisum quod in primis causis nemo extra districtum sui incolatus extrahatur, adeò vt ex prædictis appareat, quod circumscriptis priuilegijs concessionum quæ hodie reperiuntur factæ, & fiunt Baronibus huius
2 Regni vasalli, ex propria persona his exceptionibus vtuntur, quibus, & per contumaciam per eos contractam, & per fori renunciationes, & per consensum, eorū sæpè priuantur. Baroni verò quando ipse comparet ad petendam remissionem non fit præiudicium, quia vasalli ipsis præiudicare non possunt stantibus eorum priuilegijs, vt est dictum supra *in decis. 417. quibus addendum est Frecc. lib. de subfeud. in 20. autbor. nu 206. in antiquis, congerit alios Senat. Pedem. in decis. Cacher. 78. col. 1. vers. non obstat quod vassallus n. 132 in magnis vbi etiā*
4 *ponit limitationes ad legem vbi cæptum ff. de iudic.* similiter non est dubium, quod conueniri per viduas, pupillos, vel alias miserabiles personas excipiuntur à regula prædicta, quia isti conueniri possunt extra proprium domicilium, & si conueniuntur possunt forum declinare iuxta terminos *l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & de Iure Regni iuxta terminos constit. Regni statuimus, & rituū M. CV. nu. 230. & 231. secundum ordinem Carauita*, hinc est, quod in concessionibus factis Baronibus huius Regni, & quotidie fiunt ponitur priuilegijs clausula, per quā derogatur dispositioni *d. legis primæ, C. quando Imper. inter*
5 *pupill. & vid.* & in primis causis etiam secundis abdicatur iurisdictio à Magna Curia Vicariæ, vel alijs tribunalibus, & dicimus priuilegia esse concessa, cum clausulis priuatiuis, & abdicatiuis, de quibus clausulis meminit *Capyc. in inuest. in vers. cognitione etiam causarum vers. itaq. de illis nullus*, & stantibus clausulis prædictis quotidie causas ad miserabilium personarum, & Ecclesiarum ad nos recurrentium remittimus ad Curias Baronum prædicta priuilegia habentium.
6 Accidit nunc casus iste Dux Ebuli habet priuilegium concessionis dictæ terræ, cum clausulis prædictis, & derogatione *dictæ legis primæ*, cum fuisset cō missum homicidium in dicta terra, & vidua iuxta terminos *d. l primæ*, vellet accusare homicidium accedente Ducis consensu, cui priuilegium prædictum, concessum erat eum accusauit in Magn. Cur. Vic. vassalus petijt remissionem causæ ad Curiam terræ Ebuli, & dicebat omnino remitti debere virtute dictorū priuilegiorum Duci concessum esse in eius fauorem, & per consequens Ducem potuisse illi renunciare, *l. penult. C. de pact. cum simil.* quod fecit dando licentiam viduæ, quod posset in Magna Curia accusare, & Magna Curia iudicauit in fauorem viduæ, & dum esset appellatum ad Sacrum Consilium dicebat accusatus omnino hanc causam remitti debere, ex priuilegio prædicto, cui quemadmodum vasallus non posset præiudi-
7 care, nec expresse, nec tacitè, ex dictis *in decis. prædictis*, ita nec debet Dominus iste præiudicare vassallo, cum inter Dominum, & vasallum debet esse parilitas, seu æqualitas, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* quam ad hoc allegat *Andr. in c. 1. prima col. vers. sic hæc sententia qua l. Dominum propr. feud. priue. idem sentit. Andr. in c. Domino in fin si de feud. defunct. viol.* dicens quod in eis quæ tangunt vasallos sufficit parilitatem seruare, idem *And. in c. 1. §. sed si fratrem an ille qui interf. fratr Dom. suo, & Afflict. in decis. 165.* ponit regulam, quod
9 Dominus debet vicem reddere vasallo, nam sicut Dominus habet obligatum vasallum in multis, ita vasallus habet eundem Dominum obligatum, meminit de ea *Menoch. in 10. remed recuperandæ possessionis 13. quæst.* sunt enim vassallus,
10 & Dominus correlatiua, & indicantur ad

ad paria, *iux. tex. c. 1. circa fin. de form. fidel. etiam in pœnalibus*, vt dicit *Io. Nicol. in rep. l. generaliter, n. 38. vers. item*
11 *sicut C. de secund. nupt. nu. 579. 4. col.* vnde dicit. *Frecc. in 30. authent. in fin. ex mente Bald. in cons. 466. Andr. Feudatarius 1. vol.* non esse æquum, quod Domini feudorum trahantur per vasallos extra Ciuitatem in quam orantur cum hoc reuerentiæ, & honori Dominorum debeatur *per tex. in c. nomine Domini §. illud de pact.* constant sic etiam vassallis Dominus molestus esse non debet, subtrahendo eos, à proprijs laboribus cum vasalli, & Domini ad paria iudicantur *cap. primo qual. Dom. propr. feud priuet.* quæ opinio comprobatur, quia Dux cum proprijs priuilegijs pluries comparuit, & contra miserabiles personas petijt remissiones vasallorum, & obtinuit, nec conuenit, quod pro vno cui complacere intendit, petat remissionem, & pro alio, quem forte odio habet non petat, quia Dominus est loco patris vasallorum, vt dicit *Frezz. in vers. au-*
13 *thor.* & pater non debet facere de filijs vnum filium, & alium priuignum, *§. fin. in auth. de nupt.* vbi *Ang. dicit nota illud vulgare, quod pater non debeat facere vnũ filium, & alium priuignum*, meminit de eo *Dec. in consil. 59. nu. 20. vers. 4. facit vol. 1. col. 3. & cons. 146. n. 5. & seq. vol. 2.* vbi multa dicit de æqualitate seruanda, & postquam sunt vnico, & eodem priuilegio concessã non debent diuerso Iure censeri, *l. eum qui edes. ff. de vsucap.* nec Baronibus est danda materia delinquendi, *l. si conuenire. ff. de pact. dotal.*
14 posset enim Dominus à vasallis extorquere pecuniam, vt petat remissionem eorum, qui si extra proprios lares conueniuntur maximis laboribus, & expensis afficerentur, accedat prædictis, quia dictus Dux cũ priuilegijs prædictis quæsiuit omnia, ea quæ per constitutiones, & capitula Regni debent in hoc Regno vasalli eorum Dominis, quæ multa sunt, & videre licet ex *Afflict. in decis. 165. & ex Frezz. in omnibus suis authoritatibus*, & ea æquè ab omnibus exigit, vndè sic iustum videri debet, quod sibi concessis per eadem priuilegia, quæ fauorem respiciunt vasallorum dicti vasalli æquè patiantur, & præsertim prædictam fori
15 declinatoriam respicientibus, de quibus de Iure communi, & per leges Regni est habita ratio, regula enim est, quod eum sequuntur commoda, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam ff. de reg. iur.*

Item dicebatur per priuilegia prædicta in primis, & secundis causis etiam respectu miserabilium personarum esse abdicatam iurisdictionem à Regijs officialibus, & videtur hic casus similis causæ Clericatus, vt dixi ex *decis. Capyc. supra in decis. 319. nu. 8.* & consequenter officialibus prædictis obstat notorius defectus iurisdictionis contra vasallos, qui quo ad officiales prædictos liberas ædes habent, quo argumento reperiri postea, quod vtitur in propria materia, *Maxilla in cosuetud. Barensibus, consuet. neque à Comitibus. 3. colum. vers. vlterius cogitanti fol. 33.* vnde si postea
16 vult Dux consentire, quod Regij officiales procedant, videtur quædam prorogatio iurisdictionis in eos, quæ fieri non potest sine partium consensu, *l. 2. ff de iud. Petr. Iacob. in tit. de proroz. iurisd. col. 2. vers. item requiratur nu. 24.* & cum hodie vna ex partibus non modo non assentiat, immo dissentiat videtur quod dominio sic locus perite remissioni, & dicebatur non obstare, quod priuilegium sit cõcessum fauore Ducis, & quod sic ipse potest illi renunciare, *d. l. penult. C. de pact.* quia vt est supradictum postquam de Iure inter vasallũ, & Baronem est inducta paritas, siue æqualitas, quemadmodum vasallus non potest renunciare, nec per tacitum, nec
17 per expressum consensum, ita nec Baro, & priuilegium hoc non excludit, immo facta concessione vasallorum, eos vasallos faciendo, eo ipso veniunt omnia ea quæ de Iure inter vasallos, & Dominos oriuntur.

Item dicebatur, quod & si esset merè in fauorem Domini concessum, quod nec, adhuc potest hoc facere cum non debeat vasallos tractare alios, vt filios, & alios vt priuignos, & diuerso iure eos censere, & occasionem delinquendi esse tollendam, & quod quemadmodum ab omnibus exigit debita adiutoria, & seruitia virtute suorum priuilegiorum, ita & omnes debent prærogatiuis, & iurisdictionibus in vasallos potiri, & similiter quod si hæc est prorogatio iurisdictionis, non potest hoc facere parte vna contradicente, & nouissimè dicebatur, etiam quod omnia ista cessarent, de iure esse expeditum, quem ex alterius per-

persona cōmodum posse consequi, & nō
18 posse in eius præiudicium per eum, cuius contemplatione priuilegium concessum est ei renunciare, vt est planè dictū supra in *decis.* 269. conueniebatur, vnde cum ex hoc priuilegio quæsito per Ducem, quo sæpè dictus Dux vsus est resultet commodum eius vasallis, ne à propria patria extrahantur, videtur dicendum in eorum præiudicium Ducem ei renunciare non posse, concurrentibus his: quæ Dux à vasallis exigit virtute priuilegiorum prædictorum, prout sic post moram hanc difficultatem pluries in Sacro Consilio iudicauimus, tàm in præsenti casu, quàm in alijs addendum, tamen, quod data reuocatione apud nos seruatur opinio, quod per vasallum non possit peti remissio; vt dictum est in principio, nec seruamus opinionem, quam tenet in articulo plurali, *Maxilla vbi supra &c.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua, & pupillus habent æquali priuilegia.*
2 *Pupillus conuentus ex contractu paterno non declinat forum.*
3 *Pupillus conuentus ex contractu paterno perdit priuilegium miserationis.*
4 *Priuilegia conquassantur inter habentes æquale priuilegium.*
5 *Ritus Magnæ Curiæ per quem pupillus non declinat forum intelligitur de foro paterno.*
6 *Ritus Magnæ Curiæ non tollit priuilegium pupilli quando non declinat forum paternum, sed aliud.*
7 *Ritus prædictus aduersatur iuri cōmuni.*

DECISIO IX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 553.

ARGVMENTVM.

Viduæ, & pupilli quomodo declinant forum.

SIluia de Amato vidua de terra Marigliani conuenit in Magna Curia Vicariæ, *ex priuilegio text. in l.* 1. *C. quando Imper. inter pupill. & vid. & constit. Regni statuimus*, pupillum hæredem patris similiter de eadem terra Marigliani super dotium restitutione, pupillus petit
1 remissionem ad Curiam terræ prædictæ, & dicebat quod habentibus vidua, & pupillo æquale habentibus priuilegium, per *d. l.* 1. *& d. constit.* priuilegia conquassantur, vt dicit *Afflict. in constit. statuimus in secunda quæst. fol.* 101. *& est Ritus Magnæ Curiæ* 231. *si pupillus* & per consequens actor sequebatur forum rei, *l. fin. C vbi in rem actio cap. cum sit generale de foro compet.* & sic causam debere remitti ad Curiam terræ prædictæ.
2 Ex aduerso dicebatur pupillum conuentum pro contractu paterno, *ex Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ de quo in dec.* 234. Doctores de Collegio non posse declinare forum, & cum ad præsens pupillus conueniebatur ex contractu patris, non debet posse forum Magnæ Curiæ declinare, quod comprobat vnus ex Dominis, quia per Ritum prædictum quando ex contractu paterno pupillus conueni-
3 tur, tollitur ei priuilegium miserationis in *d. l.* 1. concessum, dum quod alias declinare prohibetur forum declinare, posset, tanquam pupillus, & cum remaneat priuilegium viduæ, & à pupillo abdicatum conuenire in Magna Curia dictum pupillum vidua potest.

Hæc dubia videbantur prima facie considerabilia, sed tamen Sacro Consilio visum fuit contrarium, ex regula supra allegata, quod inter habentes æquale priuilegium, priuilegia conquassantur: quam regulam latè exornat *Foller. in sua pract. crim. in vers. audiantur excusatores num.* 102. *vers. obiter enim fiscus fol.* 86. & nouissimè *Thesaur. in dec.* 177. *col. penult. vers. limitatur tamen nu.* 151. *in magnis*, & dicebatur supra allegata nō obstare, Dum enim dicit Ritus quod
5 pupillus ex contractu paterno non declinant forum, idest forum paternum, in quo pater conueniri poterat, vt dicit etiam ibi *Carauit.* & in effectu vult, Quod licet pupillus ex iuris communis dispositione quando conueniretur, posset allegare priuilegium, quod ei superuenit de iure communi, scilicet eligendo alium forum, quam forum patris; quod in hoc casu non possit; sed quod teneatur respondere in foro paterno, à quo ad præsens non declinat: sed ad illud remitti petit.

Nec obstat secundum, quod in hoc casu sit sublata pupillo miseratio, & remaneat viduæ, quia licet tollatur, quoad hoc,

hoc, vt priuilegio suo vti non possit contra vocantem eum in foro paterno, vt illud declinare possit, & vti beneficio *dict. l. vnica*, & sic declarat *Afflict. in dict. constitut. statuimus in 6. quæst.* Non tamen tollitur, quin si ad aliud forum vocatur per personam priuilegiatam, & non in foro paterno possit oponere, quod ad propriũ forum remittatur; eo existente pupillo, & stante priuilegium conquassatione. Priuilegium enim per Ritum tunc ei tollitur quando ipse vellet declinare
6 forum paternum, & hoc casu loquitur ritus, non autem loquitur in casu de quo agitur in quo non modo pupillus non declinat forum paternum, imò ad illud petit se remitti.

Vnde cum casus de quo agitur non fit casus Ritus, ad eum Ritus non est extendendus. Præsertim quia Ritus præ-
7 dictus aduersatur dispositioni Iuris cõmunis, vt est dictum in *d. decis. 234.* & est restringendus, vt illud lædat quanto minus possit die 24. Maij 1596. ad relationem Magnę Curiæ, in causa Siluiæ de Amaro, fuit prouisum quod causa remittatur ad officiales Marigliani, & intellectus fuit Ritus, vt supra penes Secret. Sacri Consilij.

SVMMARIVM.

1 *Vidua pupillus miserabilesque personæ etiam criminaliter delinquentes habent fori electionem declinatoriam, etiam post lit. contest. ex capite saltem restitutionis opponere possunt.*

2 *Vidua pupillus aliique miserabiles priuilegio l. vnic. C. quando Imper & cap. renunciare non possunt.*

3 *Virgines in capillo, vel cœlibem vitam ducentes, fori electionem quemadmodum, & vidua habent.*

4 *Senes decrepiti infirmi continuoque morbo vexati fori priuilegio gaudent.*

5 *Studentes eisdem priuilegijs, quibus miserabiles personæ gaudent.*

6 *Miserabiles personæ non tantum fori priuilegio verum alijs sexdecim gaudent.*

DECISIO X.

Ex Viuio decis. 65.

ARGVMENTVM.

Vidua pupillus, etiam in causis criminalibus fori electionem habent. Eodem quoque priuilegio vtitur virgo, & gaudent etiã senes decrepiti, & qui continuo morbo laborant.

1 Vidua pupillus, & miserabiles personæ etiam si delinquerent, haberent re ipsa fori electionẽ gauderentq; priuilegijs *l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & consequenter possunt declinare forum in causis ipsis criminalibus, & pro delictis per eos patratis, ita *And. de Isern. & Afflict. nu. 17. in constit. statuimus lib. 1. in rubric. de offic. Mag. Iustit.* vbi *Afflict. ipse num. 37.* amplificat in tantum hoc procedere, vt valeant isti priuilegiati opponere huiusmodi exceptionem fori declinatoriã, etiam post litem contestatam, saltem ex capite restitutionis in integrum. Et ita iudicatum extitit non semel tantum in varijs causis, in Regia Audientia Apuleæ in anno 1583. & sequẽti me assidente in ea iuste auditore.

2 Nec non viduæ ipse, & pupilli aliæque miserabiles personæ huic priuilegio eis à lege concesso renunciare vllo modo nequeunt, ita *Natt. consil. 590. vol. 3. post glos. vniuersaliter ab omnibus recep tam in d. l. vnicam vers. excedere.*

3 Similiterque virgines etiam in capillo existentes, vel cœlibem vitam ducentes habent fori electionem gaudeantq. priuilegio viduarum, ita Doctores omnes vniuersaliter in *l. vnica, & præsertim Azo ibi n. 6. Fulgos. qui exprimit istã opinionem communem fore C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Guid Papa decis. 566. quia n. 2. Neuizan. in silua nuptiali lib. 6. n. 30. Carauit. in ritu 19. nu. 21. & Couarr. in lib. pract quæst. cap. 7. n. 2.* vbi meminit semel vidisse, ita iudicatum in Prætorio Granatensi, & sic etiam ipse iudicaui in facti contingentia pluribus vicibus in Regia Audientia Apuleæ, dum assidebam in ea Auditor in anno 1583. cum alijs seqq. admittendo ad fori electionem non nullas virgines, & ita vidi etiam obseruari per 25. & vltra annos in Magna Curia Vicariæ, & in S. C. in varijs diuersisq. virginum causis, prout

ita

ita sæpè iudicatum in ipso Sac.Consl.cõmemorat etiã de *Franch.dec.* 100. *viduã n.* 1. *& seq.* licèt & malè *Andr.Gayl. obseruat.* 1.*nu.* 41. *& seq.* asserat contrariam opinionem veriorem.

Et de hoc mirandũ quippe nõ est, nã vidua adtẽpus videtur in misero infelicique statu cõstituta, duráte præsertim viduitate: sed virgo, & potissimũ, ea quę cęlibẽ vitã agit reperitur semper in misera vita inuoluta, taliter quod arguendo, ex identitate rationis, quod quidem argumentũ validũ est in iure, secundũ *Rot. Rom.dec.* 21.*alias* 331.*de concess.prabend. in nouis.& §.nos igitur*, vbi *Imol.et Abb. de confirm. util. vel inutil. & in c. ad audientiam in* 1. *not.de cler. nõ resident.* virgo ipsa gaudere debet fori priuilegio quemadmodum, & vidua imò virgines eligẽtes vitã cęlibẽ, tanquã sponsę Christi paupertati studẽt. Nã virgo sponsa Christi omnia mũdana spernit, exemplo virginis, & solum quærit, & cogitat, quæ sunt Iesu Christi, 1. *Corinth.* virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.

Et hæc omnia eatenus vera sunt, vt
4 non solũ vidua, pupillus, & virgo; verũ et senes decrepiti infirmi, & continuò morbo vexati, atq; oppressi gaudent fori priuilegio, ita *Azo.in l.vnic. n.*7. *C. quand. Imper. inter. pupill. & vid.*

Nec non studentes etiã gaudent absq;
5 scrupulo aliquo omnibus, & quibuscũq; priuilegijs, quæ concessa sunt miserabilibus personis, vt per *DD.omnes vniuersaliter in l.*1.*ff. solut.matr. Decian.consl.*14. *dubitatur nu.*12 *cum alijs seqq. vol.* 1.
6 Et personæ ipsæ miserabiles non tantum gaudent priuilegium hoc fori, sed gaudent quoque sexdecim alijs priuilegijs discussis, & recitatis per *Rebuff. in tract.de sent.prouis. ar.*3.*glos. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua non potest vti priuilegio l.vnic.C. quand. Imper. inter pupill. & vid. cõtra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem etiam secundum Ritũ Magnæ Curiæ Vicariæ.*

2 *Viduæ pupilli, & aliæ miserabiles personæ de quibus in d.l.vnic. non possunt inuicem vti illo priuilegio, sed quilibet seruabit ius commune cum vnus non sit potentior altero.*

DECISIO X.

Ex Præsid. de Franch. decis. 188.

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona non habet fori electionem contra aliam personam miserabilem.

1 Vana visa fuit dubitatio in Sac.Cõsil.in causa Cõstantię de Mattheis, quæ prætendebat viduã posse ũti priuilegio *l.vnic.C.quand.Imper inter pupill.et vid.& constit. Regni statuimus* cõtra aliã personam priuilegiatã, ex eisdem *l.& cõstit.postquã adsunt Ritus Mag.Cur.n.*258 *Item quod nullus priuilegiatus, & n.* 231. Item si pupillus expressè hoc statuẽtes,
2 & iuridice, quia postquã pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ sunt suffultę priuilegio eiusdẽ legis, vno, & eodem tẽpore, priuilegia prædicta confunduntur, nec vnus erit potentior altero, & ius cõmune seruabitur, scilicet q actor sequatur forũ rei, ita *Andr. in d constit. statuimus*, vbi idẽ tenet *Afflict.in* 7.*notab.* post relatos DD. qui hanc opinionem tenẽt, nec visũ fuit insistere in alijs, quæ plenè tractat *Couar. lib. pract. quæst c.*7.5.*col. vers est in hoc tractatu*, tanquã nõ necessarijs, de quibus tamẽ, vt nostrates non omittã, plura dicit *Foller. in sua pract. crim.in vers.andiantur excusatores n.*102. *vers obiter enim fol.*86. *cum seq.& in cõstitut. Regni statuimus die* 8. *Octobris* 1578. *pœnes Secretarium.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus in potestate aui existens nõ gaudet priuilegio l. vnic. C.quand.Imper.*

DECISIO XI.

Ex præsid. de Franch. decis. 671.

ARGVMENTVM.

Si pupillus est in potestate aui, non gaudet priuilegio l. vnic.C.quãdo Imper. inter pupill. & vid.

1 Dvm in dec. 100. fuit dubitatum an virgo in potestate patris existens gaudeat beneficio *l.*1.*C.quand.Imper.inter pupill.& vid.* fuit habitum pro absoluto, q pupillus in potestate patris existens nõ gaudet beneficio *d.l.*1.*per glos. ibi*, & cum casus accidisset quod mortuo patre; filius remanserit in potestate aui, fuit die 12. Decemb. 1598. ad relationẽ Mag. Cur. decretũ, idem scilicet quod non gaudeat beneficio *d. l.* 1. etiã quod esset minor annis 14. cũ sit in potestate

aui, quod considerat *glosa* præd cta, in causa particularium forensi cum Barone eiusdem Terræ, licet Magna Curia contrarium iudicasset, & propterea hanc decisionem posui &c.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Padua de causis miserabilium personarum plenè declaratur.*

2 *Vidua & pupilli diuites an sint miserabiles persona.*

3 *Statutum de Iure miserabilibus personis praualet statuto de compromissis.*

4 *Statutum speciale praualet generali.*

5 *Miserabilis persona potest iudicium agere Iure ordinario.*

6 *Virgo vti vidua censetur miserabilis persona.*

7 *Priuilegium fori recursus ad Principem supremũ, quod habent pupilli, & vidua non intelligitur sublatũ per concessionẽ Castri, aut Ciuitatis Iure feudi, aut donationis per verba qualiacumque nisi Princeps in indiuiduo illud derogauerit*

DECISIO XII.

Ex Peregrin. decis. Patauin. 129.

A R G V M E N T V M.

Communia in materia miserabilium personarum.

1 Statutum Paduæ sub rub. de causis miserabilium personarum expressè iubet, quod Vicarius Dom. potestatis sit & intelligitur esse Iudex competens in causis miserabilium personarũ specificè autẽ nominat carceratos, & pauperes, & solus ipse harum caussarum sit Iudex, tã in agendo, quã in defendendo, & de quacumq; summa, & re, & in quacumq; causa faciat sibi iustitiãs & expediat summariè de plano sine strepitu, & figura iudicij sola pura, & mera veritate facti inspecta qualibet die, & hora sine aliquo Iuris ordine, vel statutorũ cõmunis Paduæ tã in cognoscendo, & procedendo, quã in exequendo, circa quod statũ obseruatũ est, quod personæ miserabiles nõ solũ in defendendo habent Iudicẽ prætaxatum in sola m Vicariũ prætorium, vel cõrã alio Iudice conueniri nequeant, sed etiã in agendo, vt reos aduersarios non possint conuenire corã alijs Iudicibus, sic namq; præcisè statutũ dicit, tã in agendo, quã in defendendo, cui seruire videtur *l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercitoria*, & ita obtinui aduersus viduã potentẽ, quæ sub prætextu miserabilitatis pronunciatæ in eius persona auocabat caussas ad iudicium prætorium.

Dum autem pro matura causæ expediebat sibi eas deducere ad Iudices pedoneos, ad eos recurrebat nã firmaui eã, vt teneretur tã in defendendo, quam in agendo tractare causas suas coram prætore, aut eius Vicario.

Secundo peruento statuto ipso aduerti statutum prætaxasse personis miserabilibus solum vicarium prætorium pro Iudice non vt sit Iudex solus in appellabilis nam appellatio nunquam intelligitur sublata nisi in lege sit expressum.

Sed ad beneficiũ miserabilium ne aduersarius potentior in Ciuitate apud pedaneos Iudices miserabiles obtineret à sententia autem Vicarij permissa est per statutũ appellatio ad Prætorem, vt legitur sub *rub. de appell. c.* 1. quamobrẽ cognitio causarum personarũ miserabiliũ in prima instãtia attentis statutis nostris absq; dubio pertinet ad Vicariũ non ad D. Potestatem, nã appellatio est ei reseruata soli, autẽ potestati reseruata est cognitio quæ sit, & cẽseri debeat in proposito; hoc persona facta autem Prouincia per D. Potestatẽ de miserabilitate causarũ cognitio, & decisio pertinet in prima instantia ad Vicariũ, ac ideirco aduersarius, si actor sit rectè conueniunt personam illam miserabilem corã Vic. Præt. & si miserabilis sit actor, & conueniat aduersarium debebit illum conuenire coram Vicario, & si conuenit coram D. Potestate, iuste reus remissionem petere poterit ad Vicarium pro statuti executione statutum, namque semper iubet, semper loquitur.

2 Circa autem statum istud de personis miserabilibus contendunt acriter maiores nostri an pupilli & vid. diuites censeri debeant miserabiles personæ, de qua re vplenè alijs relatis scripserunt *Matt. cons. 590. Rol. Dydac. d. in pract. cap 6. Roland. cons. 76. n. 38. 39. & 40. & in fin. lib. 1. Menoch. de arb. lib. 1. casu 66. Franch. decis. 100. col. pen. vbi in Regno Neap: & Pedem. Thesaur. decis* 177. cõcludentes post multas viduas & pupillos, quo ad priuilegium fori eis indultum, aut per statutum, aut ex legis dispositione *x. l. 1. C. quand. Imperat.* licet diuites sint potiti eo priuilegio per *tex. in dict. l.* 1. & sit Iudicem arbitrari debere, & in statutis Paduæ, & Mediolani,

ni, *Menoch. d. loco*, & apud nos sæpè vidi Prætores patauinos pronunciasse viduas, licet diuites personas miserabiles, quamuis stipatas agmine fratrum propinquorum procuratorum, & aduocatorum, etiam quod haberent lites, cum aduersarijs nihilo superioribus, & ex facto satis constare posset, quod eis satagerent animo diutius litigandi, vt effugerent sententias conformes compromissas à statutis ordinata iudicia, ex cōsilio sapientum, & vt causas traducerent in appellatione ad ampliores magistratus almæ Ciuitatis Regiæ Dominationis.

Immo etiā si haberent in ea causa litis consortes præponentes in Ciuitate, vt ipsi beneficio viduæ sub prætextu cōsorteriæ litis non possunt trahi ad Iudices inferiores, quæ tamen sensu meo nō potuerunt, nec possunt quadrare, quia intuentes animaduertentes non conuenire sub prætextu miserabilium personarum iudicia, Processus, & statuta subuertantur arbitrio Clariss. Potestatis cōmiserunt pronūciare, qui sint pauperes, & miserabiles personæ quamobrem in hac circumspectè Prætorem agere oportet nedum patet sub prætextum miserabilitatis personæ litis bræui manu finiri nutriat, & ducat prout ex facto sæpè contigisse videmus.

Nimirum *Alex. Ias. & alij præstantissimi Iurisconsulti*, quos retulit, & secutos fuit *Roland. cons. 20. lib. 2.* censuerunt viduas diuites, & nobiles in patria coniunctos, & consanguineos habentes non inter miserabiles cēsendas esse quibus mirum in modum fauet, *tex. in cap. significantibus de offic. deleg.* nam Papa ibi subreptitium rescriptum à se obtentū enūciat, ac ideò executionem non mereri, quia Iuliana vidua narrauerat se pauperem, & obid impetrauerat Iudices extraordinarios, cum tamen esset nobilis, & diues nam si talis nō fuisset equidem, Papa non declinasset vim rescripti, vt patet ex ratione subiecta viduis, tamen nō adeò Ecclesia fauere debet, vt alijs iniustitiam faciat, & facere iniustitiam reputat, dum viduas nobiles, & diuites in præiudicium collitigantis subtrahit à foro ordinario, hæc etiam *tex. in d. cap. ex parte*, nam ibi Regina Angliæ vidua nimirū fuit reputata miserabilis ab Honorio III. quia vidua erat, & violenter ab illo nobile potente in Regno de Castro suo dotalitio spoliata fuerat cuius potentiam spoliata nimirum perhorrescere poterat, & ad *tex. d. l. 1. cap. quare Imper.* responsio est de pupillis, & viduis miserabilibus, cuius conditionis non nobiles in patria, & diuites nisi potentioris auctoritatem perhorrescant.

3 Cæterum circa istud statutum, quia specialiter prouidet certè speciei personarum miserabilium, scilicet de Iudice particulari nimirum præualet statuto de compromissis, *Alex. cons. 65. nu. 6. Dec. cons. 7. n. 5. & 6. post Bald. cons. 213. n. 3. lib. 1. Menoch. consil. 479. col. 3. vers. 1. mouet. lib. 1.*

4 Et est regula quod statutum magis speciale præponderat statuto generali, ac etiam illud, quod est magis fauorabile *Ias. ex multis in l. si Ruffinus n. 2. & 3. C. de testament. milit. Paul. Castr. cons. 21. n. 1. lib. 1 Dec. cons. 66. & 67. lib. 1.*

5 Item adde quod iste personæ miserabiles possunt cōuenire aduersarium suū corā Vicario D. Potestatis, vel tanquā suo Iudice speciali, cum procedenti modis priuilegiatis, vt supra possunt etiā cōuenire coram eo, vti Iudex ordinarius, & in dubio videtur aditus, vti ordinarius, nisi ex serie libelli illud colligatū, vt per *Alex. cons. 55. quoniam caus. lib. 5.*

6 Addo etiam quod virgo, quoniam vidua propriè est ex nominis significatione *l. malum §. 1. de verb. signif.* vtitur & ipsa priuilegio fori, *Vinc. de Franch. d. decis.* 100.

7 Denique adde quod priuilegium fori viam recursus ad supremum Principem tributum pupillis, viduis, & alijs fortunę iniuria personis miserabilibus de quo in *d. l. 1. C. quand. Imper.* non censetur sublatū, quamuis supremus Princeps per titulū feudi, aut donationis cōcesserit alicui in fauori Domino Castrū, aut Ciuitatem, quamuis per verba amplia, ita vt vidua, & pupilli possint recurrere ad Principē supremū, vt causas suas sibi ad- uocet, aut alicui magistratui sibi nō suspecto iudicandas cōmittat, nisi in cōcessione Princeps specialiter derogauerit priuilegiū dictæ legis, *Cyn. Bal. Angel. & Fulg. in d. l. Roman. cons. 169. non est dubiū col. 1. Affl. in cōst. Regni statuimus in 7 not. Bellug. de Regim. Princip. Rolan. cons. 38. §. consequenter Gram. dec. 20. Couar. in pract. c. 7. Milanens. apud siculos dec. 5. n. 4. ampliss. Thesaur. d decis. 177. Vinc. de Franch. decis. 192.* vbi ampliat etiā quod

b 2 in-

in priuilegio inserta legeretur clausula
derogatoria, & obstantia per verba am-
plissima, additio ẽt si de eis oporteret
fieri specialẽ mentionẽ, nã nõ sufficeret,
quia requiritur indiuidua derogare, secũ
dũ eũ post *Alex. cõs 12. col. 4. ver. cõfirmo
lib. 4. Ruyn. cons. 226. col. 3. lib. 1. Gram.
d. decis. 2. Vitalis in verbo clausula gene-
ralis, & dixi in meo tractatu de iurisdict.
sub num. 18.*

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum in Regno vocatur primum, & secundum beneficium.*

2 *Vidua luxuriosè viuens non gaudet beneficio l. vnicæ C. quand. Imp. int. pup. & vid.*

3 *Constitutio Regni cõcedit beneficium mulieribus indistincte.*

4 *Fragilitas sexus quæ consideratur in concessione beneficij procedit etiam, quod mulier sit meretrix.*

5 *Vidua luxuriosè viuendo perdit omnia priuilegia viduitatis intrinseca, & extrinseca.*

6 *Qualitas naturalis præualet accidentali.*

7 *Meretrix per constitutionem Regni dicitur miserabilis persona.*

8 *Meretrix an gaudeat beneficio l. vnic. C. quand. Imp.*

DECISIO XIII.
Ex Præsid. de Franch. decis. 233.

ARGVMENTVM.

Meretrix habet fori electionem.

COnuenta meretrice in Magna Curia
Vicariæ institit sibi concedi restitu-
1 tionem in integrum, ex constitut. Re-
gni obscuritatem, quam restitutionem
nos primum, & secundum beneficium
appellamus, & sic testatur etiam *Afflict.
in decis.* 210. Magna Curia prædictum
beneficium denegauit meretrici tanquã
indignè, *arg. text. in l. bis solis. C. de reuoc.
donat. ex quo tex. & ex dictis Bald. & Sa
lyc. ibi colligitur conclusio, quod vidua lu-
xuriosè viuẽs nõ gaudet priuilegio l. vnic.
C quand. Imperat. inter pupill. & vid. De
cius in cap. 1. in fin. de iud. vbi apostilla lit-
tera D. Iacob. in l. cum quædam puella 1.
col. in glos. 1. n. 7. ff. de iurisd. om. Iud. vel
beneficio constit. Regni statuimus,* vt ibi ẽt
dixit *And. 1. col. vers.* item vidua de quo
& alijs meminit, eosq; sequitur *Didac. in
tract. pract. quæst. in c.* 7. ex aduerso di-
cebat meretrix pro se habere constitu-
tionem prædictam, quæ indistinctè con-
4 cedit mulieribus beneficium occasione,
& causa fragilitatis sexus quæ ratio mi-
litat, siuæ hæc sit meretrix, vel non, &
loquitur generaliter, & sic debet gene-
raliter intelligi, *l. de pretio ff. de publ. l. 1.
§. & generaliter ff. de legat. præstit. & si-
mile allegatum non procedere tex. enim in
d. l. 1.* non dat priuilegiũ indistinctè mu-
lieribus, prout dat prædicta constitutio
obscuritatem, sed mulieribus viduis,
quæ viduæ, vt illic habeant necessè est,
vt viuant, vt viduæ non autem luxurio-
5 sè, quia vidua luxuriosè viuens abiecta
pudicitia meretricio more perdit omnia
priuilegia intrinseca, & extrinseca, vt di-
cit *Bald in d. l. bis solis*, cessant enim ra-
tiones, ex quibus conceditur viduæ hoc
priuilegium, mulier autem non desinit
6 esse mulier eo, quod meretrix sit cui mu
lieri conceditur beneficium, & hoc acci-
dens cedit qualitate naturali, *l. qui habet
ff. de tutelis*, item dixit vnus ex Dominis
quod in Regno posset, forsan dici, quod
etiam meretrix gauderet beneficio *dict.
l. vnic. & d. constitut. statuimus*, concedi-
tur enim, ibi illud beneficium pupillis, &
7 viduis, ac miserabilibus personis mere-
trices autem miserabiles appellat, *Rex
Rogerius in constitut. Regni omnes nostri
Regiminis*, vbi *Afflict. in 2. notat.* innuit
meretrices esse numerandas inter perso
nas miserabiles enumeratas in *cap. signi-
ficant. de offic. delegat* idem tenet *Gram.
in addit. ad cap. Regni vt delata fol.* 151.
& licet prædicta constitutio sit post *tex.
in d. l. 1.* quia lex semper loquitur *l. Ar-
rianas C. de haret.* comprehendit lex
prædicta, has personas iam miserabiles
appellatas per legem posteriorem, exẽ-
plum etiam eius quod de interpretatio-
ne passiua dicitur in *l. 1. §. lex falcid. ff.
ad leg. falcid.* vnde ex his de decreto
Magnæ Curiæ dubitatum fuit, & relata
iterum postea causa fuit declaratum be-
ne appellatum, & esse concedendum be
neficium dictæ mulieri meretrici, vita
enim meretricum est miserabilis, *Albe-
ric. in l fidelissimæ C de postlim. reuers. an
autem gaudeat priuilegio l. vnicæ.* non
fuit decisum, nec discussum tunc,
sed deinde fuit discussum, & deci-
sum ex verbis constitutionis prædictæ,
quod gaudeat beneficio *dict. l. vnic.*
in causa cuiusdam de Laquedonia, cum
Magnifico Baronæ eiusdem Ciuitatis,
die 18. mensis Nouembris 1582.
pœnes Secretarium, quam etiam opi-
nionem

nionem hinc inde arguendo reperi postea quod tenet *Annibal Troysius Cauensis super pragmatica cursu dilationum vers. meretrix* etiam, vbi etiam respondet ad contrarium supra *allegatum de vidua inboneste viuente*.

SVMMARIVM.

1 *Virgo iisdem gaudet priuilegiis quibus vidua, & pupillus.*
2 *Glos. in l. malum §. viduam de verb. signif. de qua virgine loquatur.*
3 *Specialia nonnulla seruantur in viduis.*
4 *Virginum distinctio.*
5 *Lex Cornel. de Sicar. inter publica delicta connumeratur.*
6 *Filius famil. patre quoque inuito accusare potest.*
7 *In criminalibus patria potestas non consideratur.*
8 *Fœmina ad suam admittatur, vel suorum vindicandam iniuriam.*
9 *Soror admittatur ad fratris necem vindicandam, etiam si quis. ex fratribus remiserit.*
10 *Masculus in accusando fœmina, prefertur, sed declaratur num. seq.*
12 *Vidua appellatione virgo continetur.*
13 *Vidua vulgo vnde dicatur.*
14 *In vidua, & virgine, patria potestas non consideratur.*
15 *L. 1. C. quand. Imper. recipiat ampliationem.*
16 *Difficultas aduersus virginem tollitur.*
17 *Pupillus est qui in patris desijt esse potestate.*
18 *Habens virum inutilem gaudet priuilegio dicta l. 1.*
19 *Priuilegium d. l. 1. ad diuitem quoque extenditur, vt declaratur n. seq.*
21 *Præsumptio est contra declinantē à Tribunali supremo ad inferius.*

DECISIO XIV.

Ex Præsid. de Franch. decis. 100.

ARGVMENTVM.

Virgo gaudet electione fori.

1 Virginem in materia *l. 1. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* debere gaudere eisdē priuilegijs quibus viduæ, & pupilli gaudent est sæpè iudicatum in Sacr. Consilio, ex decisione *Andr. in constit. Regni statuimus 2. col. vers. quid si vidua, vel virgo*, qui hoc videtur habere pro absoluto, sequitur ibi *Affl. in 8. quæst.* qui dicit hanc decisionem esse tenendam menti, quia non reperitur hoc actum ab aliquo Doctore, nec in *d. l. vnic.* neque in *c. significantibus de offic. delegat.* loquendo forsan de
2 virgine, quæ non habet intentionem vitam cœlibem ducendi, quia de virgine vitam cœlibem ducente, quæ nullo tempore fuit cognita, quod habet hoc priuilegium loquitur *glos. in l. malum. §. viduam ff. de verb. signif. in ver. vidua*, dum dicit ideo ibi declarari, quæ fit vi-
3 dua, quia sunt quædam specialia, quæ seruatur in viduis, vt *C. quando Imper. inter. pupill. & vid.* & idem *glos. in d. l.* secundum primum intellectum, & videtur sentire *Ioan. Fabr. ibidem* declarando verbum *viduas* allegat *text. in d. l. malum, & Odoffred. in rubric. tituli*, & potest *glos. Cyn. Alber. Bartol. & Fulgos. Neuizzan. in sua Syl. nuptiali inter vers. in dubio quomodo iudicandum vers. & demum, & Belluga in Speculo Princip. rubric. 38. §. conqueruntur vers. de vno vidi fol. 173.* de quibus, & alijs exceptis *Odofred. & Fabro Neuizzan. & Belluga*, meminit *Didacus in pract. quæst. in c. 7. 1. colum. vers. sæpè tamen*, qui videtur tenere contra prædictos, cum certa tamen modificatione, quæ non placet, *Petro Foller. in sua pract. criminal. in ver. audiantur excusatores n. 85. versic. obiter enim fol. 81.* qui vltra prædictos distinguit virgines virginalem, & cœlibem vitam seruare eligentes vsque ad finem,
4 ab alijs virginibus existentibus in via virtutū ducendi, quæ distinctio mihi nō displicet, & cum *Didaco eo relato sentit, And. Reiyl. in lib. 1. pract. obser. in 1. obser. §. vtrū autem fœmina virgo num. 41. fol. 13.* sed quia in Sacro Consilio semper fuit seruatum in distinctè virgines fuisse admissas ad electionem fori, & ab opinione *Andr.* & in Regno non discedimus. Idcirco difficillimum esset contrarium obtinere, sed in præsenti causa, inter Illustrissimum Marchionem Piscariæ, vtilem Dominum Terræ Angri, & Regium Fiscum, orta fuit difficultas super remissione vasalli dicti Illustrissimi Marchionis, an mulieri virgini sorori de functi, seu occisi, quę accusabat de morte fratris delinquentem ea in potestate patris existente, qui pater non accusa-

bat, competeret actio accusandi, etiam sine consensu patris, & si competeret, an quamuis sit virgo, & patrem habeat, debeat gaudere ex prædictis beneficio *dicta leg. vnica C. quãdo Imper.* & dictũ
5 fuit mulierem, hanc quamuis esset filia famil. posse accusare de morte fratris, accusabat enim de crimine descendente, ex publico delicto, quia *lex Cornelia de Sicarijs*, inter publica delicta connumerat in *l. 1. ff. de public. iud.* de quo fi-
6 lius famil. potest accusare etiam patre contradicente inter liberas *§. fin. ff. ad l. Iul. de adult. l. filiũ ff. eod. tit.* in ijs enim quæ publici Iuris sunt patria potestas non curatur, vt dicit *Bart. in d. §. fin.* in præsenti materia, & quamuis *glos. in l. cum non solum § necessitate ff. de bon. quæ liber.* dicat etiam in accusatione requiri patris consensum nihilominus contra *glos.* tenent omnes, vt dicit *Bart.* ibi *glos. final. vers. quæro in actionibus*, quem refert, & sequitur ibi *Salycet. & Angel.* quos etiam sequitur *Cornel. colum. 3. versic. in ea ibi, vel aliud in accusatione cõgerit multos Iulius Clarus in lib. 5. sententiarum §. final. in 13. quæst. vers. sed quid in filio famil.* nec ei obstat, quod si fœ-
8 mina admittitur ad vindicandum suam, vel suorum iniuriam *l. vxor. cum l. seq.* vbi *glos. & Doctores C. qui accus. nõ poss.* & in specie loquitur *text. in d. l. vxor*, pro vindicando necem fratris consobrini, ergo tanto fortius est admittenda ad vindicandum necem fratris carnalis occisi, tenet *Afflict. in specie in constit. Regni Iustitiarij*, non per calendas, quod
9 procedit etiam, si aliquis frater interfecti remiserit, vt ibi per eũ, nec sorori similiter obstabat, quod aderat pater, qui eam præcedit in accusando, cum sit clara conclusio in *d. l. vxor posita per Sa-*
10 *lyc. & alios*, quod existente masculo in eodem gradu, cum fœmina masculus præferatur, & maximè pater ratione patriæ potestatis, nã respondebatur, quod *Salyc. in d. l. vxor. in 4. oppos. & iterum. in 2. col. vers. quæro an prætoribus*, tollit difficultatẽ vera est enim opinio mas
11 culos, & patrem maximè præferre ratione patriæ potestatis, sed ipsis negligentibus fœmina admittitur etiam secundum *glos.* hic dicebatur, quod erat casus de quo agebatur, quia pater non exposuit querelam, & negligebat eam exponere, & ideò soror admissa fuit, prout admitti debebat, vnde ex præmis-

sis videbatur concludendum quod etiã quod adesset pater defuncti, & istius filiæ famil. querelantis, quia pater neglexit querela huius mulieris vindicantis suorum iniuriam etiam citra patris consensum admittenda esset.

Sed dubium remanebat, an gauderet beneficium *d. l. 1.* super quo dicebatur per Dominum Fisci patronum non esse dubitandum, nam dum accidisset similis casus in M. C. V. inter Dominum terræ Centolæ, & quendam eius vassallum, telata causa in M. Cur. fuit iudicatum quod ad querelam virginis patrem habentis causa remaneret in Magna Curia Vicariæ, non obstante petita remissione per vtilem Dominũ, quo decreto dum esset appellatum ad Sacrum Consilium, fuit decretum Magnæ Curiæ confirmatum causa relata in dicto Sacro Consilio in aula, in qua residet Dominicus Antonius Orificius, & qui huic decisioni stare debemus maximè quia fuit dictũ,
12 quod erat conformis Iuris dispositioni, postquam de iure appellatione viduæ, virgo continetur, *vt in d. l. malum §. vi-*
13 *dua*, & quamuis vidua dicatur, quæ virum habuit, hoc est ex vulgari dicto, vt dicit *glos. ibi in vers. viduam*, non autẽ quod verè virgo non dicatur vidua, vt vltra præallegatos ponit *Luc. de Penn. in l. fin. 2. col. vers & nota quod vidua de priuil. 5. col. lib. 12. & Ioan. de Turre Crem in cap. vidua 34. dist. post Archid.* Nec Doctores in vidua, vel virgine faciunt distinctionem, vel quod sit, vel nõ sit in potestate patris, quia si hoc diceremus in virgine esset ita dicendum in vidua, postquam priuilegium quod datur virgini ei datur ex eo, quod comprehendatur sub appellatione viduæ, & tamen in vidua numquam vidimus dubitatum etiam quod sit in potestate patris, & verè videretur, quod priuilegiũ prædictum in præiudicium viduarũ valdè restringeretur, item dictum fuit ex ijs quæ supra dicta sunt apparere filium famil. absque patris consensu posse accusare, quia in istis non curatur patria potestas, & iure proprio hanc accusationem ei competere, si igitur potest sine patre, & iure proprio hoc potest ergo patria potestas, de qua vt supra dixi in istis non necessaria, vt supra non debet operari amissionem priuilegij de iure communi competentis filiæ famil. virgini, maximè quia dicit *Abbas in d. l. 1.* post alios relatos quæ procedunt in vidua

dua obtinent in virgine, & beneficium concessum in *d.l.1.* est beneficium Principis, quod est latè interpretandum *l. fin. de constit. Princip.*

15 Sed ab aduerso dicebatur hanc esse magnam ampliationem ad *l. prædictam*, & quod postquam in textu *d. l.* æquiparatur virgo pupillo, & vt pupillus habeat priuilegium *d. l. 1.* oportet quod sit sine patre, quod alius non gauderent, vt declarant ibi *glos. 2.* & de hoc non dubitatur, quia alias non posse dici propriè pupillus, *l. pupillus. ff. de verbor. signif.* ergo non est concedendum magis virgini, quam pupillo, qui Principaliter nominatur in *d.l.1.* & etiam magis, quia secundum *glos.* ibi etiam pupillus largo sumpto vocabulo dicitur, qui est minor annis 14. & in potestate patris *l. final. §. pupillus ff. de verb. oblig.* & sic virgo nõ potest negari, quin largo sumpto vocabulo vidua dici possit, & pupillus tamẽ existens in patris potestate non gaudet, & si non debet gaudere virgo, hæc difficultas vere reddit dubium hanc quæst. pro cuius difficultatis solutione dice-

16 batur, dici posse pupillum verè, & propriè dici eum, qui est sine patre, prout dicit *text. in d.l. pupillus positus sub tit. de verb. signif.* vbi ponitur propria verborum significatio, & ibi *Alciat.* dicit, quod ex Iurisconsultorum frequentiori vsu pupillus modo prædicto accipitur, & idem *Did. cap. 6. col. 2. vers. primus igitur casus in eo lib. pract quæst.* & viduã etiam propriè dici virginem, & declaratione eiusdem *Iurisconsulti in eo. tit. in d. l. malum, licet secundum vulgares, vt glos. ibi dicit*, propriè intelligatur quæ virum habuit, sed ex defectu vocabuli verè comprehenditur sub verbo viduæ, & propterea dicebat, non posse argui, quod minor annis 14. existens in potestate patris non comprehẽditur sub dispositione *l. 1.* quia in propriè est pupillus, ergo nec virgo, quia dicitur ex prædictis virginem propriè, secundum *Iurisconsultum in d. §. vidua*, comprehendi sub verbo vidua, licet largo modo, & secundum vulgare non, vt dicit ibi *glos.* minorem vero annis 14. in patris potestate existente non cõprehendi sub verbo pupillus, quia *Iurisconsultus in d. lege pupillus in tit. de verbor. signif.* declarat eum esse pupillum, qui in patris po-

17 testate esse desijt, & licet *d.l. fin. §. pupillus*, dicatur est secundum latissimam significationem, vt *Alciat. dicit in d.l. pupillus*, & nos debemus attendere significationem datam per Iurisconsultum, non per vulgares, & dicit *Neapod. in cõsuetud. pupillus, in vers. pupillus*, quod minor annorum 14. existens in potestate patris dicitur pupillus impropriè, quo ad ætatem tantum, non quo ad alias circumstantias pupillares, inter quas esset beneficium *dict. l. 1.* item dicebatur ideo non pupillo requiri, quod non sit in patris potestate, quia patre existente minor. annis 14. nihil facere potest, & nõ posse verificari, quod agat, vel non agat, & omnia essent facienda per patrem, vti legitimum administratorem, in quo lex confidit, quando autem sumus in virgine maiore annis 14. quia sic est intelligenda, hæc *quæst.* quia quando essemus in minorẽ sine patre gaudere, vti pupilla & non vt virgo, *l. qui habeant ff. de tutor.* hoc casu potest filius famil. minor sine patre accusari, & accusare; quia hæc publici iuris sunt idcirco circumscripta patria potestate videtur, quod ex propria persona virgo habeat hoc priuilegium, & nihilominus forsan dici poterat, in casu de quo arguitur, quod pater videatur inutilis, quia cum posset ipse prosequi iniuriam illatam filiæ pu-

18 blicè & priuatè, hoc facere negligit, & posse dici, id quod dicitur etiam in materia de qua agitur, quod vidua quæ habet virum inutilem gaudet priuilegio *d. l. 1.* secundum *glos. in l. fin.* C *ad l. Flauiam de plagiar. quo super multi ponit cõntra memorabilibus in verb. vidua*, negari tamen non potest articulum esse dubium, & postquam est semel indicatum in Sacro Concilio videtur quod idem sit, & nun iudicandum.

Relato præsenti puncto Domini de Sacro Consilio dixerunt, quod sequenti die Iouis intendebant procedere ad pũcti expeditionem non venit die prædicto Dominus Iudex Magnæ Curiæ, & si non fuit tractata expeditio, nec de eo fuit aliter postea loquutum posita sunt prædicta, vt veniente casu fiat maturior

19 decis. aduertendum etiam in prædictis, vt in materia *d. l. prædictæ*, habeatur plena resolutio, quod in distinctè in Sacro Consilio iudicamus viduam etiam diuitem gaudere priuilegio, *d. l. vnic. ex ÿs quæ Inn. in cap. significantibus de offic. deleg.* quem sequitur *Ioann. Fabr. in d. l. 1. quando Imperator in vers. item hæc lex*,

lex, & ita tenet *Azo. in summ illius tituli, & Andr. in d. c. constitut. statuimus* 1.*col. vers. item vidua*, & *in constit. lege præsenti versic. satis benedicitur*, quorum auctoritas magna est, & eos sequuntur alij quos congerit *Didac. vbi supra, & vltra eum Neuizz. in Sylu. nuptial. in verb. in dubio quomodo iudicandum* 2.*col. vers. in dubio etiam iudicandum pro pupillo*, vbi multa cumulat *Additio ad Afflict. in decis.* 157. & ita fuisse decisum per *Senatum Pedemontanum*, dicit *Thesaur. in decis.* 177. 1. *col.* licet *Franch. Rip. in l.* 1. *colum.* 10. *vers. vbi dubitatur. ff. sol. matr.* dicit etiam communem opinionem,
20 quod vidua diues non gaudeat, sed intelligi potest, quo ad hoc vt gratis ei patrocinentur, non autem quod non gaudeat priuilegio, secundum *Afflict. in d. l. præsenti, & Didacum vbi sup. & per Foller. ibid. in final vers. postea visum*, licet *de Rip. non faciant mentionem*, & nouissimè *Menoch. in lib.* 2. *de arbitr. Iud. in casu* 66. & *And. Gayl. in lib.* 1. *pract. obseruat. in* 1. *obseruat. in* 28. *Foller. n.* 40. Item aduertendum quod plures accidit in Sacr. Consil. casus quod multæ viduæ multoties varia vere ab eorum tribunalibus ad Magnam Curiam, & à Magna Curia postea ad earum tribunal, & secundum *Neuizz. vbi supra vers.* & illud priuilegium caus. est remittenda etiã quod sit lis appunctuata, sed quia in Magna Cur. ministrant iustitiam, multo magis qui per Barones Regni, maximè quia
21 Sacr. Consil. singulis diebus Iouis audit relationes grauaminum Magnæ Curiæ maxima oritur præsumpt. contra variantem ab hoc supremo tribunali, id circo Dominus Fisci patronus quando hoc accidit maxima vtitur diligentia, & multoties reperit partes concordatas ante variationem, seu iteratam electionem, & in istis casibus non remittit causas, quia amplius nõ competit actio eis, qui iam remiserunt, quæ remissio non operabitur contra Fiscum, cui Ius est quæsitum *l. in personam* vbi *Angel. & Iacob. ff. de pact.* quando autem hoc nõ reperitur, videtur quod remissio negari non possit, maxime quia nec expressè possent personæ prædictæ renunciare dispositioni *d. l. secundum glos. ibi quam sequuntur omnes. & Neuizz. vbi supra, & Bellug. in rubr.* 23. *in vers. sed pone n.* 9. *fol.* 120. & *Andr. Gail. vbi sup. & Thesaur. d. decis.* 177. *col.* 1. *vers. eisque ad eo potest, & est dictum infra in decis.* 193. de qua meminit *Thesaur. vbi supra in* 3. *ampliat.* & sic videtur, quod nec etiam tacitè per actum prorogatiuis, quæ non potest fieri inseruatis Principibus, secũdum *Ant. de Butr. in c. significasti* 2. *col. vers. ideo oportet de foro compet.* quem allegat *Bellug. vbi supra*, sed raro nunquam non præcedente concordia repertum est personam miserabilem variasse à Magna Curia ad eius forum ordinarium, & propterea quando casus acciderit, erit maximè cogitandum antequam fiat remissio.

SVMMARIVM.

1 *Virgo habet priuilegium fori.*
2 *Virgo stuprata pro stupro in eam commisso habet electionem fori.*

DECISIO XV.

Ex præsid. de Franch. decis. 599.

ARGVMENTVM.

Virgo stuprata an gaudeat beneficijs virginis in electione fori contra stuprantem.

1 MVlier virgo sub promissione matrimonij blandisque verbis fuit stuprata exponit querelam contra stuprantem in nostra Magna Curia, eam in forum eligendo, stuprans tanquam filius officialis Regiæ Curiæ Siclæ petit te missionem ad dictam Regiam Curiam Siclæ, quia & si virgo habeat electionem fori, iuxta dicta supra in *decis.* 100. nihilominus nunc quod agit non est virgo, & cũ non conueniant verba *l.* 1. *C. quand. Imper.* non conuenit eius dispositio *l.* 4. *§. toties ff. de damno infecto*.

2 Dictum fuit non esse locum petitæ remissioni, ex quo delictum prædictum stupri est commissum in eam virginem, occasione cuius delicti in eam, vt virginem commissi in continenti, nota fuit actio querelam exponendi, & est regula generalis, quod initium spectatur *l. filius familias ff. de verb. oblig.* quã allegat *Neapod. in consuetud. contra habentem in glos. fin.* alias enim sequeretur, quod ex hoc delicto in eam commisso, ipsa pateretur damnum amissionis fori de Iure com-

communi sibi competentis, & stuprans consequeretur priuilegium de Iure speciali sibi concessum, & delictum noceret offenso, & prodesset offendenti cum totum contrarium esse debeat, quia pęna suos debet tenere Authores, & in effectu dicebatur virginem fuisse offensam, vt virgo offensa habet priuilegium fori, & hæc offensio non potest in hoc casu separari, prout in alio modo virgo offensa esset, & dicebatur quod in virgine per vim deflorata, quod habeat hoc priuilegium, ex alijs rationibus tenet *Carauit. in Ritu 19. item quod procurator in 4. qui sol 18*, quæ possunt ad casum, de quo agitur applicari. Dicebat tamen vnus ex Dominis se nō dubitare de hoc inter stupratorem, & stupratam, sed dubitare quia Tribunal Regiæ Curiæ Siclę comparebat, & petebat remissionē, cui non poterat per inquisitum præiudiciū inferri, vt in simili dicimus in vassallo, qui si efficitur contumax perdit eius forum, quo ad se, licet quoad Dominum non perdat, vt est dictum supra in *decis. 417*.

Cui decisioni de nouo alia pulchra addita sunt, sed dictū fuit prædicta procedere quando à principio possent vasallus, & Dominus petere remissionē, quia si vasallus amittit hoc priuilegium ob suam contumaciam cōmissam, & sic ob nouum delictum, hoc non nocet Domino, qui non deliquit, sed casus de quo agitur est diuersus, nam stante supradicta conclusione, nec inquisitus, nec Curia Siclæ, stante priuilegio virgini concesso possunt petere remissionem ex delicto, vt supra commisso, quod quando committitur, habet hanc qualitatem electionis fori annexam, & in hoc casu etiam loquitur *Carauit. in Ritu supra allegato vers. intellige tamen prædicta*, die, 5. Iunij 1596. fuit iudicatum non esse locum petitæ remissioni, referente D. Chiros, pœnes Actuarium de Ferrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ quæ sint.*
2 *Ecclesiastica persona an habeat priuilegium eligendi forum, sicut miserabiles personæ.*
3 *Ecclesia quando habet fori electionem.*
4 *Feudi quaternati cognitio ad quem pertineat.*
5 *Fori electio miserabilibus personis non datur ad eligendum incompetentem Iudicem.*
6 *Fauor miserabilium personarum iniustitiam operari non debet.*
7 *Causa vtentis in Iure communi fortior est, quam qui elegit forum secundum priuilegium.*

DECISIO XVII.

Ex Afflicto decis. 257.

ARGVMENTVM.

Ecclesiastica persona an habeat fori electionem.

1 DIcit *constitutio Regni statuimus*, quod miserabiles personæ habent priuilegium eligendi forum Magnæ Curiæ Vicariæ, si iurant se aduersariorum potentiam perhorrescere in loco Iudicis ordinarij, & miserabiles personæ, secundum *Azo. in summa. C. quando Imper inter pup. & vid.* vel miserabiles personæ sunt pupilli, viduæ, miserabiles etiam personæ, sunt senes, & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi de quibus natura mouetur
2 ad miserandum. Fuit dubitatum vtrum Ecclesiastica persona, pro bonis Ecclesiæ habeat hoc priuilegium eligendi forum Magnæ Curiæ Vicariæ, hoc non dicit *Constit. Regni. nec lex vnica C. quand. Imperat. sed bene Andreas de Isern. in d. constitut. statuimus*, dicit quod de hoc vidit dubitari, & determinatum fuit in Sac. Cons. quod sic, & exinde facta fuit declaratio Regis Roberti, quando fuit Vicarius Regis Caroli secūdi patris sui, & pro hoc facit *cap. cum sit generale de foro compet.* sed illud *cap.* intelligitur data violentia, vel rapina, vel fraude alias cessantibus his Ecclesia non habet fori electionem, sed debet sequi forum rei, vt dicit ibi expresśe *Ioan. Andr. in nouell.* quem sequitur *Alex. in 2. vol. consil. 103. in fin.* & dicebant Domini de consilio, quod istud quod dicitur, quod miserabiles personæ, & Ecclesia per declarationem prædictam S. C. Regis Roberti, vt refert *And.* possunt eligere, si volūt agere iustitiarium regionis, si iustitiarius regionis est Iudex competens conuentis alias si reus non potest conueniri coram

ram eo puta,quia conueniebatur de feu-
3 do quaternato, cuius cognitio non spe-
ctat ad iustitiarum regionis, sed ad Ma-
gnam Curiam Vicariæ, vt in constitutio
ne Regni iustitiarij nomen,& normam,
tunc Ecclesia non potest eligere iustitia
rium regionis, & hoc expressè firmat
*Andr. in d. constit. statuimus in vers. item
quid si pupillus & vidua*,& eadem ratio-
ne,si pupillus, vidua,Ecclesia,vel misera
bilis persona vellet conuenire aliquem
nobilem Curialem,qui non potest cõue-
niri ex priuilegio, nisi coram Illustri Ma
gno Senescalco, coram Iustitiario Pro-
uinciæ,vel in Magna Curia Vicariæ,vel
in Sacro Consilio non posset, quia illa
electio fori quæ dantur mirabilibus per
sonis intelligitur,& impetratur,si ille Iu
dex electus per miserabilem personam
habet iurisdictionem in ipsum conuen-
4 tum,quia nõ datur electio fori dictis mi-
serabilibus personis eligere Iudicem in-
competentem, vt firmat *And. in d. con-
stit. statuimus in vers. generalia tamen ve-
rba, &c.* sic etiam,debet intelligi dictũ,
cum sit generale, vt Ecclesia data violẽ-
tia,vel fraude possit forum eligere secu
larem,vel Ecclesiasticum,dummodo ille
Iudex electus, sit Iudex competens ip-
sius conuenti, & ita fuit pronunciatum
per Sacrum Consilium tempore Regis
Federici, de voto omnium Consiliario-
rum, in quo tũc præsidebat doctissimus
Iurisconsultus D. Antonius de Alexan-
dro, qui me ob suas virtutes nimia cha-
ritate dilexit, & me coram nostris supe-
rioribus extollebat, qui multum inge-
nium meum erudiuit,& ab eo multa di-
dici,cuius anima requiescat cum Sanctis
5 Angelis, & præsentiam *Dei* videat. Et
naturalis ratio hoc suadet,quia propter
fauorem impensum miserabilibus per-
sonis intribuendo eis priuilegium eli-
gendi forum conueniendorum, vbi illi
rei habent plures Iudices nõ est ipsis reis
iniustitia faciẽnda, vt not. *in cap. ex te-
nore de foro competent. & in cap. volentes
de priuileg. lib. 6.* ibi quia certus Iudex
datus est,dicit etiam *Dominicus in d. cap.
volentes*,& idipsum quod istud quod di-
citur, quod miserabilis persona habet
ius eligendi Iudicem rei, vbi reus habet
plures Iudices de Iure cõmuni, vt est vi-
dere exemplũ in *auth. habita C. ne filius
pro patre* si vero reus habet pluries Iudi
ces de Iure communi,& alium ex priui-
legio sibi; & actori tributo, vt in mise-
rabilibus personis tunc ille qui elegit fo
rum, secundum ius commune præfertur
6 eligenti forum, secundũ priuilegium,
quia fortior est causa vtentis Iure com
muni,quam eius qui elegit forum,secũ-
dum priuilegium, *C. de codicill. d. l. fin.
& in authent. de consanguin. & vte fra.
§. final. & sunt concor. in cap. suggestum
de decimis*, & per alias rationes, vt per
Domin. in d. §.& idipsum,& cessante pri-
uilegio *dictæ constitut. statuimus, & d. l.
vnicæ C. quando Imper.* si reus habet plu
res Iudices electio est rei, secundum
*Bald. notanter. in l. Clericis C. de Episc.
& Cleric.* & idem *Bald in l. cum longi
C. de præscript. longi temporis*, siue aga-
tur actione personali, siue reali, de quo
in *Specul. de compen. Iud. ad* §. 1. *vers. 7.
& habetur in l. final. C. vbi rem acti. &
per Ioan. And. & Ant. de Butr. in c. si
dilectus lo 11. de rescript. & per Abb. Si-
cu. in c. si diligenti de foro compet.*

Additio Vrsilli ad eandem decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, & persona Ecclesiastica pro bo
nis tantum Ecclesiæ habet fori electio-
nem, & quid in vniuersitate.*
2 *Quæ dicatur persona miserabilis, vt ha-
beat fori electionem, & an huic priuile-
gio possit renunciari, & si habet locum
variatio semper etiam post iudicium
cœptum.*
3 *Quando legatum factum viduæ dicatur
pium, & in quibus casibus aliquid di-
catur remissum Iudicis arbitrio.*
4 *An persona miserabilis possit trahere ali
quem, qui non esset competens Iudex re-
spectu rei conuenti, vt quando sumus in
causa feudi quaternati, cuius cognitio
pertinet ad Magnam Curiam Vicariæ.*
5 *Quando est expressè derogatum priuile-
gijs miserabilium personarum per pri-
uilegia cõcessa à Rege Baronibus, quod
tunc cessat dispositio d. l.* 1. *vt est in pri-
uilegijs Ducis Suessæ, & aliorum.*
6 *Quando est quæstio inter duos vasallos,
Dominus feudi non habet cognitionem
de Iure constitutionum Regni, sed Mag.
Cur. nisi Baro istud haberet in priuile-
gijs cognoscendi de suis subfeudatarijs.*
7 *Personæ priuilegiatæ agentes Iure cesso
an habeant priuilegium istud, & quan-
do concurrunt quis præferatur.*
8 *In causa feudali an habeat istud priuile-
gium.*

De-

1 Decidit hic *Afflict.* Ecclesiasticam personam per bonis Ecclesiæ habere fori electionē, & benè dicit, quod pro bonis Ecclesiæ habeat istud priuilegium, nam non pro proprijs, prout affirmat. *Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 4. in verb. sic glos. 2. in versic. sic, sed nihilominus* vbi concludit, quod solum habeat locum in casibus suis à Iure expressis, quod Clericus habeat priuilegium in bonis patrimonialibus, in alijs verò minimè vnum inter alia Clericus non habet integrum restitutionem in prædictis sicut in rebus Ecclesiæ, sequitur *Rocchus de Curte in repetit. cap. fin. n. 507. de constitut. Curt. Sen. in consil. 22. magnificus colum. 11. vers. sed inferior ampliat. Cappe. in dec. 160.* quod istud priuilegiū nō solum habeat persona Ecclesiastica, sed ipsa Ecclesiastica, vt ibi per eū hoc idem in vniuersitate, secundum *Gramat. in consil. 56. in ciuilibus*, quia est æquè priuilegiata, sicut minor, & mulier, vel senex, ad quod faciunt, quæ dicam in sequ.

2 quæst. ideo quæro quis dicatur persona miserabilis, iuxta constitutio Regni statuimus, quæ dat priuilegium personis miserabilibus *Felyn. in c. significan. n. 6. de offic. delegat.* post *Bart. in d. l. 1. C. quād. Imper. inter pup. & vid.* dicit hoc esse arbitrarium Iudicis *Guid. Pap. decis. 566.* istud etiam, ex dictis omnium concludit *Sylua nuptial. in tit. quomodo in dubio sit iudicandum lib. 6. n. 3. fol. 243.* & quod vna Regina inspecta qualitate personæ possit dici miserabilis persona, & quod huic priuilegio non possit renunciari, imò quod admittatur variatio, & nonnulla alia adducit citando *Afflict.* hic voluit etiam ista *Tiraq. in tract. de nobilit. fol.* ... & idem *in repetit. l. si vnquam in verb. facultatem n. 1. circa fin.* qui citat *tex. cap. ex parte de foro competent.* qui ait viduam Reginam Angliæ gaudere priuilegio miserabilium personarum, & propterea si est arbitrarium bene potest Iudex arbitrari, ex causa sibi visa Vniuersitatem habere istud priuilegium, cum ipsa Ciuitas, pupillus, viduas, & alias personas miserabiles comprehendat, *l. vtilitas, & quod ibi per scribentes ff. de iustit. & iur. & habet per Talium consuluit in specie Alex. in cons. 121. viso puncto 4. col. in fin. vol. 4.* omnium societatum cum omnia ratione animoque lustraueris nulla est gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Republica est vnicuique nostrum chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omniū charitates patria vna cōplexa est, inquit *Cicero lib. 1. officiorum cap. de gradu humanæ societatis facit ex tex. l. minimè ff. de reliquis, & sumpt funer. circa singul. 1. & 2. tex. l. post liminij §. filius quoque de capt. & postli. reuer.* decedens patriam parentibus præferri notat *Andr. in cap. 1. in 1. de form. fideli, idem in cap. 1. in princ. q. sit prima cau. ben. amit.* & quod admittatur variatio etiā si primo vidua elegit Iudicem competentem coram quo cœpit agere, & mox accessit ad Magnæ Curiæ Vicariæ, & deinde iterū conualuit ad primum Iudicem ordinarium, quod possit facere determinauit Mag. Cur. Vic. in causa illorum de Sessano, hodie qui est 17 Maij 1564. Actuarius Miglialdus, quæ vera videatur quāuis *Marant. in suo Spec. in 4. par. n. 195. fol. 5. 6. ex Alex. cons. 121. 1. vol.* dicat prædicta non procedere in viduis, & pupillis diuitibus, quia hi non habent prædictam fori electionem, & male quia relinquitur arbitrio Iudicis, vt supra secūdum *Sylua in l. supra allegat.* quæ etiam declarat ista procedere, etiam quod istæ personæ miserabiles valeant petere hāc remissionem coram Iudice Ecclesiastico, & corā Præside, alterius iurisdictionis, cū quo concordat etiam *Tiraquell.* quod ista remittantur arbitrio Iudicis, quæ sit persona miserabilis, iterum *in repetit. d. l. si vnquam in verb. omnia, vel partem aliquam n. 50. circa fin.* qui citat

3 *Firmianum in tract. de gabellis par. 7. quæst. 27.* & quando dicantur legatum pium, hoc remisse arbitrio Iudicis, sed aduerte, quatenus *Sylua* dicat posse variare coram Præside alterius iurisdictionis, nam contradicit *Afflict.* hic qui cōcludit hanc personam miserabilem nō posse trahere aliquem coram alio Iudi-

4 ce, qui non est competens rei, vt si esset in causa feudi quaternati, cuius cognitio spectat ad Magnam Cur. Vic. nā tunc coram ipsa Mag. Cur. debet istum hæc persona priuilegiata conuenire, quē sequitur *Paris in tract. reī integr. fol. 109. in cap. quod incipit an citatus n. 46.* qui dicit, quod licet viduæ, & pauperes, & alij priuilegiati possunt forum declinare & eligere Iudicem, non habet locum in

5 causis feudalibus, quem videas, & secūdum hæc *Sylua*, non benè dicit, prædicta benè verum est quod solent Barones habere

bere in specie, prout, de Iure requiritur derogationem istis priuilegijs miserabilium personarum, & tunc stante dicta de rogatione in specie facta hæ miserabiles personæ non possunt forum declinare, prout concludit, *Cyn. in d. l. 1.* sed latius *Felyn. in cap. nonnulli de rescript col. 25. n. 19.* verbo restat, & est de prædictis *decis. Gram. 20. contra Capuanos*, quam de rogationem in specie, & ego vidi in priuilegijs Ducis Suessæ, & aduocationem hanc obtineri, & insuper nota de eo quod fuit hic habitus sermo, quod corã Iudicæ Magnæ Curiæ arguitur causa seu di ampliæ procedere etiam si fuisset quæ
6 stio inter duos vasallos, prout concludit *Andreas in dist. constitut. Iustitiarij nomen, & normam in verbo de fendis, & in cap. Imperial. §. præterea si inter duos n. 81 de probib feud. alien. per Feder. & Dominus Marinus in suo opere de subfeud. fol. ..* licet de Iure cõmuni fuisset secus per dictum §. *præterea* & voluit *Castrens in consil. 45. factum tale num. 1.* vbi etiam quid in feudo Ecclesiæ declarat *Ias. in cons. 60. 1. vol.* sed aduerte etiã, quia Barones hodie solent habere in priuilegijs, quod possint cognoscere de subfeudis, de quo per *Iacobin. in tract. feud. in verf. & dicti vasalli, pro dictis rebus feudalibus in princ. fol. 95.* vbi etiã tracta, quando pares Curiæ sunt eligendi, habetur etiam per *Curtium in eodem tract. fol. 44.* & quod quando istæ misera
7 biles personæ agunt Iure concesso gaudeant hoc priuilegio declarat hic *Auctor in d. constit. statuimus*, quando autem concurrunt istæ personæ æquè priuilegiatæ, quid faciendum declaraui supra in *decis. 6. & 221.* secundum quæ etiam conuenit *Lucas de Penna in l. ne ad diuersa C. de silentialis in lib. 12.* per pulchram distinctionẽ, & quod ista electio fori procedat etiam existente Rege in loco, quod nihilominus possit vidua eligere Iudicem inferiorem etiam in facie ipsius Regis, declarat *Affl. in d. constit statuimus post Andr.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro Ecclesiasticis bonis aduersarij perborrescentiam allegans fori electionem habet, non autem pro proprijs sui rebus nu. 2.*
3 *Clericus pro sua persona offensa fori electionem habet.*
4 *Remissio causæ per Regios Iudices, quibus casibus non fiat.*
5 *Iniuria clerico illata, Deum totamque Ecclesiam tangit, & an ab offenso remitti possit num. 6.*
7 *Clericus iniuriatus à laico, quando coram Ecclesiastico, & quando coram seculari agere debeat.*
8 *Iniuria Clerico illata Ecclesiæ illata dicitur officioque Iudici non implorato inquiritur, & num. seq.*
10 *Clericorum priuilegia plurima.*

DECISIO XVII.

Ex Viuio decis. 27.

ARGVMENTVM.

Clericus qui litigat de bonis Ecclesiæ fori electionem habet, secus vero quando de proprijs, sed in causa criminali Clericus habet semper electionem fori.

1 Clericus pro bonis Ecclesiasticis litiganti perhorrescentiamque aduersarij alleganti competit dubio procul fori electionem *Afflict. decis. 257. & ibi Vrsill. in addit. & DD. omnes in c. cum sit generale de foro compet.* & tanto magis, cum nullatenus Clericus ipse contineatur in *l. vnica C. quand. Imper. inter pupill. & vid. nec in constitut. Regni statuimus*, vt Magna Curia vbi recelatur, cum ibi notatis personę miserabiles quibus electio fori competat, & est *tex. in Regno in Rit. 233.* itẽ Clericus generaliter loquens, Clericum habere fori electionem agendo ciuiliter, vel criminaliter.
2 Sed vbicumque, Clericus pro rebus suis proprijs ageret etiam data violentia rapina, & fraude, tunc vtique non competeret modo aliquo ipsius fori electionem conuenire deberet reum in suo foro, *tex. est in Rit. 229. item si clerici, & ibi Carauit. Isern. & Afflict. nu. 16. in d. constit. statuimus de Nigris in c. Regni 42. quod decretum num. 10.*
3 Et quemadmodum Clericus habet fori electionem vbicumque ageret pro rebus Ecclesiasticis, ita pariformiter haberet ipsius fori electionem, quoties cumque per laicum fueret offensa eius perso-

persona, & sic ei illata periret iniuria, & percussio, prout sic assentitur cum suo necessario fastigio, & apparatu, in terminis *de Anna in allegation.* 146. *quia coram grauissimis nu.* 1. *cum alijs sequentibus lib.* 2. vbi opinionem hanc tanquam sacrosanctam amplificat etiam *Fab. de Anna in litt. C.* & ita extitit decisum in Regia Audientia Apuliæ de mense Ianuarij 1584. in causa Magnifici Prospe ri Boccuti, & Pomphilij Ritij de terra Apricentæ, contra quos proposita querela per Reuerendissimum D. Donatum de Collecta Clericum, & Sacerdotem de percussionibus eidem illatis in eadem Regia Audientia, & petita remissione causæ ad ordinarium Iudicem secularē, fuit tunc prouisum causam remanendā in ipsamet Regia Audientia, me existen te, tunc in ea Auditore, & præsentis cau sæ commissario, & ita itidem hodie 4. mensis Iulij 1590. fuit decisum in Sacra Regia Audientia Barensi, causam querele propositæ per D. Franciscum Ficcam Clericum, super percussionibus sibi illatis, & verbis contumeliosis contra eundem prolatis, per Horatium, & Vergilium Borgingerios de Minderbino remanendā in eadem sacra Audiētia, & in ea terminandā, nō obstante petita re missione ad Iudicē loci cōmissi delicti.

4 Nam remissio causæ per Iudices Regios non solet fieri, nec fit vllo quidem modo per eos in 60. casibus signatis, & diligētissimē discussis per *Io. Bessian. in consuet. Aluernia consu.* 3. *ar.* 9. *§. par.* 21.

5 Ac etiam ratio quę me adducebat, ad ita decidēdum erat istā, nā iniuria illata Clerico Deum tangit *capit. nonnulli* 3. *q.* 1. tangit etiam totam Ecclesiam, & sic iniuria facta Clerico potest quolibet de illo loco vindicari, ad quos principaliter pertinet, ita *Bald. & Paul. Castr. in l.* 1. *§. huius studij in fin. ff. de iustit. & iur.*

6 Et hinc est, quod si remitteretur iniuria, hæc ab offenso non censeretur vtique remissa ea quæ est illata toti Ecclesiæ, *cap. si is qui* 23. *q.* 4. & *C. Salonitana* 44. *dist. Card. in clem.* 2. *in princ. de pœni & Doctores in cap. fin. de maledic.*

7 Vnde Clericus iniuriatus à laico debet agere coram Iudice Ecclesiastico, ad pœnam sacrilegij, verum ad pœnā interesse iniuriarum per modum actionis agere debet corā seculari, per modum vero exceptionis corā Ecclesiastico ita *Card. in clemen.* 1. *§. ciuitas de pœnis.*

Quare concludo, quod Clericus iniuriatus haberet fori electionem, cum pri-

8 uilegium hoc principaliter concessum censeatur Ecclesiæ. Et inde est, quod iniuria illata Clerico videtur Ecclesię illata poteśtque in iudicio deduci ab omnibus tanquam publicum crimen *l. si quis in hoc genus*, & ibi *Bar. C. de Episc. et Cler.*

9 imò itidem potest inquiri & puniri ist- hæc iniuria, ex officio Iudicis non implorato, vt ibidem.

10 Alia vero quam plurima priuilegia Clericorum ponit, atque vtiliter discurrit, *Card. in clem.* 1. *q.* 17. *de vit. & honest. Cleric.* & quatuordecim ipsorum Clericorum priuilegia refert commodè, quidem *Bertach. seu potius Apost. ibi in ver. Clericus l. vltim. circ. fin. in verf. Clericorum priuilegia sunt multa.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habet fori electionem, quod amplia etiam vbi agit.*

DECISIO XVIII.

Ex Capycio decis. 160.

ARGVMENTVM.

Ecclesia habet fori electionem.

1 IN causa N. cum Nicolao de Clara dubitatum est, an dictus Nicolaus cō uentus à præfato N. nomine dictæ Ecclesiæ possit declinare forum, Sac. Cons. & petere se remitti ad Regiam Camerā, tanquam officialis Regiæ Dohanæ maioris Neapolis, fuit decretum non esse remittendum, eo quod Ecclesia habet fori electionem, etiam vbi agit per ea, quæ notat *Andr. in d. constit. statuimus de offic. mag. iustit. in* 1. *col. & addit. d. Marz. in decis.* 253.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro rebus Ecclesiæ habent electionem fori, non autem pro bonis proprijs.*

2 *Clericus si in persona est offensus, habet electionem fori.*

3 *Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ æquiparantur pupillis, & alijs miserabilibus personis.*

DECISIO XIX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 597.

ARGVMENTVM.

An Clerici pro eorum bonis, & offensis in eorum personas factis habeant fori electionem.

1 SIne dubio Clerici pro rebus Ecclesiæ habent electionẽ fori, vt est dictum supra in *decis.* 234. Doctor. pro bonis verò proprijs non habent electionem prædictam, vt dicit *Ritus* 229. de quo in *d. decis.* & colligitur ex *cap. Regni de violentijs*, dum excipit bona viduarũ, pupillarum, pauperum, Ecclesiarum, nõ autem bona Clericorum, & ita in dies iudicamus, similiter quando persona Clerici est offensa iudicauimus, quod habet electionem fori per *Rit.* 233. *incipiente, item Clericus*, ibi vel criminaliter aduersarios suos trahunt cumque hic casus accidisset in Magn. Cur. & Mag. Cur. iudicasset quod causa Clerici remaneret in M. C. contra Illustrits. Ducem Hadriæ, idem Dux appellauit ad Sacr. Consil. in quo pro parte dicti Ducis dicebatur quod Ritus dicit, Clericus pupillus, vel vidua, Clericorum, vel viduarũ priuilegio permittente, & sic loquitur per ablatiuũ absolutũ, & ideò est intelligendus, scilicet si cõpetit priuilegium. sed dicebatur Clerico de iure cõmuni, etiam rationem bonorum Ecclesiæ non permitti pro iniuria in eum illata agere, seu eligere forum, nisi in certis casibus, de quibus per *Affl. in decis.* 257. *in prini. in const. Regni statuimus in* 7. *notab. vers. an autem Ecclesia fol.* 102. inter quos non est iste casus, ergo videbatur, quod agere non potuisset, & dicebatur non obstare ex alio Ritum prædictum, quia ille Ritus declaratur per dictum alium *Ritum* 229. dum in eo dicitur quod pro bonis proprijs Clericus non habet electionẽ fori, succedit alius Ritus, quod Clericus agendo ciuiliter, & criminaliter habet electionem fori, sicut pupillus & vidua, ergo ne dicatur ille alius Ritus contrarius est ritus hic intelligendus, quando agit criminaliter pro rebus Ecclesiæ, sicut quando ageret ciuiliter, si enim pro bonis proprijs electionem non habet, ergo nec etiam pro persona ipsius offensa. His non obstantibus videbatur decidendum contrariũ, ex Ritu prædicto, qui generaliter loquitur, & connumerat Clericum inter pupillos, & viduas, & Curiariales Regios, cum quos habere electionem fori, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, apud nos, non est dubium, & regula est, quod vna determinatio respiens plura determinabilia, ea pariter determinat *l. iam hoc iure*, vbi *Ias. colum.* 3. *in* 6. *notab. ff. de vulg. & pupill.* præterea dicebatur per capitula Regum prædecessorum huius Regni æquiparari personas Ecclesiasticas pupillis, & alijs miserabilibus personis, & præsertim in iudicijs criminalibus, vt apparet in *cap. quod incipit de iniurijs, sub rubr. de differentijs. vt in cap. pridem per diuersas, & in cap. si temporum, & Rex Robertus in cap. iniunxit nobis ponit sub protectione mag. Iustit.* Ecclesias, Ecclesiasticas personas, viduas, & pupillos, & orfanos, & mandat quod si opprimantur, vel grauãtur, ex officio inquirant, nõ obstante *Regni constitut.* Et idem statuitur in *capit. Regni vt delatas*, si igitur personæ Ecclesiasticæ æquiparantur Ecclesijs, pupillis, & viduis, & orphanis, ergo eodem priuilegio gaudere debent, & dictum fuit ponderationem factam ad Ritum prædictũ, non obstare, ex quo, vt dictum est, Ritus prædictus generaliter loquitur, & alius Ritus in bonis proprijs, & non Ecclesiæ distinxit: Ritus vero quando loquitur in criminalibus, in quibus tractatur de persona Clerici non distinxit, ergo nec nos distinguere debemus, *l. de pretio ff. de public.* & hæc diuersitas dicebatur, quod erat cum maxima ratione, quia persona Clerici est adeò connexa, & coniuncta Ecclesiæ, quod licet iniuria nõ sit facta Clerico in contemptum Ecclesiæ, quod nihilominus censetur offensa Ecclesia, vt dicit *Abb. in cap. contingit in glos.* 1. *de sentent. excommunicat.* cum quo transit *Felyn.* ibi, & non est dubium Ecclesiam offensam habere fori electionem, vt est supra dictum postquam pupillis orfanis, & viduis æquiparatur, & dicebatur non obstare ponderationem factam Ritui, ibi priuilegio permittente dum declarabatur, idest si priuilegium permiserit, quia illa verba sunt intelligenda, scilicet quia priuilegium permittit, quod permittere est plenè declaratum per *cap. Re-*

gis

gis Roberti, quia nulla legis sanctio, vbi per hæc eadem verba loquitur, scilicet priuilegio permittente, & declarat priuilegia prædicta in ciuilibus, de quibus erat dubium competere pupillis, viduis, Ecclesijs, Ecclesiasticis personis, & alijs miserabilibus de criminalibus non loquitur, quia sine dubio, videbatur, stante offensione, quæ censetur facta Ecclesiæ, dum Clericus offenditur, ita fuit decisum sub die 11. Maij 1598. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Electione fori facta per viduam, & aliā personam priuilegiatam, Iudex coram quo litigabatur efficitur incompetens.*

2 *Iudex coram quo fit electio an possit præfigere terminum eligenti ad comparendum coram Iudice, coram quo fit electio.*

DECISIO XX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 294.

ARGVMENTVM.

An facta electione fori sint ligatæ manus Iudicis, coram quo litigatur.

Dvm esset accussatus in Regia Prouinciali Audientia Calabriæ, vnus de eadē prouincia de homicidio, vidua, quæ in eadē accusauerat, variauit, & elegit forū M.C.V. ex priuilegio eidē concesso, per *tex. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. constit. Regni statuimus*, qua electione facta, & ea nō obstante dicta Regia Prouincialis Audientia, sub prætextu, quod Mag. Cur. ei non inhibuisset, nec procederet, & quia vidua multo tēpore steterat post electionem accedere Mag. Cur. & procurare transmissionē actorum processit ad receptionem testium inquisiti, Mag. Cur. iudicauit has attestationes post dictam electionem, & variationem receptas fuisse nulliter receptas, à qua declaratione dum inquisi-
1 tus appellasset S. C. fuit per nos idem decimū, quia eo ipso quod vidua, vel aliæ miserabiles personæ eligūt forum, alias Iudex corā quo litigabatur efficitur incompetens, nec habet se in aliquo intro mittere, vt dicit *Andr. in constit. Regni si quem nostrorū in verb. recepto termino*, & licet *glos. fin. in constit. prædicta*, & sic
2 per ea *Afflict.* dicat quod potest Iudex coram quo fit electio præfigere terminū eligenti, & varianti ad comparendū corā Iudice electo, dicit tamen ibi, *Andr.* aliter seruari, & melius, & quia in præsenti causa, nec hoc erat factum per Regiam Audientiā, sed processerat in causa principali ad testium receptionē, idcirco fuit, vt supra iudicatū, licet vnus ex Dominis à principio dubitasset, vidi postea *Foller. in verbo audiantur excusatores fol. 83. nu. 90.* vbi plenè examinat quæstionem.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua potest declinare forum Principis.*

2 *Sententia lata per Iudicem ordinarium post declinatam causam est nulla.*

3 *Manus Iudicis ordinarij sunt ligata post declinatoriam.*

4 *Declinatio Iudicis æquiparatur recusationi.*

5 *Sententia lata pendente recusatione est nulla.*

6 *Acta facta pendente auocatione sunt nulla, amplia n. 7.*

8 *Virgo potest declinare forum Principis, amplia n. 9. & 10.*

11 *Iuramentum præstari debet per viduam declinantem forum Principis, quod per horrescit potentiam aduersarij, & præstatur à tutore pro pupillo num. 12. vel à procuratore generali ibid, limita in Regno nu. 13.*

14 *Vidua non potest declinare forum Principis, vbi Curia ordinarij haberet priuilegium in contrarium.*

15 *Princeps potest derogare priuilegio de Iure communi concesso.*

DECISIO XXI.

Ex Mastrill. decis. 127.

ARGVMENTVM.

Manus Iudicis ordinarij sunt ligatæ post electionem fori, vnde sententia lata post declinatoriam fori est nulla.

1 Vidua potest declinare forum Principis, ad *tex. in l. vnica C. quand. Imp. inter pupill. & vid. et extat const. Re-*

gni Statuimus de off. mag. iuſt. in tantũ
2 quod ſententia inde ſequuta per Iudice
ordinarium redditur ipſo iure nulla , vt
determinat *Andr. in conſtit. ſi quis noſtro-
rũ verb. recept. termino Vinc. de Franch.
deciſ.* 294. ſubdens quod facta acta per
3 Iudicem declinatum fuerũt nulla decla-
rata manus enim Iudicis ordinarij dicun
tur ligatæ, & proinde quicquid agit nul-
liter agit, idem dixit *Coſm. Nepi. ſuper
conſuet. Catinæ tit.2. notab.3. nu.26.* &
ita obtinuiſſe teſtatur *Dom. Maur. Burg.
de laudim. par.3. inſpect.4 n.21.* & facit
ſecũdum *gloſ. & Bart in d. l. vnica* quod
4 declinare Iudicem ordinarium , idem
eſt, ac eum recuſare , & tamen commu-
5 nis eſt concluſio , quod Iudex propoſita
recuſatione dicitur ligatus , & ſenten-
tia per eum lata eſt ipſo Iure nulla
*Lancellott. tit. de attent. recuſat. pendente
per totum Caualc. deciſ.28. n.112. par.2.
Burſat. conſ. nu.21. cum ſequent. & bene
Marcheſ. in praxi tit. de auocat. cauſa-
rum par. 2. cap.4. fol.* 474. vbi ponit
declaratoriam inter auocationes cau-
ſarũ, & poteſt dici quod ſit auocatio le-
galis facta per Principes vigore *d. l. eo-*
6 *que* admiſſo inferebatur, quod acta facta
ea pendente erant nulla *Lancell. de act.
tit.* 10. *per totum vbi num.* 27. ampliat
7 ſufficere quod Iudex de auocatione no-
titiam habeat , & fuit pluries iudica-
8 tum in noſtris tribunalibus , idque paſ-
ſim admiſimus etiam in virgine , ſecun-
dum *Andr. in d. conſtit. ſtatuimus de offic.
magn. iuſtit.* vbi etiam *Afflict. quaeſt.* 8.
dum ait quo de hoc amplius in Regno
non dubitatur , & de communi teſtatur
Vinc. de Franch. deciſ. 100. qui refert ita
fuiſſe pluries iudicatum in Sacr. Conſil.
Viu. deciſ 65. *nu.* 5. *Cum ſuper ritu* 38.
n. 460. *Muſcatell. in ſua praxi verb. &
competat. nu.* 71. & procedit nulla habi-
9 ta diſtinctione an habeat animum per-
petuo in virginitate permanendi , prout
ſunt ſanctimoniales, an verò nubendi ,
ſecundũ *Tap. in d. conſtit. ſtatuimus n.*10.
vbi ampliat etiam, ſi eſſet diſponſata
10 per verbo de futuro , vt dixit *Andr. in
præallegato loco verſ. item quid ſi vidua* ,
qui licet videatur in contrariam partem
inclinare , quando eſſet deſponſata per
verba de præſenti , & ſi concluſionem
non diſputet , ſed diſputabilem dicat ,
quem ibi ſequitur *Afflict. nu.* 20. tamẽ
expreſsè tenuit *Tap. vbi ſup.* cũ vel per
obitũ viri, vel ob alias cauſas poſſit ma-
trimonium diſſolui, ſicuti per ingreſſum
Religionis , vt ibi per eum qui multas
congerit ampliationes, & limitationes ,
eſt tamen aduertendum, quod ex diſpo-
11 ſitione *d. conſtitut.* beneficium prædi-
ctum non competit , niſi iurauerit per-
horreſcere potentiam aduerſarij, ibi cor
porali præſtito Sacramento , & dixit
Theſaur. deciſ. 177. *nu.* 13. *poſt Carauit.
ſuper* 219. & limitando tradit *Tapia n.*
32. Subdens quod tale iuramentum
12 præſtatur à tutore pro pupillo , vel per
procuratorem generalem, cum libera ,
ſecundum *Afflict. ibi n.* 37. & practicari
in Sacro Conſilio teſtatur *Franch.* 257.
13 licet in Regno noſtro hoc non ſerue-
tur , ſed indiſtinctè emanantur litteræ
declinatoriæ fori à Magna Curia ſecun
dum prædicta fuit iudicatum in conſiſto
14 rio declarando ſententiam nullã : licet
quando Curia inferior haberet ſuper
hoc priuilegium particulare , prout in
Regno quamplures habent , tunc decli-
natoria non admitteretur, vt tradit *Af-
flict. in d. conſtit. ſtatuimus n.*15. *Rebuff.
in conſtit. Gall. tit. de ſent. prouiſ. art.* 5.
gloſ. vlt. de Franch. deciſ. 187. & 192.
15 poteſt enim Princeps derogare priuile-
gio per ipſum , vel per legem communẽ
conceſsũ, vt latè oſtendit *Tapia in l. fin.
ff. de conſtit. princip. in 2. part. cap.* 9. &
in d. conſtit. ſtatuimus nu. 30. & ita plu-
ries fuit iudicatum, & ego iudicaui pro
Curia Straticotiali Ciuitatis Meſſanæ .

SVMMARIVM.

1 *Pauper inter miſerabiles perſonas con-
numeratur, earumq. priuilegio gaudet.*
2 *Paupertatem, piam cauſam eſſe , eiuſque
priuilegij gaudere .*
3 *Paupertas prodeſt fauorabiliſque eſt , &
an fori electione, vt pupillus, & vidua
gaudeat .*
4 *Pauperi in mala cauſa nemo miſericors
eſſe debet .*
5 *Pauperis cauſa prius tractanda , quam
diuitis, num.* 9.
6 *Paupertas non eſt de genere malorum ,
nec contemnenda .*
7 *Paupertas vti in rebus temporalibus in-
numerabilia priuilegia confert, ſic in
ſpiritualibus ſeptem bona & quæ .*
8 *Iudex Pauperum cauſas tradendo quid
agere debeat .*
10 *Diuitiæ quibus exitiales ſint .*
11 *Iudex pauperibus miſerabilibuſque per-
ſonis gratis iuſtitiam miniſtret .*

DE-

DECISIO XXII.

Ex Viuio decis. 222.

ARGVMENTVM.

Pauper inter miserabiles personas connumeratur, & gaudet fori electionem.

1 PAuper connumeratur inter personas miserabiles, ita *Io. Andr. Abb. Felyn. & alij omnes in cap. significantibus de offic. deleg.* Cauens *in rit. 290. sub n. 8. Cornel Benincas. in tract. de pauper. q. 5. n. 11.* vbi concedit etiam pauperem ipsum miserabilem personam fore, & *Ioa. de Neuizan. in Sylu nupt lib. 6. sub n. 27.* & hunc in locum confluunt etiam scripta per *Plautum in duobus captiuis, vbi ita inquit miser homo est qui ipse sibi quod edit quarit, & id ægre inuenit sed ille miserior, qui & ægre quarit, & nihil inuenit ille verò miserrimus, qui cū esse cupit, quod edat non habet.* gauderque etiam pauper priuilegio ipsorum miserabiliū, secundum *glos. Bald. Ang. &c. omnes in l. siue autem §. si duobus ff. de publiciana Mars. sing. 82. volo tibi dare in 5. limit. & Cornel Beninc. in d. tract. de pauper. qu. 5. in fin.* vbi fertiliter quidem demō-
2 strat, & probat causam paupertatis piā esse, & simul gaudere omnibus, & quibuscunq; priuilegijs, & immunitatibus quibus piæ causæ vtuntur, & consequenter pauper non solum gaudet priuilegijs proprijs, & sic paupertati à legibus concessis discussis, & recitatis, per *Cauens. in d. rit. 290. n. 9. per Afflict. in constit. mulieres in fin. & per Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate fere per totum*, sed gaudet etiam priuilegijs piæ causæ concessis, & elargitis quæ recensuit, & discussit, *Tiraquell. in tract. de pijs causis per totum*.

3 Et sic paupertas prodest *l. si quis ad declinandum §. sin autem C. de Episcop. & Cler. & l. illicitas §. fin. ff. de off Præsid.* immò fauorabilem fore paupertatē ipsam, latè demonstrat, & probat *Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate quæst. 4. per totam*, vnde hoc obseruaui quamplurimis quippe vicibus in practica, in Regia Audientia Apuleæ, in anno 1583. cum alijs sequentib. dum assidebantur in ea auditor, vbi admisi varios diuersosque pauperes ad fori electionem, tam in causis ciuilibus, quam etiam criminalibus, ad instar viduæ, & pupilli, & licet aliquando ab aliquibus Baronibus, & partibus fuerit appellatum in Magna Curia Vicariæ, & demum in Sacro Consilio prætendendo pauperes nō habuisse fori electionem, tamen semper extitere remissæ causæ ad eandem Regiam Audientiam.

4 Est bene verum quod pauperi in mala causā nemo debet esse misericors *cap. si res 24. q. vlt. & Deuter. 23.* nec personis ipsis miserabilibus tātum fauendum venit, vt alijs personis iniustitia fiat *cap. ex tenore de for. compet. & Ioan. de Neuizz. in Sylu. nupt lib. 6. n. 28.*

5 Immò pauperis causa primò tractanda est quam diuitis, ita *glos. cap. in primis 2. q. 1.*

6 Quoniam paupertas non est de genere malorum, ita *glos in cap. vna in verb. mendicantes de relig. dom.* & paupertatē, & ignobilitatem ægritudinem, & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte superauit, quia necessaria ista in bonis habentur maximis quorum nobis alia ex natura, alia ex commoditate accidere videntur, secundum *Ambros. in examerom, & habetur in cap. illam 15. q. 1.* & sic paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit, *c. gloria Episcopi 12. quæst. 2.* & eo magis cum omnibus philosophiæ magistra nobis est inopia, & non ita laudamus Ioseph, cum frumentum distribuerat, sicut cum carcerem habitabat, vt discurrit *Augustin. super Psalm. 96.* immò qui despicit pauperem exprobat factori eius, vt habetur *prouerb. cap. 17.* & in pauperibus magis est attendenda religio, quam paupertas *capit. vlt. 16. quæst. 1.* quoniam scire vti paupertate maxima fœlicitas est *tex. sen. libr. de morib.* nec non hi sunt beati quorum diuitias nemo nouit, secundum *Lucium Apuleium de asin. aur. lib. 1.*

7 Et quemadmodum paupertas conferunt in rebus temporalibus innumerabiles ferè immunitates, & priuilegia, ita in reb. spiritualibus confert etiam septem bona scilicet peccatorum recognitionem virtutum conseruationem cordis quietem desiderij implectionem spiritualium bonorum dulcedinem meritorum exaltationem, & cœlestem hære-

ditatem, ita Sanctus Thom. sup. Isa. 48. Lect. ...

8 Cœterum ad institutum redeundo ad uerte tu Iudex quid agis dum tractas causas pauperum, nam eo tempore repetendum, discurrendumque tota memoria est quam miserum, & calamitosum sit genus iudicantium, & similiter quod tunc Cœlum, vel Infernus emitur, & reminiscendum, demum est etiam quod venenum in auro bibitur, prout non falsè, & fabulariter verum prudenter, & ut expertus loquebatur Ouid. in lib. amor. 4. eleg. dum ita cepit flucluare:

Curia pauperibus clausa est, dat census honores

Inde grauis Iudex, inde seuerus Eques.

Sed hoc intellige apertius à viuo oraculo Isid. soliloq. lib. 2. cap. 52. & à lege ipsa in cap. pauper. 11. quæst. 3. dum ita exprimit, quod pauper dum non habet, quod offerat in iudicio non solum audiri contemnitur, sed è contra veritatē opprimitur, cito violatur auro iustitia nullamque reus pertimescit culpā, quam redimere nummis existimat, immò ait Ecclesiast. cap. 9. quod sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita.

9 Et sic offerenda, atque exhibenda est ipsis pauperibus consolatio in reddendo eis ius prius quam alijs remoto quolibet timore, vel amore, hi enim Iudices, qui dum hoc agūt laudant Deū, dum vero contrariū obseruant in iudicando in causis pauperum se ipsos accusant, & eis ex nunc ac tunc æternam damnationem, & licet hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori sit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, vt nemo nisi diues honore dignus putetur, ita Ambr. off. lib. 11. cap. 21. tamen aduer-

10 tendum est, secundum Isid. soliloq. lib. 2. cap. 52. quod multi propter opes periclitati sunt multi propter diuitias in discrimen venerunt, multis exitiales fuere diuitiæ, multis et am mortem generant re opes & sic denique testatur glos. in l. si debitori in verf. damnum est ff. de Iud.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo

Et subito casu quæ valuere ruunt.

11 Vnde tu Iudex pauperibus ipsis, & miserabilibus personis gratis ministrum administra secundum consilium, & præceptum tibi traditum à glos. in §. si tibi quoque in verf. gratis, in authent. de mand. Princip. & à Gayl. in obseruat. 43. de patrocinio aduocatorum, & procuratorum Cameræ sub num. 15. & seq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium l. vnic. C. quand. Imperat. ampliatur etiam procedere in muliere maiore vel minore, cœlibem vitam ducente.

2 Priuilegium à d. l. vnic. procedit in casu, sit mulierum, quarum maritus est captiuus, vel ad triremes condemnatus.

3 Priuilegium d. l. vnic. Ecclesijs sicut Rei publicæ competit.

4 Priuilegium d. l. vnic. commune est senibus decrepitis, debilibus, diutur. morbo fatigatis, & alijs personis miserabilibus Iudicis arbitrio accurat.

5 Priuilegium d. l. ac restitutionem in integrum meretricibus competere, ex decisio. S. R. E.

6 Meretricum miseria & calamitates.

7 Priuilegium d. l. vnic vtrū competat viduis, alijsque similibus personis diuitibus, & num. 8.

9 Alimenta esse priuilegiata, etiam quod diuiti relinquantur.

10 Dotium priuilegia, sic in paupere, vt in diuite locum obtinent.

11 Experientia est rerum magistra.

12 Priuilegium d. l. vnic viduis, pupillis alijsque fortunæ miserabilibus spectare.

13 Viduas (si desit secularis iustitia) de foro Ecclesiastico esse.

14 Legatum factum viduæ intelligitur ad pias causas, & n. 15.

16 Pauper quis dicatur.

17 Priuilegia d. l. vnic. potiantur miserabiles personæ in initio litis ipsa contestata, & in progressu causæ.

18 Priuilegio d. l. vnic. gaudere omnes litis consortes miserabiles personæ & n. 21.

19 Præscriptio centenaria currit contra priuatum rem communem habentem, cum Eccles. Rom.

20 Clericum criminis consocios (in fori declinatoria) ad Iudicem Ecclesiasticum trahere, communem esse opinionem, ac in praxi seruatam.

21 Priuilegium ob numerum duodecim filiorum, prodesse fratribus in commune

ne bonorum stantibus.

22 *Matrem viduam pro iniuria facta filio priuilegio fori gaudere.*

23 *Iniuria facta vni fratri, censetur facta alteri fratri.*

24 *Iniuria facta vni de domo, cum omnibus facta censeatur omnes ad accusandum admittuntur.*

25 *Iniuriarum actio inimicis competere, cum ex iniuria inimicitia oriatur.*

26 *Iniuria facta vxori, viro illata dicitur, & pro ea vir agit.*

27 *Iniuria data patri filio data censetur, & filium ad patris defensionem posse, i. subtantem impune occidere.*

18 *Iniuria filij patris est eo viuente, eo mortuo, matris quando filius tutore careret, vel si haberet, & esset negligens in proponendo querelam.*

29 *Amor maternus, maior est paterno.*

30 *Mater pro iniuria illata filio maiori (recusante querelam dare posse iniuriantes) accusare, ac gaudere priuilegio fori.*

DECISIO XXIII.

Ex Viuio decis. 521.

ARGVMENTVM.

Priuilegium l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. in quibus personis locum obtineat, & num in pupillo, & vidua diuitibus.

1 Opinio *Azonis* extat adeò verissima, atque receptissima, vt de ea in præsentiarum nullatenus dubitari accidat, quod scilicet priuilegium *l. vnic. C. quand. Imperat*, obtineat locum etiam in ea fœmina, quæ cœlibem vitam ducit, nec vsquam virum habuit, nec de nuptijs tractat, quamuis maior sit, immò itidem grauis ętate reperiatur, quicquid in hoc maximè dubius fuerit, *Accur. in l. malum vers. viduam ff. de verb. signif.* quam nempè *Azo. sententiam in summ. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* digestè quidem approbauere ibi *Cyn. Oldrad. Alber. & Fulgos.* & communiter alij *Doctores* omnes antiquiores, qui existimauere huiusmodi beneficium competere, huic mulieri veluti cõpetit verè viduæ honestam agenti vitã, & sequuti sunt etiam eandem sententiã *Lup. in rep. ad cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. 2. notab. n. 12. Isern. n. 10. Afflict. & alij in constitut. statuimus in tit. de off. mag. inst. lib. 1. Rebuff. in commentar. ad l. Regias in 1. tom. tract. de sent. prouis. ar. 3. glos. vlt. col. 2. Guid. Pap. decis. 566. Carauit. rit. 19. n. 21.* & isthæc opinio similiter communiter recepta extat, vt post *Fulgos. in d. l. vnic.* exprimit *Couar. in lib. practicarum quæstionum cap. 7. post n. 2. qui libere eo in loco in ver. cæterum*, intelligit opinionem istam communem, tunc locum obtinere, vbicumq; aliqua fœmina iam grauis ætate, honesta quidem, & æquè vitam cœlibem à iuuentute castissimè duxerit, & potissimum vbi ex hoc non immineret illi, qui in iudicio vocatur grauissimum præiudicium, vt respondeat actioni propositæ, subditq; etiam secundum opinionem, hanc sæpè numero in Granatensi prætorio vidisse iudicatum, sacra verò Audientia Barensis superioribus temporibus in casibus tunc in ea occursis, sanctè porrò iudicauit opinionem istam procedere etiam in ea fœmina, quæ iuuenis sit, ac nullam admodum habendam fore ætatis rationem, quam opinionem atque decisionem fortificat *Imperator in d. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vib.* vbi si pupilli, vel viduæ, alijsq; fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, quæ profectò opinio adeò vera discernitur, vt contraria sententia concurrere debeat qualitas ætatis, nullo modo defendi possit, quia non tantum ratione, ex quo similes personæ, pupilli, vel viduæ extent concessum eis extitit priuilegium *d. l. vnicæ ab Imperatore*, quam etiam quoniam reperiuntur iniuria fortunæ miserabiles, vt planũ facit ibi textus idcirco consideratio illa ætatis inutilis quippe redditur, vt verius vtique appareat, vt fœminę etiam non grauis ętatis, sed potius iuuenilis existentes, dummodo honestè cœlibisque vitæ fuerint, & sint competant priuilegium *d. l.*

2 Nam eademmet ratione hoc ibidem priuilegium concedi etiam fœminis, quę maritum habent, si is sit eis inutilis existimant scribentes veluti, quia maritus reperitur captus ab hostibus exul, vel damnatus ad triremes, vt in terminis sẽ sit *Fely. in c. significantibus n. 8. de off. deleg. Rebuff. in d. glos. vlt. col. 2. glos. & Bald.*

Bald. in l. final. C. ad leg. Flauiam de plag. Alex. conſ. 104. *vol.* 1. *Couarruu. in d. cap.* 7. *verſic eſt in hoc eodem tractatu Carauit rit.* 19. *de Franch deciſ.* 100. *n.* 18 *cum alijs aggregatis in deciſ. noſtra* 197. *maritum non habere num* 1. *& ſequentib. lib.* 1. vbi aſſignauimus rationes, & inſimul ita non ſemel tantum, ita deciſum extitiſſe in Regia Audientia Apuleæ, prout ita obſeruatum quoque extitit eo tempore quo verſamur in hac ſacra Audientia Barenſi, & obſeruatur hodie.

3 Immò eadem quoque ratione verius reptiuſque diſcernitur, hoc idem priuilegium competere etiam Eccleſiæ, quia qua ratione in ea Republica Eccleſia habebit priuilegium iſtud, quod vidua, & pupillus habent, quamuis hoc de Iure communi minimè probari poſſit, quoniam *d. l. vnica C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* non loquitur, nec tractat de Eccleſia, quæ nec videtur intelligi miſerabilis perſona, licet quando Eccleſia fuerit re propria priuata, ac ſpoliata poſſit ſpoliatorem etiam laicum, coram quo maluerit Iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari conuenire, ita *Ioan And. & alij vnanimes omnes in c. p. cū ſit generale de foro compet. Alex. conſ.* 103. *in fin. vol.* 5 qui itidem eo in loco teſtatum dereliquit hanc opinionē communiter receptam eſſe, & *Imol. etiam in c. ſi clericus de foro compet.* idcirco cum hoc priuilegium competere Eccleſiæ exploratiſſimum ſit, veluti exiſtimauit *Iſern. in d. conſtit. ſtatuimus* 3. *& Afflict. nu.* 16. vbi teſtificatur etiam in Regno Neapolitano deciſum hoc olim fuiſſe, atq; determinatum à Rege Roberto filio Caroli II. cum eſſet is ſui patris Vicarius, & eandem opinionē amplexus quoque eſt *Couar. in pranotat. cap.* 7. *poſt nu.* 5. vbi in medium ſimiliter reſeruauit eiuſmodi priuilegium ex vſu forenſi receptaque praxi competere cuilibet Eccleſię quia res Eccleſiarum minoribus, & pupillis, quorum res ſub tutorum arbitrio ſunt, æquiparantur de Iure, vt notatur in *cap.* 1. *de in integr. reſtitut.*

4 Quocirca eiſdem rationibus patet, non tantum receptiorem eſſe, ſed etiam veriſſimam opinionem *Azon. vt in priuilegium d. l. vnica*, competat etiam fœminæ, quæ cœlibem vitam agit, nec vſque quam virum habuit, etiā quod non ſit grauis ætatis, ſed iuuenilis, quicquid ſenſerit *Couar.* ſed ſufficiat, quod æquiparetur pupillis, & viduis; ac ſimiliter miſerabilibus perſonis, vt ſenibus deceptis diuturno morbo fatigatis, debilibus, & alijs omnibus, de quibus mouetur natura ad miſerandum, vt explicauit *Azo. ipſe in ſumma eiuſdem l. vnica C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* quem referunt, & ſequuntur *Soccin. in cap. ex tenore col.* 1. *de foro compet. & Odofred in rubric. eiuſdem tit. Innocent. in cap. ſignificantibus de officio delegat. Afflict. deciſ.* 257. *in princip. & Vrſillus ibi addit ſub num.* 2. *& ſequ. & Roland. à Valle conſil.* 20. *in princip. vol.* 2. vt porrò iſtis, & alijs perſonis miſerabilibus arbitrio tamen Iudicis declarandis competat priuilegium *d. l. vnic.* vt probat *Menoch. in comment. de arbitr. Iudic caſu* 66. *in princ. lib.* 2. *centur.* 1. *Calcan. conſil.* 57. *nu* 12. *Guid. Pap. deciſ.* 566. *Neuizan. lib.* 6 *Sylu. nuptial. nu.* 34. *& ſequent. & Vrſill. in addit ad Afflict. deciſ.* 257. taliter quod expeditum in iure apertiſſimè quippè diſcernitur in arbitrio Iudicis reſidere illam declarationem faciendam, quæ nam dicantur perſonæ miſerabiles.

5 Prout his noſtris temporibus determinauit quoque Sacrum Conſilium meretrices etiā fore miſerabiles perſonas habereque reſtitutionem in integrum gaudereque poſſe priuilegio, *l. vnica C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* vel miſerabiles perſonas cognoſcat, & ne exhibeantur, atteſtante *D. Vincen. de Franch. deciſ.* 233. conuenta meretrice, & nihil mirum, nam quædam perſonæ dicuntur miſerabiles habitu, & non actu, vt viduæ, & pupilli, quædam vero alię perſonę extant miſerabiles, non tantum actu, ſed etiam habitu, vt iſtæ infeliciſſimæ meretrices, quibus natura mouetur ad miſerandum *c.* 1. *de poſtul.* vbi dicitur quod miſerabilis perſona ea eſt, quæ non poteſt cauſam promouere, puta propter defectum paupertatis, vel alterius impotentiæ, ita *Abb. in cap. ſignificantibus de offic. delegat in gloſ* 1.

6 Immo non ſolum extat pauper ipſa meretrix, ſed etiam reperitur in tam periculoſo ſtatu atque miſero, vt nullus alius ſtatus miſerior inueniri queat nā ſecundum *Auguſtinum de verbis Domini*, qui nequiter vult viuere, nonne tantò miſerior eſſe conuincitur, quanto facilius mala eius voluntas impletur, immò ſecundum *Gregor. ſuper Ezechielem*

pec- d1

peccantes tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos, taliter quod nō immerito aiebat, *Augustin. de libero arbitrio*, ita scribens eo in loco considera quantum potes quam magnū bonum ipsum esse quod & beati, & miseri volunt, nam si hoc bene consideraueris, videbis in tantum esse te miserū, in quantū non appropinquas, quod sum mum est, & sic palpas quam iugum graue sit super meretrices à tempore earū ingressus in lupanari, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium immò statu earūdem mulierum tam miserrimus venit continuò etiam deplorandus ab omnibus, cum *Innocent. de vilitate conditionis humanæ*, vbi sic afflictè omnes mortales commouet, quis ergo det oculis meis fontem lacrimarum, vt fleam miserabilem humanæ conditionis ingressum, culpabilem humanæ conuersionis progressum, damnabilem humanæ dissolutionis egressum, considerauerim, igitur cum lacrimis, de quo factus est homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo: sanè formatus est homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam, agit praua, quæ non licent, turpia non decent vana, quæ non expediunt,

7 Hac igitur opinione retenta per sacram Audientiam Barensem, quod ipsi Lauiniæ de Dauid, quæ cœlibem vitam egit, nec vsquam virum habuit competat priuilegium *d. l. vnica*, superest resoluere, numquid huiusmodi priuilegiū competat viduæ, & alteri, ex similibus personis diuitias possidenti veluti particulariter eidem congruenter quippe diuiti, in qua quæstione nō nihil æquidem dubitaueris, non tātum antiqui, sed etiā hodiernis nostris temporibus recentiores scribentes, opinantes priuilegium, hoc eiusdemmet *l. vnica*, non competere modo aliquo viduæ, alteriq; personę miserabili, quando diuitias possidet, quo niam ad hoc vt vidua vel pupillus similis que persona possit gaudere benefic. o ipsius *l. vnica* requiritur, quod sit pauper, & non diues, vt sensit *Paul. Castrens. in rub. illius tituli prope finem*, iuxta notata formaliter ab *Innocent. in cap. significantibus de offic. delegat.* quam opinionem sequuti sunt *Specul. in tit. de instrumentorū editio § nunc vero aliqua vers. quod inter relicta*, vbi ait, quod pupilli, & viduæ, & miserabiles personæ habent nonnullas in iure prærogatiuas, quod verum extat in viduis, atque pupillis miseris, & pauperibus, non autem ind uitibus, & potentibus *d cap. significantibus, & c. ex tenore de foro competenti, Alexan. cons. 121 nu. 4. col. 1. & cons. 126. col. 2. volum. 4. & in l. 1. ff. solut. matrim Innoc. Panormit. Imol. Card. Zabarell. Barbat. Felyn. & alij vniuersaliter omnes in d. cap. significantibus Ias in l. Titia textores ff. de leg. 1. Tiraquell. in l. si vnquam in vers. facultatum colu. 2. C. de reuocan. donat. Rebuff. in comment. ad constit Regni Franciæ tom. 1. tit. de sentent prouis. glos. Vlt col. 2. Andr. de Isern. in constit. Regni statuimus, & Afflict. etiam eo in loco, in 3. not. Marant. in tract. iudiciorū in 4. par. fol. 204. num. 78.*

8 Vbi inquit, quod licet causa pauperum, & miserabilium personarum, prout sunt viduæ, & pupilli dicatur summaria viderique debeat de plano, & sine strepi tu, & solutione sportularum, vt est *tex. in §. sit tibi quoque in auth. de mandat. Iudic.* vbi *Bart. & alij omnes*, nec non quod istæ personæ miserabiles trahere queant suos aduersarios coram Imperatore, & facere causas suas ab eo decidi *d. l. vnica* tamen quod illa procedat in vidua, & pupillo pauperibus, secus verò in diuitibus, quia tunc non dicerentur miserabiles personæ, nec viduarum priuilegijs potirentur, & hisce, atque similibus rationibus authoritatibus, quæ adductis istam opinionem, quod scilicet priuilegium *d. l. vnic.* non competat viduæ diuiti, pupillo, alijsque similibus diuitibus personis approbat *Rolan. à Valle cons 20. post num. 12. vol. 2.* vbi planū quoque fuit hanc sententiam com muniter receptam fore eiq; assentitur etiā *Paris. in addit. ad Bart. in d. l. vnic. in addit. incip si contra pupillos*, sacra vero Audientia Barensis superioribus temporibus, non semel tantum in casibus, in ea occursi. maturè quidem obseruauit cōtrariam sententiam, tanquam tutissimā, quæ fuit originaliter *Azo. in sum. illius tituli in fin.* & probatur per *text.* etiam eo in loco, dum dic t ibi Imperator, quod si pupilli, vel viduæ, alijsque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, cogantur aduersarij examini nostro sui copiam facere, ex his igitur verbis summopere aduertendū est, quod Imperator appellat viduas fortunæ iniuria miserabiles, quia vidua virum

virum amisit: pupillus vero patrem similiter amisit, siue patriam exiuit potestatem intra decimumquartum annum, & hæc extat re vera fortunæ iniuria, vt potè, quia ex hoc contingit, quod non possent similes personæ in causis sibi auxiliari, viduæ inquam propter sexum, pupilli vero propter ætatem, nam magna quippe in miseratione huius generis personæ dignæ sunt, dum maritorum filiorumque, destitutæ reperiuntur, quę porro miseratio locũ obtinet dato itidem quod oprimi ab alijs minime dubitarent, vt probat similiter *Imp. in d. l. unic.* ibi præsertim, cum alicuius potentiam perhorrescant, nam illa implicatiua præsertim ostendit idem esse in casu contrario, vt etiam si diuites sint, & nullius formident potentiam, nihilominus respetu viduitatis pupillarisque ætatis fori priuilegio faciliter fruuntur, pollicetur enim Imperator illis in litibus opẽ ferre.

9 Et pro hac sententia plurimum nempè facit *text. in l. cum hi §. nihil. ff. de transact.* vbi alimenta sunt priuilegiata, etiam quod ea diuiti relinquantur, ex quo illud tantum attenditur, quid sint alimenta ipsa, non autem cui ea relinquantur, dum alimenta dantur pro vitæ substentatione, nec dicatur quod diues potest fieri euadereque pauper, quia hoc iura non præsumunt, *l. si defunctus C. de arbitr. tutel. & l. cura §. difficientientium ff. de muner. & honor.*

10 Nec non dos etiam quamplurimis re ipsa potitur priuilegijs *l. 1. ff. sol. matr. & c. fin. de re iudic.* quæ neupè priuilegia habet dos ipsa, vel quod diuiti, vel quod pauperi detur, quia causa ipsius dotis inspicitur, non autem persona cui datur.

11 Idcirco non diuitiæ viduarum, aut pupillorum, sed potius conditio viduitatis, & pupillaris ætatis attendi debet, quia huiusmodi personæ quibus hæ conditiones insunt solent regulariter opprimi, vt patet ex experientia, quæ est rerum omnium magistra optima, & probat *tex. in c. regum 23. q. 5. §. pen. instit. de satis.* vbi *Angel. & in c. quam sit de elect in 6.* & hinc rationabiliter canebat *Francisc. Petrarcha cancilena 35. stantia 7.*

Non sa per te di star fra gente allegra
Vedoua sconsolata in veste negra.

12 Ex hisce igitur rationibus, quibus etiam in terminis hanc opinionem defendit *Natt. cons. 590. post n. 3. cum alijs sequentibus vol. 3. & in add. ad Alex cons. 127. in vlt. addit. vol. 1.* patet liquidissimè esse firmiorem, atque veriorem, quidquid in aduertenter quippe responderit, *Rol. à Vall. cons. 20. post nu. 12. cum alijs sequ. vol. 2.* cuius rationes quibus ipse mouetur, adeò debiles reperiuntur, vt ille neutiquam attendendæ veniant contra tam robustissimas præmemoratas rationes, quibus hæc opinio à *Natta*, ac ab alijs munita extat, quam etiam non tantum stabiliorem, ac ab veriorẽ esse, sed etiam vt pateat hodie sine difficultate aliqua receptiorem fore deuenitur ad Authores, qui eam commendauere, in primis *Azo in sum. illius tit. C. quand. Imp. inter pup. & vid. vel miserabiles personas cognoscat in fin.* vbi cõcedit, quod pupilli, licet diuites habent priuilegium illius legis, & eodem modo etiam reliqui, qui propter debilitatem corporis, vel mentis rebus suis superesse non possunt, sicuti pupilli, & huic opinioni assentiuntur quoque *Alberic. in 1. par. statutorum q. 112. & in d. l. vnic. vers. sed nunquid si tales Bal. cons. 449. quæritur vtrum vidua vol. 5. Afflict. decis. 257.* & ibi *Vrsill in addit. sub nu. 3. & seq. Abb. in c. ex parte de for. compet. Bulgar. in l. 1. num. 125. ff. solut. matr. Neuiz in Sylua nupt. lib. 6. num. 34. & seq. Io. Lup. in repet. c. vestras in 2. not. nu. 12. de donat. inter vir. & uxor.* qui omnes opinantur viduam, quantumuis diuitem dici personam miserabilem, & in terminis approbauere *Couar lib. practicar. quæst. c. 6. n. 2. vers. obtinet Natt. con. 590. nu. 3. & seq. vol. 3. & in addit. ad Alex cons. 121. in vlt. addit. vol. 1. D. Menoch. in comment. de arb. Iud. casu 67. post num. 4.* à qua nempe opinione suadet discendendum, nullatenus fore *Afflict. post Andr. de Iser. in constit. statuimus nu. 5.* idcirco facile probatum esse opinor hanc opinionem, quod scilicet beneficium *d. l. vnic.* competat viduis, pupillis, alijsque fortunæ iniuria miserabilibus personis, non tantum pauperibus, sed etiam diuitibus, & ita secũdum eam vidimus etiam superioribus annis iudicatum Romæ in facti contingentia, in vna Reatina *D.* Virginiæ viduæ similiter Reatinæ, per signaturam iustitiæ coram Alexandro Cardinale

Sfor-

Sfortia suo tempore dictæ signaturæ præfecto, referente R.P.D. Hieronymo Melchiorio Episcopo Maceraten. & ita iudicauit quoque Senatus Pedemõtanus, vt per *Ant. Thes. decis.* 177.*nu.*3. & firmat etiam *D. Francisc. Milanens. decis.*5.*n.*2.*lib.*2.

13 Hac igitur opinione tot tantisque illuminata facibus in præsentiarum non obstant rationes quibus *Roland.* mouebatur ad dissentiendum, & primo nihil refragatur illud, quod notauit *Innoc. in d. cap. significantibus* cui innixi fuere alij prænominati, quia *Innoc.* ipse per illum *text.* loquitur in Iudice Ecclesiastico, ex quo viduæ non sunt principaliter de foro Ecclesiastico, nisi quando deest iustitia secularis, vt probatur in *cap. ex tenore de foro compet.* vel nisi forsan sit pauper, vel spoliata, ac oppressa, istis etiam cessantibus vidua dicitur de foro seculari *capi Regum* 23. q. & notat *glos. in d. c. significantibus*, & tradit *Natta in d. cons.* 590. *n.*9. vbi porrigit, quod ita distingui debet inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, vt Ecclesiasticus competens videatur, vbicunque vidua extat pauper, & ita isto casu vidua repetens dotes suas, si pauper quippè sit potest adire Iudicem Ecclesiasticum, non autem si sit diues, & ita subdit loqui *Alex. in l. 1. ff. solut. matr. & text. in c. ex parte de for. compet.* si autem reperiatur diues, & intendat causam suam agitari coram Tribunali Cæsareo, tunc profectò potest, quia viduitas, quo ad priuilegium facit etiam miserabilem, cũ in earum causis magis, magisq; versetur periculum, ne oprimantur, quam in causis cæterorum, & ob rationem hanc de iure diuino commendantur iudicibus aduenæ, pupilli, & viduæ dum ore Prophetarum exclamat Deus, & præsertim *Exod. c.*22. viduæ, & pupillo non nocebis, si leseris eos vociferabuntur ad me, & *Ecclesiastic. cap.* 31. nonne lacrymæ viduæ ad maxillam ascendunt, & exclamatio eius super deducentes eas à maxilla quoque ascendunt in Cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis.

14 Nec ad rem pertinet, quod protulit *Specul. in tit. de instrument. & editio §. nunc vero aliqua vers. quod inter relicta*, quia illud procedit quantum ad effectũ, de quo ibi, videlicet ad hoc, vt legatum factum ad earum fauorem intelligatur factum ad pias causas, sed quantum ad effectũ fori, omnis vidua dici potest indistinctè miserabilis, ita *Abb. in c. cæterum §. ex quo ergo col 6. de iudic. Bald. Nouell. in tract. de dotibus* 9 *q. princ.*16. *priuileg. & Natta in præmemorato cons.* 590. *post nu.* 11. vbi similiter annectit posse alteram quoque afferri responsionem, quod *Spec.* in eo loco loquitur de iure Pontificio videlicet, quantum ad forum Ecclesiæ requiratur in viduis paupertas, quod probari is existimat ex *tex.* quem ipse Speculator citat in *d. cap. significantibus, & in cap. ex tenore de foro compet.*

15 Postremo nihil similiter perturbant aliæ auctoritates supra citatæ pro contraria parte, & potissimum *cons. Rol. à Vall* 20. *post n.*12. *& seq. vol.*1. vbi prodidit prædictam opinionem contrariam esse communiter ab omnibus approbatam, quia respondetur, quod nullũ admodum fundamentum fieri debet in huiusmodi auctoritatibus, & rationibus, tanquã lubricis, & indigestis, prout hoc satis firmiter supra ostensum extitit. ac istam itidem opinionem fore sacrosanctissimam, vt affluentissimè demonstrauit *Natta in d. cons.*590. *post n.*3. cum sequente, & signatura iustitiæ secundum eam religiose iudicando in casu præcitato, & Senatus Pedemontanus etiam attestante *Ant. Thesaur decis.* 177.*n.*. . .

16 Remanet igitur ex allegatis firma conclus. quod prædictæ Lauiniæ, quamuis diuiti competat priuilegiũ *d. l. vnic.* quod tanto magis concedendum venit, quia attenta etiam opinione *Rolan. & sequacium*, quod viduæ diuiti non competat priuilegium ipsius *l. vnicæ*, nihilominus tamen eidem Lauiniæ, etiam veluti pauper illud concedendum est, cũ non solum non dicatur pauper ille qui non habet necessaria ad sustentationem vitæ, verum etiam ille, cui deficiunt cõuenientia, quo ad sui status conditionẽ, vt per *Bart. in l. si constante* 2. *quasi.* 1. *princip. ff. solut. matr. & Bald in l. si quis ad declinandam col.*2. *vers. circa tertium C. de Episc. & Cler. Tiraq. in l. si vnquam in vers. facultatem sub n.* 1. *C de reuoc. donat.* vbi affirmat quoque viduam Reginam Angliæ gaudere similiter posse misserabilium personarum priuilegio, & *Vrsill. etiã in addit. Afflict. decis.* 257. *sub n.*2. & in terminis tradit *Natt. d. cons.*590. *post n.* 14. vbi etiã decla-

clarat post *Bal. imò Ang. Ale. & Aretin.* quos allegat, quod egere dicitur qui nō potest viuere secundum dignitatem, & conditionem suæ personæ, & non debet tunc considerari quantum ex sui patrimonij fructibus colligi potest, non autem quantum pretij, ex venditione rerū redigeretur, ad not. à *Bar. in l. qui bonis ff. de cession. bonor. Bald. in l. fin. §. ipsum autem, per illud text. C. de bonis quæ liber.* cum itaque ipsa Lauinia talis notoriè discernatur, vt attenta porrò eius nobilitate conditioneque sui status non habeat bona conuenientia, vtique sine scrupulo, aliquo etiam ipsi vti pauperi competit priuilegium *d. l. vnica*, etiam acceptata opinione *Rolandi, & sequacium*, tanquam intricata.

17 Nec reluctat quod pro parte eiusdem Lauiniæ fuit in statum huiusmodi priuilegium illi impartiri post litem contestatam coram Iudice ordinario, quia ad hoc respondetur, quod ipse personæ miserabiles, non tantum in initio litis, sed etiam post litem contestatam, & ingressu causæ possunt aduersarios suos ad Tribunal Principis euocare, et etiam in his terminis sensit *Natta in præallegat. cons. 590. post n. 15. Carau. in ritu 219. & 128. Afflict. in constit. statuimus, & Domin. Thesaur. decis. 177. nu. 6.* vbi commemorat ita ob istorum scribentiū opinionem, tanquam communem, ac frequentiorem extitisse iudicatum in Senatu Pedemontano, prout ita etiam quotidiè obseruatur in Regno, & sic ob huiusmodi obseruantiam communemque doctrinam coarctatur *l. vbi acceptum ff. de iud.* disponens quod iudicium vbi semel acceptum est ibi finem accipere debet veluti etiam eadem lex limitatur quoque per *Felyn. vndecim alijs modis in c. ex tenore de rescript. col. 7. & sequentibus.*

18 Neque demum ad rē pertinet, quod ipsa Lauinia habeat præsentem causam communem cum alijs personis non miserabilibus, quia in hoc serena extat *Doctorum decis.* quod huiusmodi priuilegio potiuntur etiam personæ non miserabiles existentes, quo ad eandem causam in communione, cum alijs personis miserabilibus, vt omnes tunc gaudeant eodem priuilegio propter communionem, vel societatem, ob quam inhabiles gaudent beneficio habilium, *iux. l. si cōmunem ff. quemadm. seruit. amitt. & l. si* *qui duos*, & ibi *Bar. ff. de libe. legat.*

19 Et hinc constanter quippe deliberat *Abb. in c. ad audientiam de præscription.* quod contra priuatum habentem rem communem cum Ecclesia Romana currit solummodo præscriptio centenaria.

20 Nam idem quoque videmus quod si plures reperiantur capti inquisitique à Iudice seculari, quorum vnus extat Clericus, & ipse petat, tunc se remitat ad Iudicem Ecclesiasticum, iuxta *cap. si Iudex de sentent. excommunicat. lib. 6.* quod hoc casu omnes laici remitti debent ad Iudicem Ecclesiasticum, per *d. l. si communem*, ne continentia causæ diuidatur, & ne sequatur absurdum, quod in eadē causa variè ferantur sententiæ, & fortasse contrariè, ita *Soccin. in l. cum Senatus in fin ff. de reb. dubijs*, vbi addidit etiā, ita se vidisse obtentum in practica, quod nempè dictum fuit originale *Anton. de Prato Vetere Doctoris Bononiensis in l. 1. in fin. quæ sentent. sine appellat. rescind.* quem referunt sequunturque *Socc. in cap. 2. col. 15. vers. 8. fallit de mut. petit. Thom. Ferrat. cautela 0. post Georg. Nat. in cap. quamuis de pact. in 6. & Ias. in l. Imperium num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic.* & ibi etiam *Sapia num. 83. Cassan. in consuetudinib. Burgund. Rubr. 1. §. 15. num. 70.* vbi fatetur etiam se vidisse hāc *Anton. de Prato Veteri decisionem seruari in Ducatu Mediolani*, & sequuntur etiam *Felyn. in cap. 1. col 4. de præscript. Neuizan. in Sylua nuptiali lib. 6. nu. 38. hinc infertur Bart. in l. præcipimus in fin. C. de appellat. Alciat. in l. 1. in princip. ff. de verb. obligat. Paris consil. 154. col. 1. vol. 4. Soccin. Iun. consf. 34. colu. 1. vol. 2. Natta in proprijs terminis consil. 590. nu. 19. vol. 3. Ruminal. Iun. consil. 102 n. 12. & sequ. volu. 2.* quæ opinio extat communiter approbata, attestante *Foler. in pract. crim. in 1. part. secundæ partis in versic. audiant excusatores num. 79. & Boss. in titul. de foro compet.* 147. quicquid scripserint *Petr. Rebuff. in authent habita priuileg. 106. C. ne filius pro patre, Capy decis. 173. Cacher. decis. 103. nu. 10. Couar. pract. quæst. c. 34. nu. 1. vers. nos vero Igneus in l. 1. §. si quis in villa n. 27. ff. ad Sillan. Ant. Gomes. c. 10. delictorū, nu. 6. & Clarus lib. 5. sententiarum §. fin. qu. 36. col. penult.* qui eam falsam forsan fragiliter irregulariterque scripsere, nā vt instruximus est communis, & serua-

tur

tur in practica, quam etiã verisimã recep tissimamq. esse tradit *Marsil. sing.* 180.

21 Vbi etiam subdit se vidisse consultum per Excellentissimos Dominos D. Ludocicum de Ludouicis Prothonotarium Bononiensem, & Dominum Archidiaconum Bononiensem, quod immunis ab oneribus, ob numerum duodecim filiorum hanc immunitatem impartiebatur fratribus socijs, in commune bonerum commorantibus, & simul habitantibus veluti, tradit etiam *Natta consil. 1. num. 10. vol. 1.* ob quas profecto rationes, hanc opinionem quod scilicet priuilegium *d. l. vnica*, competat non tantum viduæ, sed alijs etiam non miserabilibus personis habentibus causam communem, cum ipsa vidua, in proprijs terminis nostris amplectitur idem *Natta d. consil. 590. post numer. 16. & frequen.* eamque in hoc quoque casu tenuerit similiter signator iustitiæ coram Alexandro Cardinale Sforzia Præfecto, referente annis superioribus R. P. D. Hieron. Melchiorio Episc. Maceraten.

22 Et licet vidua habeat fori electionẽ in casibus recitatis atque super diffuse magistraliterque determinatis, tamen disquirendum hodie necessario quoque venit, notatur vidua ipsa pro offensa iniuriaue facta eius filio viuenti eligere queat Iudicem proponereq; pariter que relam coram eo, pro tali causa, & sic gaudere, tunc *dict. leg. vnic. priuileg.* quia igitur in re animaduertendum est, viduam ipsam indistinctè quidem gaudere posse huiusmodi fori priuilegio, tam in vita filij iniuriati, quam post eius necem, & ratio ea est, nam iniuria facta vni de domo illata censetur omni dubio quidem procul toti familiæ, & cognationi, *l. 2. & 3. ff. de liber. caus. & l. lex Cornelia ff. de iniur.* & ibi *glos. in l. vnic. C. de raptu virg.* & ibi *Bald. col. 2. Bart. in l lex Cornelia ff. de iniur. Alex. cons. 24. numer. 7. volum. 2. Dec. cons. 163. colum. 3. Crauett. consil. 41. num. 3. Rimin. Iun. consil. 101. nu. 23. & seq. volum. 1.* vbi hoc amplificat similiter procedere etiam si tractaretur de leui iniuria.

23 Et sic iniuria facta vni de fratribus alteri quoque fratri facta censetur *l. 1. & 2. ff. de liber. caus.*

24 Pro qua nempè iniuria vni de domo facta omnes de familia, & cognatione possunt criminaliter agere, vt per *Crauet. consi. 119. Blan. in l. fin. num. 173. ff. de quæst. Grammat. decis. 23. num. 1. & seq.*

25 Et ratio est, nam illi de familia dicuntur inimici tanquam offensi; & inimici, porrò dicuntur qui possunt agere actione iniuriarum contra aliquem, vt per *Felyn. in cap. cum P. Manconella in princip. de accusation. & in capit. cum oporteat eod. tit.*

26 Immo iniuria illata vxori intelligitur quoque illata viro, & ideò pro illa agit etiã vir. *§. patitur autem in tit. de iniur.*

27 Necnon iniuria facta patri dicatur illata filio taliter quod filius, ob defensionem patris potest impune insultantem parcem vulnerare, ac occidere, vt consuluit *Petr. de Barbob. de Soccino consil. 97. num. 27. & seq. inter consilia diuersorum criminalia collecta per Ioann. Bap. Zilettum volum. 1. paruo*, vbi amplificat, hoc quoque procedere, non solum in filio legitimo, & naturali, sed etiam in filio naturali tantum, & ratio est nam iniuria patris est iniuria filij *l. 1. ff. de iniur.* taliter quod filius potest prosequi iniuria patris, vt ibi.

28 In tantum quod quemadmodum pater in eo veniente agit pro iniuria filij, in iudicio ita post eius mortem agit mater vbicunq; filius ipse careret tutore, vel tutor foret negligens in proponendo querelã de iniuria facta filio minori, ita *glos. in vers. ad eam in fin. l. Senatus consult. C. de his qui accus. non poss. Bart. Ias. in l. alienam num. 2. in 2. limitat. C. de procurator. & D. Vincent. de Franch. decis. 182. num. 4.*

29 Et ratio quippe viuax potest allegari ista, nam amor matris erga filios, absq; scrupulo aliquo maior quidẽ extat amore patris, vt per *Cornel. cons. 175. nu. 12. vol. 2. Io de Lign. in tract. de amicitia §. & surgit per totum, & Dec. in c. ex par. il 2. nu. 27. de appellat. & est text. in l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.*

30 Et hoc idem dicendum est in iniuria illata filio maiori recusanti proponere querelã pro tali re, vt mater vidua tũc valeat subintrare, atq; accusare, & prosequi propriã querelã coram Iudice electo per eã, ex authoritate *glo. communiter recepta ab omnibus in d. l. Sen cons. & Ias. in d. l. alienam sub num. 2. limit. 5.* vbi concedit matrem viduam admitti posse in iudicio pro causa filij, quando proceditur ex æquitate, & sine apicibus iuris, vt proceditur in Regno, &

d ita

ita iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi die 2. Iunij 1597. in causa Cassandræ de Barulo viduæ illam remittendam in eadem sacra Audientia, ob querelam in ea per illam propositam de vulneribus illatis per Tonnum Comontem, Octauium Cognetta, Camillum Pignatellum, Horatium Comontem, & Carolum de Angelis, Tonno eius filio maiori recusantique pariter de huiusmodi insultu, & vulnerum illatione accussare, referente D. Didaco de Pareza causæ Commissario, in discusione causarum tractabilissimo, & in iudicandi munere ordinatissimo, atque innocentissimo, & nihil mirum cum simus in casu speciali matris viduæ querelantis accusantisque, ac eligentis forum prosequentisque iniuriam proprij filij, ob causam allegatam, prout huiusmodi specialitatis, & generalitatis aliarum mulierum, tanquam de cognatione, & familia, materiam non iteriliter, quippe discurrit, atque resolnit in actu practico *Carauit. in ritu* 191. *sub num.* 8. *& sequ.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps si primo loco concessit priuilegium, seu exemptionem viduis, seu pupillis, si demum concessit aliud priuilegium alteri, quod derogaret præfato priori priuilegio scribens in eo, illud concedere priuilegio aliquo, non obstante, non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis concesso, nisi de eo specialis mentio fieret, etiam si dicatur, non obstante priuilegio aliquo, de qua oportet specialem mentionem facere.*

2 *Priuilegium concessionis si habeat clausulam derogantem priuilegijs, non facientibus speciale mentionem de præcedenti concessione, sufficiet dicere non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si essent talia de quibus facienda esset mentio, de verbo ad verbum, licet aliter non specificetur.*

3 *Papa dum dicit in priuilegio, seu bulla, vt tenor obstentium habeatur pro expresso, & scripto de verbo ad verbum nulla obstãtia efficit rescripto, quia contra plenitudinem potestatis Papæ nihil statui potest.*

4 *Priuilegium impetrans contra personam miserabilem, vt possit trahi extra Prouinciam, non sufficit in eo clausula, non obstante, nisi de qualitate personarum fiat expressa mentio.*

5 *In priuilegio debet fieri expressa mentio de viduis, & pupillis ibi num. 4. 5. & 6. aliàs eorum priuilegium non dicitur derogatum num. 7.*

DECISIO XXIV.

Ex Grammat. decis. 20.

ARGVMENTVM.

Priuilegio miserabilium personarum non censerur derogatum, nisi exprefsè dicatur.

Pendente querela viduæ, & pupillorum, in Mag. Cur. Vic. fuit pro parte Magnificæ Vniuersitatis Capuæ petita remissio ad Curiam Capitanei Regij Capuani virtute priuilegiorum eidem Vniuersitati, & hominibus concessorum per Serenissimos retro Principes Regni, per quæ prætenditur derogatum priuilegio viduarum, & pupillorum, dum in eisdem adsit clausula non obstante lege in contrarium faciente, nam
1 si Princeps primo loco concessit priuilegium, seu exemptionem viduis, aut pupillis, & demum concessit aliud priuilegium alteri, quod adversaretur, seu derogaret præfato priori priuilegio, seu concessioni dicendo in eo illud cõcedere priuilegio aliquo, non obstante, non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis concesso, nisi in eo specialis mẽtio fieret de priuilegio ipso viduarum. Quod procedit etiam, si diceretur non obstante aliquo priuilegio, de quo etiã oporteret speciale facere mentionem, adhuc dicunt quidam non sufficere, ita dicit *Abb. in leg. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* verum tamen subdit, quod contrarium vidit seruari, & quod ibidem dicat cõtrariũ obtinuisse mentitur, & ipso *Alber.* patrocinante in facto fuit iudicatum pro ipso *Alberico*, & contra opinionem *Cyn.* & quod tunc satis de mente Papæ, seu Principis apparere videtur, per notat. *in l. si quis in princip. ff. de leg.* 3. & idem *Alb.* tenet fuisse consultum per *Federic. de Senis in suo cons.* 47. habita super

per casu præfato collatione, & idem sequitur *Ioan de Anan. in suo cons. 56.* hisque in facto proponuntur, subdens hanc esse communem opinionem videlicet,
2 quod quando in priuileg o exemptionis, seu alterius concessionis; inest, clausula derogans priuilegijs non facientibus specialem mentionem de præcedenti concessione, sufficiet dicere non obstantibus priuilegijs quibuscunque etiam si essent talia de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, licet aliter non specificetur, idem tenet *Imm. in l. licitatio §. earum ff. de publ.* & sequitur *Alex. in cons. incipiens nec arguendi sumus ver. & fortificantur*, & idem notat *Bald. post collect. in cap. cum dilecta in fin. extra de rescript.* dum dicunt, quod vbi Papa
3 dicit, vt tenor obstantium habeatur pro expresso, & scripto de verbo ad verbu, nulla obstantia efficit rescripto, quia, contra libertatem plenitudinis potestatis, cui nihil statui potest, & licet fuerit per patronum causæ allegatum, idem tenuisse *Felyn. in cap. nonnulli extra de rescript. salua pace. eum ibi Felyn.* formaliter teneat contrarium, dum dicit, quod sunt nonnulli alij casus; in quibus non sufficit, quod rescriptum dicant, nō obstante lege in contrarium faciente, sed debet fieri mentio specialis, & vnum
4 ponit *Bald. in l. vnica*, videlicet quādo imperatur priuilegium contra personā miserabilem, vt possit trahi extra Prouinciam, quia nō sufficeret clausula, nō obstante, nisi de qualitate personarum expressa mentio fieret, allegat *cap. signi-*
5 *ficanti de offic. delegat.* attamen quod nō sufficiant clausulæ præfatæ, etiā debeat fieri specifica, & expressa mentio de viduis, & pupillis, & sic secundum opinionem *Cyn.* consuluit idem *Feder. de Sen.* consulendo contrarium eius, quod primo dixerat in suo *cons. 133.* casus talis est Monasterium, &c. licet, subdat quod vario modo diuersis temporibus fuerit, super hoc Romæ iudicatum, & idem secundum opinionem *Cyn. tenuit Card. satis abunde consulendo in suo consil. 53. Greg. Pap. Cald. in suo cons. 11. sub rub. sed tit. de priu.* habet ordo *Sancta Clara*, Idem *Cardin. in clem. 1. 3. oppos. de sepult.* idem consuluit *Laurent. de Radul. in fauorem Cartusiæ Pisanæ*, prout refert, & sequitur *Paul. de Castro idem cōsulendo in cons. 312.* quoniam adiectione, & idem *Paul. plenissime in suo consil.*

32. passus iste dubitabilis videtur *Caroc. in cons. 137. factum sic se habet Abb. in cap. cum instantia de consilt. Ludouic. Ruin. in cons. 323. ista sunt rationes, & in cons. 436. indultum Petri Socc. in suo tract. de visitat. vers. sed circa hoc quæro*, & ita post omnes quos congerit; refert, & sequitur *Felyn. in cap. accedentes de præb.* & ibi in specie subdit, quod
6 non sufficiunt verba præfata, sed requiritur fieri specialis mentio, & quod ita, multi teneant, quos si vidisset *Ioan. de Anan. in d. suo cons.* fortè non dixisset illam esse opinionem cōmunem, & idem plenius sequitur *Ioan. de Syl. in suo aureo tractatu de beneficijs in 3. par. quæst. 14.* vbi insistit per plures columnas referendo *cons. Ias.* & idem firmauit *Decius in l. certum ff. si certum pet.* vbi licet videatur aliquantulum subsistere, ex quo similis causa pendebat, tunc de facto coram eo, quod clare non decidit, attamen consulendo, idem tenuit, & firmauit in suo *cons. 163. viso tenore priuilegij*, & vltimo loco idem reperio tenuisse *Neuiz. in suo cons. 12. inter consil. Alb. Brun. patres commederunt vuas acerbas*, vbi subdit, quod omissa contrarietate *Fed.* in consulendo, & varietate *Doctorum* cōmunior opinio est, quod non sufficiant præfatæ clausulæ, nisi expressa mentio fiat maxime respectu pupillorum, & viduarum, & quod non sufficit etiam derogatum sufficienter, nisi de ipsis fiat specialis mentio, ex quibus fuit decisum, per Mag. Cur. Vic. non esse locum remissioni petitæ, sed in causa ipsa esse procedendum in eadem Magna Curia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. vt derogetur non sufficit. generalis derogatio.*

2 *Priuilegio l. vnic. C. quando Imper inter pupill. & vid. quamuis non sit in specie derogatum sufficit, quod sit dictū in priuilegio conceptionis iurisdictionis, non obstante quod sint miserabiles persona.*

DECISIO XXV.

Ex Præsid. de Franch. decis. 18.

ARGVMENTVM.

Priuilegio l. vnic. C. quand. Imp. inter pup. & vid. quando censeatur derogatum.

1 QVamuis vt derogetur dispositioni, *l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* non sufficiat generalis derogatio, & secundum *Cynum & alios*, ibi, sed sit necessaria specialis, nihilominus si sit in priuilegio dictum non obstante
2 quod sint miserabiles personæ, quamuis non sit in specie derogatum legi prædictæ, nec de ea facta mentio iudicauimus in causa vtilis Domini Terræ Spinazzolæ, quod hæc derogatio prædicto modo facta sufficiat, ex verbis *Paul. de Castr. in d. l. vnic* qui dicit idem esse, vel quod in in priuilegio apponatur clausula, non obstante *l. 1.* vel quod dicatur, non obstante quod sint miserabiles personæ. Idem videtur velle *Afflict. in const. statuimus in 7. notab.* & licet diceretur priuilegiũ dicti vtilis Domini fuisse concessum per Illustrissimũ D. Proregem, de cuius potestate dubitatur circa derogationem priuilegij concessi miserabilibus personis, nihilominus quia pluries per Serenissimos nostros Reges in gratijs concessis Neapolitanis fuerunt confirmata omnia gesta per Proreges, & signanter alienationes, & præstationes assensuum, & hoc priuilegium erat ante istas confirmationes, & ex causa onerosa de prędictis non fuit habita ratio. Fuit hoc ad relationem Magnæ Curiæ die 2. Octobris 1578, referente D. Marthos Iudice ipsius M. C. de hac *decis. & seq. & dum decis.* 192. meminit *Ant. Rau. in tract. de analogis lib. 1. c. 35. n. 83. fol. 312.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum reuersum ad Regem ob culpam vassalli redait absque onere, in tantum quod derogatio facta alicui priuilegio in corpore iuris clauso extincta dicitur, adeò at si denuo concedatur feudum per Regem, nisi expressè iterum derogetur, non intelligitur facta derogatio.*
2 *Priuilegio l. vnica C. quand. Imper inter pupill. & vid. non intelligitur derogatum per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum, in omnes, & quoscunque ciues, & habitantes in Castro, etiã alibi delinquentes.*
3 *Priuilegio d. l. vnica non tollitur per generalem concessionem iurisdictionis, cũ clausula non obstante quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, & de communi nu. 4. & quid accedente clausula motus proprij.*
6 *Priuilegium concessum miserationis gratia, numquam tollitur per secundum priuilegium generale, nisi expressè derogetur.*
7 *Priuilegio d. l. vnica, persona quibus illud est concessum non possunt etiam expressè renunciare.*
8 *Clausula motus proprij non supplet defectum intentionis, licet tollat defectum surreptionis.*
9 *Clausula prout melius, & plenius prædecessores tui tenuerant, & possederunt operatur derogationem priuilegij d. l. vnica, si in concessione prædecessorum facta, illi fuerit expressè derogatum, & an & quando procedat num. 11. 15. 16. 17. & 19.*
10 *Iurisdictio causarum ciuilium, & criminalium, primarum, & secundarum causarum non venit in concessione Castri, nisi expressè fuerit concessa.*
12 *Concedere qui noluit id, quod est minus, credendum non est, quod noluit concedere id, quod est maius.*
13 *Priuilegium non dicitur, dum in eo aliquid detrahitur, vel additur.*
14 *Clausula exceptis iurisdictionibus nobis, & nostra Curia reseruatis ratione supremi dominij, an concessione iurisdictionis apposita operatur quod priuilegium d. l. vnica sit expressè reseruatum Principi.*
16 *Derogatio per relationem ad aliud priuilegium dicitur ficta derogatio, quæ in dubio si est vera, vel ficta, iudicandum erit pro miserabilibus personis, quibus priuilegium l. vnica subuenit.*
18 *Clausula ex certa scientia refertur ad ius, non ad factum.*

DECISIO XXVI.

Ex Præsid. de Franch. decis. 192.

ARGVMENTVM.

In eodem articulo concernentia.

1 EO ipso quod Ferdinandus Sanseuerinus olim Princeps Salerni, & vtilis

vtilis Dominus Terræ S. Seuerini, defe-
cit à fidelitate Regia Terra prædicta
deuenit ad Regem libere, & absquè ali-
quo onere, quia res sua nemini seruit,
pulchrè *And. in §. huius autem generis*
col. pen. vers. vel duas ex quib. caus. feud.
amitt. ideoque derogatio facta priuile-
gio *l. vnica C. quando Imper. inter pu-*
pill. & vid. in priuilegio concessionis fa-
ctæ dicto Ferdinando estincta est, &
quæsitum ius personis in *d. l.* compre-
hensis, ita vt si existente Terra prædicta
penes Regem conuenirentur in foro
Terræ prædictæ, non possent vti priuile-
gio *d. l.* etiam si postea alteri concedere-
tur sine derogatione *l. prædictæ*, hinc di
2 cebatur quod, & si dicta Terra concessa
sit Illustriss. *D.* Ferdinando Gonzaga,
cum cognitione primarum, & secunda-
rum causarum, an omnes, & quoscunque
ciues, & habitatores Terræ prædictæ,
etiam alibi delinquentes, non intellige-
tur, ex hac noua concessione, quamuis
generali derogatum dispositioni *d. l.* quæ
miserationis gratia, hoc priuilegium
dedit personis in *d. l.* comprehensis, ita
Cyn. in d. l. 1. & Cyn. sequitur ibi Bal. 1.
col. vers. adde quo Princeps, Paul. de Castr.
Ang. & Fulg. Antibolus tract. de mun.
& bono. in 3. par. princ. 1. col. vers. sed
pone quæstionem, Rom. consil. 269. non est
dubium 1. col. vers. quod autem specialis,
idem tenet *Bellug. in Specul Princip. in*
rubr. 38 §. conqueruntur num. 2. versic.
& quia nouissimè *Afflict. in constitut Re*
gni statuimus in 7. notab. & hæc opinio
est sine scrupulo, & procedit etiã, quod
3 in secundo priuilegio dicatur, non ob-
stante quod de priuilegio deberet fieri
expressa mentio, vt dicunt ibi *Cyn. Ful-*
gos. Bellug. Vitalis in tract. clausularum
in verb. clausula generalis, non obstanti-
bus quibuscunque priuilegijs Afflict. vbi
supra, & Gramm. decis 20. vbi etiam
allegantur *Fely. & alij qui in proprijs ter*
minis d. l. vnica loquuntur, in quibus ter-
minis loquitur Dec. consil. 165. & ante
eum optimè *Alex. consil. 122. viso pun-*
cto, & accurate pensato col. 4. vers. confir-
mo etiam 4. vol. de quo meminit *Rebuff.*
in tract. de sentent. prouisional. art 3. in
glos. vlt. in 15. priuileg. & pulchrè *Ruy.*
consil. 226. præmissa 3. col. vers. præterea
dictus Nicolaus. & col seq. vol. 1. Vnde
dicebatur pro parte Regij Fisci, omni-
no hanc causam debere tractari in Ma.
Cur. Dicebat Aduocatus Don Ferdinã-
di, quod ipse primas duas conclusiones
habebat pro veris, sed quod vltima con-
clusio habebat difficultatem, quia *Al-*
ber. in d. l. 1. in specie tenet contra Cyn.
4 quando adest concessio cũ clausula de-
rogatoria, etiam quod de priuilegio de-
beret fieri expressa mentio, & ꝙ *Albe. in*
d. l. sequunt. alij quos recẽset Fel in d. c. acce
dentes Aym. præ cœteris in cons 129. 1. vol.
per totum Andr. Tiraq. post ll. connub. in
glos. 5. in 12. genere expressè, & quia non
poterat negare primam esse veriorem
opinionem, & communem, vt dicit *Fe-*
lyn. in d. cap. accedentes, imò communi-
nem vt dicit *Neuizan. inter consilia Bru*
ni cons. 12. in 3. ratione in versic. non
obstat clausula, quod tenor &c. & post il-
los *Grammat. in d. decis. 20. & nouissimè*
nostri Campani *in cap. Regno quod decre-*
tam 1. col. dicebatur hanc opinionem
non procedere, vbi in priuilegio conces
sionis cum derogatione prædicto mo-
do facta apparet facta concessio motu
5 proprio, ita prædictam opinionem cõ-
munẽ limitat *Rom. in cons 327 ista sunt*
rationes 3. col. vers. 2. respondeo, quem re-
fert, & sequitur *Felyn. in d. c. accedentes*,
& in c. nonnulli in 2. limitat. extra de re-
script. sed ad hoc dicebatur *Roman in*
d. cons loqui per vers. fortè & sic nõ se fir-
mat in hoc, & in responsione precedenti
ponit cõclusionẽ *Cyn.* pro vera, & in ea
persistit, & *Felyn.* simpliciter transit, cũ
Rom. nõ facta discussione de veritate li-
mitationis. Itẽ dicebatur limitationem
prædictã posse procedere, & sic videri;
loqui *Rom.* quando sunt duo priuilegia
cõcessa, inter quæ duo nõ adest, aliquod
6 priuilegiũ concessum personis miserabi
libus causa miserationis, & hoc maxi-
mè refert, quia priuilegiũ cõcesũ causa
miserationis nunquã tollitur per genera
les derogationes, nisi expressè deroge-
tur primo, secundum *Cyn. & Rom. in d.*
cons. 269. & præ ceteris *Alex. in d. cons.*
122 vers. confirmo etiã, & ideo non tolli-
tur per secundũ generale, quia est cõces
sum in vim singularis priuilegij, cui nun
quã derogatur per generalem dispositio
nẽ *glo. in l. si grauis C. de dignitatib. lib 11.*
quam in propria materia ad hoc allegat
Ballug. in prædicta rub 38. vers sed vide-
tur obstare f. 172. qui eã in rub. 23. f. 121.
7 dici hæc esse reseruata Principi in vim su
premæ dignitatis, & hoc priuilegium est
adeò potens, quod personæ quibus est
concessum in *d. l. 1.* non possunt, nec ex-
pressè huic priuilegio renunciare, secun
dum *glos. ibi in vers. excedere*, quã omnes

ſequuntur, & maximè *Sylua nuptial. in*
verſ. in dubio, quomodo iudicandum,
& eſt ratio quia modico dato, renunciarent,
& renũciatio prædicta tolleret miſericordiã,
quod eſſet contra bonos mores, ita dicit *Felyn. in cap. ſi diligenti* 3.
correllar. 4. *fallent de foro compet.* de quo
meminit eumq; ſequitur *Rebuff. in*
tract. de ſentent. prouiſional. artic. 3. *in*
gloſ. vltim. in fin. verſ. poſtremo ſingulariter ſol. 299. vnde poſtquam tanta difficultas
eſt in tollendo hanc diſpoſitionẽ
8 requiritur, ex prædictis ſpecialis mentio,
& clauſula motus proprij non
operabitur, nec ſupplebit defectum
intentionis, licèt tollat defectum
ſureptionis, vt dicit *Andr. in capitul.*
ſi motu proprio de præbend. in nouell.
quem refert, & ſequitur *Vitalin.*
in tract. clauſularum in verſ. clauſula
motu proprio, ad idem *Felyn. in cap. cæterum nu.* 9. *de reſcript. Tellius Ferdin.*
in l 12 *Tauri n.* 41. *f.* 115. *à terg.* & quod
in caſu de quo agitur deficiat intentio
vltra prædicta apparebit, ex alijs infra
dicendis, & ſic apparet limitationem
datam communi opinioni, ex mente
Roman. & Felyn. non obſtare dicebatur
tamen pro parte dicti Illuſtriſs. *D.* Ferdinandi,
ex alio tollit prædictam difficultatem,
ex conceſſione facta D. Fer-
9 dinando erat facta cum clauſula, prout
melius, & plenius terram prædictam tenebat,
& poſſidebat *D.* Ferdinandus Sãſeuerinus
vtilis Dominus Terræ prædictæ,
qui eam poſſidebat, cũ derogatione
d. l. vnic. & regula eſt relatum eſſe in referente,
cum omnibus ſuis qualitatibus,
l. aſſe toto cum vulgari ff. de hæred. inſt.
quibus conferunt plenè cõgeſta per *Tiraquell. in gloſ.* 5. *verſ.* 11. *genus expreſsè*
ſol. 174. pro parte Regij Fiſci dicebatur
10 clauſulam prædictam fuiſſe appoſitam
in conceſſione introituum præheminentiarum,
& iuriſdictionum, deinde verò
fuiſſe deuentum in ſpecie ad conceſſionem
iuriſdictionis cauſarum ciuilium,
& criminalium, primarum, & ſecundarum
cauſarum, quæ aliter non veniebãt
niſi fuiſſent expreſſe conceſſa, iuxta *con-*
11 *ſtitut. Regni ea quæ ad decus*, & in conceſſione
prædicta non modo non appoſuiſſe
clauſulam prædictam, imò apparere
priuilegium conceſſionis prædictæ
eſſe valde difformè à priuilegio retrodimorũ,
& reſtrictum. In priuilegio Principum
erat conceſſa iuriſdictio primarũ
cauſarum, necnon primarum, & ſecundarum
appellationum, & Regi non erat
reſeruata, niſi tertia appellatio. In hoc
non eſt conceſſio, niſi primarum cauſarum,
& primæ appellationis, item ibi nõ
reſeruantur, niſi crimen læſæ Maieſtatis
in primo capite, & tertiæ appellationis,
in hoc reſeruantur crimen læſæ Maieſtatis
hæreſis, & falſæ monetæ, & homicidia
clandeſtina, & omnia ſpectantia
ratione ſupremi dominij, item ibi datur
cognitio contra vaſſallos etiam delinquentes
extra territorium ſimpliciter in
hoc autem dicitur dummodo non fuerit
præuentum per Iuſticiarium Regionis,
vbi delinquerẽt. Item in priuilegio prædicto
fuit dictum quod citati per alia
tribunalia non teneantur comparere,
nec reputati contumaces, & in hoc priuilegio
adeſt in ſpecie clauſulam quod
ipſis comparentibus remittantur, &
reuera hoc ſecundum in prædictis, &
alijs differt à primò, vnde non poteſt dici
conceſſio facta, prout per prius olim
Princeps poſſidebat, ſed diuerſo modo,
& ſi Rex in priuilegio, in caſu præuentionis
per Iuſtitiarium noluit dare hoc
priuilegium D. Ferdinando, nec promittere
remiſſionẽ niſi ipſis comparentibus,
quæ, & aliqua ex prædictis minus
ſunt quam derogare *d. l.* 1. non eſt cre-
12 dendum, quod cui noluit concedere,
quod eſt minus conceſſerit, quod eſt
maius *argumen. text. in l cui pacto ff.*
de ſeruitut. exp. vbi *gloſ. allegat concord. & Andr. in capitul. prim §. turpiter in princip. quibus modis feud. ammitt.* vbicumque enim aliquid detrahi-
13 tur, vel additur priuilegio, dicetur
nouum priuilegium *l. Ius ciuile ff. de ll.*
in additis, vel detractis, vt dictum eſt in
deciſ. 7. *num.* 3. vnde cum reſpectu iuriſdictionis
appareat maxima detractio,
hoc priuilegium nouum iudicandum
eſt. Item dicebatur, quod ſi verum eſt
id, quod dicit *Bellug. in d. §.* 23. cui non
inuenio extradictorem, quod hæc ſunt
14 reſeruata Principibus in hoc. ſecundo
priuilegio adſunt hæc verba exceptis iuriſdictionibus
nobis, & noſtræ Curiæ reſeruatis
ratione ſupremi dominij, ergo
expreſsè eſt reſeruata diſpoſitio *d. l. vnicæ*,
& ſi de hoc dubitaretur, poſtquam
15 eſt vera opinio ſupra relata, quod huic
legi requiritur ſpecialis, ſeu ſingularis
derogatio, aut hæc derogatio per relationem
ad aliud dicetur ficta, & impro-

pria

pria expressio *l Titia §. fin.* vbi *Francisc. Aret. de verb. obligation. colligit. cæteros Tiraquell. vbi supra nu.* 188. & non com
16 prehendet hunc casum, aut dubitatur si est vera, vel ficta, & in casu de quo agitur est iudicandum in fauorem harum miserabilium personarum, quibus est hoc priuilegium datum ex ijs, quæ colligit *Silua nuptialis in proprijs terminis vbi supra in dubio etiam est iudicandum pro viduis*, & nouissimè dicebatur, quod si miserationis causa est quod ideò in generali derogatione non intelligitur derogatum dis-
17 positioni *dictæ l. vnica*, hoc etiam procedit, quando fit relatio ad aliud priuilegium, non facta hac expressione, postquã non apparet Regiam Maiestatem, non habuisse notitiam, quod in dicto priuilegio, ad quod fit relatio aderat clausu-
18 la prædicta, etiam si in priuilegio dicatur, ex certa scientia, quia hæc clausula refertur ad ius, nõ ad factum, vt per *Ale. consil.* 122. *colum. final. versic.* 3. *hoc confirmo* 1. *volum.* & quatenus diceretur per Don Cesarem, quod licet priuilegiũ nouissimè concessum sit restrictum debet tamen restrictum remanere, in quo Rex restrinxit, in cœteris vero debet remanere in suo robore, iuxta concessionem fa-
19 ctam olim Principis Salerni, dictum fuit quod ex prædictis intẽtio Regis clarè apparebat, quod noluit concedere iurisdictionem, prout Princeps tenebat, quia in concessione iurisdictionis habemus, quid est concessum, & quando dispositio fuisset generalis, prout non fuit, in hoc casu esset restricta, ex speciali enumeratione concessorum, in materiam iurisdictionis, in priuilegio prædicto, & sic decisum fuit de mense Nouembris 1578. penes Secretarium, *D. Petri Foller. in pract. crimin. in versic. audiantur excusatores post n.* 114 *vers. plures in Regia Audientia fol.* 91. loquens in hoc eodem priuilegio dicit contra D. Cæsarem fuisse decisum, & cum hanc decisionem ea plenè relata conuenit decisio Senatus Pedemontani, vt refert *Thesaurus in decis.* 77. *penult col. vers. limitatur præterea fol.* 151. *in magna impressione.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium l. vnica* C. *quando Imperat. inter pupill. & vid. nunquam censetur derogatum, nisi expressa de eo fiat mentio.*

2 *Priuilegium d. l. vnic. est reseruatum Principi, & non censetur in alium translatum, nisi expressè dicatur.*

3 *Priuilegio l. vnic. non censetur derogatum, nisi per specialem derogationem, & non sufficit per relationem ad aliud. priuilegium, in quo adesset expressè nõ obstante l vnic.*

4 *Foro non gaudet, nisi quis fuerit matriculatus in officio. & quod probetur per ipsum qui vult gaudere exercitium, & continuatio officij.*

5 *Continentia causæ facit, vt causa remaneret in M. R. C. ab eius præbeminentiam.*

DECISIO XXVII.

Ex Castill. decis. 39.

ARGVMENTVM.

Priuilegio l. vnic. C. quando Imperator inter pupill. & vid. non censetur derogatum, nisi specialis de ea fuerit facta mentio.

Tribus rationibus fuit per Tribunal confirmata sententia, seu interlocutoria lata in M. R. C. in fauorem Agathæ Tud sæ, contra Fabritium Buffardo Commissarium Magni Admiratus, qui prætendebat remitti ad dictum forum, & tamen fuit decisum quod procederetur in M. R. C. & non remitteretur.

1 Primo quia dicta Agatha erat vidua, & elegerat forum Principis, quo casu nunquam censetur derogatum priuilegio *l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. neque constitutioni statuimus*, nisi priuilegium expresse diceret non obstante *l. vnic. & constitut. statuimus*, vel quod diceret, non obstante quod essent ad instantiam miserabilium personarum, nec sufficiunt alia verba, ita dixit *Paul. de Castro in d. l. vnic. num.* 1. vbi etiam *Bald. Grammat in decis.* 20. per totam, vbi testatur ita fuisse decisum *Bongiorn. in dict. l. vnic. Afflict. in d. constitut. statuimus num.* 15. *Milanensi. decis.* 5. *num.* 14. *par.* 2. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 66. *in vltim. impress.* & hoc priuilegium est reseruatum ipsi Princi-
2 pi, ob pietatem erga miserabiles personas, ideò nunquam censetur translatum in

in alium, nisi expressè dicatur, latè *Viuius in decis.* 521. *libr.* 4. *& Doctores præcitati*.

3 Et in tantum requiritur vera, expressa, & specialis derogatione, quod non sufficeret per relationem ad aliud priuilegium, in quo adesset expressè, non obstante *l. vnic.* vel quod Miserabiles personæ *Vincent. de Franch. in decis.* 192. *per totam*, vbi attestatur ita fuisse decisum *Thesar. decis.* 77. *nu.* 12. vbi allegat *Bellug*.

Quæ verba in priuilegijs præsentatis ex parte dicti de Buffardo, non solù non aderant, imò vno ex eis aderant duæ limitationes, prima nè continentia causæ diuideretur, secunda quando petitio fieret ad instantiam miserabilium personarum, & licet exindè fuerit præsentatum aliud priuilegium, absquè prædictis limitationibus, imò cum clausulis prædictis, tamen non erat authenticum, nec in Regno, cum deb tis sollemnitatibus execquutoriatum, nec dicebatur expressè non obstante *d. l. vnic. nec constit. statuimus*, vel priuilegio miserabilium personarum, prout requiritur de iure per supradicta.

Secunda principalis ratio, ex qua Tribunal confirmauit sententiam latam in M. R. C. fuit quia prædictus de Buffardo, non seruiebat continuè dicto eius officio Actuarij; imò alijs inuigilabat

4 negotijs, & tamē de iure adhoc, vt quis possit gaudere foro, requiritur non solum quod sit matriculatus in dicto officio, sed quod probetur per ipsum, qui vult gaudere exercitium dicti officij, & continuatio ipsius *Bart. in l. scrinearios*, vbi *Franc. de Aret in* 2 *notab. Corn. vol.* 1 *vers. nota secundum Bart. Dec in* 2. *notab. C. de testamen. milit. Vinc. de Franch. qui benè loquitur more suo decis.* 481. *per totam Imol. in clem. vnic. num.* 9. *de Relig. & venerat. sant.*

Et tanto magis, quia se describi fecit in dicto officio, postquam fuerat conuentus in Reg. Cam. Præturæ, quo casu prædicta erant indubitata.

Tertia, & vltima ratio illa est, quia in hoc iudicio, non solum erat conuentus dictus de Buffardo, sed etiam quidā alius de Cara, Tutorio nomine quorūdam pupillorum, quo casu obstabat ei continentia causæ *Alber. in l. nulli C. de iudic. Afflict. decis.* 354. & ex præhemi

5 nentia M. R. C, ita fuit semper obseruatum, quod in casibus, in quibus datur continentia causæ, semper causa remanet in ipsa M. R. C. ob eius præheminētiam, prout in his terminis officij Magni Admiratus, dixit *Capyc. decis.* 112. *per totam* vbi *Iacob. Masull.* qui alios allegat, quæ interlocutoria fuit per nos lata die 11. Iulij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Cuiusuis, hæc vocula generalis est, & continet, quamuis personam*.

2 *Iurisdictiones à Rege fluūt, & refluunt, sicut flumina ad mare*.

3 *A qua fluminis reuersa ad mare, non am plius dicitur aqua fluminis*.

4 *De natura dictionis, etiam est adiungere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem*.

5 *Personæ miserabiles in electione fori habent maius priuilegium, quam Fiscus*.

6 *Fiscus Regius in Regno, non nisi in certis casibus exceptis, & patrimonialibus non potest conuenire, nec accusare delinquentes in Magna Curia Vicariæ*.

7 *Actor sequitur forum ipsius rei*.

8 *Vassalli in Regno pro primis causis non extrahuntur extra proprium domicilium licet per miserabiles personas in talibus causis extra proprium domicilium trahi possint*.

DECISIO XXVIII.

Ex Præsid. de Franch. decis. 517.

ARGVMENTVM.

Miserabiles personæ habent fori electionem etiam si per Regem fuerit iurisdictio concessa, cum derogatione l. vnic. C. quando Imp. int. pup. & vid. & conditione postmodum intermedia in demanium iurisdictio reuersit vniuersitati concessaque cognitione quarumcunque causarum primarum.

POssidente Illustrissimo Duce terræ Summæ terram prædictam, & vt eadem terra prætendebat cum cognitione pri-

primarum, & secundarum causarum criminalium, & mixtarum, cum derogatione *l. vnic. C. quand. Imper. inter pup. & vid.* cum clausula abdicatiua, etiam quo ad causas Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quia Princeps hoc potest, quia non in toto denegatur audientia, sed dicit quod sit Iudex iste vel ille, vt dicit *Capyc. in inuestitura feudali in verb. etiam ad instantiam Ecclesiarum fol. 128.* vbi dicit hoc fuisse decisum in causa Sanctæ Mariæ de Tremiti, cum Galeatio Caracciolo, possidente igitur dicto Duce, vt supra terram prædictam vendidit, spectabat Comiti Triuenti, cum eisdem iuribus, & iurisdictionibus, quo Comite possidente vniuersitas petijt ad Regium demanium admitti, & per Regiam Cameram admissa fuit, mediante decreto, cuius decreti vigore tria instrumenta celebrata fuerunt, vnũ venditionis introytuum terræ prædictæ, in beneficium Vniuersitatis, aliud iurisdictionis, & dominij, in beneficium Regiæ Curiæ, & nouissimum inter Regiam Curiam, & terram prædictam, per quod Illustrissimus, & Excellentissimus Vicerex illam admisit ad Regium demaniũ, & ei priuilegium concessit, quod in primis causis ciues terræ prædictæ habitãtes, & habitaturi in ea, pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus (exceptis certis casibus) non possint conueniri, nisi in Curia terræ prædictæ, ad instantiã cuiusuis, etiam ad instantiam Regij Fisci, vidua exposuit querelam in Magn. Cur. Vic. contra ciuem terræ prædictæ, comparuit Vniuersitas, & petijt remissionem causæ ad Curiam terræ prædictæ Summæ, & dicebar omnino fieri debere primo virtute priuilegiorum dicti Illustriss. Ducis, quæ cum priuilegijs etiam prædecessoris præsentauit, in quibus priuilegijs prædecessoris erat clausula prædicta, secundo virtute dictæ concessionis nouissimè factè eidem Vniuersita-
1 ti, cum prædicta clausula, ad instantiã cuiusuis, quod verbum generale est, quia comprehendit, quamuis personam, quæ ciues prædictos conueniret, & nouissimè, quia dum similes casus accidissent inter Fiscum, & Vniuersitatem, fuit judicatum in fauorem Vniuersitatis, & causæ fuerunt ad Officiales dictæ terræ remisse, & præsentata fuerunt authentica exempla decretorum prædictorum, quibus non obstantibus, fuit decisum contrarium ex *tex. in dicta l. 1. C. quand. Imperator.* dante electionem viduæ eligendi forum, & ex *constitut. Regni statuimus*, & dictum fuit in contrarium allegata, non obstare, & ad primum dicebatur concessa in priuilegijs prædictis, reuersa iurisdictione concessa per Regẽ, ad eundem Regem, & in præsenti casu, ex Iuris necessitate iurisdictionem concessam fore, & esse extinctam, seu confusam, ex dictis supra in *decis.* 192. eo
2 ipso, cũ à Rege fluant, & refluant iurisdictiones, sicut flumina ad mare, vt dicit *Bald. in c. 1. §. adhac de pact. iuram. firm.* hac iurisdictione reuersa, non dicitur amplius iurisdictio diuisa, quem-
3 admodum aqua fluminis reuersa ad mare non dicitur amplius aqua fluminis, item dicebatur, quod si non esset extincta, vel confusa, non est translata in Vniuersitatem, seu in Curiam Vniuersitatis prædictæ, quia non fuit facta derogatio in specie *d. l. vnic.* nec sufficit clausula generalis, vt est illud verbum cujusuis, requiritur enim vt dispositioni *d. l. vnic.* deroget indiuidua, & specialis prouisio, vt est plenè dictum in *d. decis.* 192. vel saltem oportebat dicere, non obstante priuilegio miserabilibus personis concesso, vt est dictum in *decis.* 187. & dicebatur illud verbum, cuiusuis nullo modo posse comprehendere personas viduarum, vel miserabilium personarum ponderando dictionem, etiam in dicto
4 instrumento appositam; de natura enim dictæ dictionis etiam est adiungere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem, iuxta *glos. in l. si contendat ff de fideiuss. cum concord. per Socin. in consl. 23. circa 5. colum. verb. probatur authoritate Bart. vol. 1. Ias. plenè in l. 1. C. vnde legitim.* hinc dixit *Alex. in cons. 23. viso processu causæ 3. col. vers. 60. nec ad hoc obstat quod in concess. vol. 4.* quod facta reuocatione omnium, & singularum concessionum seu inuestiturarum, per quoscunque etiã Sedis Apostolicæ legatos, non intelligitur concessio facta per Summum Pontificem, quia dictio etiam non potest implicare, nisi concessiones factas ab his qui fuissent inferiores legatis Sedis Apostolicæ, non autem de illis qui essent maiores, quia alias esset inepta loquutio, & interpretatio, si ergo dictio prædicta etiam est
5 huius naturæ eum, necesse est dicere quod illud verbum cuiusuis intelligitur

de

de personis habentibus minus priuile-
5 gium, quam Fiscus, qui dictæ dictioni
adiungitur, sed sic est, quod personæ mi
serabiles in electione fori, habent maius
6 priuilegium, quam Fiscus ergo de eis
priuilegium loqui non potest, quod au-
tem habeant maius priuilegium, patet,
quia Regius Fiscus nisi in certis casibus
exceptis, & patrimonialibus non potest
7 conuenire, nec accusare delinquentes in
Regno, in Mag. Cur. Vic. tum de iure
communi, quia actor sequitur forum rei
l. qui accusator C. de edend. tum etiam
virtute Regiarum Pragmaticarum hu-
8 ius Regni, quibus prouisum est, quod
pro primis causis vasalli non extrahan-
tur extra proprium domicilium, & tamē
personæ miserabiles trahunt vassallos ex
tra proprium domicilium etiam in pri-
mis causis, imò à Magna Curia variant
alia Tribunalia, etiam Fisco contradicē-
te, si ergo personæ miserabiles habent
maius priuilegium, ergo contra illas pri
uilegium concessum terræ Summæ ope
rari non potest, & vltimò non obstat,
quod alias in eodem priuilegio fuerit iu
dicatum in fauorem terræ Summæ con-
tra viduas postquam fuit effecta Dema-
nialis, quia volui videre processus in qui
bus fuit iudicatum, & reperi in eis fuisse
præsentata priuilegia prædecessorum
Dominorum, & licet in priuilegio dicti
Ducis non appareat expresse derogatū
dispositioni *d. l. vnica*, & forsan dubita-
ri potuisset, an ipse etiam hanc cogni-
tionem haberet, & in ipsum fuisset tran-
slatum, apparebat tamen derogatio in
priuilegio concesso prædecessori Ducis,
& Iudices forsan credentes in Vniuersi-
tate Summæ, quæ ex eius pecunia se re-
demerat, in beneficium Regis, procu-
rasse eadem priuilegia prædecessorum
absque illius præsentatione, in eius be-
neficium iudicauerunt, quod fieri non
debebat, stantibus prædictis.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus habet electionem fori.*
2 *Pupillus potest variare etiam quod cau-sa sit appuntuata.*
3 *Pupillus non declinat forum quando cōuenitur lis est cœpta cum maiore.*
4 *Pupillus non declinat forum, quando cōuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione tutelæ.*
5 *Variatio datur de pluribus.*
6 *Variare is potest, qui potest obligare.*
7 *Sentencia terminat iudicium.*

DECISIO XXIX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 364.

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona non declinat forum, quando conuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione tutelæ.

1 INstructo processu, in Curia terræ Nu
sci, vna cum maiore super admini-
stratione tutulæ, & diuisionis rescissio-
ne, mortuus fuit conuentus superstite
hærede pupillo, qui obtulit supplicatio-
nem in Sacro Consilio eligendo illud in
Iudicem, & iurando perhorrescere po-
tentiam aduersarij, iuxta terminos *l. 1.
C. quando Imper. inter pupill. & vid. &
constitut. Regni statuimus*, & commissa
mihi causa, fuerunt per me expeditæ li-
teræ inhibitoriales, quibus intimatis cō
paruit altera pars, & petijt illas reuoca-
ri, pupillus dicebat bene fuisse expedi-
tas, ex quo licet processus fuerit instru-
ctus, cum maiore, ipse aduersus gesta, cū
eodem maiore, nihil prætendebat, quia
etsi maior ipse esset læsus nihil præten-
dere poterat, ex dictis per *Bart. in l. cū
filius §. in hac ff. de verb. oblig. cum
concord. per Afflict. in decis.* 212. in qua
deciditur mortuo maiore lite cū eo con
testata, minori ei succedenti, cum quo
nihil est gestum beneficium, seu restitu
tionem in integrum, non concedi vere-
batur, tamen lædi in sententiæ prolatio-
ne, quæ cum eo debebat proferri, &
propterea in hoc eligebat in forum Sa-
crum Consilium, & iurabat perhorresce
re potentiam aduersarij, & clarum erat
2 de Iure, quod pupillus potest variare,
etiam si causa sit appunctuata ad ius, vt
est dictum in *decis. 100. num. 20. in ver-
bo quomodo iudicandum 2. col. vers. in
dubio*. Et aduerso dicebatur, quod de
Iure erat verum, prout *in decis. præceden
ti est dictum, & in decis.* 234. quod quā-
3 do pupillus succedit maiori, & lis cœpta
est cum defuncto, quod pupillus nullo
modo

modo declinat forum, etiam quod ei competeret electio, ex priuilegio in corpore Iuris clauso, per *text. in l. hæres absens ff. de iudic.* vbi *Bart. Iacob. & alij in dict. decis.* 234. *allegati, & ex Ritu Mag. Cur. Vic. similiter in dictis decisio-*
4 *nibus allegatis*, non declinat forum, etiam quod lis non esset incepta, quando conuenitur ex contractu defuncti, vel quando ex quasi contractu, vel ex officio tutelæ, vel alterius administrationis defuncti, vt dicit *Carauit. super Rit. prædicto in verb. officio*, & propterea cum non posset declinare forum eligendo alium Iudicem, quam Iudicem defuncti, cuius est hæres non habet va-
5 riationem de vno ad alium forum, quia variatio datur de pluribus, & si non potest variare, non cadit, per horrescentia, quæ cadit vbi pupillus posset habere plures Iudices, iuxta terminos *d. l. 1. & d. constitut. statuimus*, quos non potest habere in præsenti causa, in qua ex Iuris dispositione tenetur stare Iudici, coram quo est cępta lis, cum defuncto, cuius ipse est hæres, & cum non possit eli-
6 gere, non potest variare, quia ille potest variare, qui potest eligere *l. eum qui certarum §. 1. ff. de verb. oblig.* quam ad hoc allegat *Afflict. in d. constitut. Regni statuimus not. b. 6. quæst. 13.* & cum possit variare, non cadit iuramenti perhorrescent æ, quod cum variatione, & electione, est necessarium ad fori electionem, vt est dictum in *decis* 257. & quamuis possit lædi in sententia, quæ cum eo proferenda est, hoc attendi non debet, cum processus sit expediendus per Iudi-
7 cem defuncti, per sententiam quæ terminat iudicium, vt dicit *Bal. in l. error in 3. oppos. C de iur. & fac. ignor.* & ab ea poterit appellare minor, vnde ex his mihi visum fuit litteras inhibitoriales reuocare, potius hanc decisionem, quia in dies videmus ad implendam litium decisionem, & vt aduersarios fatigent sæpè sæpius personas *d. l. 1. & in constit. statuimus* compræhensas variare. Item vt Domini Consil arij quando in eorū domibus faciunt prouisiones, & postea nō videntur iustæ, vt ex se eas reuocent. die 26. Septembris 1585. Longo Actuario, & fuit lis inter Suauiam Rosam, cum Saluatore de Cena, in quo reperietur decretum per rationes.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ex iuribus ei cessis pro causa lucratiua non trahit, secundum Ritus Mag. Cur. Vic.*
2 *Miserabiles personæ eligunt forum etiam in causis cessis, nisi interuenerit simulatio. Contrarium tamen num.* 3.

DECISIO XXX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 195.

ARGVMENTVM.

An miserabiles personæ habeant fori electionem in causis ipsis cessis,

1 QVamuis *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 228. & 290. prouideat quod priuilegiatus pro iuribus ei cessis, ex causa lucratiua, non trahat, hoc tamen
2 non procedit quando cessio est facta miserabilibus personis, ita tenet *Andr. quem sic intelligit, & sequitur Afflict. in constitut. Regni statuimus in 6. quæst.* data tamen cessione vera, non simulata, & dicunt prædictos Ritus non obstare, quia non comprehendunt has personas
3 priuilegiatas, & ita iudicauimus die 3. mensis Nouembris 1578. me referente in causa quorundam. At contrarium tenet *Iacob. in l. 2. in 6. col. vers. item quæro nunquid num. 39. C. ne lic. potent.* & aliter distinguit *Foller. in d. constitut. Regni num. 74. versic. quærit insuper Afflict. fol. 120. 2. col. cum seq. sed apud nos Andr. magna est authoritas.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, & virgo habent fori electionem amplia nu. 8.*
2 *Iudicium ibi terminari debet, vbi fuit ceptum superueniente fori priuilegio nō obstante contrar. nu. 7.*
3 *Priuilegium Regis Ludouici de non extrahendis ciuibus Cathinensibus inuitis declaratur.*
4 *Priuilegio l. 1. C. quand. Imp. inter pupill. & vid. derogatum non censetur, nisi specialis de eo facta sit mentio declar. num. 6.*
5 *Priuilegio l. 1. C. quand. Imper. inter pupill.*

pupill. & vid. renunciari non poteſt.
9 *Muta Rit. 133. num. 28. declaratur.*
10 *Afflict. deciſ. 210. declaratur & n. 14.*
11 *Citantis iuriſdictio citationis tempore inſpicitur, vt ad eam lis ſpectet.*
12 *Regula ceſſante cauſa ceſſat effectus latè exornatur, & num. 15.*
13 *Vidua quæ inde nupſit fori priuilegiũ non amittit.*

DECISIO XXXI.

Ex Giurbi decif. 82.

ARGVMENTVM.

Virgo ſi ex priuilegio l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. coram M. R. C. egit, & lite pend. aduerſario, idem ſuperuenit priuilegium an ad primum Iudicem, à quo declinauit terminanda ſit aduerſario ipſo ſtante, & M. R. C. forum declinante.

1 PVpillum, & virginem Principis, & M. R. C. forum poſſe eligere, non eſt dubium, de pupillo, eſt *text. l. 1.* vbi *DD. notant. C. quando Imper. inter pupill. & vid. Afflict & reliqui in conſtitut. ſtatuimus, & deciſ. 257. Rolan. conſ. 76. num 36. volum. 1. Azeued. lib. 4. recopil. tit. 3. l. 9. per totum Cumia Rit. 38. n. 855. rit. 82. num. 10. Viu. deciſ. 65. numer. 1. Gratian. diſcept. forenſ. 63. num. 15. diſcept. 182. num. 1. 2. & 3. Intrig. deciſion. 22. num. 5. & 6. Schrad. de feud. par. 10. ſect. 5. num. 200. Couarruu. pract. quæſt. cap. 7. num. 20. Menoch. de arbitrar. iud. ad caſu 66 numer. 5. Franch. deciſ. 100. num. 2. Theſaur. deciſ. 177. de virgine,* ſic pluries contra *Gayl. iudicatum refert Viu. deiſ. 65. n. 3. & deciſ. 521. Peregrin. deciſ. 129. num. 6 Aloyſ. de Leo in d. l. 1. num. 5. Anton. Sola ad decret. Sabaud. tit. de cauſ. miſerab. gloſ. 1. rub. num. 6.* & dixit *Franc. d. deciſ. 100. num. 3.* Conſilium Neap. conſueuiſſe indiſtinctè iudicare virgines enumerandas eſſe inter perſonas miſerabiles, quoad fori priuilegium nulla habita diſtinctione an habeat animum perpetuò in virginitate permanendi, vt ſunt ſanctimoniales, aut nubendi, & *deciſ. 599.* quod nec abnegauit *Couar. d. capit. 7. Rebuff. ad Reg. conſtitut. tit. de ſentent. prouiſ. artic. 3. gloſ. final. num. 4.* licet non admiſerint hoc eſſe ſcriptum in *d. l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* ſequuntur *Cumia d. rit. 38. num. 460. Carauit. ritt 19. numer. 25. Burg. de Laudem. par. 3. inſpect. 4. Menoch. d. caſu 66. in addit. num. 11. 12. Couarruu. d. cap. 7. nu. 2. D. Tap. de iur. Neapol. lib. 2. rubr. 12. de officio Magiſtr. Iuſtit. ad conſtitut. ſtatuimus num. 12. 20. Caſtill deciſio 48. n. 1. Natt. conſ. 559. Podius ad rit. 133. gloſ. viduarum Roland. conſil. 76. colum. 1. Maſull. ad Capyc. deciſ. 160. num. 1. & ibi Petr. lit. B. Marcell. Calà de mod. articulan. & proban. §. 1. gloſ. 1. num. 111.* & eſt ſingularis *Afflict. doctr. poſt Iſern. in conſtitut. ſtatuimus quæſt. 8. num. 29.* quod iuris priuilegium prodeſt etiam omnibus litibus conſortibus non priuilegiatis in re communi, *Barbat. conſ. 84. volum. 4. Aret. conſil 83. num. 7. Afflict. deciſ. 227 deciſ. 354 num. 13. Natt. conſil. 590. Ruin. conſil. 77. num. 3. vol. 4. Burg. d. inſpect. 4. Alexan conſil. 122. num. 16. vol. 4. Capyc. dict. deciſ. 160. Couar. pract. quæſtionum c. 6. Theſaur. d. deciſ. 177. nu. 5. Cumia. rit. 82. n. 25. Aloyſ. de Leo in d. l. 1. num. 19. 20. Viu. deciſ. 521. num. 18.*

Cumque in anno 1591. Donna Hieronyma Ruſſo virgo, & D. Ioſeph tutor pupillorum, filiorum, & hæredum D. Andreæ Ruſſo Catinenſes M. R. C. forum eligentes, Petrum & Mariam Anſalone iugales in ea conuenerint, & pendente iudicio Maria demum effecta ſit vidua morte Petri eius viri. Quæritur an M. R. C. forum declinare poſſit Mariam, & ad forum Ciuitatem Catinæ remittit.

2 Pro negatiua quod cauſa remittenda non ſit, ſed etiam coram eo Iudice fieri debeat, vbi lis cœpta, ad *text. l. vbi ceptum ff. de iudic. de Ponte conſil. 30. n. 1. 2. Ceual. com. quæſt. 36. numer. 3. Theſaur. deciſ. 213. num. 2. Valaſc. deciſio 57. Intrigliol. deciſ. 49. num. 15. Couarruu. practicar. quæſt. capitul. 8. Gomez. 2. tom. var. capit. 2. num. 39. Afflict. deciſ. 227. & alij in deciſion. 23. numer. 1. & 2.* adeò vt ſuperueniens Mariæ viduitas, neque ſit conſideranda *gloſ. in l. ſi quis poſtea ff. de iudic. l. nulli prorſus C. ad*

cap.

cap. proposuisti de foro compet. Cagnol. Ca
str. Dec. Ias. & reliquis in l. cum quæ-
dam puella ff. de iurisdiction. omn. iudic.
idem Caguol. in l. 2. num. 249. C. de pact.
inter empt. & vendit. & alios citat Tren
tacinq. consil. 46. nu. 2. vol. 2. ideo pupil
lus qui ex priuilegio in corpore iuris
clauso variandi habet facultatem, nec
declinat forum quando lis est cœpta, cũ
maiore, cuius est hæres Franch. decision.
234. & decis. 364. nu. 3. Carol. Tapp. in
d. constitut. statuimus nu. 29. per tex. in l.
hæres absens ff. de iudic. sic quoque Cle-
ricus seculare iudicium subire cogitur,
si hæres est laicus, cum quo contestata
fuit lis Gayl. lib. 1. obseruat. 34. nu. 8. Fa-
rinac. quæst. crimin. 8. num. 46. Lopez
ad l. 57. tit. 6. par. 1. Auedan. de exequen.
mandat. cap. 1. nu. 35. & contra omnes
Olan. in antinom. iur. lit. C. I. nu. 26. Ce-
ual. commun. quæst. 36. num 9. 10. 11.
Fusc. lib. 1. conclus. 451. nn. 37. 38. 39.
Auil. ad prætor. c. 10. glos. la execution.
num. 66. Spin. de testam. glos. 33. nu. 75.
Villalob. in verb. Clericus num 40. & in
tract. comm 3. Did. Perez in l. 3. tit. 15.
lib. 3. ordin. num. 16. Parlad. lib 2 quoti-
dian. cap. fin. §. 1. nu. 10. Paz in prax. in
pralaud. tom 2. nu. 41. Surd. decis. 110.
decis. 222. Suar. in l. post rem iudicatam
ampliat. 1. nu. 4. ff. de re iudic. Quessad.
quæst. 4. n. 4. Peregrin de fideicomm. artic.
53. n. 20. imo iudicium inter laicos co-
ram seculari Iudices cæptum, si lite pen-
dente eorum alter fiat. Clericus coram
Iudice seculari finiri debet clericatura,
non obstante latè Trentacinq. consil. 46.
vol. 2. & causa quæ à sui initio est sum-
maria, ex superuenienti facto assump-
tam naturam non immutat Cum. Rit.
45. n. 2. & lis cœpta cum maritata, quæ
inde effecta est vidua, adhuc erit appel-
labis, vt ex Surd. cons. 222. n. 15. & Af-
flict. decis. 210. concludit Muta Rit. 133.
n. 28. quia principium attenditur non fi-
nis causæ decisum, ideò refert Franch.
decis. 544. priuilegium superueniens, nec
mutare forũ, siue concessum motu pro-
prio sit, siue ad postulationem, vt di-
xi in decis. 24
3 Nec obstat clarissimæ Ciuitatis Cati-
næ priuilegium à Ludouico Rege con-
cessum, ciues non esse ab ea extrahen-
dos in causis ciuilibus, criminalibus, &
mixtis, præter in feudalibus, & crimine
læsæ maiestatis, adeò vt cum duo tantũ
excepti sunt casus cæteri omnes com-
prehensi videantur Cumia Rit. 82. nu. 6.
Milanens. decis. 13. n. 21. lib. 2. Intrigliol.
decis. 49. n. 14. nam fori priuilegium per
viam recursum ad supremum Principẽ,
pupillis, viduis, & alijs fortunæ iniuria
miserabilibus personis tributum, de quo
in l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. &
vid. sublatum non censetur, quamuis su-
premus Princeps per titulum feudi, aut
dominationis concesserit alicui inferio-
ri Dominio Castrum, aut Ciuitatem, &
per verba ampla, ita vt vidua, pupilli ad
supremum Principem possint recurrere
ad effectum sibi auocandi eorũ causas,
quas alicui magistratui, non suspecto
iudicandas committit, nisi priuilegium
4 dict. l. 1. ipse derogauerit Cyn. Bald. An-
gel. & Fulgos. in d. l. 1. & ibi Aloys. de
Leo nu. 15. Roman. cons. 169. Grammat.
decis. 20. num. 1. late Boss. tit. de princip.
num. 315. Afflict. in constit. statuimus 7.
notab. Bellug. in Specul. Princip rub. 38.
§. conqueruntur Campan. in R. N. cap.
quando decretum nu. 14. Gratian. discept.
182. nu. 10. Rolan. cons. 38. col. 1. The-
saur decis. 177. nu. 9. & ibi Addit. sic iu-
dicatum testatur Menoch. d. casu 66. in
addi. num. 40 Gonzal. ad regul. Cancell.
glos. 36. num. 71. Capiblanc. de Baron.
pragmat 8. nu. 154 Enriquez cons. 30.
nu. 3 4. 5. Petra ad Capyc. decis. lit. B. Pe-
regrin. decis. 129. num. 7. & de iurisdict.
ordin. nu. 18. Milan. decis. 5 num. 14.
lib. Franch. decis. 187. & decis. 192. vbi
ampliat, licet in priuilegio derogatio-
nes sint generales per verba amplissi-
ma, cum clausula, & si de eis specialem
mentionem fieri oportet, nam adhuc
d. l. 1. priuilegio derogatum nec erit cũ
indiuidua eius requiratur derogatio
Bald. Castr. & reliqui Classici in d. l. 1.
Alex. cons. 122. num. 16. volum 4. Ruin.
consil. 226. vol. 1. Castr. consil. 278. vo-
lum. 1. Federic. consil. 230. Crot. in cap. 1.
num. 48. & 49. de constitut. in 6. Vital.
verb. clausule generalis Grammat. d. de-
cis. 20. Menoch. lib. 6. præsumpt. 40. n. 6.
5 Peregr. d. decis. 129. n. 7. & d. tit. de iurisd.
ordin n. 18. cum nec d. l. 1. priuilegio re-
nunciare expresse possit pupillus, ex
glos. d. l. 1 verb. excedere quam omnes ibid.
sequuntur post Aloys. de Leo nu. 16. Natt.
cons. 590. n. 15. Gratian. discept. 182. n. 22.
Carau. Rit. 231. n. 4. Couar. pract. q. cap. 6.
7. Masull. ad Capyc. decis. 160. n. 2. Cost.
de scient. & ignor. inspect. 98. n. 9. Franch.
decis. 187. & decision. 192. num. 7. Capi-
c blanc.

blanc. d. pragmat. 8. *num.* 156. *Viu. decis.* 121. *Thesaur. decis.* 177. nisi aliter de
6 mente Principis constaret, tunc enim generales clausulæ sufficient ad tollendum etiam priuilegium miserabilibus personis concessum *Rip. in cap.* 1. *n.* 54 *de rescript. Gabr. tit. de regul. iur. conclus.* 9. *n.* 67. *Gratian d. discept.* 182. *nu.* 13. *ad n. vsque* 20. vbi coniecturas quibus Principis non hoc in casu probetur ostēdit.

Pro D. Maria quod imò ad forum Ciuitatem Catinæ à M. R. C. remittenda sit adducitur P. licet priuilegium viduale lite in M. R. C. iam cœpta ci-
7 tra actum eius voluntarium illi superuenerit ab illius tamen Iudicis iurisdictione, coram quo cœptum fuit iudicium eximit litis pendentia, non obstante *glos. in l. qui autem ff. si quis caut. Ang. in l. si quis postea ff. de iudic. Bal. in l. si quis quanquam ff. si quis caut. eamque cōmuniter approbatam dixit Rip. in cap.* 1. *n.* 81. *de rescript. Gabr. tit de iudic. conclus.* 4. *sub nu.* 20. *Lanfranc decis.* 70. *Aufrer. ad* Cappell. *Tolos. decis.* 147. *Lancellott. de attent. lit. pendent. lim.* 20. *nu.* 21. *Mazol consil.* 22. *num.* 25 *atque ita in M. R. C. decisum alias fuisse testatur Graff. except.* 3. *n.* 38 *cum alijs in d. decis.* 24. & tradit in terminis *Alex. ad Bart. in l.* 1. *lit C. de pen.* quòd si pendente causa cōtra mulierem moritur vir viduale priuilegium superueniens, non procuratum ad pendentem litem extenditur *d. l.* cum quedā puella, non obstante quia ibi fuerat procuratum recipiendo virum alterius domicilij, sicuti de criminoso effecto clerico voluit *Bart. in l.* 1. *n.* 3. *ff. de pen.* qui si S. P. motu fiet clericus à seculari Iudice eximitur coram quo processus fuerat inchoatus, secus si procuratum ab eo fuerit clericale priuilegium vt de clerico facto post delictum commissum, ex voto ante delictum, loquitur *Cagnol. in d l. cum quadam puella n.* 34. *Valasc. decis.* 48 *Franch. dec.* 109. *Farin. quæst. crimin.* 8. *à n.* 104. *Caball. resolut crim.* 108 *nu.* 7. & 8. quam remissione Mariam posse petere ne dum lite capta, & in qualibet parte iudicij scripsit *Silua nuptial. n.* 38. *fol.* 576. *Capyc. decis.* 173. *Franch. decis.* 53. *n.* 3. & *dec.* 100. *Aloys. de Leo in d. l.* 1. *num.* 17. sed causa etiam conclusa allegata, & votata dixerunt *Aloys. de Leo in d. l.* 1. *n.* 10. *C. quan. Imperat. inter pupill. & vid. Viu. decis.* 321. *n.* 17. *Petr. ad Capyc. decis.* 160. *lit. B. Cumia Rit.* 38. *n.* 466. *Franch. dec.* 100. *n.* 20. & *decis.* 214. *nu.* 2. *Capiblanch. de Baron. pragm.* 8. *nu.* 165. 166. qui mutandi fori priuilegium semel bis, & *tex.* viduæ concedi testantur, & facta fori electione prior *Iudex* statim fit incompetens; *Franch. decis.* 294. *Petr. ad Capyc. decis.* 160. *lit. B. Vrsill, decis.* 257. *Carauit. d. Rit.* 233.

8 Cæterum causa hæc à virgine, & pupillis contra vxoratam fuit capta, quæ cum vidua extendi sit, effectu fori gaudere etiam debet priuilegio, *ex l.* 1. *C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* siue diues, aut pauper sit *Abb. in cap. ex parte* 15. *n.* 14. *de foro competent. Felyn. in cap. significantibus n.* 6. *de officio delegat. Natt. cons.* 590. *nu.* 3. *Muta ad consuetud. Panorm. cap.* 13. *nu.* 19. quicquid *Innocent. Imol. Bero. & alij*, contrarium sentiant cum contra eos sit verior opinio, vt multis comprobat *Menoch. de arbitr. casu* 66. *in addit. nu.* 17. *ad n. vsque* 19. quod tamen priuilegio contra equè priuilegiatum, gaudere nemo potest, *Aloys. de Leo in d. l.* 1. *nu.* 13. *Enriquez cons.* 30. *n.* 7. *Couar. pract. quæst.* 7. *colum penult. in fin. Menoch. de arbitr. Iud. casu* 66. *in addit. n.* 47. *Franch. decis.* 188. *Gratian. discept.* 182. *n.* 21. *Masull. ad Capyc decis.* 160. *in fin.* quia priuilegia priuilegijs conquallantur, & ius commune seruandum est *l. sed & milites § coequalitas ff. de excusat. tutor. Barz. decis.* 74. *n.* 10. *Capiblanch. de Baron. pragmat* 8. *nu.* 170. exornat *Foller. in praxi crimin. verb audiantur excusatores num* 102. *Anchar. cons.* 37. Rimin. *Iun. consil.* 278. *nu.* 27. *Mart. singul.* 99 *singul.* 681. *Socein. Iun. cons* 74 *n.* 21. *vol* 1. *Azeued. l.* 2. *n.* 241. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop. Auiles. in proem. ll. prætor num.* 20. *Parlad. lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 17. *num.* 28. *Petra ad Capy. in decis.* 160. *lit. B. Thesaur. decis.* 553. *nu.* 4. *Tusc. lit. P. conclus.* 760. *Trentacinq. var. libr.* 2. *resolut.* 7. *nu.* 18. sed Iuris est actorem forum rei insequi debere *l. iurisdictionem ff. de iurisd. omn. iud. cum simil.* ergo D. Hyeronima coram Catinensi magistratu D. Mariam conuenire oportet.

9 Non obstat *Mut. Rit.* 133. *qui cum dixerit num.* 27. causam miserabilium esse summariam, & *num.* 28. quod si lis cœpta est cum maritata, quæ effecta demum sit vidua, sententia appellabilis, ex *Surd. in consil.* 222. *num.* 15. & *Afflict.*

flect. in decis. 210. quia principium, & non finis causæ attenditur.

Nam respondit *Surd. d. num.* 15. de pupillo herede loqui respectu defuncti, qui legis authoritate priuilegium *dict. l.* 1. non habet quando cœpta est lis cum dicto maiore *Castrens. in hares l. absens & in l qui Romæ ff de iudic.* plenè *Frãch. decis.* 364 *per tot. Aloys. de Leo in d. l.* 1. *n.* 12. *Gratian. discept.* 182 *n.* 27. quidquid aliudsit, quando ante litem cœptam persona miserabilis, tanquam non priuilegiati heres fori priuilegio frui vellet quasi hoc tunc ei permittatur *Carauit. Ritu* 134. *num.* 2. 3. *Menoc de arbitr Iudic. casu* 66. *in addit. num.* 43. *Gratian d. num.* 26. 27 sed D. Maria viri sui hæres non est, conuenitur namque suo nomine proprio, ergo gaudere debet fori priuilegio quia vidua.

Nec obstat *Afflict. decis.* 210. dum de restitutione in integrum illi concedenda loquitur, qui post litem contra eum cœpta in minori ætate factus est maior sed hoc admittit, illic *Afflict. num.* 5. si dolo, & malitia actoris lis fuerit protracta in longum, vel in culpa Iudicis, qui casum non expediuit, comprobat ibidem *Vrsill. num.* 1. sed nullus actoris dolus hoc in casu interuenit, quo litem protractam fuisse dicamus, præsens ergo D. Mariæ status considerandus est, quæ cum sit vidua fori habet declinatoriam.

Quid dicendum censuit M. R. C. *D.* Mariam ad Iudices Catinense remittẽdam esse ex viduali priuilegio, quod cœpto iam in iudicio superuenerat.

Consistoriũ re ipsa maturius, & diligẽter perpensa, ac discussa existimauerat *D.* Mariam remittendam non esse, quia tradit *Valasc. dec.* 57. fatis esse quod tempore citationis pertineat lis ad iurisdictionem citantis, *l. si quis postea ff. de iudic.* & ibi omnes cumque citatio litis pendentiam inducat *glos. in cap. vt debitus de appellat. clement.* 2. *vt lite pendent.* bvi *cœptum est iudicium ibi debet finiri l.* vbi *cœptũ ff. de iudic.* sed D. Hieronyma virgo, & pupilli M. R. C. adeuntes, eamque in suum Iudicem competentem eligentes priuilegio *d. l.* 1. *C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* ibi orauerint, & ibi cogantur eorum aduersarij ad alium inferiorem etiam magistratum trahi nõ possunt, ex viduali priuilegio, quod D. Mariæ conuentæ superuenit, nam licet cesset qualitas priuilegij, quæ produxit litem ad illud iudicium, non ideò debet trãsferri ad aliud Tribunal *l. fin. C. de veter. lib.* 10. *Foller in constit. statuimus num... Valasc. d decis.* 57.

12 Nec obstat regula cessante causa, quam in priuilegio procedere, probat ibi *Tiraquell. pvr.* 1. *num* 210. *Menoch. cons.* 727. *num.* 1. alios citat *Monald. cõs.* 149. *d num.* 1. *& per tot.* quia verum est, nisi ex causa ipsius acquisitum ius sit, quod nec cessat, imo illud quis retinet *l si post mortem* §. 1. *l. non potuit § sed si mortem ff. de honor poss. contr. tab l. cum vxori C. quando dies legat ced. cap. ab eo de elect. in 6. clem. constitutionem eod. tit.* latè *Tiraq tract. cess. casu tit.* 11. *Foller. d. constit. statuimus n.* 41. nunquã enim effectus causæ cõsumatus cessat cessante causa *l. fin. in princ. ff. de vud lib. l. inter stipulantem § sacram*, & ibi *Ias not.* 4. *ff. de verb. oblig. l. patar furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. qui res* §. *aream. ff de solut. cap. quærit*, & ibi *glo. con. trabatur de consecrat dist.* 4. *& notat Butr. in c. de bigamis tit de bigam. Casanat. cons* 4. *n.* 102. *consil* 26 *num.* 41. *consil* 41. *nu.* 74. cessante causa efficiente non cessat effectus iam impressus *Cyn. in l. generaliter*, & ibi *Bald. colum.* 3. *C. de Episcop. & Cler. Corn. cons.* 14. *colum.* 5. *vol* 3. *Couarru in* 4. *resolut cap fin num.* 5. *vers his Gallim. lib.* 10. *de verb. signif cap.* 7. *nu.* 12. 13. *Peluez de maior. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 12. *par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 7. *Grammat, decis.* 27. *num.* 4. 5. *Schrad. de feud. par.* 10. *sect.* 7. *num.* 115. 118. *Pacet. cons.* 134. *num.* 13. *Foller. d. constit statuimus num.* 45. *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 33. *nu* 5. *decis.* 163. *num.* 12. *Tiraquell. dict. tract. limit* 12. *n.* 1. *in l. si vnquam glos. susceperit liberos n.* 155. *C. de reuoc. donat. Soccin. cons* 81. *colum.* 4. *vol.* 3. *Illustriss. D. Carol. Tapp. ad l fin. par.* 2. *cap* 4. *num.* 13. *& cap.* 9. *num.* 123 *ff. de constit. princ. Marta in rubr. ff. de solut matr. quæst.* 5. *nu.* 21. *exornat Casanat. consil* 4. *num.* 101. & nedum effectus omnino consumatus, sed inchoatus tantum, nec cessat cessante etiam illius causa *l. & si non sint § infect. ff. de aur & argent. leg. Curt. Iunt in l. more n.* 12. *ff. de iurisdict. omn. iud. Tiraq. d limit.* 12. *num.* 19. *Foller. d. constitut. statuimus num.* 44. *confert. text. l. si quis hæredem C. de instit. & substit.* vbi momento temporis adimpletam fuisse conditionem satis est *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel* alien.

furioso ff. de his qui sunt sui vel alien.iur. l. quecumque §. vltio ff. de public. in rem action. Tiraquell. d.tract.limit. 4. nu. 1. & limit.35. D. Tap. d.cap.3. num. 124. Felic. de moment. cap. 10.num.5. Surd. d. quæst.33. num. 10. *Cassant. d. consil* 25. *nu.* 25. plura congerit similia *Foller. d. num. 44.45. cum sequ.* quo fit vt darent adhuc priuilegia cessante etiam causa propter quam illa fuerunt cõcessa *l. eos,* vbi *Ioan. Bapt. Plat. l. maximarum,* & ibi *glos. Bart. Ang. & Plat.* C. *de excus. num. lib.* 10. *Foller. loc. cit. num* 15. *exornat.* 6. Carol. *Tapp. d. cap. 4. à num.* 30. *cum sequ.* ideò vidua exinde nupta *l.* 1. C. *quand. Imper. inter pupill. & vid.* priuilegium retinet, cuius causa remittenda nec est *Franch. decis. 157. num.7. Afflict. d. decis. 56. Rot. decis. 61. tit. de rescrip. in antiq.* Carauit *Rit. 233. quæst. 4. Foller, d. constit. statuimus nu.* 27. & ibi *D. Tapia num. 19. Menoch. d. casu 66. in addit. num.* 36. nec pupilli, qui lite cæpta maiores sunt facti ad alium Iudicem trahendi sunt *Thesaur. decis. 177. num. 4. Menoch. d. nu. 36.* & virgo stuprata fori electionem habet pro stupro *Franch. decis. 599.* Carauit. *Ri. 19. quæst. 2* ideò causa in prima sui instantia summaria pariter etiam debet esse summaria in secunda, & alijs instantijs *Put. decis. 426. num. 2. decis. 438. n. 3. lib. 2. Gonzalez. ad Reg.* Cancell. *glos. 6. nu. 176. Franch. decis. 520. num. 2.* & causa semel facta ordinaria remanet semper ordinaria, & appellabilis *Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 3. in præfat. num. 572. & cap. 12. limit. 24. nu. 18. Rot. diuersorum decis. 132. num. 1. par. 1. Pontan. de alim. cap. 19. num. 7. Gonzal. d. glos. 6. n. 191.* & vbi commissa fuit causa, quod summariè procedatur semper durat clausula summarieque repetita censetur in commissionibus aliarum instantiarum, quãuis expressa non sit Cassad. *decis. 8. nu. 1. 6. de rescript.* Rot. *diuers. decisio.* 43. *num. 2. par. 2. decis. 277.* quia primus rei status qui in exordinario fuit inspici necesse est, nec aduentitij casus considerari debent, *l. in ratione ff. ad l. falcid. l. Iulianus ff. qui & à quibus l. filius famil. l. insulam ff. de verb. obligat. Tiraquell. ad l. si vnquam glos. omnia, vel par. n. 36. C. de reu. don. Franc. d. 599. n. 2.*

14 Ideò tradit, & meritò *Affl. decis. 210.* restituendum esse maiorem illa, in causa quæ tempore suæ minoris ætatis ab eo fuit cæpta, quia sufficit vt qualitas in actu aliquo requisita tempore actus gesti, adsit quodq. actus gestus non vitietur, licet illa qualitas postea cesset, *l. ad testium §. conditionem ff. de testam. l. mela ff. de alim. & cib. leg. l. in substitutione ff. de vulg. & pup. Bart. in l. ex facto num. 1.* & ibi *Ias. & DD. ff. de eod. Schrad. d. sect. nu.* 111.

15 Certi etiam iuris est, vt eo in casu, in quo qualitas determinato tempore requiritur mutatio qualitatis, postea superueniens nihil noceat, *l. sciendum §. fi.* & ibi *DD. ff si qui satisd. cog. l. in dilectis §. si damnum ff. de noxal. Ias. in l. 1. §. veteres num. 32. ff. de acquir. poss. Tiraq. dict. tract. cess. caus. lim. 4. num. 3. Schrad. dist. 7 num.* 113. nec cessat effectus si qualitas certo aliquo tempore requisita illo etiã tempore ad fuit, & postea cessauit *Bal. in l. generaliter col. 3. C. de Episc. & Cler. Imol. clem. 2. colum. 2. de rescript. Felyn. & Dec. in cap. cum cessante de appellat. Schrad. d. sess. 7. num. 114. Marta quest. 5. num. 21. Tiraquell. d. limit. 4. num. 1. & limt. 35. argum l. si quis hæredem* C. *de instis. & substit.* quia sufficit momento tẽporis adfuisse *l. quæcunque §. vltio ff. de publ. in rem act. D. Tapp in d. l. fin. par. 2. cap. 9. num. 123. Surd. d. quæst. 43. num. 10 Felyn. de moment. tempor. cap. 10. num.* 5. tum quia inhabilitas superueniens actũ consumatum non nocet, nec in consideratione habendus est *Anchar. consil. 404. num. 10. Schrad. d. sect. num.* 111. 126. tum quia cessante causa non cessat effectus respectu temporis præteriti, eo casu quando ille defectus causæ non retrahitur, nec tempus præteritum respicit, ex *Bal & Salye. adnotauit Tiraquell. d. tract. par. 2. limit.* 34. *Scrad. d. sect. 7. num.* 145. Concistorium cum in hanc posteriorem inclinaret sententiam ob D. Proregis diuersam à Panormo ad Messanam Vrbem questionem, hanc maturiori deliberationi reseruauit indecisam existimaui, idcirco boni interim consulendam, quod cæteris in medium dubitandi causis collatis, de hac ipsa quæstione accuratius discutiendi causam subministrauerim,

DECISIO XXXII.

Ex Fabro in C. tit. quando Imperator definit. 1.

AR-

ARGVMENTVM.

Vidua dotem repetens habet priuilegium sui Iudicis, etiam si contra Pupillum agat.

PRiuilegium, quod datum est viduæ in dotis repetione, vt primum Iudicem habere Senatum possit, non idcirco ei denegandum est, quod aduersus pupillos agat, quamuis pupillorum intersit, cum conueniuntur, vt duplicis instantiæ beneficio fruantur, nam & pupillorum interest, vt de eorum causis Senatus cognoscat, maiores vtique, & ampliores dilationes pro rerum, & personarum qualitate concessurus, si æquitas postulare videbitur, neque distingui oportebit, an egregia dos sitque excedat summam quingentorum aureorum, necne. Quantumlacumque enim dos sit, quam vidua petit, fauore dotis, & conditio personæ facit, vt priuilegio digna existimetur. Ita Senatus ex tempore in secreto auditorio contra liberos, & hæredes *N. Amedci Micheli magistri computorum .6. Cal. Februarii* 1593.

1 Ex placito Senatus nostri, & modificatione per eum facta ad Serenissimi Ducis nostri Diui Emanuelis Philiberti editum, quod vulgo edictum, Niciæ appellant.

2 Licet diei soleat priuilegiatum, non vti priuilegio contra alium æquè priuilegiatum, id enim fallit aliquando, ex causa *l. verum* 11. *§. vlt. D. de minor. l. vlt D. ex quib. caus. maior.*

3 Propter eam rationem quam attuli *Dec. nu.* 3. *sup. tit. prox.* facit tamen pro pupillis *l. vnica C. hoc tit.* sed hæc definitio intelligenda est de vidua dotem repetente, quo casu duplex priuilegium concurrit, personæ scilicet, & causæ, vt mirum non sit, si vidua, pupillo præferatur vnum, dumtaxat priuilegium habenti: alioqui sanè non præferretur *arg. d. l. vnic.* quæ non solum de pupillis, priusquam de viduis loquitur *arg. l. quoties* 34. *D. de. vsufruct l. generaliter* 24. *§. quid ergo* 17. *D. de fideic. libert.* sed & pupillis ipsis, & viduis, eo potissimum casu priuilegium dat, quo huiusmodi personæ aduersarij potentiam perhorrescant, quod vix euenire potest vidua contra pupillum agentem.

4 Fauor enim personæ, vel causæ est, vt maiores Iudices habere debeat *l. nō distinguem.* 32. *§. de liberali D. de recept. qui arbitr.* vnde est quod de restitutione in integrum minorum solus prætor olim cognoscebat, cum ex alijs causis iudicium, & Iudicem dare soleret *l.* 1. *D. de minor. l.* 1. *de eo quod met. caus. l.* 1. *D. de dolo l. vlt. C. vbi, & apud quem cognit. in integr. rest.*

5 Est enim id positum in arbitrio, & religione iudicantis eoque iure vtimur *arg. l. oratione* 7. *D. de for. & dilat.* licet contra constitutum videatur in *l.* 1. *& vlt. C. eod.*

6 Illa namque distinctio per Senatus modificationem adhibita est, quod ad alias personas attinet, quæ priuilegium nullum habent.

7 *L. vnic. C. hoc tit.* neque sanè, lex aut ciuilis aut prouincialis nostra distinguit, quanta sit dos. Proinde, nec nos distinguere debemus *vulgat. l. le pratio* 8. *D. de publician. in rem act.*

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei, fallit. num.* 2. *&* 8.
3 *Furiosus dicitur æger.*
4 *Furiosus an dicatur miserabilis persona.*
5 *Miserabiles personæ quæ dicantur.*
6 *Furiosus æquiparatur viduæ, & pupillo.*
7 *Priuilegia concessa pupillis dantur prodigis, & furiosis.*

DECISIO XXXIII.

Ex Anot. Decis. Marchiæ 105.

ARGVMENTVM.

Regula quando actor sequatur forum rei, an procedat in causis miserabilium personarum.

IN vna Montis Granarij Domini concorditer dixerunt inhibitoriam moderandam, licet prima facie videretur contrarium contra regulariter actor sequatur forum rei, *cap. si Clericus laicum, de foro compet.* nam id non habet locum quando agitur de causa furiosi, vt in præsenti specie, quia cum iste dicatur æger *l.* 1. vbi & tandiu erunt, vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores reci-

pere *& in l. consilio* ibi tueri debet, non similiter patrimonium, sed, & corpus, & salus *ff. de curat. furio.* & *infirm.* non similiter corpore, sed animo, vnde furiosi malè sani, & insani appellantur, *Beat. in suo tractatu de inop. debito cap. 9. tom. 3. par. 2. fol. 223. num.* 1. tanquam vnus de numero miserabilium personarum quæ non similiter dicũtur illæ, quæ proprias causas administrare nõ possunt *cap.* 1. *in fin.* de postuland. infantes expositi, & languidi cuius ætatis *Ioan. de Anan. in cap.* 1. *num.* 24. *de infort. exposit. languid.* viduæ & pupilli, quibus æquiparatur furiosus *l fulcin. §. ita autem ff. quib. caus. in possess. eatur, & per Bart in l.* 1. *§. fuit quæsitum num.* 7. *ff. ad Senat Consult. trebell.* vbi *Barb. in addit. in lit. A.* qui dicit, quod omnia priuilegia data pupillis dantur prodigis, & furiosis, & *Hieron. Verius in l. ex facto n.* 4. *ff. de valg. pupill. lib.* 3. *fol.* 545. *vers senes de rescript.* Mercatores quamdiu sunt in mercemonijs sunt perregrini, *Io. de Anan. in cap. nullus Iudex* 19. *num.* 3. *de Iude. de nouo conuersi*, quando scilicet pauperes sunt, secundum eundem *Io. de Anan. in cap. Iudei siue* 5. *num.* 8. *eod. tit. de Iudeis*. Item diuturno morbo exhausti, & eneruasti, & generaliter omnes qui naturaliter comiseratione ob fortunæ iniuriam digni sunt secundum *Azor. in summ. C. quand. Imp. inter pupill. & vid. vel miserabil person. Afflict. decis.* 257. *dicit Constitutio Regni numer.* 1. *Roland. consil.* 76. pluribus ex causis *nu.* 44. *lib.* 1. *Gayl. obseru.* 1. *&* 5. *regulariter lib.* 1. *num.* 40 *fol.* 3. *& Rebuff. in suo tractat. de sent. prouisional. artic.* 3. *gloss. vltim. fol.* 294. qui pariter pluries casus enumerat, sed omnes qui iudicibus miserabiles videntur, vt secundum opinionem *Petri* voluit *Cyn. in l. vnic. num.* 3. *C. quando imp. inter pupill. & vid. fol.* 147. potuit suam causam agere coram Iudice Ecclesiastico, iuxta tradita per *tex. in cap super quibusdam, in fin. de verbor significat. glos in c. omnes etas* 12. *quæst.* 2. *in verb. prope Ioan. de Anan in d. cap. Iudei numer.* 8. *de Iuds. Aret. consil.* 102. *spectabilis numer.* 1. *& seq Rebuff. loco citat. num.* 30. *fol.* 298. *Abb. in significationib. n.* 6. *& seq. de offic. delegat. Marant. in suo specul par.* 4. vt iudicium Mercatorum *n.* 194. *fol.* 161. præsertim in casu isto, in quo miserabilis persona est clericus, vt considerauit *Abb. in d. cap. significantib. num.* 6. *in versic. quo ad primum*, & sic cum propterea dicta causa esset effecta de iurisdictione Ecclesiastica rectè per R. D. Antonium Borniam Vicarium Generalem Illustriss. Archiepisc. Firman. I.C. eximium fuit ad vlterius procedi mandatum, per eum omnino, vt supra moderata inhibitio.

SVMMARIVM.

1 *Pauper dicitur miserabilis persona, & extra prouinciam trahi non potest.*

2 *Pauper gaudet priuilegio l. vnic. C. quando Imper.*

DECISIO XXXIV.

Ex Crescentio decis. Rot. Roman. 16. de priuileg.

1 Pauper qui dicitur miserabilis persona *ad cap.* 1. *de postullan.* & ideo trahi extra prouinciam non potest, imò ipse iurando perhorrescentiam, ad se alios trahere potest iuxta dispositionẽ, *l. vnic. C. quand. Imp. inter pupill. & vid.* Nam, & pauper gaudet beneficio illius legis, *Abb. in capit. significantibus colum.* 2. *in fin. cum sequent. de offic. deleg.* & *in cap. licet ex suscepto colum.* 3. *de foro competent.* probata impotentia eundi ad Magnum Magistrum, & ibi litigandi, & causam prosequendi non potest cogi, vigore priuilegiorum dicto Magno Magistro, ac Ordini Hierosolymitano concessorum eundi Melitam vbi residet Magn. Magist, quia licet priuilegia sint amplissima, & pregnantissimas habentia clausulas derogatorias nunquã tamen secundum Dominos *in vna Pamphilensi Prioratus Sanctiss. Crucifixi coram D. Mobedano* videtur sublatum priuilegium in corpore Iuris clausum, *ad glo. & Bar. in antich. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oportet. Bal. & Cast. in lib.* 2. *§. omnes ff. de Iud. Roman. cons.* 488. *col.* 4. *Felin. in cap.* 1. *col.* 9. *de rescript. & in cap. nonnulli. conclus.* 12. *num.* 26. *eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest concedere Baronibus iurisdictionem cum derogatione leg. vnic. C. quand. Imper.*

2 Cle-

2 *Clericus habet fori electionem pro iniuria facta sue persone.*
3 *Episcopus dicitur caput Cleri, sicut potestas caput Ciuitatis.*
4 *Episcopus quando veniat appellatione Sacerdotis,& appellatione Clerici n.5.*

DECISIO XXXV.

Ex Anna obseruat. 16.

ARGVMENTVM.

Derogatio Priuilegij concessi miserabilibus personis,& Ecclesiasticis, an comprehendant Episcopos.

1 POtest Princeps Baronibus cõcedere iurisdictionē, cum derogatione priuilegij miserabilibus personis concessi *per tex. in l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. & constit. statuimus.* vt hoc modo multa sunt priuilegia in hoc Regno, in quibus quandoq; etiam Rex derogat etiam priuilegio Ecclesiasticis personis concesso, vidi aliquando controuersum stante quodam priuilegio, cum hac vltima clausula,si Episcopus est offensus,an derogatio locum habeat,vel sit expressè facienda mentio in
2 priuilegio de persona Episcopi, præsupponendo prius, quod pro offensione facta suæ personæ possit Clericus,& tanto magis Episcopus eligere forum *adnotat. per D. Annan.* patrem *in allegation.146.* quem sequitur *Viuius in decis. 27. nu. 3.* Ego dicebam priuilegium prædictū non includere personas Episcopi, vel Prælati,& propterea verba quæ dicuntur etiā
3 contra Ecclesiasticas personas non comprehendere Episcopum mouebar, quia Episcopus est caput Cleri, sicut potestas dicatur caput Ciuitatis, *Bart. in l. nulli ff. quid cuiusq; vniuer.* nomine dicitur Præses Ciuitatis, *Bald. in l. suæ pars.C.de dila.* & dicitur esse de maioribus magistratibus *Bald. dicto loco*, & propterea non comprehenditur in generali constitutione, *Corn. cons.253. viso litera C. vol. 3.* quia dicatur fieri expressa mentio propter excellentiam ordinis, & officij, *cap. si compromissarius, §. huiusmodi, de elect. in 6. & cap. quia periculosum de sentent. excomm. in 6.* &
4 Episcopus veniat appellatione Sacerdotes, secus est in materia principali *Abb. in cap. non potest de re iudicata & in rub. de vita honestate Clericorum, & in cap. si Sacerdos de offic. ordin.* & licet appellatione Clericorum, veniant Episcopi,nō tamen in materia odiosa,& stricta, quia est qualitas in eis, supra alios, quæ non reperitur in Clericos simplicibus, *Abb. in rubr. de vita, & honestate Clericorum num.8.* nec obstant ea quæ dixi *in addit. ad D. Genit. in d. allegat. 146.* quia ibi fui tantum relator multa, in illa causa acciderunt, quæ non licet homini loqui, vt propterea non sint trahenda in consequentiam.

SVMMARIVM.

1 *L.1. C. quand. Imp. an contineatur sub exceptione consilij.*
2 *Priuilegia Imperatoris concessa Laicis, quando non comprehendunt Eccles.*
3 *Voluntas ex impotentia argui non potest.*
4 *Statutum recipit interpretationem à potestate.*
5 *L. 1.C. quand. Imp. an habeat locum in diuitibus.*
6 *Concilium per verba Canonicas Sanctiones, cur non potuit intelligere legales.*
7 *Ecclesiastici non habent electionem fori Ecclesiastici nisi data violentia laicorū.*

DECISIO XXXVI.

Ex Marta decis. Rot. Pisan. 209.

ARGVMENTVM.

Tex. Concilij Triden. Sess. xxiv. Cap. xx. versicul. exceptis An comprehendat Text. l. 1. C. quan. Imper. inter pupill. & vid.

1 ANte expeditionem huius dubij, plu ries rogatus, vt pro veritate scriberem, cum multo studio fui in voto negatiuo, & quoniam casus tulit, vt pro affirmatiua opinione iudicaretur, ideò me continere non potui, quin etiam hoc votum ab omnibus videri permitterem. Dicebam hospitale non posse agere Romæ contra hæredes Cardinalis pro consequutione legati ipsis opponentibus de Concilio Tridentino Sess. 24. capit. 20.

Et

Et quia pars replicabat de exceptione regulæ *in verf. exceptis iis causis*, quæ secundum Canonicas sanctiones debent apud Sedem Apostolicam terminari, ideo dicebat *tex. in l. 1. C. quand. Imp. inter pupill. & vid.* esse de illis Canonicis Sanctionibus, & dubitatum est super
2 hoc. Ego dicebã *tex. in d. l. vnica*, non comprehendi sub exceptione Concilij, *in d. ver. Canonicas Sanction.* Quia idem Imp. concedendo illam legem, nõ expli-
3 cauit Ecclesiasticas, nec potuit de illis intelligere, quia priuilegia concessa personis per modum legis, non comprehẽdit Ecclesiasticos, nam hoc esset signum superioritatis *Io. de Lignag.* quem sequitur *Abb. in cap.* Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutionibus, & in *c. qui Clericis de foro compet. Alex cons.* 107. *nu.* 2. *vol.* 2. Item si Imper. concessisset con-
4 cessione, quia ex impotentia arguitur voluntas, *l. Bussius*, *ff. ad municip. cap. à nobis de sententiis excomm. Bart. in l. si quis, sub conditione. ff. de condit. & demonstrationibus, D. c. cons.* 504. *vol.* 1. *Carauit. cons* 106. *num.* 6. nemo enim videtur apponere manũ ad sibi illicita *l. miles* §. *item*, vbi *Angel. ff. de adulter. Anchar. in repetit. cap.* 1. *num.* 129. *de consti-*
5 *tut.* & statutum semper recipit interpretationem à potestate statuentis, *Bart. in l. si quis sub condit. in principio. ff. de conditionib & demonstrat. Io. Monac. in cap.* 1. *de constit. in* 6. *Croc. in* §. *diuina* 80. & d. spositio legis non comprehendit ea, quæ principaliter non veniũt, *l. obligation. generali ff. de pignorib.* Ideò Concilium, non potuit intelligere de illis legibus, quæ non tractant, neque tractare poterant de Ecclesiasticis, item quia *d. l.* 1. *C. quand. Imp.* non procedit in viduis, & pupillis diuitibus, *Cardinal. in cap. significantibus in* 2. *not. de offic. de legat. Abb. in c. licet de foro compet. Aret. in l. potest col.* 2. *ff. de solut. matrim.* Sed hoc hospitale est ditissimum. Item quia
7 Concilium in regula considerauit solũ ius Canonicum, ergo eodem modo dicitur considerasse ius Canonicum, non Ciuile in exceptione, quia exceptio est de regula, *l. nam quid si quidem* §. *penult. ff. de fundas. instruct. cap. Dominus in principio* 32. *quæst.* 7. Item non potuit considerare Concilium *in verf.* Canonicas Sãctiones, adest legales, quia specialiter est decisum contrariũ de Canonico *cap. cum sit generale, de foro competent.* vbi habent, quod Ecclesiastici non habent electionem fori Ecclesiastici, nisi data violentia laicorum. Item quia Concilium specialiter, & verbis expressis considerauit rationem ne litigãtes trahantur extra Prouinciam; dum dixit in secunda instantia vero probata paupertate non cogantur extra Prouinciam litigare. Ergo dum expressis Prouinciam in exceptione præsupposuit idem tacitè in regula dicere voluisse.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habet fori electionis priuilegiũ, dummodo agat pro rebus Ecclesiæ, at secus pro propriis, nu.* 2.
3 *Ecclesiasticæ personæ habent fori electionem data rapina vel fraude.*

DECISIO XXXVII.

Ex Rycc. in Praxi Resol. 147. tom. 2.

ARGVMENTVM.

Facta electione fori per Clericum, An Baro possit petere causæ remissionem.

Vero an facta electione fori per Clericum in conueniendo vassallũ alicuius Baronis, possit prædictus Baro petere remissionem sui vassalli.

1 Respondetur negatiuè, nam Clericus habet priuilegium eligendi, ac variandi forum, vt in Ritu Mag. Cur. Vic. 233. vbi *Carauit.* etiam in principio *Capyc.* dicens ita decisum in decis. 160. qui tamen loquitur de Eccles. *de Franch. decis.* 234. *num.* 4. *par.* 2. *Afflict. decis.* 257. & ibidem *Vrsill, nu.* 4. *Guid. Pap. dec.* 39. licet contrarium, & malè teneat in Constitut. Regni statuimus *Vincent de Anna alleg.* 146. *par.* 2. *Niger. in cap. Regni*, quo ad decretum *nu.* 10. *vers. quod Clerici*, & hæc est communis opinio secundum *Villalo. lib. commun. opinion.* 112. *verb. Clericus* secundum quam pluries esse decisum in Collaterali Consilio testatur, *Carauit. ritu* 67. *Marcell. Calà de modo articulandi glos.* 1. *numer.* 87. & alia *addit. ad Capyc. d. decision.* 160. *in princip.*

2 Limitatur primo supradictam communem sententiam non procedere, cum Cle-

Clericus forum eligit non pro rebus Ecclesiæ, sed proprijs, ita Ritu Magn. Cur. 225. *Isern. in d. const. statuimus versic. Clericus*, & post eum *Afflict. in 7. not. quæst. 4. numer. 16. & Carauit.* in Ritu Mag. Cur. Vic. 228. *q.* 2.

Limitatur secundo, nisi Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nam tunc in tali casu personæ Ecclesiastic. non possent in præiudicium Baronis variare forum, & pluries decissum fuisse per Sacrũ Consilium testatur *Addit. magn. ad Vincent. de Anna in allegat.* 146. & *Cala de modo articulandi, glos.* 1. *num.* 88. *de quo Capiblanc. pragm.* 6. *de Baron. ân.* 153. *& sequent.*

3 Limita tertio veram esse communem sententiam, data violentia rapina, vel fraude aliqua, nam ijs cessantibus Ecclesiasticæ personę nõ habentur electionem fori, *Afflict. d. decis.* 257. *num.* 2. *vers. sed illud capitulum*, & in Constitutionibus Regni, quo ad decretum n. 10. & *Calà loco cit. num.* 89. *amplia de qua per Ann. m alleg.* 147.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli, Viduæ, & aliæ Miserabiles personæ sunt in vniuersitate.*
2 *Imperator circa fori electionem quas personas priuilegiat.*
3 *Hospitalia suos habent Rectores.*
4 *Priuilegia concessa Hospitalibus intuitu pauperum concessa.*
5 *Pauperes miserabiles sunt.*
6 *Arbitrio Iudicis relinquitur quæ nam non dicatur miserabiles personæ.*

DECISIO XXXVII.

Ex Rot. Bon. diuers. 862. tom. 4.

ARGVMENTVM.

Electio fori Num detur Hospitali, sicuti Ecclesiæ.

FVit dubitatum in signatura, numquid Hospitalia gaudent priuilegia *l. vnic. C. quand. Imp. inter pupill. & vid.* hoc adhibito aliquanto studio intrepidè affirmo Hospitalia non secus, ac communitates Ciuitatum Castrorum, vel Villarum, quibus passim ex stilo signaturæ, vt hoc vtantur priuilegio possit, & ipsa hoc idem priuilegium allegare, & eo inniti, nam si censuit signatura ob id cõmunitates dici comprehensas sub *d. l. vnic.* cõstitutione quia in illis sũt pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ, licet etiã si in illis adsint personæ quæ nõ sunt miserabiles, cum non idem, & multo magis credendum est, respectu Hospitalium, in quibus non solum adsunt prædictæ miserabiles personæ, sed imò ex iis solis, & non ex alijs, Hospitalia ipsa consistunt, vt experientia docet, & facit *tex. in l.* 1. *C. de Mendic. lib.* 11. vltra quod maius commodum sentiunt singulæ miserabiles personæ ex redditibus ipsius Hospitalis, vt quia omnes in eorũ sustentatione integre debent expendi eleemosinæ quia cõtingit Religiosis omnibus quam faciunt singuli de vniuersitate ex patrimonio ipsius vniuersitatis.

Propterea considero quod si *Imp. in d. l. vnic. in fin.* circa electionem priui-
2 legiare intendit personas ibi enumeratas nempè pupillos, viduas diuturno morbo laborantes debiles, & c. cur dicere debemus noluisse priuilegiare Hospitalia nullas alias personas, quam miserabiles continentia, tum quia re vera nihil est aliud Hospitale quam ipse personæ miserabiles, tum in simili de vniuersitate Scholarium dicit, *Salyc. in auth. habita num* 39. *vers. & pro hoc etiam facit C. ne fil. pro patr. & in l sicut. ff. quid cuiusque vniu. nom.* tum etiam quia dictæ personæ simul coadunatæ miserabiliores efficiuntur participante vnaquaque earum de proxima miseria vti plura membra sub vno capite, & sicut bonum teste Philosopho tãto est melius quanto magis est communicabile, ita & malum excommunicatione fit multo deterius.

3 Nec quidquam facit, quod Hospitalia suos habent Rectores, & Gubernatores, qui illa defendere possunt, ita vt ob id videatur cessare causa priuilegij nam, & communitates suos habent Sindicos, & Officiales, & Populi tutores, & nihilominus nõ administrandorum, vel tutorum habetur ratio quo minus gaudeant priuilegio, *d. l. vnic.* propterea nec Hospitalibus ad hunc effectum obesse debet, quod suos habeant Rectores; quia ipsi tutoribus æquiparantur, *l. orphanotrophos C. de Episc. & Cler.*

Imò omnia priuilegia concessa Hos-
4 pitalibus dicuntur concessa fauore, & intui-

intuitu ipsorum pauperum, & eorum sustentationis *vt not. Bal. in l. omnis in princ. C. de Episcop. & Cler.* vt non ipsorum administratorum, nec ipsius met Collegii ratio nulla fuerit habita, nisi quatenus in ipsarum miserabilium personarum commodum redundaret, quorum gratia, & ipsa Hospitalia fuerint constructa, & tot priuilegijs diuersis temporibus ab Imperatoribus donata, *vt in d. l. vnit.* quæ quidem priuilegia nō sunt conguslanda, sed amplianda, maxime in Curia Dñi Papæ ne dicatur Sūmus Pontifex quasi misericordiæ lumē claudere se minus benignum velle præbere, & miserabilibus personis miserabibus eorum gubernatoribus ad eam, vt subleuentur venientibus quam fuerint Imperatores, dum eis tot priuilegia gratias, & prærogatiuas concesserunt, & causa Hospitalium eadem prærogatiua gaudeant *iuxta terminos d. l. vnit. C. quā Imperator inter pupill.*

Et certè dici potest si verum amemus quod quoties agitur de patrimonio Hispitalium, quando vero agatur de pro prio ipsarum miserabilium personarum patrimonio pupilli enim licet per tutorem administrentur, vt per eum causa agitetur ex ipso enim Hospitalium patrimonio solum ipsæ miserabiles personæ aluntur, & sustentantur cessante in administratoribus, & in quibus suis alijs omni lucri spe, & Principiis in dignatione *l. si quis ad declinandum in fine C. de Episc. & Cler.* tunc cautum fuit, vt Rectores iuxta facultatem Hospitalium tot paupere salere debeant, vt illæ integre in pauperum alimonia, erogentur dicta elem. quia contigit de Religios. domibus.

Facit quoque vt proprius accedam pro hac opinione nam videmus quando vbi agitur de pauperum fauore, qui nō nisi miserabiles esse possint *cap. pauperes 2. quest. 3. l. ne quidquam §. aduersus ff. de officio Procur.* eorum appellatione veniunt Hospitalia, sit enim statuit Imperator *in d. l. si quis ad declinandum §. vbi autem C. de Episcop. & Cleric.*

Similiter facit nam Colleggia eundē forum, ac personas sub illis comprehēsas sortiri videmus, hinc est quando si Collegia sint Clericorum Episcopus erit Iudex, si Laicorum Laicus erit quoque Iudex, Doctores omnes in authent. habita maximè *Bartol. C. ne fil. pro pat,* latè *Soccin. in cap. 1. num. 13. extra de foro competent. Franc. in rubric. de appell. num. 36.* vnde ex qualitate personarum forus considerandus erit, & sicut miserabiles personæ electionem habent Principem, vel Ordinarium, adeundi sit vnam, vel alteram, Hospitalia miserabilibus personis referta eligere posse, videtur omnino dicendum.

Tandem pro complemento facit, nā si arbitrio Iudicis relinquitur, quæ nam dicantur miserabiles personæ, *Legista in d. l. vnic. C. quand. Imperator inter pupill. & vid. Canonista in cap. significantibus de official. delegat. Menoch. de arbitrio Iud. lib. 2. centur. 1. casu 66.* quis non arbitrabitur inter miserabiles personas connumerari Hospitalia, cum in ijs nihil quod non sit miserabile inspiciatur, ita vt totius mundi miseriæ receptabile dici possint, quam tamen conclusionem pro nunc restringendo ad illa Hospitalia per Rectores adnutum amouibiles gubernantur, non autem ad illa, quæ in titulum beneficij conferuntur, *clem. quia contigit de relig. domib.* vel in commendam cum solita clausula quod. Cōmendatarij suos faciant fructus prouidentur, vel Ecclesiæ alicui vnita repeπantur, *Felyn in c. de quarta, n. 4. de præscription* quæ potius nomine quam re ipsa Hospitalia appellari possint, *Rebuff. in sua praxi de commend n. 17.* alia erit facienda consideratio, circa fori præiudicium, an de ipso forsan dici debet, quod de Ecclesijs statutum reperitur, *glos. in cap. 2. de decim.*

SVMMARIVM.

1 *Sindicatores sunt Officiales Regij.*
2 *Tribunal superueniens an sic competens.*
3 *Vidua semper variare potest.*
4 *Viduarum priuilegium, & vbi ex officio proceditur locum habet.*
5 *Vidua maiorem comoditatem habet prosequendi ius suum in propria patria, quam alibi.*
6 *Actio contra eximentem carceratum datur parti.*
7 *Vidua varianda potest adire Magnam Curiam.*
8 *Electio non dicitur, vbi datur restrictio.*
9 *Officiales nequit deponere officium ante successionis aduentu.*
10 *Carceratus sindicari potest.*

11 Affe-

11 *Affectatum Tribunal per Viduam poteſt eligi.*
12 *Reformationes pro ſunt carceratis.*
13 *Sindicatores quam iuriſdictionem habeāt in officiales.*
14 *Priuilegiatus non trahit priuilegiatum.*
15 *Accuſatus pluribus diuerſæ iuriſdictiones, vbi trahitur dignior, ibi alij, & hinc laici delinquentes cum Clericis per Eccleſiaſticum puniuntur, & Iudex qui nō eſt ratione connexitatis efficitur.*
16 *Connexitates ratione cur ad idem Tribunal cauſæ remictantur.*

ARGVMENTVM.

Miſerabilis perſona accuſans in Regia Audientia officialem, coram Sindicatoribus quærulare etiam poteſt.

DECISIO XXXIX.

Ex Foller. in Conſtitut. Regni Statuimus num. 128.

FVit quærulatus in Regia Audientia Principatus Citra, quidam officialis per viduam, eo quod occiſores mariti aufugi fecit, à merceribus; fuit quæſitum numquid poſſit variare ipſa vidua, & quærulare coram Sindicatoribus Electis ad ſindicandum illum officialem: in quo caſu ſubſequentes Iurium Allegationes feci, Chriſtus adſit. In cauſa magnifici Ioannis Baptiſtæ Sellaruli, præſuppoſito themate, quod vidua ad cuius quærelam proceſſit Regia Audientia poſſit variare, & petere cauſam remicti ad ſindicatores Electos ad ſindicādum eundem Magnificum Ioannem Baptiſtam olim Capitaneum Terræ Grifoni, ſequentibus fundamentis probo.

Primò præſuppoſito, quod Sindicatores, ſint Iudices Regij, & vero competentes, pro geſtis, & adminiſtratis in officio contra officiales; & quod ad eos ſit regulariter remittendus officialis ali bi conuentus, *l. 1. C. ad l. Iul. repud. & in auth. vt vi ſi quo ſupra §. neceſſitate, & l. 1. C. vlt. deratio.* præſuppoſitio etiā, quod vidua poſſit variare dico quod facta variatione per viduam, ſit facienda remiſſio.

Concurrunt enim omnia requiſita, & ſi dicatur, quod tempore quærele ex-
2 poſitæ non erat ad huc in rerum natura, Tribunal ſindicatorum quod modo eligitur; quia durabat affictum, ſed ſuperuenit, ex poſt facto; dico quod cum iſtud Tribunal habeant ius, ex cauſa de præterito ſuperueniens ritu pendente, ſecundum illud eſt iudicandum: & perindè habetur, ac ſi à principio fuiſſet *l. ſi mandauero tibi, vt à Titio ff. mand. cum concord. in gloſ.* & ita concludunt omnes *in cap. fin.* vt lite pendente.

Minimè etiam dubitandum eſt poſſe viduam virtute ſui priuilegij quocumq;
3 tempore variare, & cauſa appunctata, & exiſtente in termino expeditionis, vt ſuperius dixi.

Nec etiam quicquam facit, quod hic
4 Magnificus Ioannes Baptiſta inquiratur de baractaria, quo caſu, etiam circumſcripta quærela, & durante officio, poterat conueniri, *l. iubemus C. ad l. Iul. repetit.* quia priuilegium viduæ non eſt arctatum à iure: vt tantummodo procedat eo, in caſu vbi non poſſet procedi ex officio, vel vbi tantūmodo intereſſe ipſius verteretur, ſed bene procedit in quocumque caſu, tām vbi ſimpliciter poſſet, procedere ad ſolam quærelam viduæ, & ſuum tantummodo conſideraretur intereſſe quam etiam ſi poſſet procedi ex officio, & alterius intereſſe verteretur, *l. vnic. C. quand. Imper. & conſtit.* præſens generaliter loquuntur, ergo generaliter debent intelligi. Id enim tantum conſideratur, numquid Iudex electus ex variatione ſic alias competentes, vt dicit *Afflict.* hic, & eſſe cōpetentes Iudices Sindicatores, tam ex Iuris Cōmunis, quam Regni deciſione nemo eſt, quin neſciat.

Nec etiam negari poterit; maiorem
5 commoditatem habere ipſam viduam in proſequendo ius ipſius coram Sindicatoribus, quam in Regia Audientia, quippe cum ibi ſit in propria patria, vbi paratiores habet teſtes, & probationes, & cum minoribus impenſis, & incommodo; quæ omnia non in concinne commemorantur, *per tex. in d. l. 1.* cur ergo dicemus priuilegium variandi non dari in iſto caſu; certè non video, Iudex qui eligitur eſt competens, & etiam Regius, maior cōmoditas concurrit tēpus, quo Ius variandi datur, adhuc durat Regia Audiētia eſt adita per ipſam viduā ſuo expoſcente priuilegio; modo variat, & ex cauſa; ergo omnimodo dicemus locum

cum esse remissioni; Imò circũscripto priuilegio, Officialis ad Sindicatores de Iure remittitur, *d. l.* 1. *C. ad leg. Iul. repet.*

6 Nec nouum est dari parti actionem criminalem, contra eximentes carceratum, aut aliter, vt fugiat tractantem, *l. si per alium § in eum ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi.* & si datur actio, datur & variatio respectu illius actoris; alias priuilegio suo defraudaretur, & priuaretur vidua.

7 Confert prædictis; nulli enim dubiũ esse debeat, quod est vidua posset variando à dicta Regia Audientia adire Magnam Curiam, cur ergo non possit adire Sindicatores; causam non video; eadem enim ratio in vtriusque militat, ergo idem Ius statuendum est. Non enim dicitur electio; vbi datur restrinctio, *Bal. in l.* 1. *C. de furt.*

9 Nec obstat quod Officialis non debet deponere officium ante aduentum successoris, sed quod illum expectare debeat, *l meminisse, de offic. procon.* Et ideò si aliter factum fuerit, deponendo officium, & eligi faciendo sindicatores in fraudem videntur factum, vt sic habetur Tribunal dictorum Sindicatorum, & faueat dicto inquisito, & secum gratiosè, & leniter agat, & tandem effigiat condignampœnam, quia dico quod verum est officialem non debere deponere officium ante aduentum successoris, sed debere officium exercere, tamen si impeditus, & non posset non tenetur, *glos. in d. l. meminisse*, cum ergo dictus Magnificus Ioannes Baptista reperiatur carceratus, & sic impeditus exercere officium litè depositum illud ante aduentum successoris, licet rei veritate successor aduenerat præhabito hoc, quod licitè fuerit depositum officium, quid aliud restabat, quam quod eligerentur Sindicatores certè nihil.

10 Nec ad reddendam rationem occasione carcerationis, minus idoneus videri debeat dictus Ioannes Baptista, vel aliquid fortè diminuatur de iuribus volentium quærulare, quia imò potius gratuatur ipse Ioannes Baptista, quam volẽtes secum expediri idque pateat ad sensum.

11 Nec impeditur priuilegium viduæ si dicatur affectatũ Tribunal sindicatorũ: quia videmus sæpè videmus viduas causas de voluntas earum exposcente priuilegio ad Regia Tribunalia inferiora Baronum, & tamen certo scitur tribunalia illa per affectationem eligi, & quia procliuius carcerati tractantur, & id fieri gratia carceratorum.

12 Nec etiam nouum videri debet, carceratos posse, & debere gaudere reformationibus factis de nouo ipsius existẽtibus in carcer bus, aut alijs, quæ quoquo modo possent commoditatem, vel incommoditatem afferre, id enim expressè voluit, *Bart. in l. Domitianus ff. ad turpi.* cum ergo, ea quæ ipsis carceratis existentibus, de nouo fierent extendantur etiam ad ipsos carceratos, sequitur quod tribunal sindicatorum post carcerationem erectum extenditur, etiam ad ipsum Magnificum Ioannem Baptistam carceratum, vt eligi possit, non enim eligitur tribunal illud ex priuilegio de nouo superueniente carcerationè facto; sed ex priuilegio, quod semper inerat, & inest, vnde sat enim est, quod tempore quo vidua eligere volue rit illud virtute su priuilegij, illud sit, vel esse potuerit. Concludo ergo omnino locum esse remissioni, aliæ enim dubitationes factæ fuerunt, & ideo alias allegationes feci, quæ sunt.

13 In causa Magnifici Ioannis Baptistæ Semaruli alias scripsi, ad præsens autem insurgit dubium, ideò nouam resolutionem oportet quærere. Concludebam enim ex priuilegio viduæ variantes causam debere remitti ad Magnificos Sindicatores non obstante quod delictum de quo inquiritur fuerit deductum in Audientia, durante officio, & tempore, quo non erat erectum Tribunal ipsorũ

14 Sindicatorum. Quia licet verum sit, quod eo tempore sindicatores non possent cognoscere; quia durabat officiũ, & propterea sindicatores non poterãt, nec actu, nec habitu habere iurisdictionem, sed benè ordinarius, qui actu, & habitu semper habet iurisdictionem, etiã durante officio, cognosceret, prout ita Inquitur *Par. à Put. in tit. de offic. sindic. vers. pone quod vniuersitas, vers. fin. ta, men cum.* per depositionem officij, & electionem sindicatorum tribunal ipsorum in esse deductum fuerit, & simul in iure particulari, & non in regula, sequitur nulli debere esse dubium priuilegio, & si iure singulari exposcente causa debere remitti, in alijs autem officialibus, qui nullo priuilegio exposcente peterẽ-

tur

tur remitti, vtique doceri, & dictum Pat. licet ex doctrina allegata non probetur procedere.

15 Nec tantum, vt ad nouum responsum demus, remitti debet ad instantiam viduæ, sed etiam pro alia occasione facta per alium non priuilegiatum, quoniam cum vnicum sit delictum, & eodem contextu commissum, licèt in plures, per notata per Doctores *in l numquam plura, & l. hos accusare de accusac.* & in alijs locis ordinarijs per DD. coram eodem Iudice tractanda est causa, vt ex text. in indiuiduo causam decidenti, in *l. qui de crimine, C. de accusat.* vbi clarè probatur, quod & si plura sint delicta ex vnico facto causam tractari debet coram eo Iudice, quanto magis hoc procedit, vbi vnicum est delictum.

Et hoc etiam procedit in pluribus accusatis diuersæ, & dispares iurisdictionis, non respectu prorogationis; sed respectu cõnexitatis iudicij, & tunc vbi trahitur dignior, trahentur, & alij secundũ *Bart. post Dyn. in l. iuris peritos §. 1. ff. de excus. tutor. & in l. præcipimus, & §. eadem obseruaudo C. de appellation.* & sic si vnus esset Clericus, etiã laici remictentur ad Ecclesiasticum fuit originale d. *Ant. de Prato veter in l. . in fin. ff. quæ sensi,* & sequuntur *DD.* & per *Felyn. in rubr. de appellat Barba. in l. 1. § si stipulata ff. de verb. oblig. in fin. & in l. 2. in princ. ff. eod. tit. Alex. in l null. ff. de iud. Mathes. in singul.* 144. *Alex* 151. *in* 2 *lib &* *cons.* 1204. *lib. colu.* 5. *Bart. in l. fin.* 3 *col. ff. de coll. illi Aret. cons.* 29. *col. penult. in fin. Abb. cons.* 33. *col.* 51. 2. *lib Bart. in l. de iure in fin. ff. de mun.* & alios plures quos breuitatis causa non refero, Ratione enim connexitatis, & dependentiæ, ille qui non est Iudex efficitur Iudex secundum *Innoc in cap. cum M. de constit. in fin.* & alios ibi, & *Felyn. in c. super literis de rescrip. in ver. an sua sit iurisdict. col.* 1. *Soccin. cons.* 244. *col* 2. *Bart. in l cum verũ secundum primam lecturã C. de senten. & inter omn. iud. Castr in l. fin C. si aduers.*

16 Nec tantum ratione cõnexitatis procedit id, quod supra; sed etiam quando idem esset delictũ, vt per *Maria. in c. pro posuisti col.* 7. *vers* 9. quæro de foro compet. id enim procedit primo ratione cõtinentiæ causæ iuxta *l. nulli de iudic.* & consistit in hoc, quia agitur ex eodẽ delicto, & ita loquitur *l. nulli,* sequantur diuersæ sententiæ absonum enim videtur, quod super eadem re diuersæ sententiæ sequãtur ita *gl. in l. 1. ff. de qui read. eu. ea.*

Est aduertendum, quod isto casu non est necessè, quod sententia, quo ad vnũ præiudicet alteri, vel præiudicari possit, iuxta *l. fundi & l. fundũ ff. de except.* sed satis est, quod possint ferri diuersæ sententiæ super eodem factum, & ita etiam dicit *Ias in d. l. nulli, col.* 2. fuit per Regiam Audiẽtiam prouisum, quod causa in eadem remaneret, à quo decreto fuit appellatũ à Magna Curia, & per eadem fuit cõfirmatum dictum decretum, fuit appellatum ad *S R.* Consilium, & ibi tãdem decisum, quod causa remittatur ad eandem Mag. Cur. quæ decreuit, quod causa remittatur ad Sindicatores, vna cum carceratis, & hodie die 24. Nouẽb. 1594. fuerunt præsentatæ prouisiones dictæ Mag. Cur. dictæ *Reg. Audientiæ,* quod consignaret carceratos in possessione Magnificorum Sindicorum, Actuarius fuit Not. Bernardinus de Buserijs, Iudex Moles, quæ nota pro defensione officialium amicorum.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum Rei.*

2 *Officialis Regius, tanquam priuilegiatus, & nexibus Curiæ, & Principis Legatus potest eligere eius consistorium, & in eo agere.*

3 *Officialis Regius, quod sit priuilegiatus perspicuè licet dum ipse non potest conueniri durante officio.*

4 *Nec potest conueniri, vt saltem Procuratorem mittat.*

5 *Priuilegiatus, & etiam curialis trahit ad Curiam ipsam supremam alium similiter priuilegiatum.*

6 *Fori priuilegium non solum habent curiales omnes, Aduocati, Procuratores, & Scriptores Curialium, sed omnes quicumque Curiam sequentes.*

7 *Leges, & sic de Offisiali specificè, non loquatur ad illum, tamen etiam extenduntur.*

8 *Text. in l. vnic. C. quando Imperator inter pupill. & vid. & si disponat in duobus casibus tantum à Senatu, tamen Pedamontano amplificatur ad alios infinitos casus, vt fori electionem habeant, prout extenditur etiam ad meretrices.*

ARGVMENTVM.

Officialis habet electionem fori vti priuilegiatus.

DECISIO XL.

Ex Viuio in addit. ad decis. 65. n. 7.

Licet Actor tenetur sequi forum rei litigando *cap. ex pertinentia. 11. quæst. 1. cap. cum sit generale de foro compet. & l. 2. C. de iurisdiction. omn. iud. & l. fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat, & Soccin. in tract. fallentiarum in reg. 10. Bartholomeus de Capua in glos. super verbo* constitutionibus capitulis, & pragmaticis Regni in constit. obscuritatem *num. 3. & 8. fol. part. 137.*

2 Tamen ille officialis tanquam priuilegiatus, & curialis, & nexibus curiæ, & Principis ligatus, & obnoxius potest eligere eius consistorium, & in eo agere ratione electionis fori, vt est *text. in cap. Regni* incipiens item quod si Clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus.

3 Et quod officialis priuilegiatus quippe sit præcipuè liquet dum ipse non potest conuenire durante officio, *capit. probibentur 2. quæst. 1 & l. 2. ff. de in ius vocand & l. parr litterarum. ff. de iudic. Bart in l. . ad leg. Iul. repetund. Felyn. in capit. legebatur, nu. 3. de maiorit. obed. & Carauit. in ritu 2. num. 28.*

4 Quod quidem hactenus verum extat, vt rationabiliter etiam amplificandum veniat locum quoque obtinere; quod minimè possit, tunc officialis ipse conueniri, vt saltem Procuratorem mitteret, vt per *Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio ff. si quis caut.*

5 Imò priuilegiatus ipse, & sic Curialis trahit ad Curiam ipsum supremam alium similiter priuilegiatum, *text. est in cap. Regni* inchoante, item quod nullus priuilegiatus.

6 Secundo itidem adducor ad iustificandam præsentem veritatem, ex *text. in cap. Regni* incipiente, Item quod omnes Curiales disponente, non solum omnes Curiales, Aduocatos, Procuratores, &

7 Scriptores curialium: sed etiam omnes, & quoscumque curiam sequentes habere fori electionem.

Tertio potest similiter improbari eademmet veritas hac palpabili ratione, nec licet leges allegatæ non loquantur, seu disponant specificè de officiali: tamen ad illum etiam, extenduntur, vt firmat in terminis *Quintill. Mandos.* in regula Cancellariæ Apostolicæ *in reg. 5. de reseru. num. 5,* vbi illam regulam loquentem de curialibus locum habere concedit, atque comprehendere etiam officiales.

8 Nec mirum est quia *text. in l. vnic. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* dum disponit solummodo in duobus casibus tamen illum amplificat sacer senatus Pedemontanus attestante *Thesaur. desion.* 177. in alijs casibus similibus idest procedere etiam in prereg minis cæcis, orphanis fugientibus ad Ecclesiam, pauperibus seruientibus Ecclesiæ leprosis, captiuis, mercatoribus, & Ecclesijs tanquam miserabilibus personis, prout extenditur quoque ad meretrices, vt illæ itidem habeant fori electionem, vt alias decisum extat in Sacr. Concil. Neapolitano attestante D. de Franch. in decis. 233.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium l. vnic. C. quando Imperat. competit ratione miserationis, & non paupertatis.*

2 *Clausulæ generales derogatoriæ, non sufficiunt ad derogandum priuilegio leg. vnic C. quando Imperator inter pupill. & vid.*

3 *Iurisdictio Audicoris Cameræ cõceditur priuatiue, quo ad omnes alios Iudices.*

4 *Vniuersalitas, & geminatio multum valet ad detegendam voluntatem disponentes.*

5 *Verba recipiunt interpretationem à subiecta materia.*

6 *Clausula quorum tenores babet vim specificæ, & indiuiduæ expressionis.*

7 *Verba vniuersalia, non sufficiunt in materia stricta, & odiosa.*

8 *Communitates vtuntur priuilegijs pupillorum.*

9 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

10 *Pupillus non potest renunciare priuilegio fori.*

Pu-

10 *Pupillus quandoque amittit priuilegium authoritate legis.*
11 *Defunctus potest donare res haredes.*
12 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*
13 *Iudex causa preparata dicitur Iudex etiam causæ preparantis.*

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona obligata in forma Cameræ, an debeat gaudere beneficio electionis fori.

DECISIO XLI.

Ex discursus Robusterij Rotæ Auditoris impressi apud Marchesian. de Commission. in tit. de Auocat. Causarum par. 2. §. 2. à n. 93. cum seq.

Fuerat Romæ coram Aud. Cam. vigore obligationis Cameralis vocatus pupillus extra suam Prouinciam, & quã uis esset diues nihilominus petebat in signatura Iustitiæ, ex *priuilegio l. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* auocari causam dictæ obligationis Cameralis à Curia, & committi alicui Iudici suæ Prouinciæ, ex quo priuilegium *d. l. vnic.* competit ipsis pupillis non ratione paupertatis, sed miserationis gratia propter illorum imbecillitatem, & fragilitate quicquid enim vident, ignorant, & rebus suis preesse nesciunt, & gubernantur à tutoribus, & administratoribus, qui plerumq; in eorum officio delinquunt, & siue sint pauperes, siue diuites, miseri sunt, & gaudent priuilegio *d. l. vnic.* iuxta *Azon.* & *Alben.* ibi, & aliorum plurium sententiam, quam cõmunem, & veram dicunt *Couaruuia. pract. quæst. cap. 6. nu. 2. versic. obtinet, in hoc priuilegium Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2 casu 66. n. 3. Marc. Anton. Natt. consil. 590. nu. 3. Roland. à valle cons. 76. n. 45. in princip.* quicquid idem dixerit *consil. 20. volum. 2.* nihilominus etiam stante huiusmodi præsuppositore maturè discussa in signatura Iustitię 12. Maij 1594. præualuit sententia, vt causa executionis dictę obligationis Cameralis cognoscatur in Tribun. *Aud. Cam.* & non in partibus moti sunt Domini ex illius facultatibus, in quibus habetur, vt de omnibus obligationibus in forma Cameræ, vbi vis locorum, & inter quascumque personas factis, faciendis quibusdam ibi exceptis, solus cognoscat, & alij quicumque Iudices in similibus causis nullatenus nulloque modo procedere possint inhibendo quibuscumq; iudicibus ne executionibus, & processibus præfatam obligationum de cætero ad instantiam cuiusuis personæ commu nitatis vniuersitatis capitulorum, & quo rumuis priuilegiorum quouis modo directè, vel indirectè se intromittere præsumant, ac insuper derogando amplissime quibuscumque constitutionibus, & regulæ de Iure quæsito non tollendo priuilegijs quibusuis quoquæ communitatibus vniuersalibus Baronibus, &c. & alijs quibuscumque Sedis Apostolicæ mediate, vel immediatè subiectis, & quibusuis alijs etiã Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Cardinalatus honore fulgentibus personis, vbi vis locorum existentibus pro quibuscumque causis concessis etiam si de illis specialis specifica, & expressa mentio &c. ex quibusuis facultatibus, & derogationibus visum fuit pupillos fuisse comprehẽsos, & sufficienter derogatum dicto priuilegio *l. vnic. C. quand. Imp. inter pupill. & vid.* nam licet *Cyn. Bald. Ang. Fulgos. Paul. de Castr. & Salyc. in d. l. vnic. & Bart. in extrauag. ad reprimend. in verb. non obstante*, & plures alij teneat clausulas derogatorias generales non sufficere ad derogandum priuilegio *d. l. vnic.* in corpore iuris clauso, ex quo illud cõcedtur de iure communi, & coniunctim communitati ipsorum pupillorum *glos. Bal. Paul. de Castr.* & alij *in l. 2. de iudic.* cum alijs per *Crescent. decis. 16. de priuil. alias 225. Anton. Gallesi. de oblig. Camer. in 2. par. tract. in 2. par. formul. oblig. Camer. q. 2. num. 6. pag. 54.* tamen quando prout hic constat de mente Papæ ex clausulis amplissimis cum clausula quorum tenores tunc intrat opinio *Alber. in d. l. vnic. in fin.* vbi asserit vidisse seruari contrarium, quod sufficiunt clausulæ generales, & plura cumulat *Rip. in terminis d. l. vnica & in c. 1. n. 54. & 55. de rescript. Ant. Gabr de reg. iur. conclus. 9. numer. 6.* potest enim constare de mẽte disponẽtis, tã ex clausulis positis in parte execut. quã dispositiua, *Bal. in l. eam, quam numer. 56.* hic autem tam ex verbis dispositiuis, quam executiuis, constat de mente Papæ, vt

voluerit comprehendere in huiuſmodi ſpecie executiones obligationum Cameralium perſonas de *Iure commun;* priuilegiatos. Nàm hic & *Ang. in leg. teſtamenta omnia C. de teſtam. & Aretin. conſil.* 102. *col.* 1. *circa med. Dec. conſil.* 3. *numer.* 3. *& ſequen. & conſil.* 550. *poſt princip. & conſ.* 664. *col.* 2. *Couar. in Clem. Alma mater, in par.* 1. §. *fin. numer.* 3. *de ſentent. excomm. Riminal. Iun. de donat.* §. 1. *numer.* 179. *cum plurib. ſequentib. Rolan. à Valle conſil.* 48. *numer.* 2. *lib.* 2. multifariæ diſtinguant quando iuriſdictio conceditur alicui, an cenſeatur conceſſa priuatiuè, vel cumulatiuè, preſertim reſpectu ordinariæ iuriſdictionis in his tamen facultatibus expresſè concedirur Aud. Cam. hic iuriſdictio quoad executionem obligationum Cameralium priuatiuè, quo ad omnes Iudices,& ceſſat hæc difficultas, vt poſt *Iacob. Butr.* animaduertit *Rimin. conſil.* 7. *numer.* 6. in 4. ſolum enim videndum eſt hic, an ſint comprehenſi pupilli, & derogatum illorum priuilegio, & dicet fuiſſe comprehenſos, & ſufficienter derogatum primum ex eo, quod conceditur Audient Cam. iſta ſpecies cauſarum executiones obligationum Cameralium, preter illarum naturam qualitatem vniuerſalis iuriſdictio priuatiuè quo ad alios, & in fortioribus terminis de iuriſdictione vniuerſaliter conceſſa laico in reliqua ſpecie cauſarum quod in illis cauſis comprehendantur perſonæ priuilegiatæ etiam de *Iure* communi, atque Diuino, prout ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ tenet *Hoſtien. Bal. Zalo. & Abb. in c. cæterorum, n.* 6. *verſ. vlt. iudico iſtum tex.* & poſt eū *Butr. Aret. Barb. & Dec. de iudic.* & præſertim *Felyn. col* 2. *n.* 3. *verſ. dicit hic D. Andr. & in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in fin.* 1. *quæſt. col.* 29. *nu* 63. *& ſeq. verſ. vlt. non omitto de conſt.* & in laico Domino feudi, vt cognoſcat de cauſa feudi actiuè,& paſſiuè inter vaſſallos, & Eccleſiaſticos,& quamuis dignitate Eccleſiaſtica *S. Mariæ de conſtit. & in c. cæterum de iudic.* & latè *Iaſ. in prælud. feud. col.* 3. *quæſt,* 2. *n.* 5. *&* 6. *verſ an autem iſtæ conſtitutiones, & in ſtatuto de inſinuan. vel public.* teſtamentis coram Iudice laico, tenet *Bal. Paul. de Caſtr. Alex. Corn. Iaſ.* & alij *& in l. teſtamenta omnia. & in l. conſultæ de valia C. de teſtam. Iaſ. in prælud. q.* 1. *n.* 6. *verſ. ad præſata ſex.* hoc itidem

deducitur ex quam plurimis clauſulis vniuerſalibus,& multipliciter geminatis non ſolum reſpectu perſonarum locorū, & quorumuis priuilegiorum, & priuilegiatarum, ſed etiam reſpectu cauſarum ipſorum priuilegiorum, quæ vniuerſali-
4 tas,& geminatio multum valet ad degādam voluntatem diſponentis in materia odioſa,& exorbitanti, *l. bali ſta,* & ibi notatur ad trebellia, & in *l. Imperiū de iuriſd. omn. iud.* cum alijs per *Rom. conſ.* 271. *viſis Soccin. conſ.* 266. *n.* 4. *&* 5. *in* 2. *Ant. Gabr. d.* 2. *verſ. ſignis concluſ.* 4. *Dec. in l. vnic. in* 5. *not. C. de errore calculi Mādoſ. in reg.* 33. *de ſig. per ſiat q.* 11. *nu.* 4. & circa ea, quæ requirunt ſpecialem, & expreſſam mentionem *Felyn.* in tractatu quando literæ Apoſtol. noceant patro in 4. ampliat, & in *cap. poſtulaſti col* 4. *verſ. declara præfacta de reſcript.* cū alijs per *Rot. deciſ.* 32. alias ac etiam circa priuilegia omnia cum huiuſmodi dictiones quorſcunq; in ſimiles ſunt collectiuè,& comprehendantur omnia ſimultanea *Bart. in l. hoc articulo n.* 3. *&* 6. *de hæred. inſtit. & in l. ſi ex toto* §. *ſi ita de leg. Felyn. in cap. in noſtra* 38. *correlat. de reſcript.* cum alijs per *Lambær. de iure patr. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt* 9. *art.* 7. *&* 34. *n* 369. *&* 377. *Pariſ conſ.* 97. *n.* 2. *in* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 58. *n.* 17. 18. *&* 19. *part.* 2. vbi poſt *Dec. Aym.* & alios id ampliat etiam ſi in vno ſic maior ratio, quam in alio pręſertim, vbi non adeſt reſtrictiua, alioſque quandoq; reſtinxit ad paria, vel ſimilia *Roman. conſ.* 32. viſis vbi bona additio *Creſcent. deciſ.* 32. *Mandoſ. in reg.* 27. *qu.* 5. *n.* 5. & tanto magis cum hic adſit non ſolum vniuerſalitas, & geminatio affirmatoria affirmet *gloſ. Oldr.* & alij per *Dec. conſ.* 3. *n.* 4. *& ſeq. & conſ.* 640. *n.* 9. *Mand in reg.* 27. *q.* 4. *n.* 3. cum ſeq. & *in reg.* 34. *q.* 88. *n.* 2. *& ſeq.* & cōprehēdit, maiora,& extra ordinaria, ac inſolita *Paul. de Caſtr. conſ.* 170. viſo proceſſu contra ſcripto *col. fin. lib.* 2. *Aym. conſ.* 309. *n.* 6. & multo magis cum ſubiecta materia de qua agitur comprehendit has perſonas de *Iure* cōmuni priuilegiatos, vt dictū fuit,& verba reſpiciūt interpretationem à ſubiecta materia *l. ſi vno in prin.* & ibi *glo. loc.* cū alijs per *Dec. in l. non vult. hæres eſſe n* 8 *de reg. iur.* & multo ēt magis cū hic ſit facta expreſſa mentio de quibuſuis priuilegiatis, & de priuilegijs, ex quibuſuis cauſis conceſſis, & ſic de re, de qua agitur ſaltē in genere

quo

quo casu *Cyn.* & alij *in dict. leg. vnic.* admittunt quod clausula non obstante derogat dicto priuilegio, & hoc nullam habet difficultatem, ex quo hic post præmissa sequitur clausula quorum tenores, quæ de stylo Curiæ habet vim specificæ, & indiuiduæ expræssionis *But. cons. 2. Cassad. sup. reg. decis. 38.* & in terminis proximis est *decis. Peregr. Fab. 27.* incipiens in vna Leodien. coram *Put.* & plura cumulat *Rip. in d cap. 1. nu. 54. & 55. de rescript. Ant. Gabr. de reg. iur. conclus. 9. nu. 7.* quamuis in materia stricta, & odiosa, quandoq; non sufficiant verba vniuersalia, vt dicatur satis fuisse de aliquo in genere cogitatum, *l. si de cætera*, & ibi notatur *C. de transact. Soccin. cons. 166. num. 15. in 2. causa* id non procedit, vbi concurrunt, tot, & tanta, de quibus supra, nec procedit quando salua ratione recti sermones, verba sunt adeò clara; quod res, de qua agitur probabiliter non potest effici dubia, *Bald. in d. l. si de certa col. 2. in fin.* & ibi *Angel. Paul. de Castr. Alex. Iason. & cæteri C. de transact. Corn. consil. 139. col. fin. vers. nec obstat vol. 2. Afflict. decis. 285. n. 7. Rota diuers. decis. 54. nu. 2.*

Hoc etiam, & tertio ostenditur, quia nedum fuit cogitatum in genere de materia rei, de qua agitur hoc est de quibusuis priuilegiatis, & priuilegijs ex quibusuis causis concessis, quorum tenores &c. sed etiam in specie de pupillis viduis, & miserabilibus personis, quia expressè dicitur de vniuersitatibus, & communitatibus, in quibus sunt pupilli viduæ pauperes, & aliæ per-
7 sonæ miserabiles, & reguntur, & gubernantur per administratores plurimumque annales, & æquiparantur per modum regulæ ipsius pupillis, *l. respublica, C. ex quibus causis maioris*, & bene per *Corn. consil. 184. nu. 4. volum. 1. Soccin. consil. 66. num. 3. & seq. in 4. Alciat. consil. 167. & 227.* cum pluribus alijs per *Rol. à Vall. cons. 68. num. 2. & seq. Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst. 6. artic. num. 3. & seq.* & vtuntur dictæ
8 communitates priuilegijs pupillorum, & viduarum, *l. si communem quemadmodum seruitutes amittantur*, cum alijs per *Alexand. consil 222. numer. 15. 16. & 17. in 4. vti benè addit. Felyn. in c. 1. de rescript. Iason. in l. si emancipati, numer. 5. cum pluribus sequen. C. de collat. Crescen. decis. 206. alias 9. de re iudicat.* & saltem de varijs circumstantijs Iudex cuius iudicio hoc relinquitur *Menoch. de arbitr. Iud. casu 66. lib. 2.* poterit arbitrari, quod multæ ex his communitatibus, & vniuersitatibus, sunt miserabiles, aut illis similes, & cum dictæ communitates, & vniuersitates sint expresè, & vniuersaliter comprehensæ in his facultatibus, & amplissimè derogatum eorum priuilegijs satis ex hoc apparet, quod est facta mentio de ipsa miserabilitate, & militet eadem, aut maior ratio ad effectum derogationis priuilegiorum pupillorum, vt intret opinio *Cyn.* & aliorum *in dict. leg. vnic. Calder. causil. 5 1. circa med. de priuileg. Rip. in dict. capit. 1. numer. 55. de rescript.*

Sunt etiam exempti dumtaxat duo casus ab ista vniuersali iurisdictione executionis obligationum cameralium, quæ exceptio firmat regulam in contrarium concurrunt præterea tot, & tanta, vt clarè dicatur constare de mente Papæ ad effectum, de quo agitur late *Roman. consil. 436. & 498.* per totum, *Cassad. decis. 1. de procurator.* & cum Papa possit fingere, & habere pro expresso, & id quod in indiuiduo erat exprimendum; & illud habet vim singularis, & indiuiduæ derogationis *Butr. consil. 2. Cassad. super regul. decis 38.* cum alijs per *Gabr. de clauf. conclus. 5.* esset minus restringere potestatem Papæ, si cum his amplissimis clausulis, non posset derogare priuilegijs in corpore iuris clausis *Federic. de Sen. consil. 47.* & plures alij per *Rip. in d. cap. 1. numer. 55. de rescript.* ex his igitur constat nihil obstare, *Cyn. Bald.* & alios *in d. l. vnic. Bart. & Crescent.* supra citati; vltra quod *Crescent.* loquitur in paupere, & priuilegio dato magno Magistro in fauore publico, & ratione personæ. Hic vero est data vniuersalis iurisdictio in huiusmodi speciæ causarum ratione qualitatis, & naturæ causarum, qui casus multum inter se differunt, ex subiecta materia, & alijs per *Angel. in l. testamenta omnia C. de testam. Aret. cons. 102. col. 2.* & alijs supra citatis, & non fuerat in genere, nec in specie cogitatum de huiusmodi miserabilitate personarum, prout hic.

Non obstat, quod in casu isto pupillus non obligauerit se in forma Cameræ, & cum non fuerit cœptum

f 3 iudi-

iudicium viuente patre pupillus hæres est conueniendus, nō in foro patris, sed in suo, *l. hæres absens, l. ijs qui Rota* & ibi *Natt. de iud.* cum alijs per *Couar, pract. quæst. c. 8. num. 3. in fin. vers. tertia conclus. & nu. 3. Galef. de oblig. Cam par. 2. & q. 2. fol. 38. cum plurib. sequentib. & num 3. & alijs.*

Nec obstat, quod Pupillus istæ sit hæres patris, qui contraxit; & obligauit se in forma Cameræ, nec potest pupillus renunciare dicto priuilegio, vt notatur, *d. conf. 590. n. 15. in tertio.* Nam respondetur, quod licet pupillus non possit renūtiare dicto priuilegio *l. vnic.* quādoq; tamē authoritate legis illud amittit veluti, quando lis cœpta cum defuncto, *Paul. de Castr. in d. l. is, qui Romæ de iud.* cum alijs per *Couarr. & Gallef.* supracitatos, & id quando non est cœptum iudicium cum defuncto, sed ipse defunctus expresse obligauit, & submisit se, & suos hæredes iurisdictioni A. C. quæ isti duo casus æquiparantur ad effectum, de quo saltim agitur in pupilli laico, vt in terminis tenet *Cagnol. in l. 1. n. 23. circa med. de iurisd. omni. iud. Gallef. d. par. 2. quæst. 2. n. 5. in fin nu. 54.*

Nām cum *Defunctus* possit nè dum obligare, sed etiam expræssè donare res hæredis, & de illius rebus disponere, & hæres tenetur habere ratum factum defuncti, si vult esse illius hæres, *l. cum matre C. de rei vendic. Alexa. in l. hæredes seruus de leg. & conf.* 173. *nu. 4. ibi addit. 4. Ant. Gabr. de reg. iur. consul. 11. in princip.* & virtus dicti contractus sit transitoria ad hæredes, vt post alios latè cumulat *Gall. d num*, 38. natura, & qualitas dictæ obligationis trahunt ad se personas priuilegiatas, non autem persona trahit ad se contractus, vel causas, vt inquit *Bal. in cap. 1. col. 2. de contractibus feud.* apud pares, & in pupillo refert, *conf.* 83. *num. 7. ante fin.* cum alijs per *Iason. in prælud feud. quæst. 1. nu. 6. vers. ad præsect.* addē, & id faciunt qui de natura causæ dicūt *Paul de Castr. Corn.* & alij *in d. l. testamenta omnia, & in l. consulta dnalia C. de testam.* quæ tanto magis procedunt in casu isto in quo tollitur priuilegium pupillo totaliter, sed limitatur, & minuitur tantum in causa executionis obligationis Cameralis, vt dicunt *Roman.* & alij per *Gallef. in 2. par. formula quæst. 1. nu. 5. pag. 51.* quæ limitatio, seu diminutio priuilegij continet longe minus præiudicium quam abrogatiuo, vel derogatiuo *Franch.* & alij *in cap. si duobus, vers. quid autem si laicus, & in cap. si dilectus col. 8. vers. 7. quæritur de appellat Felyn. in c. quoniam n. 12. de constitut.* Non obstat, quod non constet in actis huiusmodi pupillum esse hæredem patris.

11 Nām hæc pertinent ad A. C. qui cū sit Iudex executionis obligationis Cameralis, & sic causæ præparatæ est Iudex etiam causæ præparantes, & debet in primis videri, an sit hæres, vel ne, vt per *Gallef. supra citato num. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Sindicatores sunt officiales Regij.*
2 *Tribunal superueniens an sit competens.*
3 *Vidua semper variare potest.*
4 *Viduarum priuilegium, etiam vbi ex officio proceditur locum habent.*
5 *Vidua maiorem cōmoditatem habet pro sequendi ius suum, in propria Patria, quam alibi.*
6 *Actio contra eximentem carceratum datur parti.*
7 *Vidua variando potest adire magnam Curiam.*
8 *Electio non dicitur vbi datur restrictio.*
9 *Officialis nequit deponere officium ante successionis aduentum.*
10 *Carcerati sindicari potest.*
11 *Affectatum Tribunal per viduam potest eligi,*
12 *Reformationes prosunt carceratis.*
13 *Sindicatores quam Iurisdictionem habeant in Officiales.*
14 *Priuilegiatus non trahit priuilegiatū.*
15 *Accusatis pluribus diuersæ iurisdictionis, vbi trabitur dignior, ibi alijs, & hinc laici delinquentes cum Clericis per Ecclesiasticum puniuntur, & Iudex, qui non est ratione connexitatis efficitur.*
16 *Connexitates ratione cur ad idem Tribunal causa remittatur.*

ARGVMENTVM.

An miserabilis persona accusans in Regia Audientia officialem, coram Sindicatoribus querulare possit.

DE-

DECISIO XLII.

Ex Follet. in constit. statuimus n. 128.

FVit querulatus in Regia Audientia Principatus citra, Quidam officialis per viduam eo quod occisores mariti aufugi fecit, à Carceribus; fuit quæsitum, numquid possit variare ipsa vidua, & querulare coram Sindicatoribus Electos ad sindicandum illum officialẽ: in quo casu subsequentes Iurium allegationes feci, Christus adsit. In causa Magnifici Io. Baptistæ Sellaruli; præsupposito themate, quod vidua ad cuius querelam processit Regia Audientia possit variare, & petere causam remitti ad Sindicatores Electos ad sindicandum eundem Ioannem Baptistam olim Capitaneum Terræ Giffoni, sequẽtibus fundamentis probo.

Primo præsupposito, quod Sindicatores sint Iudices Regij, & vero competentes, pro gestes, & administratis in officio contra officiales; & quod ad eos sit regulariter remittendus officialis alibi conuentus *l. 1. C. ad Iul. repetund. & in auth. vt vi. si quo supra §. necessitate, & l. 1. C. vbi de ratio.* Præsupposito etiam, quod vidua possit variare; dico, quod facta variatione per viduam sic facienda remissio.

2 Concurrunt enim omnia requisita, & si dicatur, quod tempore querelæ expositæ, non erat adhuc in rerum natura, Tribunal sindicatorum, quod modo eligitur, quia durabat officium, sed superuenit, ex post facto; dico quod cum istud Tribunal habeat Ius, ex causa de præterito superueniens lite pendente, secundum illud est iudicandum: & perindè habetur, ac si à principio fuisset, *l. si mandauero tibi, vt à titio ff. mand. cum concord. in glos.* & ita concludunt omnes *in cap. fin.* vt lite pendente.

3 Minime etiam dubitandum est posse viduam virtute sui priuilegij quocũq; tempore, variare etiam causa appunctata, & existente in termino expeditionis, vt superius dixi.

4 Nec etiam quicquam facit, quod hic Magnificus Ioannes Baptista inquiratur de baractaria, quo casu, etiam citcumscripta querela, & durante officio poterat conueniri, *l. iubemus C. ad l. Iul. repetunt*, quia priuilegium viduæ non est arctatum à Iure; vt tantummodo procedat eo, in casu vbi non posset procedi ex officio, vel vbi tantummodo interesse ipsius verteretur; sed bene procedit in quocumque casu, tam vbi simpliciter posset, procedere ad solam querelã viduæ, & suum, tantummodo consideraretur interesse, quam etiã si posset procedi ex officio, & alterius interesse verteretur, *l. vnic. C. quand. imperat.* & *constit. præsens.* generaliter, loquuntur, ergo generaliter debent intelligi. Id enim tantum consideratur, numquid Iudex electus ex variatione sic aliàs competens, vt dicit *Afflict.* hic, & esse competentes Iudices sindicatores, tàm ex iuris communis, quam Regni decisione, nemo est, quin nesciat.

5 Nec etiam negari poterit; maiorme communis, quam Regni decisione, nein prosequendo ius ipsius, coram sindicatoribus, quam in Resgia Audientia quippe cum ibi sit in propria patria, vbi paratiores habet testes, & probationes, & cum minoribus impensis, & inco mmodo; quæ omnia non in concione commemorantur per *tex. in d. l. 1.* cur ergo dicemus priuilegium variandi non dari in isto casu certè non video, Iudex qui eligitur est competens, & etiam Regius, maior commoditas concurrit tempus quo ius variandi datur adhuc durat Regia Audientia est adita per ipsam viduã suo exposcente priuilegio; modo variat, & ex causa, ergo omni modo dicimus locum esse remissioni. Imò circumscripto priuilegio, officialis ad sindicatores de Iure remittitur, *d. l. 1. C. ad leg. Iul. repet.*

6 Nec nouum est dari parti actionem criminalem, contra eximentes carceratum, aut aliter, vt fugiat tractatum *l. si per alium §. in eum ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi.* & si datur actio, datur, & variatio respectu illius actoris; alias priuilegio suo defraudaretur, & priuaretur vidua.

7 Confert prædictis; nulli enim dubiũ esse debeat, quod vidua posset variando à dicta Regia Audientia adire Magr. Cur. cur ergo non possit adire Sindicatores; causam non video; eadem enim ratio in vtrisq; militat, ergo idem Ius statuum est. Non enim dicitur electio; vbi datur restrictio *Bald. in l. 1. in fin. C. de furt.*

9 Nec obstat, quod officialis non debet de-

debet deponere officium ante aduentũ successoris. Sed quod illud expectare debeat *leg. meminisse ff. de offic. proc.* Et ideò si aliter factum fuerit, deponendo officium, & eligi faciendi sindicatores in fraudem videatur factum, vt sic habeatur tribunal dictorum Sindicatorum, & faueat dicto inquisito, & secum gratiosè, & leniter agat, & tandem effugiat condignam pœnam: quia dico, quod verum est officialem non debere deponere officium ante aduentum successoris, sed debere officium exercere, tamen si impeditus, & non posset non tenetur *glos. in d. l. meminisse*, cum ergo dictus Magnificus Ioannes Baptista reperiatur carceratus, & sic impeditus exercere officium, licitè deposuit illud, ante aduentum successoris, licet rei veritate successor aduenerat, præhabito hoc, quod licitè fuerit depositum officium quid aliud restabat, quam quod eligerentur Sindicatores certè nihil.

10 Nec ad reddendam rationem occasione carceratis minus idoneus videri debeat dictus Ioãnes Baptista, vel aliquid fortè diminuatur de iuribus volentium querulare: quia imò potius grauatur ipse Ioannes Baptista, quam volentes secum expediri, idque pateat ad sensum.

11 Nec impeditur priuilegium viduæ si dicatur affectatum tribunal sindicatorũ, quia videmus sæpè viduas causas deuolutas earum exposcente priuilegio ad tribunalia Regia inferiora Baronum, & tamen certò scitur tribunalia illa per affectationem eligi, & quia procliuius carcerati tractantur, & id fieri gratia carceratorum.

12 Nec etiam nouum videri debet, carceratos posse, & debere gaudere reformationibus factis de nouo ipsis ex stentibus in carceribus, aut alijs, quæ quoquomodo possent commoditatem, vel incommoditatem afferre, id enim expressè voluit *Bart. in l. Domitianus. ff. ad Turpi.* cum ergo, ea quæ ipsis carceratis existentibus de nouo fierent extendantur etiam ad ipsos carceratos, sequitur quod tribunal sindicatorũ post carcerationem erectum extenditur, etiam ad ipsum Ioannem Baptistam carceratum, vt eligi possit, non enim eligitur tribunal illud ex priuilegio de nouo superueniente carceratione facto; sed ex priuilegio, quod semper inerat, & inest, vnde sat enim est, quod tempore quo vidua eligere voluerit, illud virtute sui priuilegij, illud sit, vel esse potuerit. Cõcludo ergo omnino locum esse remissioni, aliæ enim dubitationes factæ fuerũt, & ideo alias allegationes feci, quæ sunt.

13 In causa Magnifici Ioannis Baptistæ Sellaruli, alias scripsi ad præsens autem insurgit dubium, ideo nouam resolutionem oportet querere. Concludebam enim ex priuilegio viduæ, variantes causam debere remitti ad Magnificos Sindicatores non obstante, quod delictum de quo inquiritur fuerit deductum in Audientia durante officio; & tempore quo non erat erectum Tribunal ipsorũ

14 Sindicatorum, quia licet verũ sit, quod eo tempore sindicatores non possent cognoscere; quia durabat officium, & propterea Sindicatores non poterant, nec actu, nec habitu habere iurisdictionem, sed benè ordinarius, qui actu, & habitu semper habet iurisdictionem, etiã durante officio cognosceret, prout ita loquitur *Par. à Put. in tit. de offic. Sindic. vers. pone quod vniuersitas versus fin.* tamen cum per depositionem officij, & electionem sindicatorum tribunal ipsorum in esse deductum fuerit, & simus in iure particulari, & non in regula, sequitur nulli debere esse dubium priuilegio, & sic iure singulari exposcente causam debere remitti, in alijs autem officialibus, qui nullo priuilegio exposcente peterent remitti, vtique doceri, & dictum *Par.* licet ex doctrina allegata non proberet procederet.

15 Nec tantum, vt nouum responsum do mus dimitti debeat ad instantiã viduæ, sed etiam pro alia occasione facta per alium, non priuilegiatum, quoniam cũ vnicum sit delictum, & eodem contextu commissum, licet in plures; per notata per *DD. in l. numquam plura de pu. iu.* & *l. hos accusare de accusat.* & in alijs locis ordinarijs per DD. coram eodem Iudice tractanda est causa, vt ex *text.* in indiuiduo causam decidenti *in l. qui de crimine C. de accusationib.* vbi clarè probatur, quod & si plura sint delicta ex vnico facto causam tractari debet coram eo Iudice, quanto magis hoc procedit, vbi vnicum est delictum.

Et hoc etiam procedit in pluribus accusatis diuersæ, & disparis iurisdictionis, non respectu prorogationis; sed respectu prorogationis; sed respectu connexitatis iudicij, & tunc vbi trahitur dignior

gnior trahentur, & alij secundum *Bart.* post *Dyn. in l. iuris peritos* §. 1. *ff. de excusat. tutor. & in l. præcipimus*, & eadem obseruando *C. de appell.* & sic si vnus esset Clericus, etiam laici remittentur ad Ecclesiasticum fuit dictum originale *Ant. de Batoueter. in l. 1. in fin. ff. quæ sensi aperte, & sequuntur DD.* & per *Felyn. in rubr. de appell. Barba in l. 1. §. si stipulati ff. de verb. oblig. in fin. & in l. 2. in princip. ff. eodem tit. Alex. in l. nulli ff. de iudic. Mathes. in singul. 144. Alex. consil. 151. in 2. lib. & cons. 1204 lib. colum. 5. Bart. in l. fin. 3. col. ff. de colle. illi. Aret. cons. 29. col. penult. in fin. Abb. consil. 33. col. 5 i. 2. lib. Bart. in l. de iure in fin. ff. de munic.* & alios plures, quos breuitatis causa non refero. Ratione enim connexitatis, & dependentiæ, illæ qui non est *Iudex* efficitur Iudex secundum *Innoc. in capitul. cum de consit. in fin.* & alios ibi & *Felyn. in cap. super literis de rescript. in versic. An sit sua iurisdictio, col. 1. Soccin. consil. 243. colum. 2. Bart. in l cum reg. secundum primam lecturam, C. de sentent. & inter omn. iud. Castrens. in l. fin. C. si aduers.*

16 Nec tantū ratione connexitatis procedit id, quod supra sed etiam quando idē esset delictum, vt per *Maria n. in cap. proposuisti col. 7. vers. 9. quæro de foro compet.* id enim eo procedit primo ratione continentiæ causæ iuxta *l. nulli de iudic.* & consistit in hoc, quia agitur ex eo dē delicto, & ita loquitur *l. nulli* sequatur diuersæ sententiæ absonum enim videtur, quod super eadem re diuersæ sententiæ sequantur ita *glos. in l. 1. ff. de qui re adeū. cu. ea.*

Et est aduertendum quod isto casu non est necessè, quod sententia; quo ad vnum præindicet alteri, vel præiudicari possit iuxta *l. fundi, & l. fundum ff. de except.* sed satis est quod possint ferri diuersæ sententiæ super eodem facto, & ita etiam dicit *Iason. in d. l. nulli col. 2.* fuit per Regiam Audientiam prouisum, quod causa in eadem remaneret à quo decreto fuit appellatum à Magna Curia, & per eadem fuit confirmatum dictum decretum, fuit appellatū ad S. R. Consilium, & ibi tandem decisum, quod causa remitteatur ad eandem Magnam Curiam, quæ decreuit quod causa remittatur ad sindicatores vna cum Carceratis, & hodie die 24. Nouembris 1594. fuerunt præsentatæ prouisiones dictæ Magnæ Curiæ dictæ Reg. Audie n. quod consignaret carceratos in posse sione Magnificorum Sindicatorum Actuarius fuit Notarius Berardinus de Buserijs, Iudex Moles, quæ nota pro defensione officialium amicorum.

SVMMARIVM.

1 Spurij non gaudent fori electione, & ampli n. 4. sed contrarium n. 6.
2 Spurij neque amabiles apud Deum, neq: apud homines honorabiles.
3 Spurius non intrat in Emphiteusi pro se, & filijs.
4 Bastardi non sunt Nobiles.
5 Argumentum de maiori ad minus, valet in materia legitimationis.
6 Legitimatio videtur imitare naturam.
7 Potestas delegati legitimandi non potest extendi.
10 Vxores duas simul habere est peccatum.
11 Legitimatus vna cum alijs legitimis naturalibus admittitur æqualiter ad successionem bonorum.
12 Legitimatio facit cessare nomen spurij.

ARGVMENTVM.

Pupilli Spurij An comprehendantur sub dispositione l. vnic. C. quando Imperat. inter pupil. & vid.

DECISIO XLIII.

Ex Marchesan. de Commis. tit. de Auocat. caus. part. 2. §. 2. à nu. 112.

1 Sed exhoriri aliud dubium potest an sub tali priuilegio spurij comprehēdantur, vti etiam illegitimi, & pro parte negatiua dicebatur legem de filijs loquentem reprobatos non continere sicut sunt isti spurij, *Bald. in l generaliter, & in §. cum autem maximè sub n. 2. C. de incest. nupt. Tiraquell. de nobilitate c. 15. n. 14. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 42. & 43. de constitut.* eo quia nec apud Deum amabiles, nec apud homines honorabiles sunt, *cap. si gens 56. distint.* & ob id excluduntur à priuilegijs Principum, quia illos de tali abominosa prole cogitase minimè præsumendum venit, *Ang. in d. §. cum autem nu. 7. Manzer.* di-

dicitur de ſtorto natus ſpurius de concubina à ſporcitia incontinentiæ. Notus ex adultera, qui quaſi videtur filius, & non eſt ob id illegitimus repellitur ab Eccleſia in ordinum ſuſceptione ſacrorum *cap. cum in cunctis de elect. Innoc. iu c. niſi cum pridem num.* 10. *de renunc. vbi Bald. verſ. nota litteram*, dicens ſuperiorum nomine tanquam generale omnes capere. Nec facit ſi dicatur etiam ratione gratis, & imbecillitatis tale priuilegium, ex naturali æquitate omnibus conceſſum & ſic vt generale etiam ſpurios comprehendere, vnde ſicuti aluntur cum alijs etiam cum illis frui debent priuilegio præfato *quia ſicut non comprehendit* viduam inhoneſtam, ſed solum
3 honeſtam, vt dixi in emphiteoſi pro ſe, & filijs ſpurijs non intrat, ita neque in hoc latè *Tiraq. in l. ſi vnquam verb. ſuſ-*
4 *ceperint, n.* 14. qui illos à multis excludit *C. de reuoc. donat.* Immò quod plus eſt idem ſi fuerint legitimati locum habere: ſecundum *Bald. in d. §. cum autem nos*, dicendum eſt eo, quia ſemper remanet macula, *Hier. Gabr. conſ.* 53. *num* 3. *& ſeq vol.* 2. *Cordub. de priuat. obliu. fin. num.* 76. *ſubdens Bald. in c. innotuit col. fin. verſ. per hoc de elect.* quod baſtardi
5 non ſunt nobiles, nec de domo nobiliũ, quia nõ decidunt ab aliquo fonte, qui ſint nobiles, ſed de ſanguine putrefacto, quãuis *Bar. in l. ſi quis pro empt. n.* 29. *ff. de vſucap.* contrariã aſſerat, & quod gaudeat præfato priuilegio, quia militat eadem miſerabilitatis ratio in legitimato, quod præcipuè DD. in hoc conſiderant, cum in omnibus ſit legitimo ſimilis, *Gabr conſil.* 21. *numer.* 26. *vol.* 1. *& ſequitur Rota diuerſ deciſ.* 367. *num.* 8. *&* 13. *part.* Secundæ huic opinioni aſſentiendum magis de Iure cenſeo moneorque pluribus rationibus, & authoritatibus, & primò ſi tales ex priuilegio, & legitimatione ad id, quod plus eſt habilitati ſunt, *puta ad Eccleſiaſtic.* dignitates actus ſpirituales Nam in materia legitimationis optimum eſt argumentum de maiori ad minus, *Abb. in d. cap. per venerabilem num.* 6. *Felyn. in c. poſtulaſti col.* 11. *verſ. limit.* 2. *de reſcript.* præterea ſi iſti, qui legitimandi habent priuilegia vel à Papa, vel ab Imperatore ex authoritate ſibi *conceſſa ad omnia, vti ſi legitimè or-*
8 *ti eſſent*, ab initio habilitant eo, quia videtur eſſe actus iſte retrahere, & imitari naturam meritò ad iſtud quoque priuilegium cõſequendum habilitatus erit dicendum, quia qui omne dicit nihil excludit *l. à procur C de mand. l. ſi pluribus l. ſerui §. fin.* vbi *Bart. ff. de legat.* 1. *Alex. conſ.* 177. *per tot. vol.* 5. ea nempe legitimatio, vel priuilegium à Principe conceſſum ex eius authoritate impertimur omne maculam natiuitatis tollit, & abſtergit, vt in terminis *Bald. in l. nam ita diuus num* 2. *ff. de adop.* etiam ex iure cõmuni inſurgit, vt per *Bal. in l. item Lapilli num.* 5. *verſ. & nota, quodiu priuileg. ff. de rerum diuiſione Bart in l. nulla n.* 1. *verſ. Dinus tenet vltimam. ff. de leg.* 1. *C. de*
9 *theſaur lib.* 10. *Dec. conſ.* 164. *n.* 4. licet de legati poteſtas legitimandi neque tabelliones creando non poſſit extendi. Ratio eſt quia ſuprema requiritur authoritas; *Innoc. in c. cum P. tabellio numer.* 4. *de fid. inſtr. Bal in c.* 1. *col.* 5. *verſ. idem nota*, quod non poteſt de officio deleg. & id quia ſunt contra naturam, & miraculum de non legitimo legitimum facere, & de infamia bonæ famæ, & ſic viros vnde *Bal. in c. ex transmiſſa col* 2. *verſ. in textu ibi de reſtitut. ſpoliator.* dicit baſtardos effici legitimos quaſi reſtitutos legitimati, & à iure ſtatum eſt, quod filij in concubinata geniti, nõ efficiantur legitimi, niſi interueniantur matrimonialia, inſtrumenta, cum aliquo dotis cõtractu, & per matrimonium ſpurij nõ *poſſunt legitimari, quæ non ſunt naturales, nec legitimi, ſed contra naturam nati.* Vlterius duas habere vxores ſimul eſt peccatum contra naturam cum in *l.* naturæ à Deo creatas ſcriptum ſit, erunt duo in carne vna.

11 Rurſus ſi legitimatus vna cum alijs legitimis, & naturalibus, æqualiter ad ſucceſſionem bonorum paternorũ admittitur, & alijs deficiẽtibus ſolus agnatos excludendo ſuccedit *Bart. in l. cum acutiſſimi num.* 7. *C. de fideicom. & in l. ex facto num.* 3 *vbi Bal. & Alex. conſil.* 188. *num.* 17. *vol.* 5. *Abb. in d. cap. per venerabilimum n.* 3. *qui filij ſunt legitimi Caſtr. in l. ſed ſi hac §. patronum numer.* 6. *&* 7. *C. de in ius voc.* ac conſeruet familiam vt met legitimi, & naturales, *Alexan. d. conſ.* 11. *numer* 11. *vol.* 1 *Tiraquell. in l. ſi vnquam num.* 67. *verſ. ſuſceperint C. de reuoc. donat.* ita pariter in hoc priuilegio alias ſequeretur abſurdum, quod nulla daretur differentia inter ſpurium, & hũc legitimatum Principis authoritate munitum, & omiſſis multis quæ per DD. in

hoc

hoc articulo dicuntur hæc mihi tutior, & communior videtur sententia.

12 Quamuis legitimatio, adeo spurij nomen cessare faciat, quod talis amplius di ci nequeat, *l. imperialis. § itaque vbi Bal. & Salyc. C. de nupt.* ob id ex pacto in emphitesim succedere potest etiã patri *Bal. in l. 2. n. 5. C. de iur. emphit.* Ratio est, quia stipulans vti libera persona alio in cuius fauorem stipulatio cõcipitur ius acquirit *Bal. in authent quas ruinas n. 3. vbi Barbat. in addit. C. de sacrosanct. eccles.* & quod filij persona non experta sti pulationẽ pariter tenere voluere *Imol. in l. quod dicitur, n. 7. ff. de verb. obligat. Bart. in l. si tibi §. pactus num. 4. ff. de pactis* Maximè si legitimatus ante euentũ fuerit, & expressè in emphiteusim nominatus, *Specul. in §. nunc aliquid n. 88. de empytheusim Bald. in l. cum acutissimi, nu. 7. C. de fideicommiss. Castr. in l. sed si hac §. patronum num. 6 & 7. est de inius vocand.* Quamuis benè isti legitimati comprehendantur in emphytheusim sti pulata pro se, & filijs Iuribus, & rationibus latè per eundem adductis, subdens, *vers.* possunt tamen, quod ex speciali gratia, denuo inuestiri, & concedi emphyteusis potest quod non proueniet virtute primæ inuestituræ, & cõmissionis, sed ex nouo contractu. Quare noua esset emphyteusis non poterit cũ aliud sit de nouo fieri, aliud fieri omnimode nouo, vt ibi *Bald.*

SVMMARIVM.

1 *Magnus Admiratus iurisdictionem habet in eos, qui viuunt de arte maris.*
2 *Princeps est Iudex competens viduarum.*
3 *Priuilegio l. vni C. quando Imp. inter pupill. & vid. derogari non potest, nisi id specialiter exprimatur.*
4 *Iurisdictio est concessa magno Admirato ratione exercitij ne ab illo abstrahatur.*
5 *Perhorrescentia cessat in hac Ciuitate coram Principe.*
Decisiones S. C. & num. 7.

ARGVMENTVM.

Vidua an possit eligere forũ Mag. Cur. Vic. & querelam prosequi contra subditum Magni Admirati, qui est exemptus & subest Magno Admirato,

DECISIO XLIV.

Ex D. Reg. Tapia decis. S. C. 43.

1 Magnus Admiratus habent iurisdictionem in eos qui viuunt de arte Maris, ac in eos qui vices eius gerunt in aliquibus Maritimis Regni, vt latè diximus in annotat. ad Iura Regni in rubr. de offic. Magn. Admir. lib. 2. Accidit, quod Bonifacius de Castellis Locumtenens Magni Admirati in Prouincia Hydrunti perpetrauit homicidium Viduæ vxor occisi adijt Mag. Cur. Vic. in qua forum eligit Magnus Admiratus, & ipse Bonifacius petierunt remissionem ad Mag. Cur. Admiratiæ, quam Fisci Patronus ei denegabat, dicens hoc priuilegium viduarum, vt Imp. sit Iudex esset eis à iure communi concessum, solus enim Imperator est Iudex, iuxtà *l. 1. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* & ideo trahunt, & nõ trahuntur, vt dicit *Marant. 9. distinct. numer. 68.* qui dixit Imperatorem in causis prædictis procedere sola facti veritate inspecta, *Andr. Gaill. practic. obseru lib 1. cap. 1 nu. 40.* de quo nos diximus ad Iura Regni tit. de offic. Magistr. Iustitiarum ad Constitut. statuimus, verb. miserabilium personarum lib. 2. quod priuilegium Imperator Federicus ne defatigarentur viduæ illum quærere extra Regnum communicauit Magno Iustitiario, vt in d. Constit. statuimus, vnde cum hæc sit potestas, à iure concessa Mag. Cur. nullus alius Iudex potest cognoscere, nisi Magnus Iustitiarius, cui specialiter hoc est commissum, nam alias viduæ defraudarentur priuilegio eis concesso.

3 Dicebatur secundò, omnes DD. vnanimiter recepisse priuilegiũ l. vnic. derogari minimè posse, nisi id specialiter exprimatur, vt tradit D. Præsid. de Franch. decis. 187. vndè cum in priuilegio Magni Admirati nulla de eo fiat mentio, nullo modo derogatum dici potest.

At pro parte Magni Admirati dicebatur iurisdictionem sibi concessam fuisse priuatiuè ad Magistrum Iustitiarum, vt diximus supra decisio 13. num. 4. nec alio modo ipsum potuisse funga officio, dũ enim illud fuit erectum, vt præesset mari, vtque Naualem duceret instructam classem idque fieri absque iurisdictione in homines particulares non posset, sequebatur pernecesse, vt à iurisdictione Ma-

Magni Iustitiarij eximēdi essent particulares homines ad illius commoditatem, seruitium, ac exercitium triremium, alias enim impedimento esset, si Magnus Iustitiarius carceri manciparet, aut puniret Clericos, & Ministros Regiarum triremium: Nam licet Barones Regni omnes habeant iurisdictionem cū clausa priuatiua, ratione territorij, quod ab ipsis possidetur, id non ita largè est accipiendum, sicuti in Magno Admirato, si-
4 quidem hæc iurisdictio concessa est ratione exercitij, & nec ab illo abstrahatur, vt diximus supra decisio 13. num. 4. atque ita decisum in causa remissionis petitæ per Magnum Siniscalcum dicit *Afflict. decis.* 257. Ad quod firmandum adducebantur tria exempla, & iudicaturæ quoad Curiam Artis Serici, quas refert Domi. de Balles ad dictā Constitut. statuimus.

Cui respondebatur viduam, & aliam personam priuilegiatam non posse trahere non subditum Iudici coram quo vult reum trahere Auersanum coram Iudice Capuano, nec coram Iustitiario Prouinciæ alterum, qui est alterius Prouinciæ Præsidis subditus quam non negabant DD. alterius sententiæ defensores, quod in casu isto erat optimè ponderādum, hic enim non erat subditus Magno Iustitiario, sed ab eius iurisdictione segregatus, & inter istos subditos, & alios vassallos Baronum alia etiā aderat differentia, nam licet sint segregati per priuatā clausulam à iurisdictione Magn. Cur. in primis causis, & alij in secundis, & tertijs, non tamen desinent esse subditi in causa appellationis, vt in d. Constit. statuimus.

6 Imò quod plus est si M. C. V. accederet ad aliquam Terram, omnis penitus fluet iurisdictio Baronis, vt in *Ritu* Mag. Cur. 48. quod non erat in Magno Admirato, cuius iurisdictio exercetur Neap. vbi eam exercet Magnus Iustitiarius. Vnde nec est eius subditus, nec desinit in eius præsentia iurisdictionem exercere.

Dicebatur vlterius secundum allegatam Constitutionem statuimus viduam, non ita vt prius ad querelam simpliciter admitti, vel ad iudicium ciuile contra aliquem, vt illum trahat coram Magno Iustitiario, sed ad huc duo requiri; Alterum, quod perhorrescat personam potentis, Alterum quod iuret, quæ *perhorrescentiam cessabat in hic* Ciuitatem coram Principe, vt tradit D. Consil. Rou.
5 consil. 88. n. 4. ex quo est, vt non detur electio fori à M. C. V. ad Sac. Consil. ex quo deducebatur alia ratio, nā erat coram Principe litigare, qui suam iurisdictionem exerceret per Magnum Admiratum in eos, qui viuunt de arte Maris, vel classi inter viuunt, vt supra dictum est, quemadmodum per Magnum, Iustitiarium in alios subditos, Rex enim in hoc Regni licet ordinariam commiserit iurisdictionem Magno Iustitiario ab ea tamen segregauit aliquos, qui illi nō subessent ratione alicuius exercitij, vt diximus.

6 Ex his fuit in hac causa semel, atque iterum decisum causam fori remittendam ad Magnum Admiratum.

Similis causa fuit tractata in Sacro Concilio respectu viduæ, Turris Octauæ quæ elegerat in forum Mag. Cur. cuius remissionem petierat Ill. Princeps Hostiliani, qui habet iurisdictionem in officium prædictæ Terræ, quæ est Casali huius Ciuitatis, & dicebat nō dari perhorrescentiam coram Principe, cuius ipse officiū gerebat in suburbio (vt ita dicam) huius Ciuitatis, habebat iurisdictionem *in personas, cum non habeat* ter-
7 ritoriū, seu distillit in quo articulo iunctis aulis fuit decisum, causam remanere in M. C. V. & non esse locum petitæ remissioni.

Et ex his iustificatur decisio Sac. Cōsil. per quod fuit decisum etiam in liquidationibus instrumentorum, & esse procedendum in Curia Admiratiæ, nam cū per M. C. fuisset pronunciatum esse in illa procedendum aduersus subditum Magni Admirati, contra quem fuerat processum ad liquidationem instrumenti, Sac. Consil. audita relat. Mag. Cur. contrarium pronunciauit, non tamen memini nominis illius subditi; nam memoriam omnū habere Diuinitatis potius quam humanitatis est, vt ait Imperator Iustinianus *in l.* 1. C. *de veteri iure enucleand.* Sed huius decisionis memoriam fecimus in tit. de offic. Magistr. Iustitiar. ad Rit. 54.

INDEX MEMORABILIVM RERVM,

Quæ in Decisionibus Electionis, & Variationis fori reperta sunt.

A

ACta facta pendente auocatione sunt nulla, pagina 28. nu 6. amplia n.7.
Actio contra eximentem carceratum datur parti, p.60.n.6 & p.67. n.6.
Actor sequitur forum rei, p 62 n.1.
Actor sequitur forum rei. fallit. pag.53. n.1.
Actor sequitur forum ipsius rei, pag.46. n 7.
Actor sequitur forum rei, de iure cõmuni & per Reg. Pragm. ex eorum persona, p 9.n.1.
Actor, & reus ex contumacia, & renunciatione fori ex propria persona priuantur foro ibid.n.2.
Accusatis pluribus diuersæ iurisdictionis vbi trahitur dignior, ibi alij, & hinc laici delinquentes cum clericis per ecclesiasticum puniuntur, & Iudex qui nõ est, ratione connexitatis efficitur, p 61. n.15 & p 68.n.15.
Adhærens appellationi fit vnus spiritus cum appellatione, p.5.n.3.
Adhærere appellationi oportet infra decem dies, p.6.n.4.
Affectatum Tribunal per viduam potest eligi p.60. n 11.
Afflict. decis.110. declaratur, p.31.n.10. &
Alimenta sunt priuilegiata, etiam quod diu post relinquantur, p.34.n.9
Amor maternus maior est paterno, p.37. n. 19.
Aqua fluminis reuersa ad mare non amplius dicitur aqua fluminis, pag. 45. n 3.
Arbitrio Iudicis relinquitur, quanam non dicatur miserabilis persona, p 58. n.6.
Argumentum de maiori ad minus, valet in materia legitimationis, p.70.n.5.

B

BArones in hoc Regno habent priuilegia, in quibus derogatur priuilegijs miserabilium personarum, p.9.n.15.
Baro qui habet priuilegium contra miserabiles personas an in præiudicium eius vassalli illi renunciare possit, ibid.n.6.
Baro non potest renunciare priuilegio suo in præiudicium vassalli, quemadmodũ nec vassallus contra eum, ibid.n.7
Baro à vassallis exiget omnia quæ continentur in priuilegijs, ita & omnes vassalli priuilegio potiri debent, p.10.n.15.
Bastardi non sunt nobiles, p.70.n.5.

C

CArceratus sindicari potest, p.60.n.10. & p.68.num.eod.
Causa vtentis in iure communi fortior est, quam qui eligit forum secundum priuilegium, p 22 nu.7 vel sub n 6.
Clausulæ generales derogatiuæ non sufficiunt ad derogandum priuilegio l. vn. C. quan Imper p 63 n.2.
Clausula, quorũ tenores, habet vim specificæ & indiuiduæ expressionis, p.65.n.6.
Clausula exceptis iurisdictionis nobis & nostris Curijs reseruatis ratione supremi dominij, an concessione iurisdictionis apposita operatur, quod priuilegiũ d. Ionica sit expresse reseruatum Principi p.42.n.14
Clausula, ex certa scientia, refertur ad ius & non ad factum, p.43.n.18
Clausula ad probandum quod licet licitũ & honestum iuramentum est sufficiens ad iurandam perhorrescentiam. p 8.n.2
Clausula, motus proprij, non supplet defectum intentionis. licet tollat defectum subreptionis p.42.n.8.
Clausula, prout melius, & plenius prædecessores sui tenuerunt, & possiderunt opera-

operatur derogationem priuilegij d. l. vnicæ si in cõcessione prædecessoris facta illi fuerit expressè derogatum ibid.n.9 an & quando procedat, num. 13.15.16. 17 & 19.

Clericus pro ecclesiasticis bonis aduersarij perhorrescentiam allegans fori electionem habet, non autem pro proprijs suis rebus.p.24.n 1.& 2

Clericus pro sua persona offensa fori electionem habet, ibid n.3.

Clericus iniuriatus á laico quando coram ecclesiastico & quando coram seculari agere debeat p 25.n.7.

Clericorum priuilegia, sunt plurima, ibid. n. 25.

Clerici pro rebus ecclesiæ habent electionẽ fori, non autem pro bonis proprijs.p.26. n.1.

Clericus si in persona est offensus, habet electionem fori, ibid.num.2.vel sub n.1.

Clerici, & aliæ personæ ecclesiasticæ aequiparantur pupillis, & alijs miserabilibus personis, ibid.n.3.

Clericum criminis consocius in fori declinatoria ad Iudicem ecclesiasticum trahere communem esse opinionem, at in praxi seruatum.p.36.n.20.

Clericus habet fori electionem pro iniuria facta sua persona,p.55.n.2.

Clericus habet fori electionis priuilegiũ dummodo agat pro rebus ecclesiæ.p.56. n.1 at secus pro proprijs, n 2

Commodum potest qui ex aliena persona consequi, nec contra eum potest renunciare p.10.n.18.

Communitates vtuntur priuilegijs pupillorum.p.65.n.8.

Concedere qui nolit id quod est minus, credendum est quod velit concedere id, quod est maius,p.42.n.12.

Concessione facta per priuilegium veniũt omnia ea, quæ de iure inter vassallos, & Dominos oriuntur,p.10.n.17

Concilium per verba canonicas sanctiones vir non potuit intelligere legales, p.56. n.6.

Constitutio Regni statuimus, non corrigit tex.in l.1.C quan.Imp. p.5.n.2.& p.6. n.5.

Constitutio Regni concedit beneficium mulieribus indistinctè,p.16.n.3.

Continentia causæ facit, vt causa remaneret in M.C.ob eius præminentiã,p.44 n.5.

Contra iuramentum perhorrescentia admittitur probatio in contrarium,pag 6. n 2.

Cuiusuis hæc vocula generalis est, & continet quamuis personam, p.45.n.1.

D

DEcisiones S C.vide plures à n.6. vsq; ad fin

Declinatio Iudicis æquiparatur recusationi.p 28.n 4.

Difficultas aduersus virginem tollitur, p. 19 n.16

Defunctus post donare res hæredis, p.66. n. 11.

De natura dictionis, etiam, est adiungere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem p 45.n.4

Derogatio per relationem, & aliud priuilegium dicitur facta derogatio quæ in dubio si est vera, vel ficta, iudicandum erit pro miserabilibus personis, quibus priuilegium l.vnica subuenit, pag. 43. n. 16

Diuitiæ quibus exitiale sint.p 30.n.10,

Dominus debet vicem reddere vassallo, p. 9.n.9.

Dominus feudorum non debet trahi per vassallos extra Ciuitatem in qua morantur, nec etiam vassalli, p.10.n 11.

Dominus est loco patris vassallorum, ibid n.12.

Dotium priuilegiã sic in paupere, vt in vidua locum obtinent p.34.n.10.

E

ECclesiastica persona an habet priuilegium exigendi forum sicut miserabilis persona p 21.n.2,

Ecclesia quando habeat fori electionem, p.22.n 3.

Ecclesia habet fori electionem.p.25. n.1.

Ecclesiastici non habent electionem fori, nisi data violentia laicorum, pag. 56. n.17

Ecclesiastica persona habent fori electionem data rapina, vel fraude, pag. 57. n.3.

Electio non dicitur vbi datur restrictio. 60.n.8.

Electione fori facta per viduam & aliam personam priuilegiatam, Iudex coram quo litigabatur efficitur incompetens, p.27.n.1,

Electio non dicitur, vbi datur restrictio, p.67 n 8.
Episcopus dicitur caput Cleri, sicut Potestas caput Ciuitatis.p.55.n 3.
Episcopus quando veniat appellatione Sacerdotis, & appellatione clerici, fol. eod.nu.4.& 5.
Euocatio causarum in terris vassallorum est facienda cum moderatione, pag. 14 n.13
Euocatio causarum miserabilium personarum, & viduarum potest in secunda instantia fieri.p.3.n.8.
Exceptio firmat regulam in contrarium, p.65.n.9.
Experientia est rerum magistra, pag. 34 num.11

F

FAuor miserabilium personarum iniustitiam operari non debet, p. 22.n.6.
Fœmina ad suam admittatur, vel suorum ad vindicandam iniuriam, ibidem, n.8.
Feudi quaternati cognitio ad quem pertineat, p.22 n.4.
Feudum reuersum ad Regem ob culpam vassalli, reddit absque onere in tantum quod derogatio facta alicui priuilegio in corpore iuris clauso extincta, adeò quod si denuò concedatur feudum per Regem, nisi expressè iterum derogetur, non intelligitur facta derogatio, p.40. n.1.
Filiusfam. patre quoquè inulto accusare potest.p.18.n.6
Fiscus Regius in Regno, non nisi in certis casibus exceptis patrimonialibus potest conuenire, & accusare delinquẽtes in M.C.V. p.56.n 6
Fori electio miserabilibus personis non datur ad eligendum incompetentem Iudicem p.25.n.5
Foro non gaudet nisi quis fuerit matriculatus in officio, & quod probetur per ipsum qui vult gaudere exercitium, & continuatio officij, p.44.n.4.
Fori priuilegium non solum habent Curiales omnes Aduocati, Procuratores, & Scriptores Curialium, sed omnes quicumquè Curiam sequentes.p.62.n.6.
Fragilitas sexus, quæ consideratur in cõcessione beneficij, procedit etiam quod mulier sit meretrix p.16.n.4
Furiosus dicitur æger, pag.14.n.3
Furiosus an dicatur miserabilis persona, ibid. n.4
Furiosus æquiparatur viduæ, & pupillo, sub num.6

H

HAbens virum inutilem gaudet priuilegio d.l.vnica C quan. Imp. inter pupil.& vid. p.19.n.18
Hæres tenetur habere ratum factum defuncti. p.66.n.12
Hospitalia suos habet Rectores, pag. 52. num.3.

I

IMperator circa fori electionem quas personas priuilegiat, p.57.n.2.
In criminalibus patria potestas non consideratur p.18. sub n.6.
Iniuria clerico illata, ecclesiæ illata dicitur, officioq; Iudicis non implorato inquiritur, p.25.n.8.
Iniuria clerico illata, Deum, totamq; Ecclesiam tangit, & an ab offenso remitti possit, ibid.n.5 & 6.
Iniuria facta vni fratri, censetur facta alteri fatri.p.37.n.23
Iniuria facta vni de domo, cum omnibus facta censeatur, omnes ad accusandum admittuntur, ibid.n.24.
Iniuriarum actio inimicis competere cum ex iniuria inimicia oriatur, ibidem, n.25.
Iniuria facta vxori, viro illata dicitur, & pro ea vir agit, ibid n 26
Iniuria data patri, filio data censetur, & filium ad patris defensionem posse insultantem impunè occidere, ibidem, n.27
Iniuria filij, patris est eo viuente, eo mortuo matris, quãdo filius tutore careret, vel si haberet, & esset negligens in proponendo quærelam, ibid.n.28.
Iudex pauperum causas trahendo, quid agere debeat, p.30.n 8
Iudex pauperibus, miserabilibusq; personis gratis iustitiam ministrat. ibidem, nu.11.
Iudex coram quo fit electio an possit præfigere terminum eligenti ad comparendum coram Iudice coram quo fit electio p.24.n.2.
Iudex causæ præparatæ dicitur Iudex etiam causæ præparantis.p.66.n.13.

Iudiciū ibi terminari debet vbi fuerit captum priuilegio superueniente fori non obstante, p. 48.nu.2. contrarium, n.7.
Iuramentum perborrescētia sufficit cum clausula per habentem desuper mandatum speciale, p.7.n.1.
Iuramentum perborrescentiæ licet debeat præstari ab initio tantum virtute innocentiæ, in Rota potest præstari quomodocumque. p.8.n.3.
Iuramentum præstari debet per viduam declinātem forum Principis, quod perborrescit potentiam aduersarij, & præstatur à tutore pupillo, p.28.nu.11. & seq. vel à Procuratore generali, ibidem, limita in Regno, nu.13
Iurisdictio Auditoris Cameræ cōceditur priuatiuè quoad omnes alios Iudices, p.64.n.3
Iurisdictio causarum ciuilium, & criminalium primarum, & secundarum, nō venit in concessione castri, nisi expressè fuerit concessa, p.42.n.10.
Iurisdictiones à Rege fluunt, & refluunt sicut flumina ad mare, p.45.n.2.
Iurisdictio est concessa magno Admirato ratione officij ne ab illo distrahatur, p.72.n.4.

L

Legatum factum viduæ intelligitur ad pias causas, p.38.n.14. & 15.
Leges, & si de officiali specificè non loquātur, ad illum tamen etiam extendūtur, p.62.n.7.
Legitimatur vna cum alijs legitimis naturalibus admittitur æqualiter ad successionem bonorum, p.70.n.9.
Legitimatio facit cessare nomen spurij, ibid. n 10.
Legitimatio videtur imitari naturam, ibid n.6.
L. 1.C.quand.Imp.an procedat post captū coram ordinario iudicium, p.2.nu.6. & quid seruetur in hac patria, n.7.
L.1.C.quan.Imp.an habeat locum in causis vassallorum, p.3.n.10.
Lex Cornelia de Sicar. nter publica delicta connumeratur. p.16.n.5.
L.1.C quan.Imp.recipit ampliationem, ibid.n.15.
L.1.C.quan.Imp.an contineatur sub exceptione consilij, p.55.n.1.
L.1.C.quan.Imp.an habeat locum in diuitibus.p.56.n.3.

M

Magnus Admiratus iurisdictionem habet in eos qui viuunt de arte maris, p.71.n 1.
Manus Iudicis ordinarij sunt ligata post declinatoriam, p.28.n.3
Mater pro iniuria illata filio maiori (recusante querelam dare posse iniuriantes) accusare, ac gaudere priuilegio fori p.37.n.30
Matrem viduam pro iniuria facta filio priuilegio fori gaudere, p.37 n.22.
Masculus in accusando fœminæ præfertur. p.19.n.10.
Meretrix in Constitutione Regni dicitur miserabilis persona, p.16.n.7
Meretrix an gaudeat beneficio l.vnic. C. quan.Imp. ibid sub n.7. vel 8.
Meretricum miseria, & calamitates, p.32 n.6.
Miserabiles personæ quæ sint, p.21.n.1.
Miserabiles personæ quæ dicantur, p. 2. n.1.
Miserabiles personæ, non tantum fori priuilegio, verum alijs sexdecim gaudent, p.13.n.6.
Miserabilis persona potest iudicium agere iure ordinario p.15.n.5.
Miserabiles personæ eligūt forum etiam in causis cessis, nisi interuenerit simulatio, p.47 n.2.
Miserabiles personæ quæ dicantur, p.54. sub n.3.
Muta Rit.133.n.28. declaratur, p.50.n.9.

O

Officialis nequit deponere officium ante successoris aduentum, p.60.n.9. & p.67.n.9.
Officialis Regius tanquam, & nexibus Curiæ, & Principis legatus potest eligere eius Concistorium, & in eo agere p.62.n.2.
Officialis Regius quod sit priuilegiatus perspicuo dum ipse non potest conueniri durante officio, ibid.n.3. Nec potest conuenire, vt saltem Procuratorem mittat. ibid.n.4

P

Papa dum dicit in priuilegio, seu bulla vt tenor obstantium habeatur pro expresso, & scripto de verbo ad verbum nulla

nulla obstantia efficit rescripto, quia contra plenitudinem potestatis Papa nihil statui potest.p.39.n.3.
Pater nō debet facere de filijs vnum filiū, & alterum priuignum.p.10.n.13
Pauper dicitur miserabilis persona, & extra prouinciam trahi non potest,p.54 n.1.
Pauper gaudet priuilegio l.vnic.C.quan. Imp.ibid.n.2
Pauperes miserabiles sunt,p.58.n.5.
Pauper inter miserabiles personas connumerantur, earumq; priuilegio gaudet, p.29 n.1.
Paupertatem piam causam esse,eiusq; priuilegijs gaudere probatur, ibid.n.2
Paupertas prodest,fauorabilisq; est & an fori electione, vt pupillus, & vidua gaudeat,ibid n.3
Pauperi in mala causa nemo misericors esse debet, ibid.n.4
Pauperis causa prius tractanda, quam diuitis, ibid. n 5.
Paupertas non est de genere malorum,nec contemnenda.ibid. n.6
Paupertas vbi in rebus temporalibus innumerabilia priuilegia confert, sic in spiritualibus septem bona,& qua,ibid. n.7.
Pauper quis dicatur,p.35.n.16
Praescriptio centenaria currit contra priuatum rem communem habentem cum Ecclesia Romana, p.36 n.19
Perhorrescentia si allegetur competunt defensiones,p.6.n 6.
Perhorrescentia probatur vel per testes, vel proprio Sacramento, ibid n.1.
Perhorrescentia cessat in hac Ciuitate coram Principem,p.72 sub n.5.
Persona miserabiles in electione fori habēt maius priuilegium quàm fiscus, p.46. n.5.
Persona miserabiles.qua dicantur,pag.1. n.1.& vide n.3.& 5.
Persona priuilegiata agentes iure cesso, an habeant priuilegium illud,& quādo concurrunt,quis praeferatur,pag.24 n.7.
Potestas delegati legitimandi non potest extendi, p.70.n.6.
Praesumptio est contra declinantem á Tribunali supremo ad inferius, p.20.n.21
Princeps potest derogare priuilegio de iure communi concesso,p 28 n.15
Princeps si primo loco concessit priuilegiū siū exemptionem viduis,siū pupillis,si demum concessit aliud priuilegium alteri,quod derogaret praefato priori priuilegio scribens in eo illud cēcedere priuilegio aliquo, non obstante, non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis concesso,nisi de eo specialis mentio fieret, etiam si dicatur, nō obstante priuilegio aliquo de qua oportet specialem mentionem facere.p 38.n.1.
Princeps potest concedere Baronibus iurisdictionem cum derogatione l.vni.C. quan.Imper.p.55.n 13
Princeps est Iudex competens viduarum, p.71 n.2
Priuilegium l.1. C.quan.Imp. ampliatur etiam procedere in muliere maiore, vel minore calibem vitam ducente, pag.31 n.1.
Priuilegia conquestantur inter habentes aequale priuilegium,p.11.sub n 3
Priuilegium Ciuitatibus.& Oppidis concessum pro causis diffiniendis non derogatur l.vnica C.quando Imp.inter pupill & vid p.3 n.9
Priuilegium l.1. C.quan.Imp. an habeat locum in causis vassallorum, ibidem, n.10
Priuilegium fori, recursus ad Principem supremum quod habent pupilli, & vidua,non intelligitur sublatum per cōcessionem Castri,aut Ciuitatis iure feudi,aut donationis per verba qualiacūq; nisi Princeps in indiuiduo illud derogauerit,p.15.n.7
Priuilegium d.l.1.ad diuitem quoq; extēditur,p.19 n.19 & declaratur, numero seq.
Priuilegiatus non trahit priuilegiatum p.60.n.14
Priuilegiatus etiam Curialis trahit ad Curiam ipsam supremam alium similiter priuilegiatum,p 62 nu.5.
Priuilegium l.vnica competit ratione miserationis,& paupertatis,p.63 n.1.
Priuilegium d.l.vn.non tollitur per generalem concessionem iurisdictionis, cum clausula non obstante, quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, p. 41 n.3.& de communi,n.4. & qui de accedente clausula motus proprij,n.5.
Priuilegium concessum miserationis gratia nunquam tollitur per secundum priuilegium generale, nisi expressè derogetur,p.41.n.6.
Priuilegio d.l.vnica persona quibus illud est concessum, non possunt etiam expressè

presiè renunciare, pag.41 num.7.
Priuilegium non dicitur, dum in eo aliquid detrahitur, vel additur, p.42.n.13
Priuilegium l.vnic.C.quan.Imp.int.pup. & vid. nunquam censetur derogatum, nisi expresiè de eo fiat mentio, p.34.n.1.
Priuilegium d.l.vnic. est reseruatum Principi & non censetur in alium translatum, nisi expresiè dicatur, ibid.n.2.
Priuilegio l.vnic. non censetur derogatum nisi per specialem derogationem, & non sufficit per relationem ad aliud priuilegium, in quo adesset expresiè, non obstãte l.vnica p.44 n.3.
Priuilegia concessa Hospitalibus intuitu pauperum sunt concessa, p.59.n.4.
Priuilegiatus non trahit priuilegiatum, p.68.n.14
Priuilegium d.l.vnic.C.quan.Imp. procedit in causis mulierum, quarum maritus est ei inutilis, vel ad triremes condemnatus.p.31.n.2.
Priuilegium d.l.vn. Ecclesiis sicut Reipub. competit.p.32.n.1.
Priuilegium d.l.vn. commune est senibus, decrepitis debilibus, diuturno morbo fatigatis, & alijs personis miserabilibus, Iudicis arbitrio declarandis, ibid.n.4.
Priuilegium d.l.vn. ac restitutionem in integrum meretricibus competere ex decisione S.R.C. ibid.n.5.
Priuilegium d.l.vn. vsum cõpetat viduis, alijsq; similibus personis diuitibus, p.33 n.7.& 8.
Priuilegium d.l.vn. potiãtur miserabiles persona in initio litis ipsa contestata, & in progressu causa, p.36.n.17
Priuilegio d.l.vn. gaudere omnes litis consortes, miserabiles persona, ibid.n.18.& p.37.n.21
Priuilegium ob numerum 12. filiorũ prodesse fratribus in bonorum cõmunione stantibus, ibid.n.21. In priuilegio debet fieri expressa mentio de viduis, & pupillis, p.39.n.5 alias eorum priuilegium non dicitur derogatum.
Priuilegio d.l.vn.C.quan.Imp. inter pup. & vid. vt deroget, non sufficit generalis derogatio, p.40.n.1.
Priuilegio l.vn.C.quan.Imp. quamuis nõ sit in specie derogatum, sufficit quod sit dictum in priuilegio conceptionis iurisdictionis non obstante quod sint persona miserabiles, ibid.n.2.
Priuilegio d.l.vnic. non intelligitur derogatum per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum in omnes, & quoscumquè ciues, & habitantes in castro etiam alibi delinquẽtes, p.41.n.2
Priuilegia Imperatoris cõcessa laicis quando non comprehendant ecclesiasticas, p.56.n.2.
Priuilegia concessa Hospitalibus intuitu pauperum sunt concessa, p.57.n.4.
Priuileginm concessionis, si habeat clausulam derogantem priuilegijs non facientibus specialem mentionem de precedenti concessione, sufficit dicere, non obstantis priuilegijs quibuscũque etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, licet aliter non specificetur p.39.n.2.
Priuilegium impetrans contra personam miserabilem, vt possit trahi extra prouinciam, non sufficit in eo clausula non obstante. nisi de qualitate personarum fiat expressa mentio, ibid.n.4.
Priuilegiati ex iuribus ei cessis pro causa lucratiua non trahit secundum Ritus M.C.V.p.47.nu.1.
Priuilegium Regis Ludouici de nõ extrahendis Ciuibus Cathinensibus inuitis declaratur p.49.n.3.
Priuilegia l.vnica C.quan.Imp derogatũ non censetur nisi specialis de eo facta sit mentio, ibid.n.4 & dec ara n.6.
Priuilegio l.vnica renunciar. non potest, p.49.n.5.
Priuilegia concessa pupillis dantur prodigis, & furiosis, p.54.n.7.
Priuilegio l.vnica derogari non potest nisi id specialiter exprimatur, p.71.n.3.
Probatio per solum iuramentum quo casu sit sufficiens, p.7.n.1.
Prorogatio iurisdictionis non potest fieri sine partium consensu, p.10.n.16.
Pupillus coniunctus ex contractu paterno non declinat forum, p.11.n.2.
Pupillus coniunctus ex cõtractu paterno perdit priuilegium miserationis, ibid. n.3.
Pupillus, & virgo habent fori electionem p.48.n.1. amplia, n.8.
Pupillus est qui desijt esse in patria potestate, p.19.n.17.
Pupillus habet electionem fori, p.46.n.1.
Pupillus potest variare etiam quod causa sit appunctuata, ibid.n.2.
Pupillus non declinat forum quando cõuenitur vbilis est cœpta cũ minore, ibid. n.3.

Pupillus non declinat forum, quando conuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione, & tutela, ibid. n. 4.
Pupilli, vidua, & alia miserabiles persona sunt in vniuersitate, p. 59. n. 1.
Pupillus non potest renunciare priuilegio fori, p. 66 n. 10.
Pupillus quandoq; ammisit priuilegium authoritate legis, ibid sub nu. 10.
Pupillus in potestate Aui existens nō gaudet priuilegio l. vn. C. quan. Imp pag 13 nu 1.

R

REformationes prosunt carceratis, p. 60. n. 12. & p 68. n. 12.
Regula cessante causa cessat effectus, laté exornatur. p 51. n. 12. & 15.
Remissio causa per Regios Iudices, quot casibus non fiat, p. 25. n 4.
Renunciari non potest priuilegio l. vn. C. quan. Imp p. 2. sub n. 4.
Restitutio in integrum in Regno vocatur primum & secundum beneficium, p. 16 n. 1.
Ritus M. C. V. per quem pupillus non declinat forum intelligitur de foro paterno. p. 11. n. 5.
Ritus M. C. V. non tollit priuilegium pupilli quando non declinat forum paternum, sed aliud. p. 12 n. 6
Ritus prædictus aduersatur iuri communi, ibid. n. 6.

S

SEnatus solet concedere literas euocationum causarum in causis viduarum & miserabilium personarum, p. 2. n. 2.
Senes decrepiti, infirmi, continuoq; morbo vexati fori priuilegio gaudent, pag. 13 n. 4.
Sententia lata per Iudicem ordinarium post declinatam causam est nulla, p. 28. n. 2.
Sententia lata pendente reuocatione est nulla, ibid. n. 5.
Sententia terminat iudicium, p. 47. n. 7.
Sindicatores, quam iurisdictionem habeāt in officiales, p. 60. n. 13. & p. 68. n. 13
Sindicatores sunt officiales Regij, p. 59. n. 1.
Soror si admittatur ad patris necem vindicandam, etiam si quis ex fratribus remiserit, p. 28. n. 9.
Specialia nonnulla seruatur in viduis, p. 17. n. 3.
Statutum recipit interpretationem à potestate, p. 56. n. 4.
Statutum Padua de causis miserabilium personarum plené declaratur, p. 14. n. 1.
Statutum de iure miserabilibus persona præualet statuto de compromissis, p. 15. n. 3.
Statutum speciale præualet generali, ibid. n. 4.
Studentes eisdem priuilegijs gaudent, quibus miserabiles persona, p. 13. n. 5.
Spurij non gaudent fori electione, pag. 69. n. 1. & amplia n. 4. sed contrarium, n. 6.
Spurij neq; amabiles apud Deū, neq; apud homines honorabiles, ibid. n. 2.
Spurius non intrat in emphyteusi pro se, & filijs, p. 70. n. 3.

T

TEx. in l. vn. C. quan. Imp. & si disponat in duobus casibus tantum à Senatu etiam Pedemōtano amplificatur ad alios infinitos casus, vt fori electionem habeant prout extenditur etiam ad meretrices p. 62. n. 8.
Tribunal superueniens an sit competens, pag. 67. n. 2.

V

VAriatio datur de pluribus, p. 47. n. 5.
Variare is potest qui potest eligere, ibid n. 6
Vassallus per contumaciam, & renunciationem fori non præiudicat Baroni, p. 9. sub n. 2.
Vassallus, & Dominus sunt correlatiua, & ad paria iudicantur etiam in pænalibus, p. 9. n. 10.
Vassalli vnico priuilegio concesso non debent diuerso iure censeri p. 10. n. 14.
Vassalli in Regno pro primis causis non trahuntur extra domicilium, licét per miserabiles personas in talibus causis extra proprium domicilium trahi possint, p. 46 n. 8.
Vassallus censetur inuestitus de prima cognitione priuatiué quoad dominium p. 3. n. 11
Verba recipiunt interpretationem à subiecta materia, p. 64. n. 5.
Verba vniuersalia non sufficiunt in materia stricta. & odiosa, p. 65. n. 7.
Voluntas ex impotētia argui non pōt, p. 56 n. 3.

Vni-

Vniuersalitas, & geminatio nullum valet ad detegendam voluntatem disponentis. p.64.n.4.
Vidua, & pupillus habent aequalia priuilegia. p.11.n.1.
Vidua, pupillus, miserabiles personae etiã criminaliter delinquentes habent fori electionem declinatoriam etiam post litem contestatam ex capite saltem restitutionis opponere possunt, p.12.n.1.
Vidua variando potest adire M.C. p.60 n.7.
Vidua maiorem comoditatem habet prosequendi ius suum, p.59.n.5.
Viduarum priuilegium, & vbi ex officio proceditur locum habet, ibid.nu.4.
Vidua semper variare potest, ibid.n.3.
Vidua semper variare potest, p.67.n.3.
Viduarum priuilegium etiam vbi ex officio proceditur, locum habet, ibid.n.4.
Vidua maiorem comoditatem habet prosequendi ius suum in propria patria quã alibi, ibid.n.5.
Vidua nõ potest vti priuilegio l.1.C.quan. Imp.inter pup.& vid. contra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem etiam secundum Rit. M.C. p.13.n.1.
Vidua, pupilli, & aliae miserabiles personae de quibus in d.l.1. non possunt inuicem vti illo priuilegio, sed quilibet seruabit ius commune cum vnus non sit potentior altero, ibid.n.2.
Vidua, & pupilli diuites, an sint miserabiles personae, p.14.n.2.
Vidua potest declinare forum Principis, p.28.n.1.
Viduas si deest saecularis iustitia de foro ecclesiastico esse, p.35.n.13
Vidua nupta an retineat priuilegium, p.6.n.7.
Vidua, vt habeat electionem fori, & variationem, an teneatur iurare perhorrescentiam. p.5.n.1.
Vidua, pupilli, & aliae miserabiles personae habent fori priuilegium, p.9.n.4.
Vidua appellatione virgo continetur, pag. 18.n.12
Vidua, vulgò vnde dicatur, in vidua, & virgine patria potestas non consideratur, p.18.sub n.14
Vidua non potest declinare forum Principis vbi Curia ordinarij haberet priuilegium in contrarium. p.28.n.14
Vidua quae inde nupsit fori priuilegium non ammisit. p.51.n.13
Vidua luxuriosè viuendo non gaudet priuilegio l.vn.C.quan.Imp. inter pup.& vid. p.16.n.2.
Vidua luxuriosè viuendo perdit omnia priuilegia viduitatis intrinseca, & extrinseca, ibid.n.5.
Virgines in capillo, vel caelibem vitam ducentes fori electionem, quemadmodum & vidua habent, p.12.n.3
Virgo eisdem gaudet priuilegijs, quibus vidua, & pupillus, p.17.n.1.
Virginum distinctio ponitur, ibid.n.4.
Virgo ... vidua censetur miserabilis persona, p.15.n.6.
Virgo habet priuilegium fori. pag. 20. n.1.
Virgo stuprata pro stupro in eam cõmisso habet electionem fori, ibid.n.2.
Virgo potest declinare forum Principis, p.28.n.3.
Vxores duas simul habere est peccatum, p.70.n.8.

FINIS.

